~~VI 6ª~~ IX – 1ª

10-2-A-1-B

Triple
~~Double~~ du n^os 13,279 à ~~13,281~~

13


PALATI
UM
ARCANO
RUM
KABBALA DENUDATA
N.T.
ΕΝ ΑΡΧΗ ΗΝ
Ο ΛΟΓΟϹ
V.T.
explicat.

KABBALA DENUDATA

Seu

DOCTRINA HEBRÆORUM TRANSCENDENTALIS ET METAPHYSICA ATQUE THEOLOGICA

OPUS

Antiquissimæ Philosophiæ Barbaricæ variis speciminibus refertissimum.

IN QUO

ante ipsam Translationem Libri difficillimi atq; in Literatura Hebraica Summi, Commentarii nempe in Pentateuchum, & quasi totam Scripturam V.T. Cabbalistici, cui nomen

SOHAR

Tam Veteris, quam recentis, ejusque Tikkunim seu supplementorum tam Veterum, quam recentiorum, præmittitur

APPARATUS

Cujus Pars prima continet

Locos Communes Cabbalisticos, secundum ordinem Alphabeticum concinnatos, qui Lexici Cabbalistici instar esse possunt: Opusculum in quo continentur

I. Clavis ad Kabbalam antiquam: i.e. Explicatio & ad debitas Classes Sephiristicas facta distributio omnium Nominum & cognominum divinorum è Libro Pardes.

II. Liber Schaare Orah, seu Portæ Lucis ordine Alphabetico propositus, maximæ inter Hebræos autoritatis.

III. Kabbala recentior, seu Hypothesis famigeratissimi illius Cabbalistæ R. Jizchak Lorja Germani ex Manuscripto latinitate donata.

IV. Index plurimarum materiarum Cabbalisticarum in ipso Libro Sohar propositarum.

V. Compendium Libri Cabbalistico-Chymici, Æsch-Mezareph dicti, de Lapide Philosophico, &c.

Pars secunda verò constat è

Tractatibus variis, tam didacticis, quam Polemicis, post illius titulum enumeratis. Partium autem seq. tituli suis Tomis præmittentur:

Adjectusque est

Index Latinus, & Locorum Scripturæ, insolita & rariore explicatione notabilium,

Scriptum

Omnibus Philologis, Philosophis, Theologis omnium religionum, atq; Philo-Chymicis quam utilissimum.

Sulzbaci, Typis ABRAHAMI LICHTENTHALERI, 1677.

INSCRIPTIONES TITULI.

Explicat. Alta videt. Lucet. Domat. Alterat. Intrat.

DEDUCTIO.

EXplicat ambiguos utroque in Fœdere ſenſus.
Alta videt, denóque notat cognomine Trinum.
Lucens Pneumaticæ, paganas diſcutit umbras.
Edomat internos, queis ſpumat Paſſio fluctus.
Alterat abſtruſos minerarum in corde meatus.
Intrat in Arcana, & ſecreta palatia luſtrat.

PRÆFATIO EDITORIS AD LECTOREM

Philebræum, Philochymicum, & Philosophum.

PAuca hic monenda ſunt, Amice Lector; non quidem circa generalia, quæ Parte Apparatûs ſecunda pag. 3. it. 73. & ſqq. it. 177. ſqq. prolixius exponuntur: ſed in ſpecie de una vel altera horum Tractatuum parte. Nimirum

1. Quæ translata vel Excerpta ſunt è libro Pardes Rimmonim (de quo vid. Buxtorff. Bibliothec. Rabbin. p. 398.) deſumta ſunt ex Exemplari Cracovienſi quidem, ante annos 85. impreſſo, ſed cujus ſphalmata innumera fideliſſimâ doctiſſimi cujuſdam Cabbaliſtæ manu ubique correcta ſunt.

2. Liber Schaare Orah, ſeu Portæ Lucis, à Riccio quondam carptim translatus, (de quo *B*uxtorff. Bibliothec. Rabb. p. 416.) hic exhibetur, quantum fieri ob infinitas repetitiones potuit,

integer & correctior; prout conferenti ſatis patebit: ſed ordine Alphabethico, ob commoditatem inquirendi. Quod ſi tamen aliquis eundem Librum illo ipſo ordine legere deſiderat, quo conſcriptus eſt, is titulos ſaltem eâ evolvat methodo, quæ ſequitur: 1. מדה Menſura. 2. אדני Dominus. 3. ברכה Stagnum, &c. atque ſic in fine cujuslibet tituli reperiet nomen illius, qui in contextu ſequitur.

3. Si quis Hypotheſin Kabbalæ recentioris Syſtematicè pervolvere deſiderat, ille non tantum legere poterit Part. 2. pag. 7-11. p. 28-51. p. 150-172. Sed & titulos Alphabethicos perluſtrare ordine ſequenti:

1. אור פשוט
2. צמצם
3. אצל
4. אדם קדמון
5. קרקפתא
6. אזנים
7. חוטם
8. פה
9. פנים
10. אחור
11. נקודים
12. נהי
13. עקודים
14. פרסא

47. עיבור
48. מוחין
49. לאדם
50. ישראל
51. רחל

4. Folia è Libro Sohar allegata, intelligenda ſunt, juxta editionem Cremonenſem in fol. cum qua concordat Lublinenſis.

5. Parte ſequente Apparatus tertiâ proponentur Arbores ſeu Tabulæ Cabbaliſticæ Variæ, cum neceſſaria dilucidatione; & ulteriori reſponſo ad Objectiones Dn. D. H. M.

6. His omnibus, nec hypotheſis aſſeritur, ſed hiſtoricè proponitur, nec aſſenſus requitur, nec gloria quæritur, niſi Dei, quæ eſt ultimus omnium rerum

F I N I S.

APPARATUS
IN LIBRUM SOHAR
PARS PRIMA,

nempe

LOCI COMMUNES
KABBALISTICI,

Secundùm ordinem Alphabeticum concinnati,

Qui

L E X I C I

instar esse possunt.


PALATI
UM
ARCANO
RUM
KABBALA DENUDATA
N.T.
V.T.
EN ΑΡΧΗ ΗΝ
Ο ΛΟΓΟϹ
explicat.

KABBALA DENUDATA

Seu

DOCTRINA HEBRÆORUM

TRANSCENDENTALIS ET METAPHYSICA ATQVE THEOLOGICA

OPUS

Antiquiſſimæ Philoſophiæ Barbaricæ variis ſpeciminibus refertiſſimum.

IN QVO

Ante ipſam Translationem Libri difficillimi atq; in Literatura Hebraica Summi, Commentarii nempe in Pentateuchum, & quaſi totam Scripturam V. T. Cabbaliſtici, cui nomen

S O H A R

Tam Veteris, quam recentis, ejusque Tikkunim ſeu ſupplementorum tam Veterum, quam recentiorum, præmittitur

A P P A R A T U S

Cujus Pars prima continet

Locos Communes Cabbaliſticos, ſecundum ordinem Alphabeticum concinnatos, qui Lexici Cabbaliſtici inſtar eſſe poſſunt: Opuſculum in quo continentur

I. Clavis ad Kabbalam antiquam: i.e. Explicatio & ad debitas Claſſes Sephiriſticas facta diſtributio omnium Nominum & cognominum divinorum è Libro Pardes.

II. Liber Schaare Orah, ſeu Portæ Lucis ordine Alphabetico propoſitus, maximæ inter Hebræos autoritatis.

III. Kabbala recentior, ſeu Hypotheſis famigeratiſsimi illius Cabbaliſtæ R. Jizchak Lorja Germani ex Manuſcripto latinitate donata.

IV. Index plurimarum materiarum Cabbaliſticarum in ipſo Libro Sohar propoſitarum.

V. Compendium Libri Cabbaliſtico-Chymici, Æſch-Mezareph dicti, de Lapide Philoſophico, &c.

Pars ſecunda verò conſtat è

Tractatibus variis, tam didacticis, quam Polemicis, poſt illius titulum enumeratis. Partium autem ſeq. tituli ſuis Tomis præmittentur:

Adjectusque eſt

Index Latinus, & Locorum Scripturæ, inſolita & rariore explicatione notabilium.

Scriptum

Omnibus Philologis, Philoſophis, Theologis omnium religionum, atq; Philo-Chymicis quam utiliſsimum.

Sulzbaci, Typis ABRAHAMI LICHTENTHALERI, 1677.

INSCRIPTIONES TITULI.

Explicat. Alta videt. Lucet. Domat. Alterat. Intrat.

DEDUCTIO.

E*Xplicat* ambiguos utroque in Fœdere ſenſus.
Alta videt, denóque notat cognomine Trinum.
Lucens Pneumaticæ, paganas diſcutit umbras.
Edomat internos, queis ſpumat Paſſio fluctus.
Alterat abſtruſos minerarum in corde meatus.
Intrat in Arcana, & ſecreta palatia luſtrat.

PRÆFATIO EDITORIS AD LECTOREM

Philebræum, Philochymicum, & Philosophum.

PAuca hic monenda sunt, Amice Lector; non quidem circa generalia, quæ Parte Apparatûs secunda pag. 3. it. 73. & sqq. it. 177. sqq. prolixius exponuntur: sed in specie de una vel altera horum Tractatuum parte. Nimirum

1. Quæ translata vel Excerpta sunt è libro Pardes Rimmonim (de quo vid. Buxtorff. Bibliothec. Rabbin. p. 398.) desumta sunt ex Exemplari Cracoviensi quidem, ante annos 85. impresso, sed cujus sphalmata innumera fidelissimâ doctissimi cujusdam Cabbalistæ manu ubique correcta sunt.

2. Liber Schaare Orah, seu Portæ Lucis, à Riccio quondam carptim translatus, (de quo Buxtorff. Bibliothec. Rabb. p. 416.) hic exhibetur, quantum fieri ob infinitas repetitiones potuit,

integer & correctior; prout conferenti ſatis patebit: ſed ordine Alphabethico, ob commoditatem inquirendi. Quod ſi tamen aliquis eundem Librum illo ipſo ordine legere deſiderat, quo conſcriptus eſt, is titulos ſaltem eâ evolvat methodo, quæ ſequitur: 1. מדה Menſura. 2. אדני Dominus. 3. ברכה Stagnum, &c. atquè ſic in fine cujuslibet tituli reperiet nomen illius, qui in contextu ſequitur.

3. Si quis Hypotheſin Kabbalæ recentioris Syſtematicè pervolvere deſiderat, ille non tantum legere poterit Part. 2. pag. 7 - 11. p. 28 - 51. p. 150 - 172. Sed & titulos Alphabethicos perluſtrare ordine ſequenti:

1. אור פשוט
2. צמצם
3. אצל
4. אדם קדמון
5. קרקפתא
6. אזנים
7. חוטם
8. פה
9. פנים
10. אחור
11. נקודים
12. נהי
13. נקודים
14. פרסא

15. נקודים 8. 9.
16. עינים
17. נקודים 10-14.
18. שבירה
19. נקודים 15-19.
20. מלכים 1.
21. נקודים 20. 21.
22. שבירה 3. 4.
23. מלכים 2.
24. שבירה 5-10.
25. תגין 1. 2.
26. טנתא 5.
27. פנים בפנים 1.
28. נפילה 1-8-14.
29. דבקות 1.
30. קליפות
31. מות
32. שם מב
33. שבירה 11. 12. 13.
34. נפילה 15.
35. תיקון 1-10.
36. מצח 1. 2. 3.
37. מוח 1. 2.
38. עתיק יומין 1.
39. תיקון 11-14.
40. מוח 3. 4.
41. עתיק 2-16.
42. נוקבה 2.
43. אריך אנפין
44. אבא ואמא 1-11.
45. זעיר ונוקביה 1-19.
46. רפח ניצוצין

47. עיבור
48. מוחין
49. לארץ
50. ישראל
51. רחל

4. Folia è Libro Sohar allegata, intelligenda ſunt, juxta editionem Cremonenſem in fol. cum qua concordat Lublinenſis.

5. Parte ſequente Apparatus tertiâ proponentur Arbores ſeu Tabulæ Cabbaliſticæ Variæ, cum neceſſaria dilucidatione; & ulteriori reſponſo ad Objectiones Dn. D. H. M.

6. His omnibus, nec hypotheſis aſſeritur, ſed hiſtoricè proponitur, nec aſſenſus requitur, nec gloria quæritur, niſi Dei, quæ eſt ultimus omnium rerum

F I N I S.

INDEX

APPARATUS
IN LIBRUM SOHAR
PARS PRIMA,

nempe

LOCI COMMUNES
KABBALISTICI,

Secundùm ordinem Alphabeticum concinnati,

Qui

LEXICI

instar esse possunt.

א Aleph.

HÆC litera propriè & fundamentaliter refertur ad Coronam summam cum duobus modis adjacentibus, qui sunt Chochmah & Binah. Unde tritum illud: quòd Vav dicatur constitutum in medio. Kether enim locum supremum habet omnium, præsertim si sic א locetur. Duo autem Jodin utriq; lateri applicantur, qui sunt duo illi modi supra dicti. Et Jod quidem dextrum sursum respicit, ad designandam naturam Chochmah s. Sapientiæ, quæ sursum spectat, quasi influere velit in inferiora. Mater autem est jacens atque inclinans se super prolem, pro illius lactatione. Et propterea vocatur Schechinah; quia ita residet & connectit duas mensuras primas cum septem inferioribus systematis atque structuræ. Sic habet Autor libri hat-Temunah.

2. Idem dicit: ad Binam applicari debere figuram ו istius literæ א cum duobus Jodin; unde resultat numerus 26. Intentio autem hæc est: quòd א denotet tres superiores, & fundamentaliter referatur ad Coronam: quæ Corona notoriè influxum habet in Tiphereth; qui modus illuc usque elevatur per lineam mediam. Unde manifestatio illius literæ fit per Coronam. Quod autem spirituale est in hac litera, hæc innuit; Quòd nempe constet è natura trium supernarum, ita tamen ut Kether sit fundamentum, & prævaleat: & figuratio fiat per Tiphereth. Porrò addit, quòd dominium figuræ & spiritualitatis hujus literæ sit in hora Veneris.

3. Quidam sic exponit: quòd Tiphereth intelligatur per Vav: per duo Jodin autem, duo quasi brachia repræsententur,

quæ expansa sint ad suscipiendam & amplexandam Malchuth. Nisi potius vav signum brachiorum referat, quæ extensa sint ad suscipiendam Malchuth, sicut dictum. Jod primum autem tunc indigitaret Chochmah s. Sapientiam, unde emanavit modus ille Tiphereth: & Jod secundum referendum esset ad Malchuth, quæ est He ultimum. Atque sic totum quasi nomen Tetragrammaton repræsentaretur in figura literæ Aleph.

4. Alius dicit, Aleph pertinere ad Kether s. Coronam summam; quia אלף per metathesin literarum est פלא; quod juxta loca Deut. 17, 8. Jer. 32, 27. rem occultam denotat, quæ remota est & abscondita ab omni oculo.

5. Alius aliter & quidem sic exponit: In Aleph tres sunt partes, initium, medium & finis. Initium est in parte superiore, quasi illuc respiceret & indigitaret ipsam naturam Chochmah s. Sapientiæ, in memoriam illius potentiæ ex qua eadem emanavit. Medium denotat ipsam naturam Binah, s. intellectus, qui progeneratur à Sapientia. Finis autem denotat Daath s. Scientiam, ab intellectu procreatam. Et hæc figura ejus illustrare potest naturam supernorum, sicut eadem est principium intelligendi inferiora: unde res tantùm est una. Inferiora enim se habent ut primogenitum Daath s. Scientiæ. Tres istæ partes influentiam habent simplicissimam; suguntque virtutem ab illa portione, quæ ante ipsas est. Excavantque æqualitate & virilitate atque splendore suo receptaculum ab iis emanans, sed separatum; quod est Gedulah in decade sephirothica: quæ complectitur ramos Sapientiæ, quorum radices superius sunt in Corona, ut abhinc derivetur vis validissima ad omnes sephiroth.

6. Alius ad Coronam summam refert Aleph magnum, quod in Mysterio Alphabetorum supernorum denotet spiritualitatem, quæ sit caput omnium Alphabetorum. Et hoc dicitur Aleph; quia revera est primum, à quo dependent omnia

mnia, prout docet figura istius literæ, quâ repræsentatur axis quidam, superiora portans & inferiora.

7. R. Schimeon ben Jochaj in Tikkunim sic inquit: *In Aleph Jod est supra & Jod infra: sapientia ab initio, sapientia in fine: & vav ligatura utriusq.* Quibus innuit in figura Aleph comprehendi tres Sephiroth, quæ sunt Chochmah & Malchuth, tanquam duo Jodin: quoniam & Malchuth vocatur Jod, prout expositum est alibi. Vav autem in medio amborum est Tiphereth, quæ illa unit: quoniam per Tiphereth Malchuth ascendit ad Chochmah. Et alio loco sic tradit: *Jod secundum est Binah, sicut statuerunt Magg. Mischna*, &c.

8. Videtur autem si ad Coronam referatur אֲלָף, id fieri ad analogiam vocis פֶּלֶא, quæ denotat naturam omnino occultam. Item, quia sicut Aleph prima est literarum; ita Corona summa initium est in Aziluth. Si autem referatur ad Binah, id fieri ex significatu discendi, juxta illud Ijob 33, 33. *Et docebo te sapientiam.* Ita enim & Binah ab intelligendo denominatur. Porrò ad Coronam summam refertur Aleph magnum, quasi ex etymologia אלוף, quod connotationem molis habet, ut in bove; & quia Corona summa dux est totius Aziluth. In tota tamen hac expositione, semper innuitur natura occulta. Est tamen & in Tiphereth Aleph magnum, cùm sc. hic modus elevatur in Coronam.

9. Deinde datur & Aleph parvum quod refertur ad Malchuth, ex eo, quia hæc prima est ab imis ascendendo. Vel juxta alios, quia ipsa occulta est ab inferioribus, juxta significatum vocis פֶּלֶא. Fortè tamen etiam exponi posset ex significatu magnitudinis: quia sicut se habet Corona ad Aziluth; ita habet Malchuth ad ea omnia quæ infra ipsam sunt. Imò etiam ex significatione discendi sic dici posset juxta locum allegatum Jobo; quia hæc est quæ sapientiam docet Prophetas, iisque repræsentat systema Aziluthicum supernum.

10. Iter per Aleph repræsentatur Gedulah, Gebhurah,

 rah,

rah, Tiphereth. Quæ tria etiam in natura Chesed spectari possunt, ita ut omnia sint Chesed. Sic etiam Binah intelligi potest per Jod supernum, & Malchuth per Jod inferius; per Vav intermedium a. Tiphereth: qui modus reliquos ambos contingat sub mysterio unionis. Et tres istæ expositiones ortum habent à R. Schimeon ben Jochai.

11. Et in Sohar Par. אחרי מות hæc occurrunt; אלף בית *Vox est quam mundi incolæ nec intellectu suo capere, nec voluntate sua assequi, multò minùs ore suo effari possunt: cùm nec angeli superni, & superiores in supernis, eandem assequi queant: quia in ea latet profunditas nominis Sancti, & mille quadringenta & quinque myriades mundorum omnes dependent ab apice literæ* אֿ: *Septuaginta duo nomina Sancta exsculpta sunt literis hieroglyphicis, in quibus consistunt summa & ima, cælum & terra, & thronus gloriosus Regis. Hæc propendent ab uno latere in latus alterum extensionis literæ Aleph. Omnes autem mundi & columnæ summorum & imorum consistunt in mysterio sapientiæ: & semitæ occultæ & flumina profunda & decem verba, omnia, inquam, prodeunt de imo illo apice, qui sub Aleph est, hinc atque inde; hoc est Aleph in Beth. Nec datur computus illius sapientiæ, quæ sic exsculpta est.* Hæc ibi. Sensus atque ratio occulta istorum mundorum in Aleph existentium hæc est; quòd Aleph referendum sit ad Kether s. Coronam. Notum autem est, quòd in Kether comprehensi fuerint omnes mundi, totumque systema Aziluthicum seu emanativum, ante actualem productionem, sicut alibi dictum est. Unde in ea contineri dicuntur omnia hæc enarrata, quæ de litera Aleph proferuntur; quippe quæ est Corona, אֶלֶף פֶּלֶא occulta illa res. Vel etiam dici potest, ut supra relatum, quòd Aleph sit in Chesed, initium sc. manifestationis per septem dies; & litera illa comprehendit literas omnes, ut supra dictum.

12. Alia explicatio reperitur in Cantico Canticorum: *Quòd Aleph quoad Jod initiale sit Chochmah, quoad Vav, Tiphereth;*

reth; quoad Jod inferius Malchuth; & quod petiolus Jod inferioris referatur ad omnes exercitus sub eo existentes, sive magni sint, sive parvi, sive externi, sive interni; qui omnes contineantur in Malchuth, quæ sit illud ipsum Jod. Pardes Rimmonim Tractatu 27. cap. 4.

א״א Est *abbreviatura* vocum אריך אנפין s. *Longamini.* De quo suo loco.

אב *Pater.* Nonnulli hoc exponunt de Kether s. Corona; ista enim

1. אב הרחמים *Pater Misericordiæ* dicitur: & ita Tiphereth ex ipsa misericordiam haurit.

2. Alii de Chochmah exponunt: quæ ita vocatur, eò quòd pater productorque omnium Havajoth (s. modorum existendi) existat. Nomen autem hoc istam involvit relationem, quatenus scil. influit instar patris qui munera largitur filiis suis.

3. Proclive etiam est dicere, quòd de duabus istis Sephiris simul exponi queat: nam hoc ipsum literæ innuunt; nim. τὸ א״ ad Kether, τὸ ב״ ad Chochmah referendo. Ratio autem hæc est: quod Havajoth è Cochmah quidem deriventur, sed ex fonte in ipsa occulto, qui est Kether: sicut notum est. Pardes Rimmonim. Tract. 23. c. 1. hoc titulo.

אב האמונה *Pater fidei.*

1. Sunt qui hoc exponunt de Kether, eò quòd ipsa pater sit Malchuth, quamvis remotâ descendentiâ & genealogiâ. Si verò cognationem habet cum Malchuth, multò magis cum reliqua Aziluth. Dici etiam posset: quod sæpius Malchuth, elevetur usque in Kether. Tum verò quando illuc ascendit participat de Kether & influxum largitur omnibus & singulis. (In hac explicatione Fidei notio ferè non implicatur.)

2. Fortè tamen etiam Kether dicitur pater fidei, ut potissimùm indigitetur fides quæ ibi connotatur.

3. In Fidei autem notione duæ concurrunt expositiones, ita ut per eam tam Binah quàm Malchuth intelligatur. Ultra-

Utraque autem ut congrua placet. Nam Chochmah Pater est respectu Malchuth, (quæ Fides dicitur) juxta mysticum illud, Prov. 3, 19. *Dominus in sapientia fundavit terram.* Et sic eadem Pater est respectu Binæ, quippe quæ ex ipsa emanat, (& Fides dicitur.) In tota tamen hac expositione neque Kether, seu Coronæ, nec Sapientiæ Patris Fidei nomen accommodatur, nisi sub notione influxus sui in Fidem. ibid.

אב הרחמן 1. *Pater misericors* vocatur Tiphereth s. pulchritudo; Hic modus enim est pater animarum; & vocatur misericors, juxta virtutem quæ infunditur in eam, quatenus misericordiæ conceptum in se habet, & misericors est erga animas; idque per mysterium Misericordiæ quam accipit à Kether.

2. Hoc autem nomen potissimùm appropriatur τῷ Kether, secundùm sententiam interpretum plurimorum.

3. Sicut & quidam de Chochmah exponunt ex hoc fundamento, quod vocetur Pater, isque misericors, sub mysterio miserationum magnarum è Kether in ipsam emanantium. ibid.

אב המון *Pater Turbæ seu multitudinis.* De hoc vid. Sohar part. 3. fol. 130.

Vide plura de אב in Sohar part. 3. fol. 56. col. 224.
Ibid. fol. 37. col. 146.
Fol. 38. col. 150.
Ibid. fol. 3. col. 10.
Fol. 21. col. 84.
Fol. 45. col. 177.
Ibid. fol. 116. col. 259.

אבא ואמא *Pater & Mater.*

1. Sunt repræsentationes Divinæ inter primas. Vid. פרצופין.

2. Patri autem tribuuntur decem Sephiroth & Matri totidem. Sicut autem ז״א Seir anpin, qui vocatur Israël, etiam decadem continet Sephirothicam, & tamen in duas iterum

par-

partes dividitur, correspondentes Leæ & Racheli: Ubi pedes Leæ pertingunt usque Tertiam Tipherethicam ז״א Seir, ubi est est locus pectoris ejus: & abhinc incipit Caput Rachelis. Sic in או״א Abba ve Imma similis occurrit partitio, ita ut singulis tribuantur duæ medietates: ubi duæ medietates superiores vocantur או״א Abba ve Imma *Pater & Mater superiores*; & duæ medietates inferiores dicuntur ישראל סבא seu *Israël Senex* & תבונה seu *intelligentia*; quæ incipiunt in loco pectoris, seu medietate Tipherethica Patris & Matris Superiorum. Etz Chajim, Part. Ozaroth Chajim Tractatu Olam han-Necudim. Vid. §. 4. נוקבה. נ״הי. ישר. דבקות. אצל. אונים.

3. Sicut autem omnes notiones Aziluthicæ sese invicem superinvestiunt: sic או״א Abba & Imma superinvestiunt τὸν Arich Anpin.

4. Pater autem præter illud quod accepit de Binah nominis Mah (vid. עתיק num. 6. 7.) è Chochmah nominis Ben non accepit nisi incipiendo à Chesed, & porrò deorsum: & Mater de Binah nominis Ben non accepit nisi incipiendo à Gebhurah & porrò deorsum. Ex quo intelligitur quod in Sohar dicitur: *Patri Connexionem & Dependentiam esse cum Chesed, Matri autem cum Gebhurah.*

5. Quia autem Arich Anpin etiam Androgynus est in una persona, mas nempe ad dextram & ad sinistram fœmina; hinc cum או״א *Pater & Mater*, superinvestiunt τὸν א״א Arich Apin; Pater involvit latus dextum ejusdem, & Mater latus sinistrum. Modus autem est talis qui sequitur.

6. Duæ Coronæ Patris & Matris vestiunt guttur τ͂ Arich Anpin, altera ad dextram & ad sinistram altera. Quod reliquum est de Persona Patris & Matris superinvestit τὸν Arich Anpin à Gutture & porrò deorsum usque ad pectoris foveam; Pater quidem ad dextram & Mater ad sinistram: ille Brachium Chesed, hæc Brachium Gebhurah. Vid. infr. §. 10.

7. Si autem danda est Causa, unde Abba & Imma super-

investiant τὸν א״א Arich Anpin; illa quærenda est in Jesod ד״ע Attik Jomin: quod vestitum est per interiora ד״ע א״א Arich Anpin. Nam Chasadim & Gebhuroth quæ prodibant ex Jesod Attik (vestitum ab א״א) colligebant & assumebant in se lumina Patris & Matris, fiebantque ipsorum vasa: & hæc ibi conformabantur & vestiebantur, & fiebant personæ integræ. Nam Jesod Attik Jomin masculinum est arctumque & longum: & ob hanc loci angustiam non poterat in se continere Benignitates & Severitates suas. Primò autem illuc ingressæ erant ac descenderant Gebhuroth, quæ sunt cerebrum quartum & infimum. Cumque deinde accederent Chasadim, hæ propellebant Gebhuras, ipsasque extra Jesod per Orificium protrudebant. Gebhuræ autem (ob desiderium adhærendi Benignitatibus quæ masculi loco sunt) prodeuntes rursus ascendebant per Circuitum Jesod ד״ע Attik Jomin, illudque ambiebant ab imo ad summum. Unde Chasadim & Gebhuroth invicem uniebantur, illæ ab intra & hæ ab extra. Quia autem Jesod Attik finitur in pectore Arich; hinc Chasadim illæ & Gebhuroth omnes consistebant in pectore Arich & porrò sursum.

8. Deinde etiam prodibant Chasadim per orificium Jesod, & manifestabantur intra Arich Anpin: & Gebhuroth (quarum pars dimidia, nempe duæ cum dimidia consistebant ad dextram Jesod Attik; duæ autem cum dimidia ad ejusdem sinistram) easdem attrahebant & elevabant. Quia ergo Chasadim locari volebant extrinsecus ad dextram Jesod; (quippe ubi erat notio Mah ד״ע Jesod ex qua Chasadim provenerant,) hinc istæ ex illo loco abigebant Gebhuras ad dextram consistentes: & hæ Gebhuræ in sinistram secedebant, & quidem supra pectus, ubi duæ Gebhuræ reliquæ cum dimidia aliquantum descendebant infra pectus. Atque ita quinque Gebhuræ omnes nunc in latere sinistro erant, nempe duæ cum dimidia circa partem Jesod (cute) tectam; & duæ cum dimidia inferius

rius

rius circa partem Jeſod detectam. Et eâdem planè ratione Chaſadim occupabant Latus dextrum.

9. Cumque hoc modo hîc exiſterent quatuor Notiones, dextri, ſiniſtri, contecti & detecti; iſtæ jam cauſa erant, ut producerentur totidem perſonæ. Nam Chaſadim ſuperiores producebant perſonam Abba ad ſuperiorem partem dextræ; &

Gebhuroth ſuperiores producebant Perſonam Imma ad ſuperiorem partem ſiniſtræ. Et ſic

Chaſadim inferiores ad dextram producebant Perſonam Iiſraël Sabha: &

Gebhuroth inferiores producebant Perſonam Tebhunah ad ſiniſtram.

10. Pater & Mater igitur ſuperinveſtiunt τὸν Arich à gutture uſque ad finem Tertiæ ſupernæ Tipherethicæ Ejuſdem, i.e. uſque ad pectus ejus. Deinde autem etiam Iſraël Sabha & Tebhunah τὸν Arich ſuperinveſtiunt à Pectoris initio uſque ad Pectoris Scrobiculum, quòd paulò eſt inferius quàm medietas Tipherethica: ille nempe ad dextram, & hæc ad ſiniſtram. Et hæc intectio fit per totum ambitum ad dextram & ſiniſtram ad partem anteriorem & poſteriorem.

11. Et calcanei pedum Binæ S. Matris ſupernæ inſeruntur Capiti Tebhunæ, quæ ſub illa locum habet. Quod tamen non contingit in Patre & Iiſraël Sabha, quamvis & hîc ſub illo locetur. Ratio differentiæ hæc eſt: quòd Gebhuroth primò è Jeſod prodierint, & Chaſadim ſint ſecutæ; ubi omnes Gebhuroth æqualiter detegebantur. Unde quæ ſuperiores erant, nexu ſtrictiſſimo connectebantur cum inferioribus; ob quem nexum, quamvis deinde dividerentur in duas perſonas, tamen etiam per calcaneos iterum jungebantur. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Abba ve Imma.

12. In genere ſciendum, quod Pater & Mater in perpetua ſint copula atque congreſſu qui nunquam ceſſat in æternum.

num. Ibid. Tract. Muchin de Katnuth & Jenikah & Gadeluth.

אבא ואמא עילאין *Parentes Superni.* Vid. דבקותא. מנ'תא.

אבד *Periit*; judicetur juxta sensum Textus Jes. 57,13. justus perit: quo innnuitur influxum ejus auferri. Quæ phrasis etiam in similibus observari poterit. Pardes Rimmonim Tract. 23. c. 1. h. t. Vide plura in Sohar Tom. 3. fol. 7. col. 27.

Ib. fol. 26. col. 104.

Tom. 3. fol. 126. col. 512.

Fol. 128. col. 529.

Ib. fol. 88. col. 350.

אבה *Voluit.* Hoc exponendum est ex significatione benevolentiæ. In omni enim loco ubi invenitur, ad actum benevolendi, animus applicetur, qualis est influxus Coronæ, quæ vocatur Razon benevolentia. Exinde porrò pro subjecta materia de cæteris judicabis. Pardes ib.

אבוס *Præsepe.* Adhibetur in materia assuctionis inferiorum, sive sanctorum, sive externorum; qua ex Malchuth aliquid participant: vel è reliquis fontibus, sicut dicitur Jes. 1, 3. *Et asinus præsepe Domini sui.* Asis Rimmon. Tract. 23. h.t.

אבות *Patres.* Vid. Sohar Tom. 1. fol. 18. col. 71.

Tom. 3. fol. 113. col. 450.

Ibid. fol. 56. col. 222.

אבחת חרב *Mucro gladii.* Significationem obtinet ardentis gladii; quo Klippah notatur. Et sunt qui exponunt *terrorem gladii* sensu tamen uno eodemque. Pardes Rimmonim Tract. 23. h. v.

אבי"ע Est *abbreviatura* quatuor systematum, seu mundorum אצילות seu *emanationis*; בריאה seu *creationis*; יצירה seu *formationis*; עשיה seu *factionis.* Videatur Sohar Part. 2. fol. 69. col. 276. Huic voci applicantur quatuor literæ vocis פרד"ס Paradisus, quæ est abbreviatura quatuor vocum פשוטה sensus literalis: רמז sensus symbolicus: דרוש sensus allegoricus:

ricus: סוֹד sensus Mysticus seu Cabalisticus. Et in applicatione, סוגות seu Cabbalistica referuntur ad אצילות : דרושים ad בריאה & sic porrò.

אביר *Fortis, validus.* Quo innuitur Tiphereth sicut dicitur: *Fortis Jacob.* Gen. 49, 24. & *fortis Jisraël* Jes. 1, 24. Fortè autem ita vocatur ob mysterium virtutis suæ, qua inflectit Rigorem in Misericordiam, prout notum est. Et ita quoque Jesod nonnunquam vocatur, ut constat: quia & hic modus est Tractus literæ Vav. Pardes Rimmon. Tract. 23. cap. 1. hac voce.

אביר יעקב *Robustus* (virilitas) *Jacob.* (Connectitur cum עת *Tempus.*)

1. Cognomen hoc est penultimæ mensuræ Sephiristicæ, quæ dicitur: *El Chai*; *Deus Vivus*: quia *à Prudentia ad volatum roboratur accipiter Sapientia*, Job. 39, 29. juxta mysterium majoris atque minoris Sabbathi.

2. Vocatur autem *robustus Jacob*, non robustus Abrahæ vel Isaac, eò quòd ejusmodi Sephiricum lumen ab oraculo Jacobi effulget, quod linea media pronunciari consuevit; nempe Vav Tetragrammati ad mysterium Tipherethicum pertinens. Huic autem nectuntur Mensuræ Abrahami & Isaaci, illa à dextris hæc à sinistris, Jacobo consistente in medio, juxta illud Gen. 25, 27. *Jacob autem erat vir perfectus habitans in tentoriis.*

3. Ubi in verbis איש תם *vir integer* latet mysterium תיומרת *Summitatis bifida in Lulabh* seu Fasciculo Festi tabernaculorum, quæ etiam ad lineam hujus mediam refertur.

4. Verba autem: *Habitans in Tentoriis*, duo involvunt tentoria Abrahami nempe & Isaaci, quæ denotantur per duo latera dicti fasciculi.

5. Et quia Jacob refertur ad lineam mediam, notaturque per literam Vav, hinc dicimus: *Deus Abraham, Deus Isaac* ואלהי *& Deus Jacob*, ita, ut litera Vav in denominatione Ja-

cobi ſuperaddatur. Cum quo convenit illud Deut. 10, 17. *Deus magnis fortis* והנורא *& terribilis.* Item myſticum illud inſigne Lev. 26, 42. *Et recordabor pacti mei* יעקוב. Ubi vox *Jacob* plenè ſcribitur cum Vav. Pactum autem Jacobi & robuſtus Jacobi ad eundem referenda ſunt locum.

5. Multoties etiam id vocatur

אביר ישראל *robuſtus Iiſraël,* ut legitur Jeſ. 1, 24. *Ideo dicit Dominus Deus Exercituum Robuſtus Iiſraël.*

6. Ubi indagandum quis ille ſit, qui vocatur *Adon* cum cognominibus: *Dominus Exercituum, robuſtus Iiſraël.* Jamque explicuimus quod tres Sephiræ inferiores comprehendantur in ima radice literæ Vav, quæ ſunt Nezach, Hod, Jeſod; quæ omnes vocantur *Zebhaoth, Exercitus* in genere. Cumque Nezach ad dextram, Hod ad ſiniſtram, & Jeſod in medio locentur, (ad quem ultimum locum refertur El Chai & robuſtus Iſraël;) hinc patet, quòd Robuſtus Iiſraël ſit nomen medium inter Nezach & Hod.

7. Hinc etiam dicitur Joſ. 3, 11. *Ecce arca fœderis, Dominus totius terræ.* Ubi *arca* vocatur Templum illud in quo habitat Dominus per nomen ſuum Tetragrammaton. Et propterea idem dicitur Robuſtus Jacobi, Robuſtus Iiſraëlis, & non Robuſtus Abrahami, & Robuſtus Iſaaci.

8. Et hic fuit clypeus Davidis, magna cum iſto bella gerens, eſtque *Dominus totius terræ.*

9. Hic etiam ſcias quod virtute *Robuſti Jacob* innovetur *aquila* illa nota, juxta illud Job. 39, 13. (An à te) אברה *penna* חסידה *Ciconiæ & ſtruthionis?* Item c. 16, 26. *Numquid per intelligentiam tuam volabit accipiter, extendet alas ſuas versùs auſtrum?* Per quæ ultima denotatur Menſura Cheſed. *Chaſidah* enim eſt emblema *benignitatum Davidis ſtabilium,* de quibus Jeſ. 55, 3.

10. Cùmque Binah componitur cum Robuſto Jacob, tunc locum habet Textus Job. 39, 26. *Ad volatum roboratur Niſus,*

Nisus, extenditque alas suas versùs austrum. Binah enim septima est à Robusto Jacob, ad Jubilæum extendens radices suas.

11. Cùm autem Robustus Jacob combinatur cum mensura, quæ *aquila* dicitur, tunc ista innovatur, omníque bono repletur, deque ea dicitur Job. 39, 13. *Penna est Ciconiæ & struthioni.* It. Psalm. 103. *Satians bono os tuum, renovabitur ut aquila, adolescentia tua.* (sequitur חסר התחתון) Schaare Orah sub El Chai.

אֵב לשון ענף 1. *Viror*, ramorum & similium attributum. Juxta sensum loci Job. 8, 12. *Adhuc eo existente in virore suo non succidetur.* Hoc denotatur Actus Emanationis in Aziluth.

2. Et quidem in singulis ejusdem partibus talis, qualem illa species requirit. v. g. quando dicitur Cant. 6, 10. *Ad videndum* באבי הנחל *fructus convallis:* Ibi per convallem intelligitur Tiphereth; per fructus convallis autem ea quæ ab illa virescendo progerminant.

3. Si autem per convallem intelligitur Iesod, tunc progerminationes rũ Iesod intelliguntur. Et sic, si de aliis locis exponeretur, ubique sensus esset juxta substratam materiam.

4. Mensis אביב seu spicæ autem ad eundem sensum exponi potest, de mense scil. in quo exsertiones progerminationesque contingunt. Nisan enim mensium initium est. Et in collatione 12. Combinationum Tetragrammati cum 12. mensibus, eidem competit simplex illa יְהוָֹה, à qua deinde reliquæ procedunt, ad instar cæterorum mensium.

5. Sic ubi dicitur Levit. 2, 14. *Si appropinquare feceris Sacrificium* אביב קלוי באש *spicam teneram tostam igne;* eâdem uti poteris expositione. Et sic in similibus. Pardes Rimmonim Tract. 23. c. 1. h. t.

אבל *Luctus* 1. Significatio luctus alludit ad ablationem influxus, dominiumq; disperdendi, profanis concessum, quod Deus avertat.

2. Et

2. Et huc pertinet mysterium luctus, qui sunt sex dies fletus.

3. Fieri quoque potest ut in medio ipsius sanctitatis reperiatur luctus, nempe ex vehementia rigoris. Omnia tamen in hoc uno conveniunt quod influxus deficiat ex parte rigoris.

4. Sed Phrasis אֲבָל juxta Textus Gen. 17, 19. *Veruntamen Sarah Uxor:* it. c. 42, 21. *Sed rei nos erimus*, & similes; ad Malchuth applicari possunt, quatenus habet notionem judicii; quod ex scriptura patet. Pardes ib.

אבן *Lapis.* (Connectitur cum כל.) 1. Sæpius Adonai Nomen Sephiræ ultimæ, & ipsa Malchuth, Regnum, ita dicitur; quoniam ipsum totius mundanæ fabricæ fundamentum extat; cui omnia, quæ in mundo, innituntur, & à quo sua expetunt commoda.

2. Appellatur &

אבן הראשה *Lapis Capitalis*, à quo omnes catervæ superiores & inferiores in opere creationis promuntur in esse.

3. Vocatur item

אבן ספיר *Lapis Sapphireus*, (vel potius opalus, vel crystallus) quia varium à supernis gradibus colorem trahit, & in creatis mox hoc, mox contrario modo operatur: nam bonum nonnunquam, quandoque malum, nunc vitam, nunc interitum, nunc languorem, nunc medelam, nunc egestatem, nunc divitias ministrat, juxta illud Deut. 32, 39. *Videte nunc quoniam ego sum, & non est Deus mecum: ego occidam, & ego vivere faciam, percutiam & sanabo.*

4. Hæc igitur dimensio de fonte omnium Sephiroth vim haurit; omnium modorum ad se benedictiones (vid. ברכה) & immanationes trahens, cunctisque in ejus ditionem redactis, secundùm cujusque modulum, alimentum victumque præstat.

5. De eo etiam dicitur Psl. 118, 22. *Lapis quem reproba-*

runt

runt ædificantes, factus est in caput anguli seu Frontispicii. Abraham enim Isaac & Jacob, de superioribus Sephiroth suam quisque portionem sumsit. David verò hanc quæ inferior est, sibi mensuram vendicavit.

6. Caput autem est anguli seu Frontispicii; quia in eam non minùs supera vergunt quam ima; supera quidem, ut ei vim, influxum, benedictionemque distribuant: Ad eam verò aspirant ima, quatenus alimentum, permanentiam, victusque commoda inde assequantur, juxta illud Iiob. 38, 6. *Aut quis projecit lapidem ejus angularem.* Et hic est altor Iisraël, juxta illud Gen. 49, 24. *Inde pastor egressus est lapis Iisraël.*

7. Hic ipse lapis in altiorem lapidem sua cupidine fertur: unde cujusvis generis haurit defluxum, juxta illud Exod. 28, 9. *Sumesque duos lapides Onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israël.* Et illud Gen. 15, 2. אדני יהוה *quid dabis mihi?* Gloria enim cohabitans desursum attrahit, trahiturque & ipsa sursum.

8. Huic lapidi oppositus alius est lapis:

אבן גדלה *Lapis magnus.* Is cum putei os obturat, tunc Iisraëlitæ servitutem patiuntur sub eo, quousque ille, cui judicandi competit jus, accedat: juxta illud Gen. 29, 10. *Accessit Jacob, & amovit lapidem ab ore putei:* Et illud vers. 17. *Et Jacob perrexit in Succhoth:* Rursus illud Zach. 14, 1. *Ecce, dies veniet Domini.*

[Sequitur בית המקדש] Schaare Orah sub Adonai.

אבן *Lapis.* 1. In hoc nomine perpetuò mysterium literæ י involvitur, & quidem ut plurimùm in Malchuth, quatenus in ista existit litera Jod. Informis enim massa & figura יוד figuram habet lapidis; & Malchuth est fundamentum & lapis cui totum ædificium superius superstruitur. De ea dicitur Zach. 3, 9. *Lapis unus septem oculorum.* Pardes Rimmonim Tract. 23, c. 1. h. t.

2. Nonnunquam etiam adjungitur ipsi cognomen ut vocetur

בוחן

rah, Tiphereth. Quæ tria etiam in natura Cheſed ſpectari poſſunt, ita ut omnia ſint Cheſed. Sic etiam Binah intelligi poteſt per Jod ſupernum, & Malchuth per Jod inferius; per Vav intermedium a. Tiphereth: qui modus reliquos ambos contingat ſub myſterio unionis. Et tres iſtæ expoſitiones ortum habent à R. Schimeon ben Jochai.

11. Et in Sohar Par. אחרי מות hæc occurrunt; אלף בית *Vox eſt quam mundi incolæ nec intellectu ſuo capere, nec voluntate ſua aſſequi, multò minùs ore ſuo effari poſſunt: cùm nec angeli ſuperni, & ſuperiores in ſupernis, eandem aſſequi queant: quia in ea latet profunditas nominis Sancti, & mille quadringenta & quinque myriades mundorum omnes dependent ab apice literæ* א: *Septuaginta duo nomina Sancta exſculpta ſunt literis hieroglyphicis, in quibus conſiſtunt ſumma & ima, cælum & terra, & thronus glorioſus Regis. Hæc propendent ab uno latere in latus alterum extenſionis literæ Aleph. Omnes autem mundi & columnæ ſummorum & imorum conſiſtunt in myſterio ſapientiæ: & ſemitæ occultæ & flumina profunda & decem verba, omnia, inquam, prodeunt de imo illo apice, qui ſub Aleph eſt, hinc atque inde; hoc eſt Aleph in Beth. Nec datur computus illius ſapientiæ, quæ ſic exſculpta eſt.* Hæc ibi. Senſus atque ratio occulta iſtorum mundorum in Aleph exiſtentium hæc eſt; quòd Aleph referendum ſit ad Kether ſ. Coronam. Notum autem eſt, quòd in Kether comprehenſi fuerint omnes mundi, totumque ſyſtema Aziluthicum ſeu emanativum, ante actualem productionem, ſicut alibi dictum eſt. Unde in ea contineri dicuntur omnia hæc enarrata, quæ de litera Aleph proferuntur; quippe quæ eſt Corona, אלף פלא occulta illa res. Vel etiam dici poteſt, ut ſupra relatum, quòd Aleph ſit in Cheſed, initium ſc. manifeſtationis per ſeptem dies; & litera illa comprehendit literas omnes, ut ſupra dictum.

12. Alia explicatio reperitur in Cantico Canticorum: *Quòd Aleph quoad Jod initiale ſit Chochmah, quoad vav, Tiphereth;*

reth; quoad Jod inferius Malchuth; & quod petiolus Jod inferioris referatur ad omnes exercitus ſub eo exiſtentes, ſive magni ſint, ſive parvi, ſive externi, ſive interni; qui omnes contineantur in Malchuth, quæ ſit illud ipſum Jod. Pardes Rimmonim Tractatu 27. cap. 4.

אא Eſt *abbreviatura* vocum אריך אנפין ſ. *Longamini.* De quo ſuo loco.

אב *Pater.* Nonnulli hoc exponunt de Kether ſ. Corona; iſta enim

1. אב הרחמים *Pater Miſericordiæ* dicitur: & ita Tiphereth ex ipſa miſericordiam haurit.

2. Alii de Chochmah exponunt: quæ ita vocatur, eò quòd pater productorque omnium Havajoth (ſ. modorum exiſtendi) exiſtat. Nomen autem hoc iſtam involvit relationem, quatenus ſcil. influit inſtar patris qui munera largitur filiis ſuis.

3. Proclive etiam eſt dicere, quòd de duabus iſtis Sephiris ſimul exponi queat: nam hoc ipſum literæ innuunt; nim. τὸ א ad Kether, τὸ ב ad Chochmah referendo. Ratio autem hæc eſt: quod Havajoth è Cochmah quidem deriventur, ſed ex fonte in ipſa occulto, qui eſt Kether: ſicut notum eſt. Pardes Rimmonim. Tract. 23. c. 1. hoc titulo.

אב האמונה *Pater fidei.*

1. Sunt qui hoc exponunt de Kether, eò quòd ipſa pater ſit Malchuth, quamvis remotâ deſcendentiâ & genealogiâ. Si verò cognationem habet cum Malchuth, multò magis cum reliqua Aziluth. Dici etiam poſſet: quod ſæpius Malchuth, elevetur uſque in Kether. Tum verò quando illuc aſcendit participat de Kether & influxum largitur omnibus & ſingulis. (In hac explicatione Fidei notio ferè non implicatur.)

2. Fortè tamen etiam Kether dicitur pater fidei, ut potiſſimùm indigitetur fides quæ ibi connotatur.

3. In Fidei autem notione duæ concurrunt expoſitiones, ita ut per eàm tam Binah quàm Malchuth intelligatur. Utra-

Utraque autem ut congrua placet. Nam Chochmah Pater est respectu Malchuth, (quæ Fides dicitur) juxta mysticum illud, Prov. 3, 19. *Dominus in sapientia fundavit terram.* Et sic eadem Pater est respectu Binæ, quippe quæ ex ipsa emanat, (& Fides dicitur.) In tota tamen hac expositione neque Kether, seu Coronæ, nec Sapientiæ Patris Fidei nomen accommodatur, nisi sub notione influxus sui in Fidem. ibid.

אב הרחמן 1. *Pater misericors* vocatur Tiphereth s. pulchritudo; Hic modus enim est pater animarum; &vocatur misericors, juxta virtutem quæ infunditur in eam, quatenus misericordiæ conceptum in se habet,& misericors est erga animas; idque per mysterium Misericordiæ quam accipit à Kether.

2. Hoc autem nomen potissimùm appropriatur τῷ Kether, secundùm sententiam interpretum plurimorum.

3. Sicut &quidam de Chochmah exponunt ex hoc fundamento, quod vocetur Pater, isque misericors, sub mysterio miserationum magnarum è Kether in ipsam emanantium. ibid.

אב המון *Pater Turbæ seu multitudinis.* De hoc vid. Sohar part. 3. fol. 130.

Vide plura de אב in Sohar part. 3. fol. 56. col. 224.
Ibid. fol. 37. col. 146.
Fol. 38. col. 150.
Ibid. fol. 3. col. 10.
Fol. 21. col. 84.
Fol. 45. col. 177.
Ibid. fol. 116. col. 259.

אבא ואמא *Pater & Mater.*

1. Sunt repræsentationes Divinæ inter primas. Vid. פרצופין.

2. Patri autem tribuuntur decem Sephiroth & Matri totidem. Sicut autem ז״א Seir anpin, qui vocatur Israël, etiam decadem continet Sephirothicam, & tamen in duas iterum par-

partes dividitur, correſpondentes Leæ & Racheli: Ubi pedes Leæ pertingunt uſque Tertiam Tipherethicam τ8 Seir, ubi eſt eſt locus pectoris ejus: & abhinc incipit Caput Rachelis. Sic in או"א Abba ve Imma ſimilis occurrit partitio, ita ut ſingulis tribuantur duæ medietates: ubi duæ medietates ſuperiores vocantur או"א Abba ve Imma *Pater & Mater ſuperiores*; & duæ medietates inferiores dicuntur ישראל סבא ſeu *Iſraël Senex* & תבונה ſeu *intelligentia*; quæ incipiunt in loco pectoris, ſeu medietate Tipherethica Patris & Matris Superiorum. Etz Chajim, Part. Ozaroth Chajim Tractatu Olam han-Necudim. Vid. אזנים. אצל. דבקות. ישר. נה"י. נוקבה. 4. 5.

3. Sicut autem omnes notiones Aziluthicæ ſeſe invicem ſuperinveſtiunt: ſic או"א Abba & Imma ſuperinveſtiunt τὸν Arich Anpin.

4. Pater autem præter illud quod accepit de Binah nominis Mah (vid. עתיק num. 6.7.) è Chochmah nominis Ben non accepit niſi incipiendo à Cheſed, & porrò deorſum: & Mater de Binah nominis Ben non accepit niſi incipiendo à Gebhurah & porrò deorſum. Ex quo intelligitur quod in Sohar dicitur: *Patri Connexionem & Dependentiam eſſe cum Cheſed, Matri autem cum Gebhurah.*

5. Quia autem Arich Anpin etiam Androgynus eſt in una perſona, mas nempe ad dextram & ad ſiniſtram fœmina; hinc cum או"א *Pater & Mater*, ſuperinveſtiunt τὸν או"א Arich Apin; Pater involvit latus dextum ejuſdem, & Mater latus ſiniſtrum. Modus autem eſt talis qui ſequitur.

6. Duæ Coronæ Patris & Matris veſtiunt guttur τ8 Arich Anpin, altera ad dextram & ad ſiniſtram altera. Quod reliquum eſt de Perſona Patris & Matris ſuperinveſtit τὸν Arich Anpin à Gutture & porrò deorſum uſque ad pectoris foveam; Pater quidem ad dextram & Mater ad ſiniſtram: ille Brachium Cheſed, hæc Brachium Gebhurah. Vid. infr. §. 10.

7. Si autem danda eſt Cauſa, unde Abba & Imma ſuper-

inveſtiant τὸν א״א Arich Anpin; illa quærenda eſt in Jeſod ע״י Attik Jomin: quod veſtitum eſt per interiora ע״י א״א Arich Anpin. Nam Chaſadim & Gebhuroth quæ prodibant ex Jeſod Attik (veſtitum ab א״א) colligebant & aſſumebant in ſe lumina Patris & Matris, fiebantque ipſorum vaſa: & hæc ibi conformabantur & veſtiebantur, & fiebant perſonæ integræ. Nam Jeſod Attik Jomin maſculinum eſt arctumque & longum: & ob hanc loci anguſtiam non poterat in ſe continere Benignitates & Severitates ſuas. Primò autem illuc ingreſſæ erant ac deſcenderant Gebhuroth, quæ ſunt cerebrum quartum & infimum. Cumque deinde accederent Chaſadim, hæ propellebant Gebhuras, ipſasque extra Jeſod per Orificium protrudebant. Gebhuræ autem (ob deſiderium adhærendi Benignitatibus quæ maſculi loco ſunt) prodeuntes rurſus aſcendebant per Circuitum Jeſod ע״י Attik Jomin, illudque ambiebant ab imo ad ſummum. Unde Chaſadim & Gebhuroth invicem uniebantur, illæ ab intra & hæ ab extra. Quia autem Jeſod Attik finitur in pectore Arich; hinc Chaſadim illæ & Gebhuroth omnes conſiſtebant in pectore Arich & porrò ſurſum.

8. Deinde etiam prodibant Chaſadim per orificium Jeſod, & manifeſtabantur intra Arich Anpin: & Gebhuroth (quarum pars dimidia, nempe duæ cum dimidia conſiſtebant ad dextram Jeſod Attik; duæ autem cum dimidia ad ejuſdem ſiniſtram) eaſdem attrahebant & elevabant. Quia ergo Chaſadim locari volebant extrinſecus ad dextram Jeſod; (quippe ubi erat notio Mah ע״י Jeſod ex qua Chaſadim provenerant,) hinc iſtæ ex illo loco abigebant Gebhuras ad dextram conſiſtentes: & hæ Gebhuræ in ſiniſtram ſecedebant, & quidem ſupra pectus, ubi duæ Gebhuræ reliquæ cum dimidia aliquantum deſcendebant infra pectus. Atque ita quinque Gebhuræ omnes nunc in latere ſiniſtro erant, nempe duæ cum dimidia circa partem Jeſod (cute) tectam; & duæ cum dimidia inferius

rius circa partem Jeſod detectam. Et eâdem planè ratione Chaſadim occupabant Latus dextrum.

9. Cumque hoc modo hîc exiſterent quatuor Notiones, dextri, ſiniſtri, contecti & detecti; iſtæ jam cauſa erant, ut producerentur totidem perſonæ. Nam Chaſadim ſuperiores producebant perſonam Abba ad ſuperiorem partem dextræ; &

Gebhuroth ſuperiores producebant Perſonam Imma ad ſuperiorem partem ſiniſtræ. Et ſic

Chaſadim inferiores ad dextram producebant Perſonam Iiſraël Sabha: &

Gebhuroth inferiores producebant Perſonam Tebhunah ad ſiniſtram.

10. Pater & Mater igitur ſuperinveſtiunt τὸν Arich à gutture uſque ad finem Tertiæ ſupernæ Tipherethicæ Ejuſdem, i.e. uſque ad pectus ejus. Deinde autem etiam Iſraël Sabha & Tebhunah τὸν Arich ſuperinveſtiunt à Pectoris initio uſque ad Pectoris Scrobiculum, quòd paulò eſt inferius quàm medietas Tipherethica: ille nempe ad dextram, & hæc ad ſiniſtram. Et hæc intectio fit per totum ambitum ad dextram & ſiniſtram ad partem anteriorem & poſteriorem.

11. Et calcanei pedum Binæ S. Matris ſupernæ inſeruntur Capiti Tebhunæ, quæ ſub illa locum habet. Quod tamen non contingit in Patre & Iiſraël Sabha, quamvis & hîc ſub illo locetur. Ratio differentiæ hæc eſt: quòd Gebhuroth primò è Jeſod prodierint, & Chaſadim ſint ſecutæ; ubi omnes Gebhuroth æqualiter detegebantur. Unde quæ ſuperiores erant, nexu ſtrictiſſimo connectebantur cum inferioribus; ob quem nexum, quamvis deinde dividerentur in duas perſonas, tamen etiam per calcaneos iterum jungebantur. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Abba ve Imma.

12. In genere ſciendum, quod Pater & Mater in perpetua ſint copula atque congreſſu qui nunquam ceſſat in æternum.

num. Ibid. Tract. Muchin de Katnuth & Jenikah & Gadeluth.

אבא ואמא עילאין *Parentes Superni.* Vid. טנ״תא. דבקורן

אבד *Periit*; judicetur juxta sensum Textus Jes. 57,13. justus perit: quo innnuitur influxum ejus auferri. Quæ phrasis etiam in similibus observari poterit. Pardes Rimmonim Tract. 23. c. 1. h. t. Vide plura in Sohar Tom. 3. fol. 7. col. 27.
Ib. fol. 26. col. 104.
Tom. 3. fol. 126. col. 512.
Fol. 128. col. 529.
Ib. fol. 88. col. 350.

אבה *Voluit.* Hoc exponendum est ex significatione benevolentiæ. In omni enim loco ubi invenitur, ad actum benevolendi, animus applicetur, qualis est influxus Coronæ, quæ vocatur Razon benevolentia. Exinde porrò pro subjecta materia de cæteris judicabis. Pardes ib.

אבוס *Præsepe.* Adhibetur in materia assuctionis inferiorum, sive sanctorum, sive externorum; qua ex Malchuth aliquid participant: vel è reliquis fontibus, sicut dicitur Jes. 1, 3. *Et asinus præsepe Domini sui.* Asis Rimmon. Tract. 23. h. t.

אבות *Patres.* Vid. Sohar Tom. 1. fol. 18. col. 71.
Tom. 3. fol. 113. col. 450.
Ibid. fol. 56. col. 222.

אבחת חרב *Mucro gladii.* Significationem obtinet ardentis gladii; quo Klippah notatur. Et sunt qui exponunt *terrorem gladii* sensu tamen uno eodemque. Pardes Rimmonim Tract. 23. h. v.

אבי״ע Est *abbreviatura* quatuor systematum, seu mundorum אצילות seu *emanationis*; בריאה seu *creationis*; יצירה seu *formationis*; עשיה seu *factionis.* Videatur Sohar Part. 2. fol. 69. col. 276. Huic voci applicantur quatuor literæ vocis פרדס Paradisus, quæ est abbreviatura quatuor vocum פשוטה sensus literalis: רמז sensus symbolicus: דרוש sensus allegoricus:

ricus: סוד sensus Mysticus seu Cabalisticus. Et in applicatione, סנוות seu Cabbalistica referuntur ad אצילות : ררושים ad בריאה & sic porrò.

אביר *Fortis, validus.* Quo innuitur Tiphereth sicut dicitur: *Fortis Jacob.* Gen. 49, 24. & *fortis Jisraël* Jes. 1, 24. Fortè autem ita vocatur ob mysterium virtutis suæ, qua inflectit Rigorem in Misericordiam, prout notum est. Et ita quoque Jesod nonnunquam vocatur, ut constat: quia & hic modus est Tractus literæ Vav. Pardes Rimmon. Tract. 23. cap. 1. hac voce.

אביר יעקב *Robustus* (virilitas) *Jacob.* (Connectitur cum עת *Tempus.*)

1. Cognomen hoc est penultimæ mensuræ Sephiristicæ, quæ dicitur: *El Chai*; *Deus Vivus*: quia *à Prudentia ad volatum roboratur accipiter Sapientia*, Job. 39, 29. juxta mysterium majoris atque minoris Sabbathi.

2. Vocatur autem *robustus Jacob*, non robustus Abrahæ vel Isaac, eò quòd ejusmodi Sephiricum lumen ab oraculo Jacobi effulget, quod linea media pronunciari consuevit; nempe Vav Tetragrammati ad mysterium Tipherethicum pertinens. Huic autem nectuntur Mensuræ Abrahami & Isaaci, illa à dextris hæc à sinistris, Jacobo consistente in medio, juxta illud Gen. 25, 27. *Jacob autem erat vir perfectus habitans in tentoriis.*

3. Ubi in verbis איש תם *vir integer* latet mysterium תיומרת *Summitatis bifida in Lulabh* seu Fasciculo Festi tabernaculorum, quæ etiam ad lineam hujus mediam refertur.

4. Verba autem: *Habitans in Tentoriis*, duo involvunt tentoria Abrahami nempe & Isaaci, quæ denotantur per duo latera dicti fasciculi.

5. Et quia Jacob refertur ad lineam mediam, notaturque per literam Vav, hinc dicimus: *Deus Abraham, Deus Isaac* ואלהי *& Deus Jacob*, ita, ut litera Vav in denominatione Ja-

 cobi

cobi ſuperaddatur. Cum quo convenit illud Deut. 10, 17. *Deus magnis fortis* והנורא *& terribilis.* Item myſticum illud inſigne Lev. 26, 42. *Et recordabor pacti mei* יעקוב. Ubi vox *Jacob* plenè ſcribitur cum Vav. Pactum autem Jacobi & robuſtus Jacobi ad eundem referenda ſunt locum.

5. Multoties etiam id vocatur

אביר ישראל *robuſtus Iiſraël*, ut legitur Jeſ. 1, 24. *Ideo dicit Dominus Deus Exercituum Robuſtus Iiſraël.*

6. Ubi indagandum quis ille ſit, qui vocatur *Adon* cum cognominibus: *Dominus Exercituum*, *robuſtus Iiſraël.* Jamque explicuimus quod tres Sephiræ inferiores comprehendantur in ima radice literæ Vav, quæ ſunt Nezach, Hod, Jeſod; quæ omnes vocantur *Zebhaoth, Exercitus* in genere. Cumque Nezach ad dextram, Hod ad ſiniſtram, & Jeſod in medio locentur, (ad quem ultimum locum refertur El Chai & robuſtus Iſraël;) hinc patet, quòd Robuſtus Iiſraël ſit nomen medium inter Nezach & Hod.

7. Hinc etiam dicitur Joſ. 3, 11. *Ecce arca fœderis, Dominus totius terræ.* Ubi *arca* vocatur Templum illud in quo habitat Dominus per nomen ſuum Tetragrammaton. Et propterea idem dicitur Robuſtus Jacobi, Robuſtus Iiſraëlis, & non Robuſtus Abrahami, & Robuſtus Iſaaci.

8. Et hic fuit clypeus Davidis, magna cum iſto bella gerens, eſtque *Dominus totius terræ.*

9. Hic etiam ſcias quod virtute *Robuſti Jacob* innovetur *aquila* illa nota, juxta illud Job. 39, 13. (An à te) אברה *penna* חסידה *Ciconiæ & ſtruthionis?* Item c. 16, 26. *Numquid per intelligentiam tuam volabit accipiter, extendet alas ſuas verſùs auſtrum?* Per quæ ultima denotatur Menſura Cheſed. *Chaſidah* enim eſt emblema *benignitatum Davidis ſtabilium*, de quibus Jeſ. 55, 3.

10. Cùmque Binah componitur cum Robuſto Jacob, tunc locum habet Textus Job. 39, 26. *Ad volatum roboratur Niſus,*

Nisu, extenditque alas suas versùs austrum. Binah enim septima est à Robusto Jacob, ad Jubilæum extendens radices suas.

11. Cùm autem Robustus Jacob combinatur cum mensura, quæ *aquila* dicitur, tunc ista innovatur, omníque bono repletur, deque ea dicitur Job. 39, 13. *Penna est Ciconiæ & struthioni.* It. Psalm. 103. *Satians bono os tuum, renovabitur ut aquila, adolescentia tua.* (sequitur חסר התחתון) Schaare Orah sub El Chai.

אֵב לשון ענף 1. *Viror*, ramorum & similium attributum. Juxta sensum loci Job. 8, 12. *Adhuc eo existente in virore suo non succidetur.* Hoc denotatur Actus Emanationis in Aziluth.

2. Et quidem in singulis ejusdem partibus talis, qualem illa species requirit. v. g. quando dicitur Cant. 6, 10. *Ad videndum* באבי הנחל *fructus convallis:* Ibi per convallem intelligitur Tiphereth; per fructus convallis autem ea quæ ab illa virescendo progerminant.

3. Si autem per convallem intelligitur Iesod, tunc progerminationes τῆς Iesod intelliguntur. Et sic, si de aliis locis exponeretur, ubique sensus esset juxta substratam materiam.

4. Mensis אביב seu spicæ autem ad eundem sensum exponi potest, de mense scil. in quo exsertiones progerminationesque contingunt. Nisan enim mensium initium est. Et in collatione 12. Combinationum Tetragrammati cum 12. mensibus, eidem competit simplex illa יהוה, à qua deinde reliquæ procedunt, ad instar cæterorum mensium.

5. Sic ubi dicitur Levit. 2, 14. *Si appropinquare feceris Sacrificium* אביב קלוי באש *spicam teneram tostam igne;* eâdem uti poteris expositione. Et sic in similibus. Pardes Rimmonim Tract. 23. c. 1. h. t.

אבל *Luctus* 1. Significatio luctus alludit ad ablationem influxus, dominiumq; disperdendi, profanis concessum, quod Deus avertat.

2. Et

2. Et huc pertinet myſterium luctus, qui ſunt ſex dies fletus.

3. Fieri quoque poteſt ut in medio ipſius ſanctitatis reperiatur luctus, nempe ex vehementia rigoris. Omnia tamen in hoc uno conveniunt quod influxus deficiat ex parte rigoris.

4. Sed Phraſis אֲבָל juxta Textus Gen. 17, 19. *Verumtamen Sarah Uxor:* it. c. 42, 21. *Sed rei nos erimus*, & ſimiles; ad Malchuth applicari poſſunt, quatenus habet notionem judicii; quod ex ſcriptura patet. Pardes ib.

אבן *Lapis.* (Connectitur cum כל.) 1. Sæpius Adonai Nomen Sephiræ ultimæ, & ipſa Malchuth, Regnum, ita dicitur; quoniam ipſum totius mundanæ fabricæ fundamentum extat; cui omnia, quæ in mundo, innituntur, & à quo ſua expetunt commoda.

2. Appellatur &
אבן הראשה *Lapis Capitalis*, à quo omnes catervæ ſuperiores & inferiores in opere creationis promuntur in eſſe.

3. Vocatur item
אבן ספיר *Lapis Sapphireus*, (vel potius opalus, vel cryſtallus) quia varium à ſupernis gradibus colorem trahit, & in creatis mox hoc, mox contrario modo operatur: nam bonum nonnunquam, quandoque malum, nunc vitam, nunc interitum, nunc languorem, nunc medelam, nunc egeſtatem, nunc divitias miniſtrat, juxta illud Deut. 32, 39. *Videte nunc quoniam ego ſum, & non eſt Deus mecum: ego occidam, & ego vivere faciam, percutiam & ſanabo.*

4. Hæc igitur dimenſio de fonte omnium Sephiroth vim haurit; omnium modorum ad ſe benedictiones (vid. ברכות) & immanationes trahens, cunctiſque in ejus ditionem redactis, ſecundùm cujusque modulum, alimentum victumque præſtat.

5. De eo etiam dicitur Pſ. 118, 22. *Lapis quem reprobarunt*

runt ædificantes, factus est in caput anguli seu Frontispicii. Abraham enim Isaac & Jacob, de superioribus Sephiroth suam quisque portionem sumsit. David verò hanc quæ inferior est, sibi mensuram vendicavit.

6. Caput autem est anguli seu Frontispicii; quia in eam non minùs supera vergunt quam ima; supera quidem, ut ei vim, influxum, benedictionemque distribuant: Ad eam verò aspirant ima, quatenus alimentum, permanentiam, victusque commoda inde assequantur, juxta illud Iob. 38, 6. *Aut quis projecit lapidem ejus angularem.* Et hic est altor Iisraël, juxta illud Gen. 49, 24. *Inde pastor egressus est lapis Iisraël.*

7. Hic ipse lapis in altiorem lapidem sua cupidine fertur: unde cujusvis generis haurit defluxum, juxta illud Exod. 28, 9. *Sumesque duos lapides Onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israël.* Et illud Gen. 15, 2. אדני יהוה *quid dabis mihi?* Gloria enim cohabitans desursum attrahit, trahiturque & ipsa sursum.

8. Huic lapidi oppositus alius est lapis:

אבן גדולה *Lapis magnus.* Is cum putei os obturat, tunc Iisraëlitæ servitutem patiuntur sub eo, quousque ille, cui judicandi competit jus, accedat: juxta illud Gen. 29, 10. *Accessit Jacob, & amovit lapidem ab ore putei:* Et illud vers. 17. *Et Jacob perrexit in Succhoth:* Rursus illud Zach. 14, 1. *Ecce, dies veniet Domini.*

[Sequitur בית המקדש] Schaare Orah sub Adonai.

אבן *Lapis.* 1. In hoc nomine perpetuò mysterium literæ י involvitur, & quidem ut plurimùm in Malchuth, quatenus in ista existit litera Jod. Informis enim massa & figura יּ figuram habet lapidis; & Malchuth est fundamentum & lapis cui totum ædificium superius superstruitur. De ea dicitur Zach. 3, 9. *Lapis unus septem oculorum.* Pardes Rimmonim Tract. 23, c. 1. h. t.

2. Nonnunquam etiam adjungitur ipsi cognomen ut vocetur

אבן בוחן *Lapis lydius* seu *Probatorius*, idque sub hoc mysterio: quod probet & exploret justos; quales fuerunt decem tentationes, quibus tentatus est Abraham. Id autem fit dupliciter: vel enim primò quatenus assugit naturam judicii, unde in Scriptura *Probare dicitur justos* Ps. 11, 5. Jer. 20, 12. Vel, quatenus aliquid sugit ex miserationibus, & ad Kether usque ascendit; quia enim necesse habet ut mundetur, cùm ascendit; tunc rigor qui in ipsa est immanat in probationem justorum; ipsaque mundatur & adscendit. Et huc pertinet mysterium illud de *Castigationibus amorosis*, quibus illa castigat justos. Ibid.

3. Porrò vocatur

אבן הראשה *Lapis Capitalis*, in Frontispicio; sub notione ea, quòd à Chochmâ sit secunda. Ibid.

4. Præterea dicitur

אבן מאסו הבונים *Lapis quem reprobarunt ædificantes*. Ps. 118, 22. Exponitur autem ita: quod Patres Mundi (qui sunt filii quadrigæ,) omnes reprobaverint eam, receperintque pro portione sua Gedulah magnificentiam, Geburah fortitudinem seu Rigorem, & Tiphereth Pulchritudinem: cùm tamen quandoque ipsa sit principalissima & caput omnium, quando sc. ad Ænsoph usque adscendit. Et tunc vocatur Corona nempe Sacerdotii, quando est in Capite Chesed misericordiæ: Corona Levitica, quando est in Capite Gebhuræ; & Corona Legis, quando est in Capite Tiphereth. Et hoc est illud, quòd in Textu allegato sequitur: *Factus est in Caput anguli*, seu Frontispicii. Quod commentatores ita exponunt: quod potissimum habeat aspectum atque intuitum, quodque omnia eam respiciant: superiora, ut influant in illam; inferiora verò, ut hauriant ex illa. Ibid.

5. Dicitur &

אבן ישראל *Lapis Iisraël.* Ratio (quia est compar Modi Tiphereth,) sicut dicitur Gen. 49, 24. *Inde pascens Lapis Iisraël.*

Per

Per ipsam enim conceditur influxus etiam ipsi Tiphereth. Et notio hæc vocatur Attereth seu corolla Tiphereth, (mariti sui:) & commentatores id ita exponunt: Modum scil. Tiphereth tunc dici influxum habere per illam, quando ipsa (Malchuth) alimenta subministrat, & pasturam concedit Iisraëli inferiori. Ibid.

6. Præterea dicitur

אבן השתיה *Lapis seu canalis lapideus Potationis.* Suntque qui hoc exponunt ex significatione adaquationis, nam *inde biberunt omnes greges.* Aliter exponitur ex significatione fundandi; quia ipsa fundamentum est omnium superiorum, prout notum est. Ibid.

7. Præterea vocatur

אבן הספיר *Lapis Sapphirinus*, seu *Opalinus*, vel *Crystallinus*, &c. Exponendi ratio ita se habet: sicut ספיר Sapphirus seu potius Crystallus, vel Opalus, recipit quoscunque colores, sic & mensura hæc recipit operationes è supernis, tam ut de bono participet ipsa, quàm ut benefaciat. Juxta expositionem quæ in Tikkunim traditur, ipsa ita vocatur, in quantum assimilatur Chochmæ; eò quod & ista vocetur ספיר: videatur Tract. noster in Pard. de Coloribus c. 2. & c. 5. Chochmæ enim nullus competit color, & Malchuth colore caret. Omnia autem in unum eundemque sensum redeunt. Ibid.

8. Eadem porrò vocatur

אבן שלימה Deut. 25, 15. 1. Reg. 6, 7. Prov. 11, 1. Deut. 27, 6. Iosf. 8, 31. *Lapis perfectus;* quatenus respectum habet ad Binah, & intelligitur per illud: Chochmah est Jod, & Malchuth est Jod. Huc etiam pertinet illud, quod R. Akibha dicebat ad discipulos suos, cùm venirent ad lapides marmoris puri: cùm videtis aquas, & aquas alias, ne dicite, duas esse aquarum species; quia omnia unum planè sunt, sicut dicitur Jes. 44, 6. *Ego primus & ego novissimus.* Unde etiam scriptum est Prov. 3, 19. *Dominus in Sapientia fundavit Terram:* quia

Fundamentum Sephiræ Malchuth, quæ est Jod, provenit à Chochmah. Atque hujus intuitu vocatur lapis, simpliciter, propter figuram literæ Jod. Sed ratione Binæ vocatur lapis perfectus: quia tunc perfecta est instructura sua. Et de his dicitur Deut. 27, 6. *Lapidibus perfectis ædificabis altare Domini Dei tui.* Et cùm ita perfecta est in Binah, tunc de ea dicitur ex Dan. 2, 34. *Videns eras, donec abscissus est lapis* à Chochmah, secum ferens vim judicii ex parte Binah, *& percusit statuam* ut auferret idola è terra, & exscinderet Deos vanos, *& tunc factus est in montem magnum*, in loco suo, *& implevit totam terram*: quia hæc implet totam terram sub mysterio analogiæ quam cum Terra habet. Hæc omnia discuntur è verbis R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim cum dicit: *Una hîc altera ibi*, &c. Ibid.

אבן נגף *Lapis percusionis & petra offensionis*, Jes. 8, 14. sunt Klippoth seu putamina immunda prout exponit R. Schimeon ben Jochai in Sohar Sect. ויצא ad locum illum Gen. 29, 3. *Et reposuerunt Lapidem super os putei in locum suum.* Quo in loco intelligitur lapis iste percussionis. Ibid.

אבן מעולפת *Lapis obtectus*, ex Cant. 5, 14. Cujus sensus intelligi potest ex trito illo: qui aquas invenit gratiam invenit. Nempe de Klippah intelligitur, cùm eâdem obducta est Chesed. Asis Rimmonim Tract. 23. hoc tit.

אבן משכית *Lapis effigiei seu figuratus*, ex Lev. 26, 1. Locum habet in illa parte Systematis Briah, quæ vocatur *ancilla sanctitatis*, qua vergit ad Metatron Pard. Rimmonim Tract. 23. c. 1. h. t. Metatron enim est operimentum istius Lapidis in Briah. Asis Rimmonim ibid.

אבנים מפולמות 1. *Lapides humentes*, Job. 28, 3. Targ. Referuntur ad Chesed ex allegoria hominis aquam invenientis, & ejusdem humiditates. In Sohar autem mentio fit talium lapidum מפולמין qui submersi sunt in abyssum, & à quibus prodeunt aquæ.

2. Aliâ

2. Aliâ expoſitione numerantur inter tres Klippoth; quarum prima eſt linea flaveſcens, eſtque Tohu; ſecunda Lapides iſti humentes, qui ſunt Bohu.

3. Fortè tamen ita conciliari poſſunt duæ hæ interpretationes quod Cheſed tunc vocetur nomine lapidum humentium, quando obtecta eſt Klippâ iſta atque cortice. Tres enim Patres cooperti dicuntur tribus Klippoth. Pardes Rimmon. Tract. 23. c. 1. h. t.

אבני שש *Lapides marmoris.* Vid. Sohar part. 1. fol. 34. col. 134.

P. 3. fol. 114. col. 457.

Et fol. 120. col. 480.

אבני תוהו *Lapides inanitatis.* Ad Cheſed pertinet, ſicut lapides humentes: cujus tituli utraque explicatio hic quoque locum habet.

2. Commodiſſimè autem inter Klippoth referuntur, quæ ſunt tres: *Tohu* & *Bohu*, & *Tenebræ.* Pardes Rimmonim Tract. 23. c. 1. h. t.

אבק *Pulvis.* Ita vocatur Klippah; quippe quæ ſe habet inſtar pulviſculi combuſti ſub furno, qui nullos fert fructus. Klippah enim ſeu cortex nullos fert fructus; quia combuſta eſt igne, Sordium inſtar. Ita explicatur in Sohar Paraſch. וישלח. Pardes ib.

אבקת רוכל *Pulvis aromatarii.* Cant. 3, 6. In Sohar explicatur de *Binah*; forte ex hac ratione, quod in illa conjunguntur omnes Sephiroth, & formentur omnes formæ: qua ex cauſa illa dicitur *mater perpetuò gravida.*

2. In Tikkunim autem hæc ipſa cognominatio refertur ad *Jeſod:* fortè quia modus iſte ſe habet ad inſtar aromatarii, qui unguenta & condituras & ſimilia miſcet. Unde alio in loco dicitur: *Ipſe eſt aromatarius*, *& Ipſa eſt pulvis ejus.* Quorum prius dicitur de Jeſod, poſterius de Malchuth. Pard. ibid.

 3. Vide-

3. Videtur autem vox אבקרת habere notionem *amplexus* vel nexus.

4. Vel etiam huc referri potest analogia vocis אבין, quod est *vas magnum in balneo*, in quod aquæ confluunt: vel prout alii exponunt, fossa vel *canalis*, per quem aquæ frigidæ & calidæ derivantur in labrum vel cupam balnei; ut ita etiam vox אבקת ad Jesod referri posset, non minus ac vox רוכל. Asis Rimmonim h. l.

אבר *Penna, ala:* it. *membrum*, & quidem *genitale*. R. Schimeon Ben Jochai in Tikkunim ad locum illum Ps. 91, 4. *In ala sua obumbrabit tibi*, hoc nomen exponit de *Jesod*, cui cognomen *Justi* tribuitur.

2. Hic modus etiam vocatur אבר מן החי *Membrum de animali vivente.*

3. Imò ad eundem referuntur omnes significationes vocis אבר, quatenus pertinet ad *concubitum* occultum. (Quia per hoc membrum influxus derivatur ad Malchuth. Asis Rimmonim h. l.)

4. Fortè eidem quoque applicari posset significatio volandi, juxta illud Job. 39, 29. *Volabit accipiter:* quia hic modus se habet tanquam *avis cœli alatusque est die Sabbathi:* prout traditur in Tikkunim. Pardes Rimmonim Tract. 23. c. 1. h. v.

אברהם *Abraham.* Refertur ad *Chesed* seu mensuram benignitatis: ex hac ratione, quia Abraham istius attributi, Chesed nimirum seu gratiæ & benignitatis factus est vehiculum; unde Eadem ipsius nomine vocitatur.

2. Probabile tamen est illam tum demum isto vocari nomine, quando sub isto conceptu proponitur, quo Abraham ejusdem est vehiculum. Et hæc est illa notio quæ vocatur נגבה Gen. 13, 1. *Plaga australis.* Item, quando sub illo conceptu proponitur, quatenus influentiam habet in homines: quia sub ista etiam notione Abraham ejusdem est vehiculum. Pard. ib.

3. Vid.

3. Vid. plura de Abraham in Sohar, Part. 1. fol. 6. col. 22.

Fol 77. col. 306. 307. 308.
Fol. 62. 63.
Fol. 131. col. 519.
Part. 2. fol. 110. col. 439.
Part. 3. fol. 122. col. 487.
Fol. 134. col. 534.
Fol. 145. col. 577.

אב שלום *Abschalom.* Vid. Sohar Tom. 3. fol. 10. col. 40.

אגודה *Fasciculus.* Ita vocatur tota *Aziluth* quando reperitur in Malchuth. Ratio denominationis est, quia in Malchuth uniuntur & conjunguntur omnes Sephiroth, & ipsa omnes simul in se constringit.

2. Et propterea fasciculus Festi Tabernaculorum non opus habet ligatura; quia conjungitur & colligatur cum malo citreo.

3. Et in Sohar Sect. שמיני explicatio fit ex loco Amos 9, 6. *Et fasciculum suum super terram fundavit.* Aziluth enim in unionem redacta, fasciculi nomen habet, sicut exposuimus. Pardes Rimmon. Tract. 23. c. 1. h. t.

אגוז *Nux.* R. Schimeon ben Jochai in Tikkun. hanc vocem refert ad *Malchuth* ex hac ratione: quia ista dimensio reconditur intra Klippoth seu cortices, sicut nucleus nucis intra sua putamina reconditus est. (Vid. Pardes Tract. 26. c. 7.)

2. Nucleus ille autem dividitur in quatuor partes: quæ correspondent quatuor literis Tetragrammati, & certo respectu sunt quatuor pedes sellæ curulis: Omnia tamen sub unione.

3. Cum his magnam habet analogiam *Tphillah seu phylacterium brachii;* in quo quatuor Textus Legis, & quatuor literæ: quæ interius efficiunt quatuor, & exterius unum.

4. Mal-

4. Malchuth ergo vocatur hoc nomine sub isto conceptu quatenus operta est Klippis seu corticibus omnibus.

5. Alio autem loco in Tikkunim de *Jesod* explicatur vox אגוז seu nucis; sicut Malchuth ibidem hortus dicitur, ex Cant. 6, 10. *In hortum nucis descendi.* Ibid.

6. Videatur Sohar Tom. 1. fol. 12. col. 45.
Fol. 21. col. 82.
Fol. 123. col. 487.
Part. 2. fol. 7. col. 25.

אגל״א Est abbreviatura vocum אתה גבור לעולם אדני *Tu potens es in Seculum Domine!* Buxtorff. Lexic. Rabbin. col. 22.

אגלי טל *Gutta roris*, Job. 38, 28. Hoc nomine intelliguntur guttæ influentiæ, ejusdemque defluxus, emissi à *Tiphereth*, ubi est locus טל seu roris, propter istam ejusdem plenitudinis partem יו״ד/ הא״/ ואו״ quæ ambo referunt numerum 39. Et ex hoc judicium fieri potest de similibus.

2. Fortè etiam exponi potest ex loco Cant. 4, 11. גל *Scaturigo obserata.* De quo suo loco. Pard. Rimmonim Tract. 23. c. 1. h. v.

אגם *Stagnum* confluxus nempe aquarum, vel similium. Ad *Malchuth* refertur, quatenus hæc mensura aquas suscipit à Chesed; ita, ut *ex Campo fiat stagnum aquarum.* Ps. 107, 35. Jesa. 41, 18. quæ omnia per se satis plana sunt. Pard. ib.

אגן *Crater.* Hujus vocis expositio reperitur in Sohar Sect. משפטים, ad locum Exod. 24, 6. *Et posuit in crateribus*, his verbis: *Vox* באגנת *in crateribus, defectivè scripta est; sicut scriptum est*, Cant. 7, 2. *Fovea pectoris tui crater rotundus, non indigebit potu mixto.* Hæc ibi. Sensus est; per אגן seu craterem intelligi Malchuth, quatenus ista repleta est atque perfecta in tota sphæra seu circulo suo.

2. Vox ergo אגן crater, analogicè concordat cum voce עגול circulus, habetque significatum receptaculi, sicut vas ali-

aliquod quod habet אוגן seu extremitatem atque labrum concavum, quo recipi possit quicquid immittitur. Hinc ergo intelligitur textus ille Cant. 7, 2. *Non indigebit mixto*, seu temperato: i. e. plenitudo atque perfectio ejus quæ denotatur voce mixtionis ac infusionis, non cessabit. Pard. ibid.

אגף *Ala, Turma, Legio.* אגפים *alæ.* Idem est quod כנפים & Chaldaicum גפין. Estque cognomen collectorum illorum agminum atque legionum quæ comitantur Schechinam, vel etiam Tiphereth.

2. Vox כנפים enim habet significationem congregandi & colligendi: simili applicito ad copias illas militares, quæ ad Schechinam confluunt; per quas nihil aliud intelligitur, quàm status ille, quo notio atque formalitas ejus in actum deducitur (ramique ejus extenduntur, Asis Rimmon. h. l.) juxta illud, quo quis dicitur: *Sperare sub pennis Schechinæ*, Ps. 91, 4. Ps. 61, 5. Ps. 57, 2. Ps. 36, 8.

3. Quod autem phrasis hæc: *Sperare sub alis ejus*; in Sohar de proselytis explicetur, suo loco dicetur. Pardes. Ib.

אגרה *Merces, præmium.* Vid. in Sohar Tom. 3. fol. 111. col. 441.

אגרת *Epistola, Congeries*, à congerendo, colligendo, comportando, juxta illud Prov. 6, 8. אגרה *Congregat in messe escam suam.* Estque cognomen *Malchuth*, quæ in se colligit influentiam. Sique influentia provenit ex Chesed

אגורת *Numulus argenteus* dicitur, juxta 1. Sam. 2, 36. De similibus simile poterit fieri judicium. Pardes Rimmon. Tract. 23. c. 1. h. t.

אד *Vapor.* In Tikkunim exponitur de *Malchuth.* Repræsentat autem numerum quinarium adeoque ה̈ ultimum Tetragrammati. Asis Rimmon. h. l.

2. Proprie autem indigitatur excitatio vel sollicitatio mensuræ Malchuth quæ sursum ascendit à Malchuth, quâque hæc ea, quæ supra sunt sollicitat.

D 3. Et

3. Et hæ ſunt duæ primæ literæ Aleph Daleth ex nomine אדני: quò pertinet locus ille Gen. 2, 6. ואד *& vapor adſcendebat è terra.* Pardes h.l. (Iſte autem vapor aſcendit ad Nun: quia tunc Malchuth fit corolla Mariti ſui, cui competit litera Jod, atque ſic completur Adonai. Aſis Rimmon. h.t.)

אדה"ר Eſt abbreviatura vocum אדם הראשון *Adam primus* paradiſiacus.

אדון *Dominus.* Eſt *Malchuth:* quæ ita vocatur ob notionem ſuam infimam, qua, ſicut Dominus, ſuper throno ſedet ut gubernet Mundum, Summaque & ima.

2. R. Schimeon ben Jochai autem in Raja Mehimna ita exponit: *Quod Modus Tiphereth quando unitus eſt cum Malchuth vocetur Adon Dominus, propriiſsimo dominandi ſignificatu: propter nomen ejus autem dehinc Illa quoque vocetur* אדני. Ille enim ob providentiam ſuam, quâ mundo proſpicit, vocatur Dominus: quod tum demum fieri patet, quando cum ipſa in unione eſt infra, ſuo nempe loco. Atque ſic etiam exponitur in Sohar Paraſch. בראשית ad loc. Gen. 1, 14. *Fiant luminaria.*

3. Aliter etiam in Raja Mehimna vox Adon refertur ad *juſtum*, in loco nim. illo Pſ. 110, 1. *Dixit Dominus* לאדני *Domino meo;* qui refertur ad Jeſod, quando nim. devinctus eſt ad dextram. Unde Textus inquit: Sede à dextris meis: (nec declina ad ſiniſtram, juxta naturam declinationis tuæ. Aſis Rimmon. h.l.)

4. Fortè tamen etiam ita vocatur eandem ob cauſam quæ dicta eſt de Tiphereth. Pard. Tract. 23. cap. 1. h.t.

5. Vid. Sohar Part. 2. fol. 52. col. 208.
Fol. 55. col. 219.
Fol. 106. 107.
Tom. 3. fol. 122. col. 487.

אדון הנפלאות *Dominus mirabilium.* R. Moſcheh in libr. השם

השם exponit de *Nezach*. Qui modus propterea ſic vocatur quia provenit & influxum habet à virtute mirabilium Chochmæ; ad dextram ſc. Vel quia mirificè promovet mirabilia ad virtutes inferiores, ut urgeat modum Hod, qui ſub ipſo eſt. Quod omnino ſequendum: quare enim alias diceretur Dominus.

2. Niſi fortè id de modo Tiphereth exponi debet; qui Dominus mirabilium propterea vocari poſſet, quia participat de mirabili ſuperno. Et ita quoque in Tikkunim traditur.

3. Alii exponunt de Malchuth. Et hoc modo ſumitur in oratione. ממרום וקדוש יוצר ubi uſque ad nomen hoc ארון הנפלאות Dominus mirabilium, decem ſunt gradus reſpectu decem Sephirarum; ita ut per מרום *altus* intelligatur Kether Corona: per קדוש *Sanctus*, Chochmah, &c. & per *Domine mirabilium*, Malchuth. Et fortè nomen mirabilium huic propterea applicatur, quòd in ſe recipiat 32. ſemitas mirabiles Sapientiæ, easque manifeſtet inferioribus. Pardes ib.

אדון האדונים *Dominus Dominorum*, Deut. 10, 17. Ita vocatur *Malchuth*; quia ipſa eſt caput omnium principum & præfectorum principalium. Fortè autem propterea ſic vocatur, quia ipſa *dat prædam domui ſuæ, & dimenſum puellis ſuis*, juxta Prov. 31, 16. Cuilibet nim. ſecundum opus quod ipſi peragendum eſt: nempe Michaëli Cheſed & gratiam, ut illam porrò diſtribuat; Raphaëli medicinam: & ſic omnia pro influxu & gubernatione inferiorum. Ideoque illa vocatur Adon Dominus, quæ gubernat Dominos, & directores illos, qui ſub illa exiſtunt, & ab illa accipiunt quibus eſt opus. Pardes ibid. h. t.

2. Quidam de Binah exponunt. Aſis Rimmon. h. l.

אדיר *Magnificus*. Quidam de Binah exponit.

2. Mihi autem videtur quod ſit cognomen virtutis Gebhuræ cum connotatione ſc. Judicii. Quod ipſa etiam vox comprobat, quia אדיר idem eſt quod validus.

3. Et fortè respectu Gebhuræ Malchuth quoque vocatur אדרת Magnificentia, Toga magnifica: quippe quæ etiam vocatur

אדרת שנער Jos. 7, 21. Pallium Schinear seu Babylonicum: quo tempore indigitatur: quod influxum habet à Gebhurah, eundemque porrò derivet in turbines & tempestatem, quæ sub ea. Pardes loc. cit. h. t.

אדם *Homo.* Hoc nomen absolutè positum de *Chochmah* intelligendum est. Numerisque æquipollet מ״ה ב״ה quod est 45. quem numerum etiam refert Tetragrammaton hac plenitudine scriptum: יוד הא ואו הא. Chochmah autem dicitur quasi מ״ה כ״ח *vis vocis* מ״ה. Atque sic exponit R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim.

2. Deinde Malchuth quoque vocatur Adam; sed Adam inferior, cui in supernis opponitur Chochmah.

3. Porro datur etiam

אדם קדמון *Homo anterior.* Sic enim R. Schimeon ben Jochai tradit in Tikkunim: *Nulla datur Sephirah, quæ non vocetur Adam; sed Adam supremus omnium est Corona Summa: huic nomen est Adam Kadmon, Homo anterior: vocatur* קדמון *anterior s. prior, quia est ante totam Aziluth, eaque prior.* Nec aliter (præter omne dubium) hæc denominatio huic gradui competit, nisi quatenus perfectissimè & omnino occultus & absconditus est ad similitudinem lucis primitivæ.

4. Porrò *Adam* etiam vocatur *Tiphereth*, quatenus ascendit ad gradũ Chochmah; quod his verbis testatur R. Schimeon ben Jochai in Libro Raja Mehimna: *Ad Chochmah autem seu sapientiam, quæ est vita Modi Tiphereth, iste ascendit; ut accipiat appellationem Adam: & hoc ipsum est quod scribitur* Jes. 44, 13. *Secundum Tiphereth seu pulchritudinem hominis.* Hæc ibi.

5. Et alio in loco dicit: *Quod Adam dicatur sub duplici notione, Adami nempe superioris & Adami inferioris* (quæ sunt

duæ

duæ Chochmæ ſeu Sapientiæ;) *quatenus ſcilicet & quando Adam ſuperior ſeu Chochmah unitus eſt cum Adam inferiore ſeu Malchuth*: quod ipſum eſt myſterium Jod ſuperioris & Jod inferioris, quando per literam Vav in medio exiſtentem uniuntur unde prodit myſterium literæ א.

6. Tiphereth autem vocatur *homo abſconditus*, quia reconditus & occultatus eſt in myſterio Daath ſeu Scientiæ.

7. Dehinc in Sohar Paraſch. כי תזריע etiam docetur: *Quod Nomen* אדם *excellentius ſit quàm Nomen* איש *Vir*, quod ibi prolixè demonſtratur. Nimirum quia in Nomine *Adam* comprehenduntur Malchuth & Tiphereth, juxta illud Gen. 5, 2. *Maſculum & fœminam creavit eos, & vocavit nomen eorum Adam.* In hac ſc. perfectione ut maſculi & fœminæ notiones concurrant. Nomen איש verò, maſculum tantùm ſignificat, ut ſuo loco latiùs dicitur.

8. Et in Sohar, Par. Bereſchith, ad locum Gen. 1, 26. *Faciamus hominem*, &c. R. Schimeon ben Jochai ſic commentatur: quòd in voce אדם litera אֹ reſpiciat ad Coronam ſummam, ſcil. notione ſua ſupremâ occultâ: םֹ clauſum verò referatur ad Binah juxta myſticum illud Jeſ. 9, 7. לםרבה *ad multiplicandum principatum*; quæ vox Mem clauſum in medio habet. דֹ verò reſpectum habeat ad Malchuth; unde pateſcat, quod vox אדם tres iſtos modos impleat in Tiphereth: unde excellentior quoque ſit, quàm nomen איש *Vir*, quia etiam unionem cum Malchuth repræſentet, prout explicuimus.

9. Quod autem attinet ad Phraſin פני אדם *facies hominis*, multi quidem in hoc conveniunt, quod illa de Tiphereth ſit exponenda; ſicut facies aquilæ de Malchuth: In Tikkunim autem contraria eſt explicatio: quod nempe facies hominis fundamentaliter ad Chochmah ſeu Sapientiam pertineat, qui eſt homo ſupernus: in Malchuth autem ſit facies hominis inferioris; ad quem ſenſum in Tiphereth planè nulla eſt faciei hominis applicatio, ſed illuc refertur facies aquilæ.

 Fortè

Fortè tamen etiam ad Tiphereth hæc phrasis *faciei hominis* reduci posset, hoc modo quo diximus, quatenus scil. propter Chochmah seu sapientiam id ipsi competeret. Pardes h. t. loco citato.

10. De Adamo & peccato ejus atque deceptione serpentis vid. Sohar P. 1. fol. 27. col. 108.
Fol. 28. 29. col. 115.
Fol. 36. col. 144.
Fol. 37.
Fol. 126. col. 501.
P. 3. fol. 25. col. 97.
P. 2. fol. 64. col. 256.
Ib. fol. 104. col. 414. 415.
Fol. 110. col. 437. 438.

11. Quòd in eo fuerint sexaginta myriades animarum: Vid. Sohar Tom. 3. fol. 8. col. 31. 32.

12. De arbore P. 3. fol. 61. col. 241.
Fol. 123. col. 490. fol. 86.

13. De ejus creatione Sohar P. 1. fol. 62. col. 241.
Fol. 121. col. 481.

14. De figura ejus P. 1. fol. 74. col. 297.
P. 3. fol. 38. col. 150.
Fol. 64. col. 256.
Fol. 21. col. 84.
Fol. 32. col. 126.
Fol. 83. col. 331.
Fol. 28. col. 109.

15. Quod Davidi concesserit annos septuaginta: P. 1. fol. 78. col. 310.

אדם קדמון *Homo anterior, seu prior, seu primus.* Est emanans primum Aziluthicum à Luce Infiniti intra spatium evacuatum immissum, à quo deinceps ortum habuerunt gradus & systemata reliqua omnia.

2. Vo-

2. Vocatur etiam Adam omnibus primis prior.

3. Danturque in hoc decem numerationes sphæricæ; deinceps autem prodiit figura hominis rectilinea in sua decade Sephirothica, tanquam diameter dictorum circulorum. Ez Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Adam Kadmon.

4. Potest vocari Axis harum Sphærarum, pertingens à Summitate illarum usque ad illarum Imum: & ab eo dependent omnia systemata. Ibid.

5. Cùm enim Lux Infiniti nimis esset excellens atque magna, fieri non poterat ut sufferretur, atque susciperetur, nisi mediante hoc Adam Kadmon: quippe qui nec ipse quoad naturam suam intimam suscipi atque tolerari potest, nisi postquam lumina ipsius iterum extra ipsum emanarunt per certa quædam foramina, quæ quasi fenestræ sunt; vocanturque in in illo *aures, oculi, nasus & os.* Ibid.

6. Hujus partes porrò sunt: קרקפתא *cranium*, אזנים *aures*, חוטם *nasus*, פה *os*, עינים *oculi*.

7. Notandum autem Lucem ab hoc Adam Kadmon prodeuntem unam quidem tantùm esse, sed quô magis elongatur à scaturigine, eô fieri crassiorem, idque per gradus descensus sui. Ibid. Vid. מצח. מלוי 4. מורה. חוטם. אזנים.

אדמה *Terra, humus.* Est *Malchuth*; vocaturque אדמה terra, quia locata est sub omnibus Sephiroth, sicut tellus, quæ sub omnibus mundi incolis.

3. Vocatur autem Adamah quatenus nutritionem suscipit à Judicio; unde rubicunda fit à rubedine Gebhuræ seu rigoris.

4. At in Tikkunim R. Schimeon ben Jochai ad locum illum Gen. 2, 7. *Et formavit Deus hominem pulverem de Adamah seu terra,* commentatur; per Adamah intelligi Binah seu prudentiam. Cujus ratio fortè eadem est, atque illa, quam de Malchuth protulimus. Pard. Rimmonim Tract. 23. cap. 1. hoc tit.

ארמוני *Subruber*. Gen. 25, 25. 1. Schemu. 16, 12. refertur ad *Hod:* qui modus Admoni dicitur & non ארום rufus, quia aliquid albedinis in ipſo eſt; quoniam à Tiphereth quoque aliquid aſſugit, unde aliquantulum albi, i. e. miſerationis continet. Pardes loc. cit. h. t.

2. Vid. Sohar P. 3. fol. 126. col. 501.

Fol. 131. col. 524.

Fol. 23. col. 51.

Fol. 25. col. 99.

ארני *Dominus*. [In Schaare Orah cum præfatione connectitur.]

1. Primum propiusque creatis omnibus nomen, quo ad Regem Tetragrammaton aditus pateſcit, eſt ארני: ad cujus notitiam animadverte; peculiare nomen Altiſſimi יהוה innuere ſummi opificis exiſtentiam, à quo, quicquid continet univerſum, dependet. Sed portarum Claviumque prima quibus ad Tetragrammaton accedimus, eſt nomen Adonai: quod (cùm ſurſum exordimur, vergimusque deorſum,) in toto Dei nominum ambitu, in extremo ordinem ſortitur; & hucuſque verum conſummatumque unionis myſterium porrigitur.

2. Deinceps verò inferiùs diviſionis machina collocatur, juxta illud Gen. 2, 10. *Et fluvius egreditur de loco voluptatis ad irrigandum Paradiſum, qui inde dividitur & quatuor capita factus eſt:* quæ quidem quatuor capita, ſunt turmæ Schechinæ Altiſſimi.

3. Hoc autem nomen Adonai Theſaurus divitiarumque exiſtit ædes, pro omnibus modis influentiæ ac emanationis rerum, per varios canales ex יהוה emanantium. Tria enim ſeſe reſpicientia nomina comperimus: inferius ארני: in medio Tetragrammaton יהוה, ſuperiùs אהיה i. e. Sum, Ero. Ab Ehjeh autem omnes influentiæ Aziluthicæ emanant, quæ à fonte qui Æn-Soph ſeu Infinitum dicitur, per gradus ſcaturiunt, uſque ad nomen יהוה: illincque omnes canales defluxusque

que omnes erumpunt ad Nomen Adonai, quod Gazophylacium eſt, ubi omnia Regis reponuntur monilia.

4. Rurſus id ipſum nomen magnus eſt creatorum nutritor, qui Tetragrammati in ſe latentis virtute cuncta enutrit, & eis victus commoda præſtat.

5. Hujus veniunt nutu, eoque jubente diſcedunt, quicunque Tetragrammaton, adhærendi cupidine, petunt; nec ſemita, nec pars ulla admittitur, qua Tetragrammato aſſiſtat quispiam, niſi manuducente Adonai. Et quia Tetragrammaton hoc ipſum nomen ſibi in divitiarum ædes, in Templumve, cujus ipſe eſt hoſpes, vendicat: ideo ſono eodem, quo nomen profertur Adonai, pronunciari ſolet in Lege Tetragrammaton, ut nobis innoteſcat, quod quicunque Tetragrammaton quæſiverit, ipſum in Nomine Adonai comperiet.

6. Neminem autem fugiat: Nomini Tetragrammato quinquaginta quatuor quadrata nomina adſcribi:

ANNOTATIO.

Quinquaginta quatuor iſta combinationes Nominis Tetragrammati, quarum etiam ſit mentio in Rabboth Bereſchith Rabb. Paraſch. 44. fol. 41. commentar. ad col. 2. & Debharim Rabb. fol. 434. commentar. ad col. 1. voc. ה *non vulgaris ſunt interpretationis. Notum enim quod Tetragrammaton communiter tantùm duodecies varietur. Et ego quidem primo exiſtimavi combinationes has 54. ita fieri; ſi computentur primò duodecim Combinationes Tetragrammati ſub notione Plenitudinis* ע״ב*: ſecundò duodecim combinationes Ejusdem ſub notione Plenitudinis* ס״ג*; tertiò ſub notione* מ״ה*: quartò ſub notione & conceptu* ב״ן*, qua forent combinationes 48 quibus ſi adderentur ſex combinationes Ejusdem Tetragrammati juxta tres ejus vocales; efficeretur numerus Combinationum 54. Deinde autem à Magiſtro edoctus ſum iſtum modum ingenii ſaltem eſſe effectum & ſpeculationis; ſecundùm Traditionem autem Kabbaliſtarum oralem illarum Combinationum hanc eſſe rationem;*

ut primò locentur duodecim Combinationes ordinariæ hoc modo: (ubi ob Reverentiam divini Nominis quod delere & corrigere nefas dicitur loco He pingitur fragmentum ejusdem nempe Daleth:)

ידוד
ידדו
יודד
דודי
דויד
דיוד
דידו
דדיו
דדוי
ודיד
ודדי
וידד

Secundò, quia fundamentum harum Combinationum sit plenitudo Tetragrammati בן, *id est hac, quâ Nomen illud plenè sic scribitur:* יוד הה וו הה; *hinc loco He duplicati, bis sumi literam Vau, hoc modo:* יהוו *& sic duodecim confieri variationes aliàs has:*

ידוו
יודו
יווד
דווי
דויו
דיוו
וויד
וודי
ויוד
ודוי
וידו
ודיו

Tertiò

Tertiò, loco duplicationis hactenus in literis He & Vau usurpatæ, assumi quoque duplicationem literæ Jod hoc modo: ייוד *& sic produci duodecim combinationes ulteriores istas:*

ייוד
יידו
יויד
יודי
ידוי
ידיו
ודיי
וידי
וייד
דייו
דויי
דיוי

Quartò, omissâ una radicali assumi duplicatas binas trinâ variatione & quidem primò sic ייוו *unde sex Combinationes sequentes:*

ייוו
יויו
יווי
ויוי
וויי
וייו

Quintò sex alias adjungi Combinationes ex hâc figurâ: יידד *& quidem tales:*

יידד
ידיד
ידדי
דידי
דדיי
דייד

Sextò tandem ex præmissis & hanc figuram fluere וודד, *quæ sexies variatur hoc modo:*

וודד
ודוד
וددו
דוודו
דדוו
דווד

Ita è duodenario ter & senario totidem sumto oritur numerus 54. de quo hîc agitur.

Quæ ex ipsius Tetragrammati combinatione emergunt, horumque literæ numerum 216. constituunt; quæ 54. scil. Nomina mysterium sunt defluxus virtutis in omnia quæ mundi Machina ambit, & hæc (veluti Neschamah) literas illas 216. respiciunt, quæ continentur in versiculis ויסע/ויבא/ויט *Ubi perrexit Angelus*, Exod. 14, 19. 20. 21. Ipsa eadem 54. nomina universa continent entia, & peculiaria cujusque creati commoda per Adonai largiuntur.

7. Adonai quoq; sui ipsius dispositionem regnandiq; facultatem, ex propriis, quibus consuitur literis, ostentat. Aleph enim mysterium Ehjeh significat, quod inter cætera nomina capitis vicem refert: Jod vero Tetragrammaton, cujus Sedes est Adonai, prætendit. Daleth autem & Nun 54. nomina existentiæ denunciant: unde cujuslibet modi influentiæ & emanationis cunctorumque permanentiæ arcanum relucet. Tota igitur regnandi perficiendique potestas ipsi committitur Adonai, quod & dictio Adonai insinuat: Hebraico enim hæc sermone Dominum sonat; quia id ipsum (Tetragrammati, sibi inhabitantis virtute,) extat totius Terrarum Orbis Dominus.

8. Et quia nulla creatura ad nomen benedictum (Tetragrammaton) alia accedere potest via nisi per Adonai; cùm nulla oratio nec supplicatio, nec obsecratio intrare queat nisi per

per hoc nomen; hinc omni precationi præmittere decretum est verba hæc; *Domine labia mea aperies:* qui versiculus plenè scribitur his literis: אלף / דלת / נון / יוד & per hoc nomen preces accessum habent ad ipsum Tetragrammaton benedictum. [Schaare Orah Nom. 1. Sequitur ברכה]

9. Oraculum Adonai, quantum in se sua sustinet virtus, undiquaque judicium est: Capit & non impertit; Quemadmodum præcellens diadema seu Corona summa, funditus misericordia extat, elargitur & minimè suscipit: Capax tamen est Templum Adonai in se gratiam omnem, judiciumque ab altioribus stillantia colligere. Quare rationabiliter janua, per quam justorum intrat oratio, vestibulumque, dicitur. Ibid. sub דוד'.

10. Vid. etiam אל חי. אמירה. ברכה. צדק. אל שדי. כנסת ישראל. זכרון

11. Plura vide in Sohar Part. 1. fol. 54. col. 216.
P. 3. fol. 16. 17.
Tom. III. initio Parasch. Vaætchannan, fol. 124. col. 496.
Tom. II. Schemoth. fol. 5. col. 20.
Et Tom. III. Parasch. Achare. fol. 29. col. 116.
Item Tom. I. Parasch. Breschith fol. 36. col. 141.
Item initio Parasch. Vaæra. Tom. II.
Item Tom. III. Parasch. Ækeb. fol. 131. col. 521.

12. Æquipollent autem numeris היכל & ארני Vid. Sohar Tom. II. Parasch. Mischpatim fol. 44. col. 176.
Tom. III. Parasch. Pinchas. fol. 103. col. 410. 411.
Item Tom. I. Par. Bresch. fol. 17. col. 68.
Tom. III. Parasch. Naso. fol. 70. col. 277.
Et Parasch. ki Teze. fol. 136. col. 544.
Et fol. 111. col. 442. fol. 112. col. 448. fol. 103. col. 410. in Parasch. Pinchas.

ארני *Bases.* [In Schaare Orah cum ברכה connectitur.]

1. Cùm nomẽ Adonai, Thesauri instar omniũ stagnorũ &

defluxuum inundationem accipiat, illi tanquam in receptaculo אדני i. e. *basium* dictio accommodatur, ut: *bases atrii* in quibus statuebantur columnæ. Centũ enim argenteæ bases in tabernaculo fabricatæ erant, juxta illud Ex. 38, 27. *Centũ bases, centum talenta:* quæ centum stagnorũ è magno stagno Adonai influxum haurientium, imaginem præferunt. Unde decretum est homini, centum Berachoth seu benedictionibus singulis diebus benedicere, per quas de horum stagnorum inundatione aliquid sibi attrahere possit; & si harum una defuerit, ac si maculam in Sanctuarium injiceret, judicabitur.

2. Hujus verò mysterium de mystico illo pendet: איק בכר quod & arcanum innuit Cohen, i. e. Sacerdotis, Levitæ, & Iisraëlitæ: idque mysterium designat τῶν Nephesch, Ruach, Neschamah, i. e. animæ, spiritus, mentis. Hinc protulit David Ps. 103, 1. *Benedic Nephesch seu anima mea Domino.* Adaptavit enim benedictionem Nephesch seu animæ, secundùm mysterinm trium superiorum ordinationum. *Anima* enim centum benedictionibus ut benedicat, præcipitur, quæ ad *Iisraël*, serie præscriptâ respiciunt, de quibus decima (quæ decem est numero,) debetur *Spiritui*, qui *Levitam*, ordine coæquat.

3. Ex his verò decem Levitæ & Spiritui coordinatis; rursus *menti* pro decima redditur unum, quod correspondet *Sacerdoti.* Unde collige: quòd si non singulis dierum anima hominis centum benedictiones protulerit, non exhibetur menti una, quia nec spiritui decem, quæ decima sunt Levitarum: hi enim decimam accipiunt à Iisraël, cujus denuò ipsi decimam Sacerdotibus tradunt. Ac in hoc decimarum effulget arcanum, quod in Lege scribitur Num. 18, 26. *Et Levitis loquere, dicens ipsis: cùm acceptaveritis à filiis Israël decimas, quas dedi vobis de possessionibus eorum, auferte ab eo primitias Dei, decimam de decima.* Decimæ autem decima mysticum illud monstrat, Aleph, Jod, Kuph: si enim non fuerit Kuph, nec Jod erit: nec Jod ablato, erit & Aleph.

4. Præ-

4. Prævideas igitur ut benedictionibus, singulis diebus, centum benedicas; quarum si una defuerit, quasi maculatum Sanctuarium relinquas, existimaberis: cùm ejusmodi benedictiones, centum argenteis basibus assimilentur, per quas inundatio nominis Adonai in stagna centum undequaque diffunditur. Schaare Orah Nom. 1. [Sequitur ibidem באר]

5. אַדְנֵי *Bases.* Est *Malchuth*, quæ ita punctatur, quia est receptaculum influentiæ defluentis. Hujus figura etiam fuerunt bases Tabernaculi; quæ erant centum; quoniam ipsa (cuncta) recipit à decem; (Decadibus sc. quæ sunt centum.) Et *hæ* sunt centum portæ. Pardes Rimmon. Tract. 23. c. 1. *h. v.* Asis Rimmonim h. l.

אדרא *Area.* Est nomen duorum compendiorum Cabbalisticorum extantium in Sohar: nempe ea quæ major dicitur p. 3. Parasch. נשא fol. 61. col. 242. altera minor ib. Sect. האזינו fol. 140. col. 557.

אַדְרִיכָל *Architectus.* Ita vocatur *Malchuth*, ex hac ratione quia sicut Architectus est artifex magnus, qui præcipit fabris & artificibus reliquis ut exstruant ædificium, prout decet scientiam talis opificis: Ita Malchuth præcipit in structura omnibus ædificatoribus, qui sub ea existunt, ut forment omniũ rerum in mundo existentium formas, virtute modi Tiphereth, qui supra eam. Hoc nomen autem tunc ipsi tribuitur, quando est in actu formandi ea, quæ ipsi injuncta sunt à superioribus. Pardes Rimmon. Tract. 23. c. 1. h. v.

אהבה *Amor, dilectio,* 1. Est in *Chesed.* Unde Abraham vocatur אהבי *dilectus meus* Jeschai. 41, 8. quia in sese derivaverat vim amoris.

2. Atque sic & Schechinah, quando sibi succum attrahit ex parte Chesed, vocatur Amor: & de hoc locus est in Tikkunim. Hoc nomen autem tunc ipsi tribuitur quando sugit è fibris Chesed, ut copulari queat cum marito suo. Et hoc ipsum est, quod dicit R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim

alio loco: *Quando aperitur erga maritum suum, vocatur Ahabhah.* Sic quoque commentatur in Sohar Par. מקץ; *Quando sugendo lambit filum Chesed, tunc vocatur Amor.*

3. Alio quodam in loco dicitur; illam tunc appellari hoc nomine, quando in se continet omnes Patres. Et dici quidem potest quòd respectu Chesed dicatut amor atque dilectio; primò tamen influxum assugit à septentrione (i. e. Gebhurâ.) Hoc enim ordine amore nectitur cum marito suo; (vid. Pard. Tract. 8. c. 21.) & deinde influxum quoque accipit à meridie (i.e. Chesed,) atque tunc aperitur per Austrum & vocatur Ahabhah seu amor istius respectu; repleta tamen est & participationem habet ab omnibus.

4. Dehinc etiam vocatur אהבת יי *Amor Domini* 1. Reg. 10, 9. Par. 2, 11. c. 9, 8. Quod sic exponit R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim: *Amor Domini est Malchuth, quatenus continet omnes Sephiras*; ratio est, quia per combinationem ex ea fit compositum è decem Sephiris; cumque sic composita est, per sponsum suum (i. e. Tiphereth,) tum vocatur *Amor Domini.*

5. Vid. Sohar P. 1. fol. 10. col. 37. Præcepto secundo.
Fol. 9. col. 33. 34.
P. 2. fol. 65. col. 260. 261.
Fol. 91. col. 362. Palatio sexto.
Fol. 97. col. 387.
Fol. 114. col. 454. Palatio quinto.
Fol. 116. col. 457. 461.
Part. 3. ad locum. & diligas Deut. 6, 5.
Et fol. 57. col. 226.
Fol. 126. col. 503.
Fol. 128. col. 509.

Datur etiam

אהבה רבה *Amor magnus*; estque Chesed, de quo R. Schimeon ben Jochai, in Sohar Par. פקודי *Dextra Sancti illius*

illius, qui benedictus sit, est amor magnus: quæ ob hanc causam sic vocatur, quia amor ille, est unitus atque connexus cum Mundo superno. Hæc ibi. Unde patet, quod Chesed, quando unitur cum Binah, vocetur *Amoris magni* nomine; hæc enim multò major est.

7. Reperitur &

אהבת עולם *Amor olam* Jer. 31, 3. estque *Malchuth:* rationem dat R. Schimeon ben Jochai his verbis: אהבת עולם *Amor Mundi.* Hoc mysterium *reperitur in mundo inferiore dum non est separatus sed unitus cum ipso amore ejus, &c.* Quibus verbis docetur: illam tunc sic vocari quando unita est cum Tiphereth, qui etiam vocatur *Olam*, prout docebitur loco suo. Et in Sohar Sect. חיי שרה hæc extant: *Suscitationem amoris fieri à parte sinistra:* Unde de Iizchak (qui est sub Gebhurah) dicitur Gen. 24, 67. *Et introduxit eam Iizchak in Tabernaculum Sarah Matris suæ, & dilexit eam.* De Jaakob autem dicitur Gen. 29, 18. *Et dilexit Jaakob Rachel.* Natura Iizchak quæ in ipso erat hæc ita faciebat. Hæc ibi. Unde apparet amorem provenire ex parte Gebhuræ. Conciliatio autem horum peti potest ex verbis ejusdem; Sect. ויחי ad locum Cant. 8, 7. *Aquæ multæ non poterunt extinguere dilectionem, & flumina non inundabunt illam.* Initium, inquit, fit ex parte Gebhuræ, juxta illud Cant. 2, 6. *Læva ejus* (quæ sub Gebhurah) *sub capite meo.* Quod fit quando Malchuth influxum suscipit à Gebhurâ. Et per hanc coronatur amor atque amplexus. Deinde autem influxum confert Chesed: & per viam Chesed quieta redditur vis judicii. Et propterea meritò restinguendus est amor, qui exsuscitatur vi judicii, per miserationem Chesed seu benignitatis: quamvis Textus contrarium videatur innuere, dum ait l. c. *Aquæ multæ non poterunt extinguere dilectionem:* intelliguntur enim aquæ Chesed; quas ipse accipit, postquam jam suscepit influxum à sinistra. Et hoc ipsum est quod dicitur Cant. 2, 6. *Et dextra ejus* (Chesed) *amplexabitur*

me. Locus integer videri poteſt in Sohar loco allegato. Nervusque omnium hic eſt: Initium amoris fieri per timorem (quæ eſt Gebhurah,) juxta illud: Læva ejus ſub Capite meo: eumque deinde continuari per dextram ſeu Cheſed; unde illud: & dextra ejus amplexabitur me. Atque ſic optimè conciliantur verba R. Schimeonis ben Jochai. Pardes loco citato hoc titul.

אהה *Ahah.* Locum illum Jer. 32, 17. & ſimiles ita exponit R. Schimeon ben Jochai in Sohar Sect. אחרי מות *in voce* אהה *Aleph eſt Kether, duo autem hehin ſunt Binah & Malchuth.* Senſus eſt: quòd Schechinah quæ eſt he ultimum projecta ſit è cœlo, & benedictiones ſublatæ ſint à Binâh, quæ eſt he supernum, & impediantur à Corona, quæ eſt litera Aleph. Unde adhibetur vox אהה lamentandi causâ, ſuper tribus iſtis gradibus, ſecundùm cujusque naturam. Pard. loco citato cap. 1. hoc tit.

אהיה *Sum: Ero* [in Schaare Orah connectitur cum עדן.]

1. Suprema Sephirarum, *Corona*, dicitur quandoque *Ehjeh;* cujus intelligentiam, nemo aſſequitur, niſi ipſa: eſtque nomen abſconditum in tabernaculo ſecretiſſimo. Id miſericordiæ ſyſtemati præfectum eſt, habetque duodecim Combinationes, & centrum *miſerationum*, ſcaturiginem Havajæ ſeu Tetragrammati, in medio: atque his unà cum centro tredecim miſericordiæ oracula reſpondent: quæ omnia miſerationes ſunt meræ, nullo intermixto rigore judiciali.

2. Eodem pariter modo ſe habet nomen ſpecificum Tetragrammaton in medio Sephirarum, ut alibi diximus, locatum; cujus duodecim Combinationes, aſſumtâ lineâ mediâ, ſunt myſterium tredecim menſurarum aliarum, quæ judicium continent & miſerationes.

3. Cum autem reſplendent menſuræ ſupernæ è Coronæ nomine, quod eſt אריך, quæ meræ ſunt miſerationes; tunc ſyſtemata omnia, omnesque Sephiræ benedictione replentur

plentur atque vitâ, & misericordia, omnique influentiæ genere.

4. Jamque etiam diximus Tract. de Sephira prima, quòd nomen *Adonai* sit receptaculum utriusque influentiarum generis ab ambobus sc. his nominibus venientium.

5. Sic ergo constitutis his nominibus supernis, nempe in Miserationum Systemate nomine אדיר; in medio, in judicii laxioris Systemate, nomine ידוד; & infra in Systemate Judicii rigorosissimi nomine אדני; non immeritò inquirendum, quænam sit illorum operatio, tam conjunctim, quàm seorsim?

6. Sciendum igitur, quod nomen supernum אדיר non nisi meras operetur misericordias: Illud enim benefacit, atque dona largitur gratis, & miseretur nullo intercedente judicio, perfectissimâ miseratione, sicut dicitur Exod. 33, 19. *Et vocabo nomine Tetragrammato coram te; & gratiam addo cui gratiam addo, & misereor cui misereor.* Ubi nota: hæc verba: *Cui gratiam addo, & cujus misereor*, cuncta de beneplacito, cujus rationem nulla novit creatura, intelligi.

7. Et per hanc mensuram meras miserationes exhibentem, quæ est אדיר exiverunt ex Ægypto Israëlitæ. Quod ut pleniùs intelligatur sciendum, Deum in mercabhâ seu sede suâ multa constituisse tribunalia ad judicandum creaturas; quæ omnia judicium exercent verum atq; rectum citra omnem deflexionem. Et omnes quidem filii mundi judicantur coram tribunali magno, quod locum habet inter nomen Tetragrammaton, & inter nomen Elohim, ubi homo dijudicatur propter omnia opera ejus. Quòd si igitur homo convertatur antequam in ipsum irruat pœna judicialis; in gratiam recipitur: sin minùs, sententia executioni mandatur per tribunal inferius, quod vocatur Adonai.

8. Fieri tamen potest, ut, quamvis sententia lata sit contra homines à tribunali summo, istiq; cōdemnati sint ad varia pœnarum

narum genera; inferiores tamen invertere poſſint omne hoc judicium, omnemque pœnam mutare in beneficium.

9. Et hoc ipſum eſt quod dicitur 2.Sam.23,3. *Juſtus dominator timoris Dei:* quaſi dictum ſit: quis dominatur mihi? juſtus. Ego enim decreta emitto, & ille eadem annihilat; idque hoc modo: Quandocunque in mundo juſtus quidam eſt, qui dignus eſt aliquid precibus ſuis efficere, & penetrare uſque ad ſyſtema *beneplaciti & miſericordiarum;* tunc, quamvis decretum editum ſit à tribunali ſummo; preces tamen iſtius juſti ad coronam uſque adſcendunt: atque tunc aperiuntur portæ ſyſtematis miſerationum; quo facto, omnes ſententiæ promulgatæ revocantur: quoniam à miſerandi luminibus omnes Sephiræ illuſtrantur, replenturque miſericordiâ influxuque & benedictione atque immanatione: eodemque tempore in omnibus Sephiris nullus eſt locus ubi prævaleat judicium, vel ira; quia omnia conſiſtunt in lætitia & beneplacito, ſublatiſque omnibus indignandi modis, illi qui judicium exequuntur moventur ad miſericordiam: quia cuncta miſerationibus magnis affluunt per tredecim canales ſupernos defluentes in tredecim modos judicii laxioris; non ad judicium, ſed ad favorem & miſericordiam, quamvis mundi incolæ hoc ipſo digni non ſint. Cum enim juſtus ille id efficit, ut apertæ ſint miſericordiarum portæ; tunc omnia per miſericordiæ attributum reguntur. Et hoc eſt: *Gratiam exhibeo cui gratiam exhibeo*, quamvis id non fieret per naturam Juſtitiæ: *Et miſereor cujus miſereor*, quamvis judicii non transgrediar limites.

10. Et ſicut hæc fiunt precũ beneficio; ſic idem efficit obſervantia horum vel illorum præceptorum, quæ pariter cauſa eſt, ut apertæ ſint portæ ſyſtematis miſericordiarum; qualis eſt Elevatio manuum, & ſimilia.

11. Cùm apertæ ſunt portæ ſupra dictæ, *tempus* eſt *beneplaciti*, juxta Pſ. 69,14. quia tunc omnes mundi, tam ſupra, quàm infra, gratiâ pleni ſunt, & miſericordiâ atque beneplacito: nec

nec locum habent judicia vel pœnæ, sive parvæ sint, sive magnæ. Deusque cum benevolum se exhiberet Mosi ad expianda peccata Iisraëlitarum, hoc eidem elargiebatur donum, ut aperire posset systema misericordiarum tempore indignationis, omnemque judicii rigorem in meras convertere miserationes: & tunc tradidit ipsi tredecim mensuras misericordiarum. Unde dixerunt majores nostri: *Fœdus pactum est tredecim mensuris, quæ non destituuntur effectu.* Et cum illarum fit mentio coram Deo, judicium commutatur in miserricordiam remittitq; peccata eorum. Unde iterũ dixerunt sapientes: *Deus apparuit Mosi in Sinai sub forma ministri Ecclesiæ, dixitque ipsi: quotiescunque peccabunt Iisraëlitæ, sic agant coram me, & remittam ipsis peccata eorum.* Quæ ex supra dictis facilè intelligi poterunt.

12. His præmissis, porrò nota; tum temporis, cum appropinquaret momentum, quod Deus prædixerat Abrahamo; liberandi sc. Iisraëlitas ex Ægypto; ipsos sanè nequaquam tali liberatione fuisse dignos, prout latè hæc tradit Jecheskel c. 20, ℣. 5. *In die qua elegi Israël, & levavi manum meam pro semine Domus Jaacob, & cognitus sum iis in terra Ægypti, &c.* & ℣. 7. *Et dixi ad eos: unusquisque abominationes oculorum suorum projiciat, &c.* ℣. 8. *Et rebellarunt contra me, nec cupierunt audire me, &c. Et dixi, ut effunderem iram meam super eos.* ℣. 9. *Sed feci propter nomen meum, &c.* quid fecit Sanctus i. q. b. s. videbat appropinquare finem, nec dignos tamen esse Iisraëlitas liberatione; detecta igitur est facies *Coronæ*, systema nempe misericordiarum perfectarum; omnesq; Sephiræ atq; Canales replebantur gratia & miseratione, locoq; movebatur indignatio.

13. Unde ad Mosen dicebat Dominus: Ex. 3, 14. *Sic dices filiis Israël:* אהי״ך *Ero misit me ad vos*, q. s. diceret: Mundus omnimodæ gratiæ manifestatus est omnibus Sephiris, effulsitque nomen אהי״ך; judiciumque mutatum est in miserationem: & ex hac ratione liberamini, quamvis eo non sitis digni ob opera vestra prava.

 Cum

14. Cùm autem nomen אידך absconditû est, & Tetragrammaton judicandi officio fungitur, tunc judicium exercetur sive in bonum, sive in malum.

15. Si igitur tanta est Iisraëlitarum culpa ut in Tribunali Tetragrammati decernatur, Sephiram *Jesod* amovendam esse à *Regni* Mensura; tunc tempus Vastationis & Exilii est, vocaturque *Tempus malum*. Unde Jeschai 57, 1. *A faciebus mali colligitur justus*. Et tunc Malchuth relinquitur arida, bonoque superno carens, omnique pœna & perditione plena. Qui ergò sciverunt in debitum redigere ordinem trinam hanc judiciorum seriem, Prophetarû potissimum & Talmudicorû temporibus illi avertere potuerunt omnia decreta pœnalia, scutumque fuerunt Iisraëli, eò quod canales Tetragrammaticos ita dirigerent ut in metrum Adonai influerent; cum scil. precibus suis ascenderunt usque ad beneplaciti fontem, reseratis miserationum portis, unde lux infinita promanaret: Unde Scriptura Psal. 118, 27. *Deus Tetragrammaton* (est,) *& illuxit nobis*.

16. Hæc tum fiunt, cum facies Coronæ convertitur ad faciem judicii laxioris, unde illud: Prov. 16, 15. *In luce faciei Regis vita*. Ubicunque enim in scriptura aliquid traditur de luce faciei supernæ, ibi innuitur apertas esse portas misericordiæ, &c. & huc pertinet locus Ps. 4, 7. *Multi dicunt: quis videre nos faciet bonum? eleva super nos lucem faciei tuæ, Domine*. It. Ps. 31, 18. *Lucere fac faciem tuam super servum tuum*. Et Ps. 11, 17. *Quoniam justus Dominus justitias dilexit, rectum videbunt facies ejus*; ubi non פניו sed פנימו quia cum mundi misericordiæ & judicii mundus de facie ad faciem sese respiciunt, plena & perfecta sunt omnia.

17. Et ex hac miserationum copia Deus etiam Sacerdotibus injunxit ut benedicerent, quamvis fortè Iisraëlitæ digni non essent, illam benedictionem suscipere. Unde claves ad miserationum hoc systema tradidit Sacerdotibus Dominus, quasi dice-

diceret: quando vos benedicetis, aperientur portæ gratiarum, &c. & nemo influxui hujus gratiæ resistere, vel aliqua accusatione eam impedire poterit, silebuntque accusatores, & ministri justitiæ omnes. Unde sic scriptura: Num. 6. 23. כה *Sic benedicetis*, &c. *Sic*, i. e. per nomen Expositum, quod aperit portas supernas. Quid autem dicetis? ***Benedicat Tibi Dominus & custodiat te:*** & ut stabilis maneat benedictio: ***Lucere faciat Dominus faciem suam ad te, & misereatur tui.*** q. d. cum fulgebunt miserationes illæ magnæ à Corona Summa, quæ sunt facies illa, quæ omnes illuminat Sephiras, tunc impleatur omne desiderium tuum, quamvis miseratione indignus fores; gratis enim hoc donum tibi datum. Et huc pertinent loca Deut. 4, 7. Jes. 55, 6. Ps. 91, 15. seqq.

18. Hæc est mensura illa Kether, cujus Symbolum est Apex literæ Jod in Tetragrammato. Schaare Orah sub Ehjeh. Sequitur ibidem הוא. Vid. ניצוצות n. 25.

19. De Nomine אהיה Vid. Sohar Tom. 3. fol. 4. col. 16. Fol. 29. & 30. col. 117.

אהל מועד *Tabernaculum concilii.* [Connectitur in Schaare Orah cum Schechinah.]

1. Dimensio יי Adonai, quæ est Malchuth, ***Tabernaculum concilii*** nuncupari solet, quia hæc est Domus Tetragrammati quam incolit, juxta illud Lev. 1, 1. ***Et vocavit Mosen & locutus est ei Tetragrammaton de tabernaculo concilii, dicens, &c.*** Cum quocunque enim Deus locutus est, tabernaculo mediante locutus est: At Moses Tabernaculi interiora adiens facie ad faciem Tetragrammati suscepit eloquia, juxta Num. 7, 89. ***Cumque venerit Mojcheh in Tabernaculum concilii, &c.*** Chaldaica verò editio, hoc nomen Tabernaculum per vocem משכנא seu ***habitaculum*** profert, quod cohabitantis gloriæ mysterium insinuat. Dictio autem Moed (quam latina editio ***testimonium*** dicit) Hebraico eloquio ***domum conventus***, phrasinque ***paratum esse***, denunciat: quia Altissimi nomen, ibi

ibi veluti in concilii ædibus paratum ſemper comperitur, juxta illud Exod. 25, 21. *Et tecum ibi conveniam* [Schaare Orah ſub Adonai. Sequitur ibidem Zedek.]

2. *Ohel Moëd* eſt *Schechinah & Malchuth*; quæ propterea ſic vocatur quia eſt Domus & teſtimonium modi Tiphereth, ejusque locus conveniendi. In Chaldaico enim אהל dicitur משכן *habitaculum:* quia ipſa eſt habitaculum Domini; unde Exod. 25, 22. *Et conveniam ad te ibi.* Sic enim Tiphereth cum Moſche loquitur in Tabernaculo de facie ad faciem. Ipſa autem tunc ſic vocatur, quando ornata eſt ornatu ſuo coram facie Regis ſponſi. Sic autem in Sohar dicitur Paraſch. בלק ad locum illum Levit. 1, 1. *Et vocavit Deus ad Moſcheh, ex tabernaculo conventus:* De Templo ornato, de Templo pretioſo ſuperiorum & inferiorum, quod ſummi & imi deſiderant, & non poſſunt appropinquare illi, &c. Senſus hic eſt: Sponſam, quando ornata eſt ad ſuſcipiendam præſentiam mariti ſui, tunc perfectam eſſe in ſeipſa juxta illud Cant. 1, 6. *Ne reſpiciatis quòd ego fuſca ſim:* qui locus explicatur in Cantico Canticorum ex Sohar, ubi vide.

3 Propterea autem vocatur *habitaculum* זמנא i. e. *temporale*, de eo ſc. tempore, quo unio non eſt perfecta: quò pertinet illud Exod. 33, 11. *Et Jehoſchua filius Nun, puer non recedebat de medio tabernaculi:* Quæ ita explicantur in Sohar, Par. תרומה quòd habitaculum fuerit ſub myſterio נער pueri; & tunc vocetur habitaculum temporale, quod nempe certis temporibus tale eſt. Habitaculum autem fundamentale fuit in Monte Sancto, quo in loco etiam in ſuperis extitit ſub myſterio Throni firmi. Pard. Rimmon. Tract. 23. c. 1. h. t.

או *Vel.* Hæc vocula refertur ad Vav quod deducitur à Corona quæ eſt Aleph. Eſtque linea media inter dextrum & ſiniſtrum locata. Unde ſi diſtinctio facienda eſt inter hoc vel illud, adhibetur particula או vel, aut, ſive. Pard. ibid. hoc tit.

אוא

אוא Est abbreviatura vocum אבא ואמא *Pater & Mater*, de quibus suo loco.

אוב *Ventriloquus* & ידעוני *Ariolus* sunt cognomina Corticum exteriorum; suntque Klippoth seu cortices immundi duo.

2. Nec mireris, quòd literæ connotationem habeant Putaminum, cum tamen sanctæ sint: earundem enim collectio quandoque Exteriora designat, prout videtur in exemplo שור bovis & similium. Pard. Rimmon. Tract. 23. c. 1. h. t.

אוד *Torris, Titio*, quod ab igne ereptum est. Est cognomen rei cujusdam quæ prodiit è rigore judicii, ab ejusdemque *igne* atque operatione liberata est.

2. Potest tamen etiam cognomen esse Malchuth, quæ vocatur אד vapor ut dictum suo loco: quando autem infra judicium est versus alterum latus, per literam Vav quæ in ipsa est, ejusque exsuscitationem; tunc vocatur אוד torris erutus ab incendio, quæ sunt tres literæ nominis Adonai אדן. Confer Amos 4, 11. Zachari. 3, 2. Pardes Rimmon. ib.

אוה *Desideravit*, ut in loco Psl. 132, 13. *Quoniam elegit Dominus Sion*, אוה *desideravit in habitaculum sibi*. Quod sic exponitur in Tikkunim: quod sit unio literæ Aleph seu Kether, cum Tiphereth & Malchuth; quæ vocantur וה, quòd optimè quadrat ad Textus Scripturæ: eò quod per beneplacitum & influxum emanantem à corona adornatum sponsi & sponsæ, isti se invicem desiderant. Quod facilè applicari poterit ad similia. Pard. ibid.

אווז לבן *Anser albus*. Quidam exponunt de Chochmah. Sic enim dicunt Magg. nostri: qui somnians videt anserem intentus erit ad sapientiam. Ratio peti potest vel à colore albedinis: vel quia sicut anser magnâ voce clamat, ita sapiens clamores excitat in studio legis.

2. Sapientia autem h. l. intelligitur inferior quæ vocem edere dicitur. Quamvis & sapientia superior intelligi queat,

juxta illud Prov. 1, 20. *Sapientia foràs prædicabit*: quod fit postquam defluxit in Binah; & ex Binah foràs: ficut dicitur l.c. *in plateis dabit vocem suam*, ficut exponitur in Sohar. Pardes ibid.

אוחים *Mustela* vel similia *animalia terribilia*, de quibus loquitur Jeschai c. 13, 21. *Et replebuntur domus eorum animalibus feris*, ubi intelliguntur species quædam ferarum.

2. Hoc tamen nomine etiam intelligitur species quædam ex Klippoth seu Corticibus, quæ inhabitat loca deserta, prout sic tradiderunt Magistri nostri in materia שאירן. Et forte Ochim sunt Lilith & Samaël qui sunt אחים fratres in fraternitate. Pard. ib.

אוי *Eheu, væ!* Locum illum Iirmei. 6, 4. אוי *Væ nobis, quia declinavit dies, &c.* Sic explicat R. Schimeon Jochaides Sect. אחרי מות: quando elevatur Tiphereth ad Kether, quod absit! & influentia nulla extat ne quidem in Binah; & pœnitentia nulla prodest, ad infringendum decretum; tunc אוי *eheu?*

2. Quod ulterius sic explicatur: quod Jesod est Vav parvum & caput justi, i.e. locus ubi degunt benedictiones, juxta illud Prov. 10, 6. *Benedictiones sunt super caput justi*: hoc inquam est Vav tractus nempe modi Tiphereth ad Jesod.

3. Quando ergo influentia aufertur à Jesod ad Tiphereth, tunc etiam caput hujus Vav elevatur ad Vav quod est in Tiphereth.

4. Cùm autem etiam Tiphereth elevatur ad Coronam, quæ est Aleph, ita ut nulla detur influentia, ne quidem in Binah, tunc dicitur אוי Væ; quando sc. canales confracti sunt, & fames existit. Pard. ib.

אויב *Inimicus.* Quicquid ad hunc sensum spectat ad naturam Judicii refertur. Sæpe tamen hoc nomen etiam de exterioribus intelligitur, qui veri sunt *inimici.* Et juxta verba R. Schimeon ben Jochai in Idra; etiam angeli vocantur *inimici.* Unde illud Daniel. 4, 10. עיר *Vigil & Sanctus de cœlo de-*

descendebant, i. e. Inimicus Sanctus, juxta Phrasin 1. Sam. 28, 16. *Et factus est* ערך *inimicus tuus.* Pard. ib.

אויל *Stultus*, & omnis denominatio hinc petita figura sunt Klippæ seu putaminis, quo pertinet שגעון amentia, & similia. Pard. ib.

אויר *Aër.* Hoc nomen in libro Raja Mehimna refertur ad Tiphereth. Verba sunt hæc: *Tiphereth est aër:* & propterea de *votis* solutis dicitur quod volitent in aëre: quia votum refertur ad Binah; hæc autem volitat super Tiphereth, ut notum est.

2. Et alio in loco dicitur: *Ibi est Uriel qui est aër:* item alio in loco: *Et hæc est columna media, quæ est aër.*

3. Ex quibus omnibus patet, quod aëris cognominatio pertineat ad Tiphereth.

4. Et eodem sensu alio in loco dicunt sapientes: *Litera Jod ex Tetragrammato implicatur voci* אור *Lux, & inde fit* אויר *aër.* Unde illud: אוירא aer terræ Iisraëlis sapientem reddit: quia litera Jod quæ sapientiam designat immiscetur voci אור Lux.

5. Et hæc est illa lux qua amictus fuit Deus cum crearet Mundum, juxta illud Ps. 104, 2. *Amictus luce tanquam veste: extendit cælum sicut cortinam.*

6. Et hoc est illud יְהִי אוֹר *fiat lux*, i. e. יה אויר. Statuunt enim arcanorum Legis Magistri, quod factæ sint Havajoth seu modi Tetragrammatici antequam existeret quicquam. Unde illud: *Fiat Lux* יהי אור ויהי *& facta est Lux.* Unde patet, quòd ויהי antecesserit. Hæc ibi. Sensus est iste: Fundamentum Lucis est Binah: & in illa designantur quinque lumina; quia toties fit mentio Lucis in historia Creationis ejus quæ correspondet ה & quinario superno.

7. Et sic R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim tradit: & Chochmah vestitur à Binah. Et hoc est illud Ps. 104, 2. *Amictus luce.*

8. Et Hæc est Causa Havajoth seu Modorum Tetragrammaticorum qui ab inde producti sunt per conjunctionem utriusque. Unde illud Psl. 104, 2. *Extendens cœlum sicut cortinam, &c.*

9. Fieri tamen non potest, ut conjungantur Chochmah & Binah nisi mediante Daath seu scientiâ quæ ipsas unit. (de quo vid. Pardes Tract. 3. & Tr. 8.) Et quia in Daath s. scientia est amborum illorum unio, hinc ex ipsorum nomine appellatur אויר *aër* simili unione qua & illa sunt unita. Non enim vocatur אויר nisi natura illa tenuis sub mysterio Daath. Et ex his fieri potest sermonis istius explicatio.

10. Porrò etiam *Kether Corona* vocatur אויר aër & quidem ex duplici causa: Primò quia non apprehenditur, sed tantum habet naturam adhæsionis, & unionis, cum principio emanativo. Secundò quia aliquantulum apprehenditur: de quo sic ait R. Schimeon ben Jochai in Cant. Canticorum: quia per illum impulsum insedit Cerebro in aëre tenui comprehensibili tamen: Datur autem aër tenuis qui planè incomprehensibilis est: hic verò, qui comprehenditur, cùm insidet illi cerebro impulsus ille supernus, tunc prodeunt omnes motus *accentuum, &c.* Taamim autem seu *accentus* sunt à Corona. Aër ergo qui comprehenditur dicitur residere & impositus esse Sapientiæ, quæ vocatur Cerebrum. Illa autem notio aëris quæ incomprehensibilis dicitur aliquando vocatur אויר קדמון aër primus, quia primum tribuitur Coronæ. Quamvis autem comprehendi dicatur ille, sensus tamen non est quod penitus comprehendi queat, quia ne Chochmah quidem comprehendi potest. Sed sensus est, quod non comprehendatur ne quidem à Sephirah Chochmah, sed tenuissimæ sit naturæ, & uniatur cum Æn-Soph. (vid. Pard. Tract. 11.) Kether ergo vocatur aër; quia residet in Chochmah & Binah, quatenus illæ unitæ sunt sub mysterio Daath, quæ est ipsarum unio. Unde אויר est quasi י״ אור *Lux litera Jod*, unde Kether, quæ vim

lar-

largitur Daath, seu Scientiæ, ut illa unire queat, vocatur *aër.*

11. Et in Tikkunim Binah dicitur aër tenuis his verbis: *Illa est* ה *supernum, aër tenuis, aër* Terræ Iisraël quæ sapientem reddit, ex parte Chochmah quæ est Jod. Hæc ibi. Quæ fere conveniunt cum iis quæ supra diximus. Pard. ib.

אוכל *Comedens.* Locus ille Jud. 14, 14. *A comedente exivit cibus*, in Sohar Par. ויחי sic explicatur, ut per comedentem intelligatur justus (seu Jesod,) quia iste comedit omnem influentiam supernam, ut eandem rursus demittat in Malchuth, sicut scribitur Prov. 13, 25. *Justus comedit ad Saturitatem animæ suæ.* Cibus autem qui ab ipso prodit est ille influxus quem dimittit ad inferiora: & iste est cibus Schechinæ. Pardes ib.

אומנת *Nutrix.* Vid. אמנת.

אומן *Nutritor.* Refertur ad Jesod: quia hic modus vocatur nutriens Hadassæ Esth. 2, 7. quæ est Schechinah: atque eidem largitur influxum multorum bonorum à Sephiris superioribus. Pard. ibid.

Vid. plura in Sohar P. III. f. 86. col. 339.
Part. II. fol. 71. col. 284.
P. III. fol. 134. col. 534.
Fol. 16. col. 61.

און *On.* In Sohar Sect. ויחי R. Schimeon ben Jochai hanc vocem sic explicat: און sumatur ex loco Gen. 41, 50. c. 46, 20. *Filia Potiphera Sacerdotis On.* Et אוני ex c. 35, 18. filius אוני. Quæ ambo cognomina sunt corticem designantia. Verba ejus hæc sunt: *Sacerdos On denotat latus alterum* sinistrum scilicet. Et huc pertinet mysticum illud de Rachel cum videret moriendum sibi esse: *Et vocavit nomen ejus: filius* אוני. Et propterea Jaacob resarciebat nomen ejus, eumque vocabat filium dextræ, & non filium On, *ut à dextra denominaretur, & non à sinistra.* Hæc ibi. Pard. h. l.

אָוֶן autem *iniquitas, vanitas, molestia*, intelligi potest ex loco Ijob 5, 6. *Quoniam non egredietur de pulvere iniquitas.* Ex quo etiam explicari potest quicquid reperitur sub phrasi אונאה ad denotandam *oppressionem, vim, violentiam, deceptionem, defraudationem*, & similia.

2. Quod autem dicitur Gen. 49, 3. *Ruben primogenitus tu, fortitudo, & principium* אוני *roboris mei:* id habet significationem potentiæ, & ad sanctitatem pertinet. Forte etiam hic denotatur unio vocis אני ego, qua denotatur Malchuth; cum Vav quod pertinet ad Tiphereth: quod pariter ad sanctitatem refertur. Pardes h. l.

אופל *Caligo.* Est Gebhurah, quæ propter judicium ita vocatur. De hoc vid. plura in Pardes Tract. 10. & Tract. 23. c. 1. h. l.

אופן *Rota.* Ita vocatur Gedulah, quippe qui modus est magnus ille director totius vehiculi. Sic explicat R. Moscheh in Libro הנסם.

2. In Tikkunim autem R. Schimeon ben Jochai hæc tradit; quòd Rotæ Mercabhæ, seu vehiculi atque sellæ curulis sint Nezach & Hod. Justus autem sit Rota illa una Jechesk. 1, 15. Quatuor autem animalia istius vehiculi sint Gedulah, cujus facies est Leonis; Gebhurah, cujus facies est Bovis; Tiphereth, cujus facies est Aquilæ; & Malchuth cujus facies est Hominis. His subjicit: duas Rotas Mercabhæ esse Nezach & Hod; & Rotam unam, quæ super Terram, esse Jesod, qui super Terram, i. e. Malchuth, locatus sit.

3. In Sohar Cantici Canticorum autem dicitur: tres facies Malchuth respicere tres Patres, quorum nomina sunt אל. אלהים. ארני. sub quibus una sit facies, quæ recipiat (multa) à tribus faciebus; quæque vocetur אופן Rota una in terra: quasi de illa instituatur quæstio hoc modo: אוֹ פַּן vel אַן פַּן ubi est facies illa una? cui subjiciatur responsio: in Terra. Pardes h. l.

אור *Lux.* Ad plurima refertur; nempe primò ad *Tiphereth*, ſicut ſcriptum eſt, Prov. 6, 23. *Et Lex Lux.* Iſte enim modus lucem infundit, & illuminat *pupillam oculi*, quæ eſt *Malchuth.*

2. Deinde etiam Binah vocatur *Lux*; quippe quæ illuminat quinque Sephiroth, quæ ſunt: Gedulah; Gebhurah; Tiphereth; qui ſunt tres colores oculi: & duo Cherubin oculi ſeu palpebræ, quæ ſunt Nezach & Hod. Jamque dictum eſt alibi, quod hæc ipſa eas illuminet, per myſterium 50. Portarum *Binah.* De his ita loquitur R. Schimeon ben Jochai in libro Raja Mehimna: Jod eſt pupilla oculi, quia, juxta Prov. 6, 23. *Lucerna eſt mandatum, & Lex Lux*; nempe Vav, quod lumen infundit in eam. He continet tres colores oculi, & duas oculi alas ſeu palpebras: Lux autem quæ iſta illuminat per intrinſeca, eſt He ſupernum, quæ eſt Lux, &c. Hæc ibi. Sed Tiphereth vocatur Lux, quatenus illuminat Malchuth: Binah autem eodem gaudet nomine, quatenus illuſtrat quinque Sephiroth ſupra dictas, luce quinquaginta ſuarum portarum.

3. Sciendum autem fundamentum Lucis in duobus his locis exiſtentis, tamen eſſe in Cheſed. Unde die Creationis prima mentio fit quinque luminum, quibus innuuntur quinque Sephiroth ſupra dictæ: quæ in ea quidem ſunt, ratione Binah; non tamen dicuntur Lumina niſi ratione Cheſed. Atque ſic traditur in Sohar Paraſch. Trumah; in illo actu ubi R. Abba & R. Chaja ſermocinantur in hoſpitio ad locum illum Prov. 6, 23. *Quia Lucerna eſt Mandatum, & Lux Lex*; ubi hæc leguntur: *Et propter quinque illos gradus; qui emittuntur & propagantur è luce illa prima, quinquies fit lucis mentio: omnia autem veniunt à latere dextro, inque eo continentur.* Hæc ibi.

4. Per iſtam igitur vocantur Lumina; quia fundamentum & radix lucis eſt in Cheſed: ſicut eodem loco fermè circa ini-

„ initium historiæ exponitur his verbis: *Et Lex est Lux*: in il-
„ lam quippe Lucernam Lucem immittit, & hæc accenditur
„ ab ea, ex parte Lucis primitivæ, quæ est dextra. Lex enim
„ ab illo latere dextro, Luce scil. prima, tradita est, sicut scri-
„ ptum est Deut. 39, 2. *A dextra ejus ignis, Lex eis.* Unde pa-
„ tet, quòd è parte dextra data sit. Quamvis ibidem & sinistra
„ contineatur, quia tunc omnino perfecta est. Lux hæc com-
„ posita est à ducentis & septem mundis (s. Systematibus;) qui
„ asservati sunt in latere illius lucis, quæque expansa est per o-
„ mnes. Sub throno superno occulto locati sunt illi mundi,
„ ad partem illam dextram. Sunt autem trecenti & decem:
„ & ducenti quidem & septem ad dextram sunt, centum autem
„ & tres ad sinistram, qui efficiunt 310. Et hi sunt illi, quos
„ Sanctus ille benedictus semper ordinat, & ab illis multi emit-
„ tuntur Thesauri pretiosissimi: omnesque asservantur ut ab
„ illis voluptatem capiant Justi in mundo venturo. Deq; il-
„ lis scriptum est: Prov. 8, 21. *Ut hereditare faciam diligentes*
„ *me* יש״, *&c.* De illis etiam scribitur Jesch. 64, 4. *Oculus non*
„ *vidit Elohim præter te.* Trecenti illi & decem mundi asser-
„ vati sunt sub mundo futuro. Et propter illos ducentos &
„ septem qui sunt à latere dextro, nomen accepit Lux prima,
„ quamvis sinistra quoq; Lux, Lucis appellationem obtineat:
„ Lux tamen prima saltem præparata est, ut prolem producat
„ in mundum venturum. Nec ibi tantùm, sed quotidie id fit:
„ nisi enim hæc lux fuisset, mundus subsistere non posset; quia
„ scriptum est: Ps. 89, 3. *Dixi: Mundus per Chesed*, seu Beni-
„ gnitatem *ædificabitur.* Hæc ibi.

5. Sensus est hic: Per verba illa: *Lucerna est manda-tum;* intelligitur Malchuth: *& Lex*, est Tiphereth, qui accendit, & influit in Malchuth; estque Lux *lucens & accendens.* Dicitq; hanc lucem provenire de parte Chesed, ex hac enim Tiphereth originaliter suctionem suam instituit. Rationem autem adducit ex textu Deut. 33, 2. *A dextra ejus, &c.* quasi obje-

objectionem formaret ex eo, quod textus asserere videatur Legem datam esse à dextra & à sinistra, quia dicit: à dextra ejus, Ignis, Lex eis. Ad quam respondet, quod verba *Lex Ignis* indigitent, sinistram innecti dextræ. Perpetuò autem dextra fundamentum & perfectio sinistræ est, unde etiam dextræ perfectio resultat, quæ in eo consistit, quod sinistra cum ea combinetur.

6. Quod addit de 207. mundis, pro argumento adducit, quod in Chesed sit אוֹר cujus numerus est 207. Unde concludendum; quod sinistra comprehendatur in Mundo ad dextram sito; dextra enim semper prævalet. Lumina enim omnia continentur in ש״י quæ sunt 310. Et ad dextram propterea locantur 207, quia lumina illa distribuuntur in tres lineas; ita ut ad dextram, quæ est Chesed, sint 103. in medio autem ubi est misericordia totidem; & quia hæc inclinat ad Chesed, Lex autem à dextris venit, hinc ad dextram dicuntur ducenta & septem. In latere autem sinistro itidem centum sunt & tria. Unum autem restat, quo innuitur unio eorundem; quam ob causam etiam א״ unitatis nota in principio vocis אוֹר locum habet, quæ hoc modo resolvenda est: א״ או״ אוֹר Omnia autem in unum redeunt. Ex 310. igitur mundis istis; demonstratur Lucem pertinere ad Chesed, quia linea quoque media ad dextram inclinat, quæ est Chesed; unde tot ibi lumina, quot refert numerus אוֹר. Ad sinistrum autem tantum reperiuntnr centum & tria; quod ita probatur; quia verba *Ignis*, *Lex ipsis*; denotant connexionem; quod nempe lumina conjunctim efficiant numerum 310. (Unde quia subtrahenda sunt 207. ad dextram, ad sinistram remanent 103.)

7. Porrò etiam probat quod Lucis appellatio ad Tiphereth pertineat, quamvis ratione Chesed: quia per hanc Lux adscendit ad dextram. At quia Lux à Binah provenit, hinc addit: Hæc sunt illa, quæ Sanctus ille benedictus, qui est Binah, semper ordinat, i.e. influxum illis præbet, eaque illumi-

nat; suntque lumina pro mundo venturo; unde de iis dicitur: *Oculus non vidit, Elohim, præter te*; ubi pariter intelligitur Binah.

8. Quod autem porro subjicit: Propter illa 207. quæ sunt à dextris, &c. rationem dare nititur, quare Chesed vocetur Prima; de Luce enim jam dictum; restat ut dicatur de Nomine קדמון prima: Nempe quia operationes suas instituunt & formant modos existendi, ex eo, quod influxum à Binah accipiunt, quippe cui sunt propinqua, quia Chesed proxima est post Binah: hinc dicitur prima, ob hanc præcedentiam, quamvis etiam sinistra Lucis appellatione gaudeat.

9. Deinde objectionem format: si operatio eorum principaliter tantum tendit ad mundum venturum; quare dicitur, Legem à dextra datam? Et subjungit: id quoque quotidie fieri. Quorum verborum omnium nervus est hic: quod quinque illa lumina sint quinque Sephiroth, quibus appellatio Lucis tribuatur ratione Chesed, in qua fundamentum Lucis. Item quod ob nexum & fluxum Binah & Chesed vocetur אוֹ״ר sub numero 207. Porrò quod Tiphereth vocetur Lux, quatenus tractus dextræ suscipit: Quodque Malchuth vocetur אורה quasi אוֹר ה״ Lux Domini; quia eam accipit à Tiphereth ratione Chesed, ut dictum.

10. Deinde Tiphereth etiam vocatur

אור גנוז Lux recondita. Ratio denominationis est; quia modus ille reservatus & elevatus est, nec manifestatur nisi justo. Unde dicitur Lux asservata Justis, nempe pro mundo venturo: quæ est Binah; ut notum est. Quinque enim lumina supra dicta cum ipsa connectuntur per mysterium 50. portarum ejus. Sub ipsis verò non datur *Lux*, sed *firmamentum*, quod est *Jesod*. Et hoc est expansum illud firmamentum, quod Jecheskel vidit super capitibus Animantium c. 1, 22. quæ ad Malchuth pertinent. Deque iis dicitur Gen. 1, 17. *Et posuit ea Deus in expensione cœli*. Jesod enim est firmamentum

tum illud, quod recondit, quicquid supra ipsum est. Atque hæc omnia latiùs describuntur in Tikkunim his verbis: Nomen נורא *Terribilis* est Columna media; Per Schurek autem denotatur, quod sit recondita & asservata in partibus Justi; quod est Fœdus; & Lux recondita, cujus numerus est 207. אוֹר sc. prout determinarunt Magistri Mischnici; Lux quæ brachium est Justi. Atque hæc est Lux illa quæ recondita est pro Justis ex quinque luminibus: & supra illam, omnia manifesta sunt.

11. Datur quoque

אור מופלא Lux occulta. Hæc est Corona summa, quæ ita vocatur, quia abscondita & contecta est ab oculis omnium. Suntque qui hoc nomen etiam de Chochmah exponunt, quia & hæc occulta & contecta est ab oculis omnium, quæ sub ea sunt. Mihique videtur, quia tres primæ comprehensæ & occultatæ sunt in mysterio Coronæ, quæ vocatur פלא *mirum occultum*, propterea omnes appellari nomine Lucis occultæ; quod nempe quælibet abscondita sit reliquis Sephiris. R. Moscheh autem in Libro has-Schem, hoc nomen etiam prædicat de Jesod; quod iste modus quandoque occultetur à Mensura Malchuth.

12. Datur etiam אור צח *Lux candida*: אור מתנוצץ *Lux oriens*: & אור מצוחצח *Lux fulgentissima*: quas R. Moscheh in Binah collocat. De quibus vide Pardes Tract. 11.

13. Estque aliquis cui Chesed dicitur אור לבן *Lux alba*, ob mysterium albicantis misericordiæ atque gratiæ.

14. Gehhurah autem dicitur אור אדום *Lux rubra*; ob mysterium rubentis judicii.

15. Binah verò vocatur אור מתנוצץ *Lux oriens*. It. & Malchuth: quia istæ convertibiles sunt in rigorem & misericordiam.

16. Alii cuidam Hod vocatur אור מעלה *Lux exaltata*: quia exaltata & gloriosa est ob magnificentiam modi Hod seu gloriæ, ut exerceat judicium geratq; bella.

17. Nezach autem vocatur אור היקוד *Lux ardoris*; quia ſphæra ejus ad Venerem refertur, quæ amorem introducit, accendentem corda deſideriis amoroſis.

18. Eidem Kether vocatur אור פנימי *Lux interna*, item אור מבהיק *Lux ſplendida*: quia intrinſeca eſt & abſcondita à luce Sephirarum. Splendida autem quia fulget & illuminat omnes Sephiroth. Eidem vocatur אור מתעלם *Lux abſtruſa*; quia omnibus modis atque exactiſſimè occulta eſt. Pardes h. t.

19. Vide plura de אור cujus numeri æquipollent vocibus ארון עולם It. אין סוף in Sohar P. I. fol. 82. col. 328.
P. II. fol. 74. col. 293. 294.
P. III. fol. 45. col. 178.
Fol. 99. col. 395.
De tunicis lucis P. I. fol. 21. col. 82.
P. II. fol. 103. col. 412.
P. III. fol. 125. col. 499.

20. אור פשוט *Lux ſimpliciſsima* vocatur אין סוף ſeu Infinitum ante omnem Emanationē. Nam tum nullum erat ſpatium locusve vacuus, ſed omnia erant Lux infinita. Ez Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. de Adamo primo. Vid. אדם קדמון.

אוצר *Theſaurus*, *gazophylacium*, *conſervatorium*. Sub hoc nomine occurrit אוצר חיים *Gazophylacium vitæ*, quod multis in locis reperitur, uno tamen ſenſu. Vel enim de *Binah* dicitur, quæ eſt reconditorium pro aſſervanda vita ſapientiæ. Sicut ſcriptum eſt, Eccl. 7, 13. *Sapientia vivificavit habentes eam.* Idem dici poſſet de *Tiphereth*: necnon de *Jeſod*: ut & de *Malchuth*.

2. Hoc modo iiſdem omnibus tribuitur אוצר הנשמות *Gazophylacium animarum.* Item אוצרו הטוב Deuter. 28, 12. *Theſaurus ejus bonus*; ubi vel intelligitur locus, ubi aſſervatur bonum: vel Conſervatorium quod vocatur *Bonum*. Omnium autem optimè hoc nomen tribuitur duobus Hehin no-

nominis Tetragrammati; quæ ſunt figuræ duarum fœminarum (Binah & Malchuth,) quæ ſunt palatia pro duobus maſculis, (Chochmah & Tiphereth.) Pard. Rimmonim Tract. 23. c. 1. h. t.

אורח *Semita.* Datur ſemita quædam, quæ Lucem ſpargit in mundos occultos plurimos in Corona. Et ex illa plurimæ emanant ſemitæ aliæ in modum Tiphereth. Sic traditur in Sohar Sect. נשא in Idra. Pard h. t.

אורחות זרין *Semitæ alienorum* in latere ſiniſtro quæ vocantur אורחות עקלקלות *Semitæ tortuoſæ*, Jud. 5, 6. Pard. Rimmon. Tract. cit. h. t.

2. Vid. plura in Sohar Part. III. fol. 113. col. 451.
Fol. 130. 131.
Fol. 123. col. 511.
P. II. fol. 96. col. 381.

אוריאל De hoc videatur Sohar Sect. יתרו

אוריה *Urias.* De hoc videatur Sohar P. II. fol. 106. col. 422.
Fol. 114. col. 454.

אורים ותומים *Lumina & perfectiones.* De his videatur Sohar P. II. fol. 104. col. 413.

אות *Signum.* Hoc nomen Signi, ſicut & אותו *Signum ejus*, ubique refertur ad Jeſod: quia hic modus eſt ſignum fœderis. Et hoc modo multis in locis explicatur in Sohar & in Tikkunim. Verba ejus in Sectione וירא ſunt hæc: ואותו " *& ſignum ejus*, h. e. ſignum fœderis ſancti, ſignum æternum. " Senſus eſt: ſigni nomen referri ad Vav. Et ſic אותות *Signa* ſunt Vavin. Et ſic datur ſignum in bonam, & aliud in malam partem. In bonam ſc. reſpectu benignitatis & miſerationum: in malam autem reſpectu Gebhuræ. Ex parte Tiphereth autem vocatur ſignum longum, quia hic modus eſt medius & mundus longus. Sed in Raja Mehimna *Schechinah* vocatur *ſignum fœderis* reſpectu Jeſod qui vocatur *Juſtus Mundi.*

di. Eodemque in loco traditur quod per signum intelligatur Jod quod est super Vav. Et Schechinah vocatur אות היא *Signum fœmininum:* Chochmah autem vocatur אות הוא *Signum masculinum* quia ambo vocantur Jodin prout expositum est in Pardes Tract. 14. c. 3. & 4. Hinc dicitur quod signum sit Vav: & Schechinah respectu justi vocatur signum fœmininum: quia ipsa est Jod Corona super capite justi, qui est Vav. Pard. Tract. 23. c. 1. h. t.

2. De hoc vide plura in Sohar de Phylacteriis P. III. fol. 126. col. 501.

De Circumcisione P. III. f. 86. col. 340.

Et Sect. פנחס in præcepto de oblatione Minchah.

3. Penultima Sephirarum *signum* vocari solet, eò quòd tum temporis cum Nomina *El Chai* & *Adonai* combinantur, ostenta & signa in seculo innoventur. Quare mirum non est si in Ægypti exitu, cum orationi annexa esset redemptio, quam plurima effulserint portenta atq; prodigia: cui concordat illud Exod. 2, 25. *Et vidit vel respexit Elohim filios Israël, & cognovit Elohim.* Nec non illud c. 6, 8. *Et recordatus sum fœderis mei.* Dicitur etiam *Sabbathum* (quod & El Chai metrum refert,) *signum* ut scribitur c. 31, 17. *Inter me & filios Israël signum ipsum est in perpetuum.* Similiter & *Circumcisionem*, quæ hanc ipsam Sephiram *El Chai*, ostendit, *signum* nuncupari didicimus, ut illud Gen. 17, 11. *Circumcidite carnis præputium vestrum, quod erit signum inter me & inter vos.* Hoc mysterium etiam indigitarunt in benedictione circumcisionis, cum „ dicitur: Benedictus sis tu Domine, qui dilectum hunc san- „ ctificasti ab utero, & in carne ejus expressisti Nomen, &c. at- „ que signum fœderis sancti, &c. ubi in sequentibus אל חי *Deus vivus* invocatur: (Nomen scil. huic negotio appropriatum.) Sic pariter & *arcus signum* nominatur, quemadmodum scribitur Gen. 9, 15. *Arcum meum dedi in nube, eritque in signum fœderis, &c.* Fœderis autem arcus *fœdus El Chai* denunciat.

Quo-

Quoties ergo *signi* mentionem audies, metrum *El Chai* intellige, quod *recordationis* mysterium exponit; quo Adonai omnes seculi filios in memoriam revocat. At fœderis *Sabbathi & circumcisionis signum*, tantùm filios Iisraël concernit. Signum verò fœderis *Arcus* seu Iris in omnia quæ Terrarum complectitur orbis, applicatur.

4. Sæpe etiam metrum *Adonai* seu ultimum involvitur in vocula אות *Signum*, v. g. cum *Sabbathum* vocatur *signum*; quod tamen in se continet duas illas notas זכור sc. & שמור seu *memento*; & *observa*, (quarum hæc ad Malchuth refertur.)

5. Sic etiam *Circumcisio* vocatur signum: & illa tamen & *Circumcisionem* involvit & *denudationem*, (quarum hæc ad Malchuth refertur.)

6. Huc etiam pertinet quod Jod illud minutū, apex nempe inferior literæ Vav vocatur *signum parvum*, vel litera parva: diciturque signum fœderis sancti. Schaare Orah sub El Chai. [Connectitur cum ברית. Sequitur שבועה]

אז *Tunc*. R. Moscheh hanc voculam refert ad *Chochmah*, ex hac ratione, quia numeris refert *octonarium*. Chochmah autem est prima post septimam à Jesod, nempe Binah: Eademque efficit unum compositum octo istarum Sephirarum, usque ad unionem & coalitionem illarum in Jesod. Habetque etiam analogiam cum litera ח quæ in voce אחד *unus*, quam memoramus in lectione *Audi Iisraël*. Et de hoc scriptum est Job. 28, 27. אז *Tunc vidit eam* (i. e. Sapientiam,) *& numeravit eam.*

2. Hæc quoque est *Visio* לב *Cordis*. Et hic est *Rex qui solus exaltatus est* מאז Ps. 93, 2. Prov. 8, 22.

3. Et in libro Tikkunim R. Schimeon Jochaides tradit voculam אז innuere combinationem duorum nominum, Tetragrammati & Adonai, quæ sunt Tiphereth & Malchuth. Combinatio autem ita se habet: יאהדונהי quæ sunt octo literæ. Et huc refertur locus Jeschai. 58, 9. אז *Tunc invocabis*

ויהוה

וידוד *& Dominus exaudiet:* i.e. quando combinabis אז ſtatim Dominus reſpondebit: nimirum ipſe & Tribunal ejus, quæ ſunt *Chochmah*, quæ vocatur הוא ipſe, & tribunal ejus eſt *Binah*. Reſpondent autem ambo, quia Schechinah eorum non commoratur deorſum, niſi mediante unione.

4. Adhuc aliud אז occurrit, quæ ſunt duo nomina אהיה & Tetragrammaton, Binah & Chochmah: quorum combinatio hæc eſt: יאההויהה quæ ſunt octo literæ juxta numemerum vocis אז. Pardes Rimmon. Tract. 23. c. 1. h. t.

5. De hac voce vide plura in Sohar P. II. fol. 24.
P. III. fol. 104. col. 416.
Fol. 106. col. 423.

אזוב *Hyſſopus.* De hoc R. Schimeon ben Jochai in Sohar Par. מצורע his verbis loquitur: אזוב eſt Vav parvum, „ quod lactat cœtum Iiſraëlis: ſicut myſticè dicitur de juſto „ qui lac præbeat Juſtitiæ. Hæc ibi. Quæ prolixiùs ibi explicantur. Senſus eſt; quòd *juſtus*, qui eſt fundamentum mundi, vocetur Hyſſopus quatenus influit in Malchuth, cumque ea unitur. Pardes ibid. h. t.

אזור *Cingulum.* Refertur ad Malchuth, quæ unitur cum Tiphereth ſupra Nezach & Hod, ſicut applicatur cingulum, (quod, ut dictum, eſt Malchuth) lumbis viri: Lumbi enim ſunt Nezach & Hod: & vir eſt Tiphereth. Pard. ibid. h.t.

2. Vid. Sohar P. III. fol. 92. col. 366.

אזנים *Aures.* Ab auribus incipit nomen ס״ג in Adam Kadmon, cui etiam attribuuntur notiones מנ״חא. Ez Chajim Part. Ozaroth. Chajim Tract. Adam Kadmon.

2. Tranſpiratio prima in Adam Kadmon, de qua ſermo inſtitui poteſt, fit ex interiore illius luce per foramina aurium: quæ concipitur aliquando craſſior fieri prodeundo. Illa enim Lux quæ relinquitur in interioribus Adam Kadmon, longè excellentior eſt eâ, quæ foras prodit, nedum illâ, quæ ad notionem vaſorum ſpectat, & ad corpus illius. Prodit autem

ex

ex aure tam dextra, quàm ſiniſtra; radiatque extrinſecus ab utraque parte à loco aurium, uſque ad extremum barbæ apicem, deſcendendo juxta pilos barbæ in malis procreſcentes ad faciei latera. Ad imum autem barbæ apicem duo hæc lumina utriusque auris combinantur, ita tamen ut aliquantulum ſpatii inter utrumque remaneat. Atque hæc Lux faciem ipſam non contingit, ſed tantùm prope eandem delabitur eamque contegit. Nec etiam partem capitis poſticam; ſicut nec faciei partes anteriores attingit; ſed, ut dictum, ſola latera. Hinc circa notionem capitis non adhibetur attributum *anterioris & poſterioris*. Et quamvis ex radiatione hujus lucis lumen aliquod ſecundarium totum iſtum hominem circumdet; primaria tamen vibratio illa eſt, quæ ſupra deſcribitur. Et in hac Luce decem numerationes plenariè inveniuntur, & decas auris dextræ habet notionem Lucis ambientis, decas autem ſiniſtræ, lucis internæ.

3. אזן Per Gematriam æquipollet voci נ״ח 58. quod eſt nomen ס״ג demto ה״ ultimo. Et iſta lumina habent notionem accentuum nominis ס״ג ſupernorum. Vaſis autem notio in iſtis luminibus non manifeſtatur.

4. Decem autem numerationes hic prodeuntes mirè adhuc ſunt involutæ; ita ut nihil ab ipſis innoteſcat, niſi quòd omnes ſe habeant inſtar unius literæ ה״: nam ה״ & אזן efficiunt ס״ג. Adeo in iſto ה״ decem numerationes continentur, quæ fundamentum ſuum habent in quinque perſonis, quæ ſunt, *Arich Anpin* ſeu Longanimus, *Abba* ve *Imma* ſeu Pater & Mater, & *Seir* ve *Nukbeh* ſeu brevi iraſcens & Uxor ejus. Quæ omnes tamen hic etiam involutæ ſunt in una litera nempe ה״, cujus figura compoſita eſt ex ד״ & י״ quæ efficiunt decem, ut appareat decem numerationes ibi involvi. Decem hæ numerationes autem exinde proveniunt quod lux interna & lux ambiens hoc loco inſigniter ab invicem diſtent: quod ſi enim proximiora eſſent non poſſent ſuſtineri. Ib.

5. Hæc *aurium lumina*, antequam perveniunt ad *nasi* terminum, sola existunt; exinde usque ad imum barbæ, circundantur lumine nasi, evaduntque hujus *Neschamah*, seu internum. Ibid.

6. Analogia hujus transpirationis invenitur in aure humana, quæ si digito obturetur, exspiratio impedita sonitum excitat, qui, eâdem relaxatâ, cessat. Ibid. Tract. Olam han-Nekudim. Vid. טנ"תא. חוטם. אק' מצח. מלוי 4 מורת.

אזל Habet significatum *eundi*. & 1. Schem. 20, 19. Malchuth vocatur Lapis האזל *Itionis:* quia illa ambulatoria est, nunc sursum, nunc deorsum digrediens, nec in loco fixo manet.

2. Quandoque etiam in malam partem sumitur sicut Ijob. 14, 11. *Abierunt aquæ de mari:* quæ est allegoria, ablationem influentiæ denotans, Pard. Tract. 23. c. 1. h.t.

אזן *Auris.* Aures præfigurant potentias *Gebhuræ*, gaudentque hoc nomine quia iisdem suscipiuntur preces & Clamor juxta illud Ijob 12, 11. *Auris sermones probabit.* Pard. Tract. 23. c. 1. h. t.

2. Vid. Sohar P. III. fol. 66. col. 241.
Fol. 125. col. 498.

אח *Frater*. Est *Tiphereth*, quia ille modus est frater mensuræ Malchuth, idque ratione Chesed. Atque ita tradit R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim; cujus verba sunt hæc: „ Ibi Vav vocatur frater. Idem vocatur אח *frater*, quatenus „ compositus est è novem Sephiroth usque ad Malchuth, id- „ que h. m. אֶ denotat Coronam summam: חָ denotat octo „ Sephiroth à Chochmah usque ad Jesod. Hæc reperiuntur in Raja Mehimna & in Tikkunim.

2. Porrò ibid. dicitur; Eundem modum intelligi per *fratrem remotum*, Prov. 27, 10. quando nimirum elevatur in Binah, & procul abest, à Malchuth. Pard. ib. h. t.

אחד *Unus*. Hoc nomen tribuitur modis Tiphereth & Mal-

Malchuth, quando sunt uniti, & integram decadem Sephirothicam continent. א״ח enim designat novem, sicut dictum est: Daleth autem est Schechinah; ejusdemque apex est Jod, quo mediante illorum unio perficitur.

2. Tiphereth autem quando sine Malchuth est, non dicitur unus. Et sic ista exponuntur in Sohar Par. ויקרא his verbis: Traditum est: quid est אחד? Est congregatio Iisraël, " quando sc. fœmina viro adhæret. Dicitque R. Schimeon: " quando mas & fœmina unum vocantur, respectu fœminæ " hæc appellatio fit: Vir enim absq; fœmina, medietas tantùm " corporis vocatur: Medietas autem Unius nomine haud ve- " nit. Cùm autem duæ medietates uniuntur, unum fit corpus. Vid. Pardes Tract. 18. c. 4. & Tract. 23. c. 1. h. t.

3. Vid. Sohar Part. I. fol. 10. col. 38.
Fol. 15. col. 56.
Fol. 80. col. 318.
Part. II. fol. 45. col. 178.
Fol. 53. col. 206.
Part. III. fol. 37. col. 146.
Fol. 40. col. 158.
Fol. 3. col. 10.
Fol. 45. col. 178.
Fol. 104. c. 414.
Fol. 109. col. 436.
Fol. 117. col. 468.
Fol. 131. col. 522.
Fol. 136. col. 543.
Fol. 77. col. 308.

4. Æquipollet numeris voci אהבה quæ sunt tredecim mensuræ miserationum, & ambo habent numerum Tetragrammati. Ser Sahab.

אחה״ע Literæ gutturales, quæ reperiuntur in literis initialibus Loci Exod. 22, 31. אנא חטא עם הו״ה Obsecro

peccavit populus iste. Vide Sohar Part. II. fol. 54. col. 216. 217.
P. I. fol. 57. col. 225.
P. III. fol. 105. col. 417.
Fol. 144. col. 573.

אחור *Pars aversa, posterior.* Vid. פנים. Hic notandum quod natura recipientium evadat diversa, pro diversitate Achurajim seu partium aversarum. Nam Tiphereth v. g. recipit lumen ab Achurajim seu posterioribus Gebhuræ, quibus major tribuitur rigiditas. Longe aliter autem se habet Gebhurah. Unde in quibusdam דין seu rigor summus, in quibusdam medius, in aliis remissus. Ez Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Olam Akudim. Vid. נוקבה ,5. כלים. טנתא 3.7. מפרץ. ניצוצות 5. 8. 19. 20.

אחוריים & אחור *Posterius, Posteriora.* Omnia ad Malchuth pertinent; Quæ ita vocatur, quia est postrema in Systemate Aziluth. Sic tradit R. Moscheh. Ubi tamen illi tantum Gradus vocantur *Achurajim*, qui ultimum in ea locum obtinent; & dicuntur, in imis Schechinæ existere: suntque Turmæ & Exercitus ejus. Et sic etiam dicendum de voce אחרי, prout occurit Jechesk. 3, 12. *Et audivi post me vocem fragoris magni.* Pard. Tract. 23. c. 1. h. t.

אחור באחור Vid. פנים בפנים. It. נפל 2. נוקבה 4. 10. הכאה. מורת.

אחוריים 1. Est quasi retrogradatio literarum v. g. יו״ד יו״ד ה״ו יו״ד ה״ו דל״ת & sic per totum Tetragrammaton: ubi semper crescit & plenior fit dictio, quasi in infinitum. De hoc modo videatur Gemara in Tract. Rosch hasch-Schanah c. 1. fol. 17. Et inter tredecim modos ipsi tribuitur appellatio רב חסד *Multus misericordia.* Sic enim lumina fiunt magna & multa, ita tamen ut Lux semper regrediatur & retrospiciat, juxta illud Cant. 8, 14. *Assimilare dilecte mi, capreæ: quæ antrorsum pro currit*, & post se respicit: Ita hic, ubi Lux retrogreditur, sed non vacua, sed semper crescendo. 2. Hæc

2. Hæc appellatio etiam tribuitur modo alii, v.g. אכרטם pro אלהים, ubi literæ antecedentes pro solitis usurpantur. Et huc referunt illud Cant. 1, 2. *Meliores amores tui præ vino:* ubi literæ initiales vocum טובים דודיך מיין sunt eædem quæ in dictis Achurajim Nominis Elohim.

3. Significatio hujus nominis refertur ad Judicium rigorosum. Item

4. Ad Cortices. Vid. Ser. Sahabh hâc voce, ubi citatur M.S. Canphe Jonah.

אחורים דאבא ואמא *Posteriora Patris & Matris.* De horum descensu & lapsu vid. מב / מורת / שבירה / נפל

1. *Achurajim Patris* continebant decem Sephiroth: & sic etiam *Achurajim Matris.* Paterna ergo cum descenderent, ita delabebantur, ut subsisterent coram Facie Uxoris Seiricæ: Materna autem delabentia subsistebant à tergo ejusdem Uxoris, ita ut illa in medio consisteret. Ez Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Injan Ibbur ham-Muchin.

2. *Lapsus* horum tantum *descensus* vocatur, propter magnitudinem eorum. Descenderunt enim usque ad locum uxoris ז״א Seir Anpin in Aziluth. Et illa posteriora primo quidem vocabantur *reges:* post descensum suum autem saltim *Sarim* seu *Principes* dicuntur. Et ex istis Achurajim factæ sunt notiones *Jaakobh* & *Leah* & *Rachel* & *Iisraël.* Ibid.

אחות *Soror.* Vid. Sohar P. I. fol. 71. col. 284. P. II. fol. 36. col. 142. 143.

אחז *Adhæsit apprehendit.* Hæc vox, & quæcunque hinc derivantur, adhæsionem & connexionem implicant, sicut v.g. surculus inhæret stipiti cui inoculatus est. Sicut dicitur Cant. 2, 15. *Adhæserunt nobis vulpes, &c.* ubi intelligitur adhæsio qua partes sinistræ applicantur extremis oris Tabernaculi, Pardes Rimmon. Tract. 23. c. 1. h. t.

אח״ף Est abbreviatura vocum: און / חוטם / פה *Auris, Nasus, Os,* de quibus s. l.

אחר אחרון Vid. Sohar P. II. fol. 46. col. 183. 184.

אחר הדברים *Post verba.* Gen. 19, 1. c. 22, 1. c. 39, 7. &c. In Sohar Par. de ligatione Iizchak Gen. 22, 1. dicitur, his verbis notari *Corticem & Accusatorem.* Quia nomine דברים *Verba*, intelligitur *Malchuth*; & quicquid post illam est, Cortex est & sinistrum. Sicut etiam traditur Sect. וישב Pard. Rimmon. Tract. 23. c. 1. h. t.

אחרית *Novissimum.* (Vid. זאת.) Ita vocatur *Binah*; quæ vocatur *ultima omnium*, ob mysterium *Jobel.* Et hæc est *Acharith* illa, cujus fit mentio in Libro Jezirah.

2. Datur tamen & alia *Acharith*, nempe אחרית הימים *Extremitas dierum*, Gen. 49, 1. Num. 24, 15. Deut. 4, 30. &c. Ita vocatur *Malchuth*, quatenus composita est ex omnibus copiis suis, bonis atque malis. In Tikkunim autem exponitur; illam sic vocari respectu Chochmah, seu *Sapientiæ supernæ*: juxta illud Jeschai. 46, 10. *Annuncians ab initio novissimum*: Ubi Chochmah vocatur principium. Sic quoque R. Chija in „Sohar tradit, his verbis: *Extremitas* dierum est arbor tota à „principio ejus usque ad finem; quæ est arbor boni & mali, &c. ubi de Schechinah sermo est, ut ibidem patet. Et in Sohar „Par. אחרי מות R. Schimeon ben Jochai sic tradit: Tempus „exorientis diluculi vocatur אחרית ים quod est *Extremitas* „*Maris* juxta Ps. 139, 9. quod est ultimum tempus *Malchuth*, „quæ vocatur *Mare.* Primum autem ejusdem tempus est „noctis medietas, & quod sequitur: & ultimum ejus, finis noctis, quando exoritur diluculum. Pard. ib. h. t.

אחשורש *Achasverus.* De hoc vid. Sohar P. III. fol. 133. col. 532.

אחת *Una. Prima.* R. Moscheh hoc nomen de *Binah* ex„ponit, eò quòd ista sit una (& prima) è septem diebus structu„ræ: quod numerandi mysterium in Die Expiationis usum habet. Hæc ille.

2. In Raja Mehimna autem quælibet è tribus primis vo-

vocatur Una. Verba sunt hæc: Binah est Una, (vel pri- "
ma) & Schechinah infima septima: & supra Binam, Una "
quoque est, & iterum Una, quæ sunt decem, &c. Hæc ibi. "
Quæ & in Sohar occurrunt Par. אמור. Ratio est: quia omnes tres apparent in qualibet illarum; hinc unaquæque ex illis vocatur Una, (vel prima) id est, omnes tres quæ in hac vel illa reperiuntur, æstimantur pro Una, & omnes unitæ sunt. Pard. Rimm. Tract. 23. c. 1. h. t.

אט occurrit Hosch. 11, 4. ואט quod vulgo exponunt, *& declinabo ad eum cibum.* It. Gen. 33, 14. *Et ducam me ego* לאטי *pedetentim.* Istæ & similes phrases referuntur ad *Malchuth:* quia ipsa est una & suscipit influxum à novem, quod innuunt Literæ א̈ & ט̈. Pardes ibid. h. t.

אטבח Est vox fictitia Cabbalistarum, qua species scribendi arcana significatur, unâ Alphabethi literâ pro altera positâ. Nempe ט pro א/ ח pro ב/ ז pro ג/ ו pro י. Dividitur autem Alphabethum, sub hac specie, in quatuor classes, quarum prima continet literas, numerum denarium comprehendentes: altera, quæ centum: tertia, quæ mille: ut

אט / בח / גז / דו	10.
יצ / כפ / לע / מס	100.
קץ / רף / שן / תם	1000.

Relinquuntur literæ residuæ ך / נ / ה quæ non habent par conjugatum, ad aliquem juxta superiores constituendum: Singulæ enim geminandæ essent, nempe הה 10. נג 100. דד 1000. Combinata tamen quandoque inveniuntur הנ ita ut solum ך solitarium remaneat. Commutatio fit juxta tres Classes, unâ pro altera assumptâ. Exempli causâ: In Proverbiis Salomonis legitur: *Qui delicatè educat à pueritia sua servum suum, finis ejus erit ut sit* מנון Prov. 29, 21. Hic מנון per אטבח est idem quod סהדדו Testimonium. Delicata sc. educatio contumaciæ ejus erit testimonium. Nempe ס est pro מ ex combinatione literarum מס: ה pro נ ex combinatione הנ:

ד pro

di. Eodemque in loco traditur quod per ſignum intelligatur Jod quod eſt ſuper Vav. Et Schechinah vocatur אות היא *Signum fœmininum:* Chochmah autem vocatur אות הוא *Signum maſculinum* quia ambo vocantur Jodin prout expoſitum eſt in Pardes Tract. 14. c. 3. & 4. Hinc dicitur quod ſignum ſit Vav: & Schechinah reſpectu juſti vocatur ſignum fœmininum: quia ipſa eſt Jod Corona ſuper capite juſti, qui eſt Vav. Pard. Tract. 23. c. 1. h. t.

2. De hoc vide plura in Sohar de Phylacteriis P. III. fol. 126. col. 501.

De Circumciſione P. III. f. 86. col. 340.

Et Sect. פנחס in præcepto de oblatione Minchah.

3. Penultima Sephirarum *ſignum* vocari ſolet, eò quòd cum tempotis cum Nomina *El Chai* & *Adonai* combinantur, oſtenta & ſigna in ſeculo innoventur. Quare mirum non eſt ſi in Ægypti exitu, cum orationi annexa eſſet redemptio, quam plurima effulſerint portenta atq; prodigia: cui concordat illud Exod. 2, 25. *Et vidit vel reſpexit Elohim filios Iiſraël, & cognovit Elohim.* Nec non illud c. 6, 8. *Et recordatus ſum fœderis mei.* Dicitur etiam *Sabbathum* (quod & El Chai metrum refert,) *ſignum* ut ſcribitur c. 31, 17. *Inter me & filios Iiſraël ſignum ipſum eſt in perpetuum.* Similiter & *Circumciſionem*, quæ hanc ipſam Sephiram *El Chai*, oſtendit, *ſignum* nuncupari didicimus, ut illud Gen. 17, 11. *Circumcidite carnis præputium veſtrum, quod erit ſignum inter me & inter vos.* Hoc myſterium etiam indigitarunt in benedictione circumciſionis, cum „ dicitur: Benedictus ſis tu Domine, qui dilectum hunc ſan„ ctificaſti ab utero, & in carne ejus expreſſiſti Nomen, &c. at„ que ſignum fœderis ſancti, &c. ubi in ſequentibus אל ח״י *Deus vivus* invocatur: (Nomen ſcil. huic negotio appropriatum.) Sic pariter & *arcus ſignum* nominatur, quemadmodum ſcribitur Gen. 9, 15. *Arcum meum dedi in nube, eritque in ſignum fœderis, &c.* Fœderis autem arcus *fœdus El Chai* denunciat.

Quo-

Quoties ergo *signi* mentionem audies, metrum *El Chai* intellige, quod *recordationis* mysterium exponit; quo Adonai omnes seculi filios in memoriam revocat. At fœderis *Sabbathi & circumcisionis signum*, tantùm filios Iisraël concernit. Signum verò fœderis *Arcus* seu Iris in omnia quæ Terrarum complectitur orbis, applicatur.

4. Sæpe etiam metrum *Adonai* seu ultimum involvitur in vocula אות *Signum*, v. g. cum *Sabbathum* vocatur *signum*; quod tamen in se continet duas illas notas זכור sc. & שמור seu *memento*; & *observa*, (quarum hæc ad Malchuth refertur.)

5. Sic etiam *Circumcisio* vocatur signum: & illa tamen & *Circumcisionem* involvit & *denudationem*, (quarum hæc ad Malchuth refertur.)

6. Huc etiam pertinet quod Jod illud minutũ, apex nempe inferior literæ Vav vocatur *signum parvum*, vel litera parva: diciturque signum fœderis sancti. Schaare Orah sub El Chai. [Connectitur cum ברית. Sequitur שבועה]

אז *Tunc*. R. Moscheh hanc voculam refert ad *Chochmah*, ex hac ratione, quia numeris refert *octonarium*. Chochmah autem est prima post septimam à Jesod, nempe Binah: Eademque efficit unum compositum octo istarum Sephirarum, usque ad unionem & coalitionem illarum in Jesod. Habetque etiam analogiam cum litera ח quæ in voce אחד *unus*, quam memoramus in lectione *Audi Iisraël*. Et de hoc scriptum est Job. 28, 27. אז *Tunc vidit eam* (i. e. Sapientiam,) *& numeravit eam*.

2. Hæc quoque est *Visio* לב *Cordis*. Et hic est *Rex qui solus exaltatus est* מאז Ps. 93, 2. Prov. 8, 22.

3. Et in libro Tikkunim R. Schimeon Jochaides tradit voculam אז innuere combinationem duorum nominum, Tetragrammati & Adonai, quæ sunt Tiphereth & Malchuth. Combinatio autem ita se habet: יאהדונהי quæ sunt octo literæ. Et huc refertur locus Jeschai. 58, 9. אז *Tunc invocabis* ויהוה

ויהוה *& Dominus exaudiet*: i.e. quando combinabis אז statim Dominus respondebit: nimirum ipse & Tribunal ejus, quæ sunt *Chochmah*, quæ vocatur הוא ipse, & tribunal ejus est *Binah*. Respondent autem ambo, quia Schechinah eorum non commoratur deorsum, nisi mediante unione.

4. Adhuc aliud אז occurrit, quæ sunt duo nomina אהיה & Tetragrammaton, Binah & Chochmah: quorum combinatio hæc est: יאהההויהה quæ sunt octo literæ juxta numemerum vocis אז. Pardes Rimmon. Tract. 23. c. 1. h. t.

5. De hac voce vide plura in Sohar P. II. fol. 24.
P. III. fol. 104. col. 416.
Fol. 106. col. 423.

אזוב *Hyssopus.* De hoc R. Schimeon ben Jochai in Sohar Par. מצורע his verbis loquitur: אזוב est Vav parvum, „ quod lactat cœtum Iisraëlis: sicut mysticè dicitur de justo „ qui lac præbeat Justitiæ. Hæc ibi. Quæ prolixiùs ibi explicantur. Sensus est; quòd *justus*, qui est fundamentum mundi, vocetur Hyssopus quatenus influit in Malchuth, cumque ea unitur. Pardes ibid. h. t.

אזור *Cingulum.* Refertur ad Malchuth, quæ unitur cum Tiphereth supra Nezach & Hod, sicut applicatur cingulum, (quod, ut dictum, est Malchuth) lumbis viri: Lumbi enim sunt Nezach & Hod: & vir est Tiphereth. Pard. ibid. h. t.

2. Vid. Sohar P. III. fol. 92. col. 366.

אזנים *Aures.* Ab auribus incipit nomen מ״ב in Adam Kadmon, cui etiam attribuuntur notiones מנח״א. Ez Chajim Part. Ozaroth. Chajim Tract. Adam Kadmon.

2. Transpiratio prima in Adam Kadmon, de qua sermo institui potest, fit ex interiore illius luce per foramina aurium: quæ concipitur aliquando crassior fieri prodeundo. Illa enim Lux quæ relinquitur in interioribus Adam Kadmon, longè excellentior est eâ, quæ foras prodit, nedum illâ, quæ ad notionem vasorum spectat, & ad corpus illius. Prodit autem

ex

ex aure tam dextra, quàm ſiniſtra; radiatque extrinſecus ab utraque parte à loco aurium, uſque ad extremum barbæ apicem, deſcendendo juxta pilos barbæ in malis procreſcentes ad faciei latera. Ad imum autem barbæ apicem duo hæc lumina utriusque auris combinantur, ita tamen ut aliquantulum ſpatii inter utrumque remaneat. Atque hæc Lux faciem ipſam non contingit, ſed tantùm prope eandem delabitur eamque contegit. Nec etiam partem capitis poſticam; ſicut nec faciei partes anteriores attingit; ſed, ut dictum, ſola latera. Hinc circa notionem capitis non adhibetur attributum *anterioris & poſterioris*. Et quamvis ex radiatione hujus lucis lumen aliquod ſecundarium totum iſtum hominem circumdet; primaria tamen vibratio illa eſt, quæ ſupra deſcribitur. Et in hac Luce decem numerationes plenariè inveniuntur, & decas auris dextræ habet notionem Lucis ambientis, decas autem ſiniſtræ, lucis internæ.

3. אזן Per Gematriam æquipollet voci ה״ן 58. quod eſt nomen ס״ג demto ה״ ultimo. Et iſta lumina habent notionem accentuum nominis ס״ג ſupernorum. Vaſis autem notio in iſtis luminibus non manifeſtatur.

4. Decem autem numerationes hic prodeuntes mirè adhuc ſunt involutæ; ita ut nihil ab ipſis innoteſcat, niſi quòd omnes ſe habeant inſtar unius literæ ה״: nam ה״ & אז״ן efficiunt ס״ג. Adeo in iſto ה״ decem numerationes continentur, quæ fundamentum ſuum habent in quinque perſonis, quæ ſunt, *Arich Anpin* ſeu Longanimus, *Abba* ve *Imma* ſeu Pater & Mater, & *Seir* ve *Nukbeh* ſeu brevi iraſcens & Uxor ejus. Quæ omnes tamen hic etiam involutæ ſunt in una litera nempe ה״, cujus figura compoſita eſt ex ד״ & י״ quæ efficiunt decem, ut appareat decem numerationes ibi involvi. Decem hæ numerationes autem exinde proveniunt quod lux interna & lux ambiens hoc loco inſigniter ab invicem diſtent: quod ſi enim proximiora eſſent non poſſent ſuſtineri. Ib.

5. Hæc ***aurium lumina***, antequam perveniunt ad ***nasi*** terminum, sola existunt; exinde usque ad imum barbæ, circundantur lumine nasi, evaduntque hujus ***Neschamah***, seu internum. Ibid.

6. Analogia hujus transpirationis invenitur in aure humana, quæ si digito obturetur, exspiratio impedita sonitum excitat, qui, eâdem relaxatâ, cessat. Ibid. Tract. Olam han-Nekudim. Vid. טנ״תא. חוטם. א״ק. מצח. מלוי 4 מורת.

אזל Habet significatum *eundi*. & 1. Schem. 20, 19. Malchuth vocatur Lapis האזל *Itionis*: quia illa ambulatoria est, nunc sursum, nunc deorsum digrediens, nec in loco fixo manet.

2. Quandoque etiam in malam partem sumitur sicut Ijob. 14, 11. ***Abierunt aquæ de mari***: quæ est allegoria, ablationem influentiæ denotans, Pard. Tract. 23. c. 1. h. t.

אזן ***Auris***. Aures præfigurant potentias ***Gebhuræ***, gaudentque hoc nomine quia iisdem suscipiuntur preces & Clamor juxta illud Ijob 12, 11. ***Auris sermones probabit***. Pard. Tract. 23. c. 1. h. t.

2. Vid. Sohar P. III. fol. *66*. col. 241.
Fol. 125. col. 498.

אח ***Frater***. Est *Tiphereth*, quia ille modus est frater mensuræ Malchuth, idque ratione Chesed. Atque ita tradit R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim; cujus verba sunt hæc: „ Ibi Vav vocatur frater. Idem vocatur אח *frater*, quatenus „ compositus est è novem Sephiroth usque ad Malchuth, id„ que h. m. א̈ denotat Coronam summam: ח̈ denotat octo „ Sephiroth à Chochmah usque ad Jesod. Hæc reperiuntur in Raja Mehimna & in Tikkunim.

2. Porrò ibid. dicitur; Eundem modum intelligi per ***fratrem remotum***, Prov. 27, 10. quando nimirum elevatur in Binah, & procul abest, à Malchuth. Pard. ib. h. t.

אחד ***Unus***. Hoc nomen tribuitur modis Tiphereth & Mal-

Malchuth, quando ſunt uniti, & integram decadem Sephirothicam continent. אח״ enim deſignat novem, ſicut dictum eſt: Daleth autem eſt Schechinah; ejuſdemque apex eſt Jod, quo mediante illorum unio perficitur.

2. Tiphereth autem quando ſine Malchuth eſt, non dicitur unus. Efficiſta exponuntur in Sohar Par. ויקרא his verbis: Traditum eſt: quid eſt אחד? Eſt congregatio Iiſraël, " quando ſc. fœmina viro adhæret. Dicitque R. Schimeon: " quando mas & fœmina unum vocantur, reſpectu fœminæ " hæc appellatio fit: Vir enim absq; fœmina, medietas tantùm " corporis vocatur: Medietas autem Unius nomine haud ve- " nit. Cùm autem duæ medietates uniuntur, unum fit corpus. Vid. Pardes Tract. 18. c. 4. & Tract. 23. c. 1. h. t.

3. Vid. Sohar Part. I. fol. 10. col. 38.
Fol. 15. col. 56.
Fol. 80. col. 318.
Part. II. fol. 45. col. 178.
Fol. 53. col. 206.
Part. III. fol. 37. col. 146.
Fol. 40. col. 158.
Fol. 3. col. 10.
Fol. 45. col. 178.
Fol. 104. c. 414.
Fol. 109. col. 436.
Fol. 117. col. 468.
Fol. 131. col. 522.
Fol. 136. col. 543.
Fol. 77. col. 308.

4. Æquipollet numeris voci אהבה quæ ſunt tredecim menſuræ miſerationum, & ambo habent numerum Tetragrammati. Ser Sahab.

אחה״ע Literæ gutturales, quæ reperiuntur in literis initialibus Loci Exod. 22, 31. אנא חטא עם הזה. Obſecro

 pec-

peccavit populus iſte. Vide Sohar Part. II. fol. 54. col. 216. 217.

P. I. fol. 57. col. 225.
P. III. fol. 105. col. 417.
Fol. 144. col. 573.

אחור *Pars averſa, poſterior.* Vid. פנים. Hic notandum quod natura recipientium evadat diverſa, pro diverſitate Achurajim ſeu partium averſarum. Nam Tiphereth v. g. recipit lumen ab Achurajim ſeu poſterioribus Gebhuræ, quibus major tribuitur rigiditas. Longe aliter autem ſe habet Gebhurah. Unde in quibuſdam דין ſeu rigor ſummus, in quibuſdam medius, in aliis remiſſus. Ez Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Olam Akudim. Vid. נוקבה 5. כלים. טנתא 3. 7. מפרץ. ניצוצות 5. 8. 19. 20.

אחור & אחוריים *Poſterius, Poſteriora.* Omnia ad Malchuth pertinent; Quæ ita vocatur, quia eſt poſtrema in Syſtemate Aziluth. Sic tradit R. Moſcheh. Ubi tamen illi tantum Gradus vocantur *Achurajim*, qui ultimum in ea locum obtinent; & dicuntur, in imis Schechinæ exiſtere: ſuntque Turmæ & Exercitus ejus. Et ſic etiam dicendum de voce אחרי, prout occurit Jecheſk. 3, 12. *Et audivi poſt me vocem fragoris magni.* Pard. Tract. 23. c. 1. h. t.

אחור באחור Vid. פנים בפנים. It. נפל 2. נוקבה 4. 10. הכאה. מות.

אחוריים 1. Eſt quaſi retrogradatio literarum v. g. יו״ד יו״ד ו״ו יו״ד ה״ו דל״ת & ſic per totum Tetragrammaton: ubi ſemper creſcit & plenior fit dictio, quaſi in infinitum. De hoc modo videatur Gemara in Tract. Roſch haſch-Schanah c. 1. fol. 17. Et inter tredecim modos ipſi tribuitur appellatio רב חסד *Multus miſericordia.* Sic enim lumina fiunt magna & multa, ita tamen ut Lux ſemper regrediatur & retroſpiciat, juxta illud Cant. 8, 14. *Aſſimilare dilecte mi, capreæ: quæ antroſum pro currit*, & poſt ſe reſpicit: Ita hic, ubi Lux retrogreditur, ſed non vacua, ſed ſemper creſcendo. 2. Hæc

2. Hæc appellatio etiam tribuitur modo alii, v.g. אכדטם pro אלהים, ubi literæ antecedentes pro solitis usurpantur. Et huc referunt illud Cant. 1, 2. *Meliores amores tui præ vino:* ubi literæ initiales vocum טובים דודיך מיין sunt eædem quæ in dictis Achurajim Nominis Elohim.

3. Significatio hujus nominis refertur ad Judicium rigorosum. Item

4. Ad Cortices. Vid. Ser. Sahabh hâc voce, ubi citatur M.S. Canphe Jonah.

אחורים דאבא יאמא *Posteriora Patris & Matris.* De horum descensu & lapsu vid. מב / מורת / שבירת / נפל

1. *Achurajim Patris* continebant decem Sephiroth: & sic etiam *Achurajim Matris.* Paterna ergo cum descenderent, ita delabebantur, ut subsisterent coram Facie Uxoris Seiricæ: Materna autem delabentia subsistebant à tergo ejusdem Uxoris, ita ut illa in medio consisteret. Ez Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Injan Ibbur ham-Muchin.

2. *Lapsus* horum tantum *descensus* vocatur, propter magnitudinem eorum. Descenderunt enim usque ad locum uxoris ז"א Seir Anpin in Aziluth. Et illa posteriora primo quidem vocabantur *reges:* post descensum suum autem saltim *Sarim* seu *Principes* dicuntur. Et ex istis Achurajim factæ sunt notiones *Jaakobh* & *Leah* & *Rachel* & *Iisraël.* Ibid.

אחורת *Soror.* Vid. Sohar P. I. fol. 71. col. 284. P. II. fol. 36. col. 142. 143.

אחז *Adhæsit apprehendit.* Hæc vox, & quæcunque hinc derivantur, adhæsionem & connexionem implicant, sicut v.g. surculus inhæret stipiti cui inoculatus est. Sicut dicitur Cant. 2, 15. *Adhæserunt nobis vulpes, &c.* ubi intelligitur adhæsio qua partes sinistræ applicantur extremis oris Tabernaculi, Pardes Rimmon. Tract. 23. c. 1. h. t.

אח"ף Est abbreviatura vocum: אזן / חוטם / פה *Auris, Nasus, Os,* de quibus s. l.

אחר אחרון Vid. Sohar P. II. fol. 46. col. 183. 184.

אחר הדברים *Post verba.* Gen. 19, 1. c. 22, 1. c. 39, 7. &c. In Sohar Par. de ligatione Iizchak Gen. 22, 1. dicitur, his verbis notari *Corticem & Accusatorem.* Quia nomine דברים *Verba*, intelligitur *Malchuth*; & quicquid post illam est, Cortex est & sinistrum. Sicut etiam traditur Sect. וישב Pard. Rimmon. Tract. 23. c. 1. h. t.

אחרית *Novissimum.* (Vid. זארת.) Ita vocatur *Binah*; quæ vocatur *ultima omnium*, ob mysterium *Jobel.* Et hæc est *Acharith* illa, cujus fit mentio in Libro Jezirah.

2. Datur tamen & alia *Acharith*, nempe אחרית הימים *Extremitas dierum*, Gen. 49, 1. Num. 24, 15. Deut. 4, 30. &c. Ita vocatur *Malchuth*, quatenus composita est ex omnibus copiis suis, bonis atque malis. In Tikkunim autem exponitur; illam sic vocari respectu Chochmah, seu *Sapientiæ supernæ:* juxta illud Jeschai. 46, 10. *Annuncians ab initio novissimum*: Ubi Chochmah vocatur principium. Sic quoque R. Chija in „ Sohar tradit, his verbis: *Extremitas* dierum est arbor tota à „ principio ejus usque ad finem; quæ est arbor boni & mali, &c. ubi de Schechinah sermo est, ut ibidem patet. Et in Sohar „ Par. אחרי מורת R. Schimeon ben Jochai sic tradit: Tempus „ exorientis diluculi vocatur אחרית ים quod est *Extremitas* „ *Maris* juxta Ps. 139, 9. quod est ultimum tempus *Malchuth*, „ quæ vocatur *Mare.* Primum autem ejusdem tempus est „ noctis medietas, & quod sequitur: & ultimum ejus, finis noctis, quando exoritur diluculum. Pard. ib. h. t.

אחשורש *Achasverus.* De hoc vid. Sohar P. III. fol. 133. col. 532.

אחרת *Una. Prima.* R. Moscheh hoc nomen de *Binah* ex„ponit, eò quòd ista sit una (& prima) è septem diebus structu„ræ: quod numerandi mysterium in Die Expiationis usum habet. Hæc ille.

2. In Raja Mehimna autem quælibet è tribus primis vo-

vocatur Una. Verba ſunt hæc: Binah eſt Una, (vel pri- "
ma) & Schechinah infima ſeptima: & ſupra Binam, Una "
quoque eſt, & iterum Una, quæ ſunt decem, &c. Hæc ibi. "
Quæ & in Sohar occurrunt Par. אמור. Ratio eſt: quia omnes tres apparent in qualibet illarum; hinc unaquæque ex illis vocatur Una, (vel prima) id eſt, omnes tres quæ in hac vel illa reperiuntur, æſtimantur pro Una, & omnes unitæ ſunt. Pard. Rimm. Tract. 23. c. 1. h. t.

אט occurrit Hoſch. 11, 4. ואט quod vulgo exponunt, *& declinabo ad eum cibum.* It. Gen. 33, 14. *Et ducam me ego* לאטי *pedetentim.* Iſtæ & ſimiles phraſes referuntur ad *Malchuth:* quia ipſa eſt una & ſuſcipit influxum à novem, quod innuunt Literæ א & ט. Pardes ibid. h. t.

אטבח Eſt vox fictitia Cabbaliſtarum, qua ſpecies ſcribendi arcana ſignificatur, unâ Alphabethi literâ pro altera poſitâ. Nempe ט pro א / ח pro ב / ז pro ג / ו pro י. Dividitur autem Alphabethum, ſub hac ſpecie, in quatuor claſſes, quarum prima continet literas, numerum denarium comprehendentes: altera, quæ centum: tertia, quæ mille: ut

אט / בח / גז / דו	10.
יצ / כפ / לע / מס	100.
קץ / רף / שן / תם	1000.

Relinquuntur literæ reſiduæ ה / נ / ך quæ non habent par conjugatum, ad aliquem juxta ſuperiores conſtituendum: Singulæ enim geminandæ eſſent, nempe הה 10. נג 100. דד 1000. Combinata tamen quandoque inveniuntur הנ ita ut ſolum ך ſolitarium remaneat. Commutatio fit juxta tres Claſſes, unâ pro altera aſſumptâ. Exempli cauſâ: In Proverbiis Salomonis legitur: *Qui delicatè educat à pueritia ſua ſervum ſuum, finis ejus erit ut ſit* מנון Prov. 29, 21. Hic מנון per אטבח eſt idem quod סהדה Teſtimonium. Delicata ſc. educatio contumaciæ ejus erit teſtimonium. Nempe ס eſt pro מ ex combinatione literarum מס: ה pro נ ex combinatione הנ: ד pro

ד pro ו ex combinatione דו: ה rursus pro נ ex combinatione הנ. Probant hoc Tabmudici in Succa fol. 52, 2. Buxtorff. Lexic. Rabbin. col. 64.

אטד *Rhamnus, Spina.* Ex Sohar Sect. ויחי apparet, quòd hoc nomine vocetur *Malchuth*, quando est plena rigore & judicio durissimo. Vox אטד enim numeris æquipollet voci יד *Manus*, quo denotatur manus *sinistra*, Malchuth sc. ex parte Gebhuræ agens: quæ etiam designatur voce ירכה ubi *sinistra* intelligitur Exod. 13, 16. Sic etiam דוד David numeris refert vocem יד, quippe qui spina dolorifica fuit inimicis suis. Sicut enim Rhamnus ab omni latere aculeos emittit quàm plurimos: Ita judicium grave ab omni parte plurimum habet duritiei, spinositatis & rigoris, multosque angelos judiciarios, & sinistra quâm plurima. Pardes Tract. 23. c. 1. h. t.

אי *Ubi?* De hac voce R. Schimeon ben Jochai ad locum Gen. 4, 9. *Ubi est Hebhel frater tuus?* sic loquitur: Veni, ob-„ serva. Hæ sunt duæ literæ quæ ablatæ sunt ab eo: qui enim „ in illas peccat morti obnoxius est. Jod est cogitatio vel in-„ tentio, (seu Chochmah). Aleph est nutritor occultus, & „ obtectus, (corona;) quo indigitatur: quod propter peccatum duo ista tollantur desuper Bina. Pardes ibid. h. v.

איד Vid. אד

איום *Formidabilis, terribilis.* In loco Chabh. 1, 7. איום *horribilis*, & נורא *terribilis ipsa:* Vox איום de regno horribili usurpatur; nec aliorsum pertinet, quàm ad *Tiphereth*, quatenus Gebhurâ imbutus est: sicut Malchuth ratione Gebhuræ vocatur איומה fœminino genere. Pard. ib. h. t.

איך & איכה *Quomodo?* Initium Threnorum. Est cognomen *Malchuth* quando exugit influxum à Judicio: quippe à quo provenit desolatio. Sic R. Schimeon ben Jochai hanc vocem exponit אַי כֹּה ubi est *Coh.* (Malchuth) quasi instituatur planctus super Illa. Pard. ib. h. t.

2. Sic quando ex voce ברכה i. e. *benedictio*, auferuntur literæ

literæ בֹּרָ, & tantum כה remanet; interrogatur אי כ״ה Vid. Soh. P. I. fol. 41. col. 161.

P. II. fol. 64. col. 255.

P. III. fol. 91. col. 304. Ser Sahabh h. l.

אילן *Arbor.* In Tikkunim *Binah* vocatur *radix arboris*, quod omnino verum est: Ipsa enim est radix *lucis directa*. Sed *Malchuth* est radix *Lucis reflexa* & redeuntis. אילן enim numeris æquipollet duobus Nominibus יהוה אד״ני quæ sunt 91. Deinde Nomen Tetragrammaton habet duodecim combinationum varietates, quarum summa est numerus 312. Et sic quoque Nomen אילן plenè scriptum habet 12. literas, hoc modo: אלף. יוד. למד. נון, quarum summa pariter ad 312. adscendit. Et quamvis numeremus decem Sephiroth, & 12. modos Tetragrammati qui vocantur existendi: nihilominus tamen simplex est Unitas ואינו גוף ולא כח בגוף quæ verba eundem numerum 312. referunt: *Et nullum ibi est Corpus, nec potentia corporea.* In Sectione Pinchas autem *Arbor superna* dicitur Binah; & *inferior* Malchuth. Pard. Tract. 23. c. 1. h. t.

Vid. plura in Sohar P. I. fol. 56. col. 221.

P. II. fol. 26. col. 103.

Fol. 28. col. 110.

Fol. 29. col. 117.

Part. III. fol. 94. col. 343.

Part. I. fol. 108. col. 431.

Fol. 120. col. 476.

Part. III. fol. 71. col. 281.

אילת אהבים *Cerva amorum* Prov. 5, 19. Ita vocatur *Malchuth* potissimùm ob mysterium *novilunii* quando sc. ista in altū porrigit Cornua, quæ sunt Cornua Hod gloriosa in ipsa apparentia quando nova fit h. m. ◡: aliquando tamen cornu unum altius est altero h. m. ☾. Sic tradit R. Schimeon ben Jochai in Raja Mehimna, hac adjecta ratione: Hæc variare "

 secun-

„ secundùm diversitatem renovationis. Vel enim æqualem
„ accipit influxum à dextra & à sinistra, & renovatio æqualis
„ fit ab utroque loco: & tunc cornua æqualem habent altitu-
„ dinem. Si verò à parte dextra plus accipit, ita ut hæc sini-
„ stræ prævaleat, tunc cornu unum elevatius est altero: atque
„ tunc vocatur *cerva amorum*, ob mysterium amoris & Chesed
„ seu benignitatis in ipsa prævalentis. Si autem sinistrum
„ prævalet latus, vocatur אילת השחר. *Cerva nigricans* seu di-
„ luculi caliginosi. Ps. 22, 1. nim. ob nigredinem & anxieta-
„ tem cui subjecta est in exilio.

2. Alia quoque datur ratio quare vocetur *cerva*: quia cerva distribuit pabulum omnibus sociabus suis, quod & *lupo* tribuitur. Unde illud Prov. 31, 15. *Deditque prædam domui suæ, & statutum puellis suis.* Atque sic etiam cervi nomine איל vocatur: prout apparet in Sohar Sect. Achare Moth ad locum Ps. 42, 2. *Sicut cervus anhelat super decursus aquarum.* Et Sect. Thrumah ad locum illum Psal. 22, 20. *Sed tu Domine ne*
„ *elonges te*, אילותי *fortitudo mea, &c.* Ubi R. Schimeon ben
„ Jochai: Quid est אילותי? Cervus & capreolus, quando cur-
„ runt & procul fugiunt, mox revertuntur in eundem locum
„ quem deseruerunt. Ita Sanctus ille, qui benedictus sit, quam-
„ vis elevetur ad loca omnium suprema in infinitum usque;
„ statim tamen ad eundem locum redit: quam ob causam?
„ quia Iisraëlitæ inferiores ipsi adhærent; isti nempe ita non
„ deseruntur, ut planè auferatur & elongetur ab iis. Hæc ibi.
Ex quibus verbis primo aspectu colligi posset, quod sermo sit de Tiphereth: sed litera ת quæ reperitur in voce אילותי ostendit, quòd hoc Nomen sit Fœmininum, ita ut intelligi debeat cerva ejus; quod referendum erit ad Malchuth, prout id factum videmus in Raja Mehimna; & loco Sectionis Achare Moth. Nec obstat, quòd sequatur Nomen, *Sanctus ille, qui benedictus sit:* quia hoc nomen etiam tribuitur modo Malchuth. Deinde in Sectione Achare Moth R. Schimeon ben

Jochai

Jochai vocem אילות *Cervæ*, ita exponit, quòd sint omnes illæ virtutes, cervarum similitudine, quæ circundant thronum gloriosum atque sanctum, juxta illud quod scriptum est: Cant. 3,7. *Sexaginta fortes ambiunt eum.* Ex hac ratione locum illum: quid est Ajalothi? cervus & capreolus, &c. noluimus interpretari de Binah. Pard. Tract. 23. c. 1. h. t.

3. De voce איל vide quoque plura in Sohar P. III. fol. 115. 116.

Sectione Schemini fol. 12.

Fol. 16. col. 65.

Sect. Achare fol. 5. col. 19.

אימא *Mater.* Vid. אבא ואימא. Ista vocatur *fœmina fortis* Corona mariti sui, propter Gebhuroth. Item *seculum venturum.* Ipsa enim è solis Gebhuroth est composita. Ez Chajim Part. Ozar. Chajim Tract. Abba ve Imma.

אימתה *Formido Maxima*, & אימה *Terror*; ad Modum Gebhurah pertinent. De voce אימתה autem & de פחד Timor in Sohar talis reperitur explicatio Sect. Beschallach: quod Æmatha sit *Tiphereth*; adducta quoque ratione. Quod " si intelligatur quatenus respectum habet ad Gebhurah, negari non potest. Pardes Rimmon. Tract. 23. c. 1. h. t.

אין *Nihil.* [In Schaare Orah connectitur cum הויא.] Ob inscrutabilem *Sephiræ supremæ* celsitudinem & quòd illa abscondita sit omni creaturæ, nemoque eam possit intelligere, illa vocatur אין seu *nihilum & non-ens.* Et sic intelligendus est locus Exod. 17,7. *Num est Jedud in medio nostri, an* אין? (i. e. ille cui tribui solet Nomen) *non* (existentis.) Quod est mysterium duarum Sephirarum supremarum quæ includuntur in litera Jod Tetragrammati. Huc etiam pertinet locus Ijobh 28,12. *Sapientia ab* אין (s. eo qui quasi *non* datur) *invenietur.* Nam litera Jod Tetragrammati (quâ sapientia denotatur,) initium capit ab apice superiore (i.e. corona.) Et hic sciendum: quandocunque mundus gravissimis plectitur judi-

ciis ob nimia ejus peccata; tum necessum esse, ut homines properent, & confugiant ad istam Sephiram, quò ibidem medelam inveniant adversùs plagam quamcunque atque ægritudinem. Et hoc ipsum est quod dicit Canticum graduum Psalmus nempe 121, 1. *Levabo oculos meos ad montes ab* אין seu ab illo qui quasi *non* existit *veniat auxilium meum.* Cùm enim detegitur systema miserationum & facies illuminantur, tunc mensura rigoris convertitur in mensuram misericordiæ: unde rectè dicitur: *De* אין *venit auxilium meum,* מעם Jedud, *ab illo quod est cum Jedud.* Ubi notanter non dicitur à Domino, sed denotatur apex literæ Jod Tettagrammati.

2. Porrò observandum; quomodo in vocula אין, qua denotatur Sephirah prima, involvatur vox אני, quæ refertur ad Sephiram ultimam. Item quod Aleph denotet apicem literæ Jod, mundumque miserationum, & nomen אהיה: Jod ipsam sapientiam & expressionem seu productionem Ideæ literæ primæ Tetragrammaticæ: tandemque Nun oblongum, defluxum benedictionis & misericordiæ ab una Sephirah in alteram, usque ad Malchuth. Nun oblongum enim denotat Systema Misericordiæ defluentis per lineam Tiphereth: Nun curvum autem involvit Mysterium Malchuth recipientis influxum benedictionum descendentium ab אין per canales usq; ad אני metrum ultimum. Et hoc est mysterium Systematis influentis, & non accipientis: & accipientis non verò influentis in rem scil. sibi unitam, sed tantùm in ea, quæ sunt extra ipsum.

3. Tribus autem modis Sephirah אני aliquid accipit à Sephirah אין. Primus indigitatur verbis Esth. 2, 7. *Et posuit Coronam Regni in caput ejus.* Secundus est: יהוה אדני *Robur meum* Chabh. 3, 18. Tertius continetur his verbis Ps. 135, 21. *Benedictus sit Jedud ex Zijon, qui habitat in Jeruschalaim.* Quos modos si quis ritè meditari noverit, illi applicabitur locus Ps. 91, 14. *Exaltabo eum, quia novit nomen meum.* Sequitur קדם Schaare Orah sub Ehjeh.

4. O-

4. Omnes in eo consentiunt, quòd אין sit cognomen *Coronæ*: idque propterea quia nemo eam potest assequi; sed si super illa instituatur quæstio, respondendum: quod de illa apprehenditur vel comprehenditur est אין *Nihil.* R. Moscheh autem aliam adducit rationem; quod nempe Principium soleat vocari Non-ens; Ista autem omnium Principiorum Principium est. Autor libri ha Orah sic ait: *Aleph* est Mysterium apicis Jod, mundus nempe miserationum Ejeh: *Jod* est ipsa sapientia actualis exsertio Ideæ & prima litera Tetragrammati. *Nun longum*, mysterium profluentis influxus & benedictionis & misericordiæ ex una Sephirah in aliam, donec perveniatur ad Malchuth. Hæc iste, qui totam decadem Sephirothicam includi vult in voce אין. Et in Sohar in Tikkunim simile quid reperitur. Verba sunt hæc: "Opifex occultus & nutritor absconditus, qui est אין continet tres Sephiras: א״ enim est Kether, י״ Chochmah, ן״ Binah. Hæc ibi." Sic ergo quidam hanc vocem de Kether; quidam de tribus primis; quidam de tota Aziluth exponunt. Et juxta ultimum hunc sensum in Tikkunim qq. ad locum illum: *Ego primus & ego ultimus* R. Schimeon ben Jochai sic ait: אני primum est אין Corona Summa. אני alterum est Malchuth, & אין quatenus totam Aziluth comprehendit. Vid. Pardes Tract. 3. c. 1. Sic alius de voce אין: א״ est אהיה: י״ est ידוד: ן״ est אדני in Malchuth. Pardes Rimmon. Tract. 23. c. 1. h. t.

אין סוף *Fine carens.* [V. מקיף. אצל. אור פשוט. אק׳. מקום פנוי.] Sic vocatur *Causa Causarum*; quæ sic vocatur quod Celsitudinis ejus nullus sit terminus, quodque nihil eam queat comprehendere. Quandoque tamen hoc nomen tribuitur *Coronæ*: quia hæc est Thronus Infiniti, id est, sedes prima atque summa, qua nulla est superior; & quia Æn-Soph in illa residet, atque occultatur: hinc eodem gaudet nomine. Non alio ergo sensu ita vocatur nisi relatione ad superna habitâ, quatenus nempe unitur & adhæret Infinito. Pard. ib. h. t.

איפה *Ephah.* Eſt nomen menſuræ, & refertur ad *corticem*, ex loco Zecharj. 5, 10. *De deducentibus menſuram Ephah*; Ubi eſt cognomen Klippæ.

2. Sic etiam ſe habet ſenſus vocis איפה quod exponunt Ubinam? ut in illo Gen. 27, 33. *Quis eſt ille* איפא: ubi ſapientes noſtri tradunt, quod gehenna ingreſſa ſit cum Eſavo.

3. Quandoque tamen hoc nomen ad *Malchuth* refertur; ſed non niſi ratione אף *Iræ & Judicii.*

4. Quò etiam refertur omnis notio coctura, quæ ad judicium ignemque validum refertur. Et præfectus piſtorum eſt figura Samaël, qui eſt princeps accuſatorum. Pardes ibid. h. t.

אי״ק 1. Eſt vox denotans initia unitatum, decadum & centenariorum. Unde illud: *Si non eſt* א״ *ſeu unitas, non eſt* י״ *ſeu decas, & ſi non eſt decas, non eſt* ק״ *hecatontas.* Et hîc latet myſterium *Sacerdotis, Levitæ & Iiſraëlitæ:* quibus correſpondent *Corona*, collata cum Sacerdote; *Chochmah* cum Levita; & *Binah* cum Iiſraëlita. Quare Iiſraëlitæ quotidie dicere tenentur centum benedictiones: de centum autem decima datur Levitis, quæ ſunt decimæ primæ: & Levita unum dat Sacerdoti è decem. Si ergo non quotidie abſolvunt centum benedictiones, tunc Corona quæ eſt Sacerdos non dat influentiam Levitæ, quæ eſt Chochmah: Et ſi influxu caret Chochmah, eodem caret & Binah, unde Iiſraëlitis influentia eſt; ex quo intelligitur illud de אי״ק: ſi non eſt ק״ non eſt י״, & ſi non eſt י״, non eſt א״.

2. Aliter hæc ita explicantur: *Si non eſt* קוף, quod plenè ſcriptum numeris æquipollet voci מקום *Locus:* Unde hic ſenſus: Si Iiſraëlitæ non obſervant *Legem oralem*, quæ indigitatur per vocem מקום Locus; non deſcendit influentia à ſapientia ſuperna quæ vocatur *Jod*, eſtque *Lex ſcripta.* Si autem non eſt Lex ſcripta non eſt *Aleph*, i. e. Corona ſumma.

My-

Myſterium ergo אין in hoc conſiſtit: quòd Aleph ipſam illius Menſuræ naturam denotet, quatenus ad radicem & unionem ſuum reſpectum habet. Aleph enim notat punctum unum undique æquale, in quo nulla eſt manifeſtatio nec extenſio ex vera ſua natura, quæ conſtat è punctis decem: & hæc puncta decem ſe habent ad inſtar veſtis erga punctum medium. Decem autem hæc puncta ulterius extenduntur, & ſingula ſuâ iterum conſtant decade; unde centum. Quæ centum iterum ſunt veſtis decem illorum punctorum; quia ſicut ſe habet unum ad decem, ita ſe habent decem ad centum: & ſicut decem puncta ſunt rami qui obtegunt radicem; ita centum ſunt rami ſuam iterum radicem contegentes ad inſtar veſtimenti. Et hoc eſt myſterium Sacerdotum, Levitarum & Iiſraëlitarum, ut dictum ſupra. Caſtra enim Iiſraëlitica ad inſtar veſtis obtegebant Caſtra Levitica; & hæc pari modo Sacerdotum Caſtra cingebant, quæ erant Caſtra Schechinæ. Unde illud: "Sacerdotes pertinent ad Cultum ſuum; Levitæ ad Cantus "ſuos; & Iiſraëlitæ ad ſuas ſtationes. Unde ulterius patet my-"ſterium illud, quod Corona ſit punctum medium manifeſtatum in Chochmah: Chochmah autem manifeſtetur in Binah: Unde Binah veſtis eſt Chochmæ, & Chochmah veſtis Coronæ. Qua ratione ſe quoque habent Gedulah, Gebhurah, Tiphereth: Item Nezach, Hod, Jeſod: item Kether, Tiphereth, Malchuth. Pard. ib. h. t.

איש *Vir*, Hoc nomen communiter refertur ad Tiphereth: Unde illud Exod. 15, 3. *Dominus vir belli, Dominus nomen ejus.* Tetragrammaton autem ad Tiphereth pertinet.

2. In Tikkunim autem hæc habentur. In Loco Je-"ſchai. 40, 26. ubi dicitur: מרב אונים *præ multitudine fortitudinum;* intelligitur *Corona ſumma.* Ubi dicitur ואמיץ כח "& fortis potentia; intelligitur Chochmah. Quid enim eſt "*potentia* ejus, niſi *mater* ſuperna. Ubi dicitur איש לא נעדר "*Vir non deficit*: hoc eſt ſyſtema trium ſephirarum: quid enim "

eſt

„ est איש , nisi illud Exod. 15, 3. *Dominus vir belli, Dominus no-*
„ *men ejus.*

„ 3. Aliter in איש *Aleph* denotat *Coronam* summam:
„ *Jod Sapientiam: Schin radicem* arboris quæ est *mater* super-
„ na, *Conversio.* Quibus verbis non innuitur, quod per nomen איש revera intelligantur tres primæ, sed ille modus qui earundem est compendium nempe *Tiphereth.* Quod autem literam ש refert ad Binah, cum illa tamen aliàs designet tres patres, quasi sint tria vavin; id innuit, quod Binah sit *radix arboris*, i.e. Scaturigo *trium patrum*, qui sunt *rami:* & hoc modo ostendit locum, nempe Binah, è quo emanant extremitates. Et quia radix arboris etiam vocatur Jesod, item Malchuth, (videatur Pardes Tract. 15.) ideo subjungit: se intelligere matrem supernam. Sic enim vocatur Binah, quia in ea existentiam acceperunt omnia emanata, quæ infra ipsam. Utque meliùs sensum explicet, nomen תשובה conversionis subjicit, ut innuat ibi locum esse ubi omnia revertantur ad radicem, juxta mysterium *Jubilæi.* Item, quòd ista se convertat ad liberos, ut eosdem lactet, & ipsis influxum præbeat. Summa dictorum hæc est: Tiphereth ibi intelligi, in quantum in se complectitur tres primas.

4. Similia his proponuntur in Libro Bahir his verbis:
„ Dixit R. Amorai: quid est illud quod scriptum est: Exod.
„ 15, 3. *Dominus vir belli, Tetragrammaton nomen ejus?* Re-
„ spondit R. Rachumai Bar Bebi; quæstione non est opus,
„ cum res ipsa admodum sit simplex, quæ intelligi poterit ex
„ hoc simili. Rex quidam domûs habebat pulchras, qui-
„ bus singulis sua imponebat nomina, &c. alia autem præ-
„ stantior erat aliâ. Dixitque: dabo filio meo domum
„ istam, cui nomen Aleph, quippe quæ melior est eâ, quæ vo-
„ catur Jod. Quid porrò fecit? Contraxit omnes tres & in-
„ de nomen unum confecit, domumque unam. Subjecit al-
„ ter: quamdiu ænigmaticè loqueris? Respondit: fili, אֵ est
prin-

principium: י insequitur illud: ש comprehendit totum " mundum; quia & conversionis nomen ipsi tribuitur. Hæc " ibi. Sensus est hic: Per Domûs, intelligitur Aziluth, quippe in qua habitat autor emanationis. Istæque vocantur pulchræ propter excellentiam, quâ omnibus cæteris emanantibus præstant; quippe quæ primæ ab illo productæ sunt. Singulis autem imposuit nomen tanquam vestem atque palatium, in qua habitaret atque tegeretur natura spiritualis cujusque modi. (Vid. Pardes Tract. 4.) *Ipsa* enim *substantia* vocatur incola: & *vasa* vocantur nomen sedesque & vestis istius habitatoris. Una autem melior est alterâ, quia tres primæ occultæ sunt, & una superior est alterâ, prout se habet principium ad suum principiatum. Cum autem dicit: dabo filio meo: per filium intelligitur Tiphereth; quia modus iste se habet instar rami: in hunc insertiones faciam & influxum derivabo ex Æn-Soph, à quo omnia decem nomina emanant: nomina autem & Sephiroth unum idemque sunt. Sensus est hic: quod produxerit tres naturas è tribus Sephiris supernis, Corona nempe, quæ *est* א; sapientia quæ est י; & prudentia quæ est ש; feceritque ex eis nomen unum, & vestem unam: Univit enim tria hæc simul, ut inde facta sit vestis pro Tiphereth. Et hoc est nomen illud אישׁ prout dictum est, & domus illa una. In clariori explicatione א dicitur principium: quia Corona est principium omnium principiorum: Jod dicitur secundum ab illo: & hoc est Chochmah: Schin autem est Binah: de qua dicit, quod comprehendat totum mundum, quia in illa est mysterium universi occulti, ex eo quòd in ea delituerunt omnes Sephiroth sex extremitatum: Et propterea vocatur *Olam* pro modo periodi suæ, sicut dicitur Exod. 21, 6. Et serviet ei לעולם in seculum: Ubi intelligitur Olam seu periodus Jubilæi. De nomine autem conversionis supra jam dictum est.

5. Similis explicatio invenitur in Tikkunim multis in locis. Sic etiam traditur in libro Meirath ha-Ænajim Sect.

„ Mikkez: איש repræsentat Kether Chochmah Binah, & sic „ vocatur Tiphereth propter istas: quia omnes operationes „ ejus proveniunt è virtute Ideæ. Hæc ibi. Attamen haud est dubium, quin etiam vocetur איש ex eo quòd influxum sugat à judicio, sicut scriptum est: *Dominus vir belli*; & nos diximus sub voce אדם. Et R. Moscheh nomen *vir belli*, refert ad Gebhurah, procul dubio intelligens modum Tiphereth, quatenus à Gebhurah participat.

6. In Sohar autem Sect. נח etiam Jesod vocatur איש *vir terræ*, quæ est Malchuth; quia quicquid Jacobo accidit, accidit & Josepho. Pard. ib. h. v.

איתן *Horridus, rigidus.* Est cognomen vehementiæ modi Gebhurah, juxta illud Deut. 21, 4. *Et descendere facient Seniores Civitatis illius vitulam ad torrentem* איתן i. e. *rigidam & asperam.* Et prout apparet ex Verbis R. Schimeon ben Jochai, hoc quoque fuit cognomen Moscheh quatenus in Sephirah sua est, juxta illud Num. 24, 21. *Et vidit Kenæum & protulit parabolam suam, & dixit:* איתן *robustum est habitaculum tuum*; & similia. Pard. ib. h. t.

2. Vide plura de hoc in Sohar P. II. fol. 49. col. 196.
Et P. III. fol. 110. col. 440.
It. P. II. fol. 22. col. 85.

אך Hæc particula quæ vulgò tantùm, *sed, certè*, significat, refertur ad *Malchuth*, sed certo respectu. Ista enim nunc à dextra tantùm influxum sugit, nunc tantùm à sinistra, pro re nata. אך autem est medietas nominis 42. literarum: unde Magistri nostri hanc voculam portionem denotare dicunt. Fortè etiam habito respectu ad Kether in qua nomen אהיה efficit 21. Caph longum finale autem refertur ad Binah. Pard. Tract. 23. c. 1. h. t.

אכילה *Cibus.* Vid. Sohar. P. I. fol. 11. col. 43. 44.
P. II. fol. 67. col. 265.
Fol. 68. col. 271.

Fol.

Fol. 69. col. 273. it. col. 279.
De Comestione Angelorum. col. 280.
Et fol. 72. col. 297.
P. III. fol. 3. col. 9.
Fol. 19. col. 79.
It. fol. 112. 113. col. 454.

אכתריאל *Corona Dei.* Est nomen Dei, quod R. Moscheh refert ad *Malchuth*, dicitque: hoc ipsum esse quod dicitur ad R. Jischmaël: benedic è scaturigine benedictionum. A nobis autem refertur ad *Briah*, prout diximus Tract. 16. c. 3. quæ hoc nomine vocatur, ex significatu Coronæ; quia nectit Coronas Domino suo: estque Corona omnium formatorum & factorum. Pard. Tract. 23. c. 1. h. v.

אֶל Particula, quæ communiter significat *ad*, *erga*, *&c.* v. g. אל נפשו 1. Reg. 19, 3. *Abiit ad animam suam* · *Ad Moscheh* & similia plura. Et hæc est differentia inter אֶל & inter אות exempli gratiâ. 1. Reg. 19, 4. *Et petivit* את נפשו *anima sua mori:* quod אֶל pertinet ad mundum masculinum; אות verò ad mundum fœmininum: quæ sic explicantur in Sohar Sect. ויגש P. I. fol. 115. col. 456. lin. 40. cùm sermo est de Elia ad locum 1. Reg. 19, 3, 4. Pard. ib. h. v.

אל *Deus Gratiæ* & Misericordiæ præses. [In Schaare Orah connectitur cum פחד] Septimum hoc Sanctorum Nominum est, ab imis ascendendo, quod & hæreditariè sortitus est Abraham, juxta illud Gen. 12, 33. *Et invocavit ibi nomen Tetragrammati El seculi.*

2. Hic dignoscere operæ pretium est, magnum Senatorum Conventum qui dicuntur *Elohim*, trecentum & decem judicii continere turmas, quæ judicialia prætorii summi decreta, seu damno, seu commodo cedentia, peragrando mundum, singulæ exequuntur, prout huic vel illi negotio præfectæ sunt. Quapropter omnem bonorum honorumque largitatem, quam à delinquentibus prohibent, thesaurizantes coa-

L 2 cervant,

cervant, quæ dona vocantur יש, *ſubſtantia:* ac ea denique hæreditabunt juſti in tempore noviſſimo; ad quod dictum eſt illud Prov. 8, 21. *Ut hæreditare faciam dilectos meos* יש id eſt, *aliquid, ſeu ſubſtantiam & theſauros eorum replebo?* quæ quidem dictio ſuis characteribus trecentum & decem numero componit. Cùm Exercitus iſti 310. exeunt à Tribunali magno, perque mundum vagantur, ut executioni mandent quod judicatum eſt in peccatores; tunc hîc rapiunt, ibi prædantur, hos vulnerant, illos extirpant, alios plagis afficiunt morbisq; cruciant; ſinguli nimirum, prout pronunciatum fuit in hanc vel illam creaturam; nihil vel addendo vel minuendo à decretis judicii illius, quod *Deus veritatis* dicitur. Sup ra has turmas autem & ſupra Tribunal ſupernum cui nomen *Elohim*, Miſericordiæ attributum locatum eſt, cui nihil permixtum eſt rigoris, ſed mera *benignitas* & gratia. Atque hæc miſeretur, quamvis haut dignæ ſint Creaturæ Miſerationis, atque dona ſua largitur gratis & vocatur אל El; (communiter Deus.) dum turmæ iſtæ (ſic decernente judicio,) culpam ſupplicio punire proponunt, & juſtorum quiſpiam Menſuram El (undiq; gratiâ fulgentem) adire noverit; tunc iſta prodit è templo ſuo, & manifeſtatur; cumque eam vident 310. illæ turmæ, omnes diſperguntur, fugientesque à gloria ejus ſeſe occultant, nec ullam perditionis propoſitæ ſpeciem exequuntur: quia tum temporis nulli creaturarum nocere queunt. Sancti igitur atque juſti tempore calamitatum accelerant ut preces fundant, & meditationes ad Attributum *El* inſtituant. Et hoc ipſum eſt quod nos dicimus: *El Rex ſuper Throno miſericordiæ ſedet.*

3. Idemque etiam vocatur אל עליון *El ſupernus.*

4. Abraham igitur ſummopere conatus eſt per totam vitam ſuam hoc aſſequi Attributum; multasque ſuſcepit afflictiones & adverſitates, ut dignus eodem evaderet: tandemque per multa conamina, atque Amorem inſignem ejuſdem factus

eſt

est particeps, tanquam hæreditate perpetuâ: quò pertinet illud Gen. 14, 19. *Benedictus Abraham El superno.* Item Gen. 21,33. *Et plantavit nemus in Beerschebha; & invocavit ibi Nomen Tetragrammati, El seculi.* Atque hac ratione Abraham benedictionem habuit omnimodam; ita ut in supernis neminem haberet adversarium, atque accusatorem; sed omnia parata essent ad placitum ejus, quia modus El super eo semper manifestò apparebat, atque sic ministri judiciarii ab eo fugiebant. Et hoc est mysticum illud Mich. 7, 20. *Dabis Chesed seu Misericordiam Abrahamo.*

5. Jam quoque dicendum est, de 13. modis Miserationum, qui expressi sunt verbis Exod. 34, 6. יהוה יהוה *El misericors, & gratiosus, longanimus & multus misericordia & veritate, &c.* quos etiam David in usum revocatos, nomini El accommodat Ps. 86, 15. cum inquit: *Et tu Domine Deus, misericors & gratiosus, longanimus & multus misericordia & veritate.* Ubi vox אל mysterium denotat Modi istius summi, qui meras continet miserationes, & coram quo omnes sese prosternunt Turmæ judiciariæ; quem etiam cum Abraham obtinuisset atque peramasset, meritus est hæres fieri totius hæreditatis Turmarum Jesch, seu 310. juxta dictum Prov. 8, 21. *Ut hæreditare faciam dilectos meos Jesch;* & illud Jeschai. 4, 8. *Semen Abrahæ dilecti mei.*

6. Sequitur vox רחום *misericors*, cujus hic est sensus: Cum Modus iste, El videt Synedrium magnum decrevisse ut disperdatur hic homo, vel locus iste, & similia, quibus eversis notabile aliquod Mundo damnum accidat; ipse in medium procedit, ut creaturæ illius misereatur contra quam pronunciata est sententia; quo facto, Ministri illi prætoriani fugiunt, & creatura illa à pœna liberatur.

7. Porrò additur vox חנון *gratiosus*, quod scil. Attributum hoc El quandoque auxilium præstet, etiam cùm indigni eodem sunt Mundi incolæ, ita ut gratis in illos hoc conferatur beneficium.

 8. Sub-

8. Subſequitur epitheton ארך אפים, quod *long animum* deſignat. Cùm ſcil. quædam è creaturis nec ut gratis liberentur, nec aliàs miſericordia dignæ, ſed omnino pœnis ſubjiciendæ ſunt; ubi ſæpe dictum Nomen El exclamat: Expectate hunc, nec ſtatim eundem pœnæ ſubjicite, quamvis indignus ſit; ſi fortè acturus ſit pœnitentiam. Atque ſic terminus ipſi prolongatur, juxta iſtius Epitheti etymologiam; etiam imminente jam iræ impetu. Ubi adhuc ſpecialius explicandus eſt iſtius prolongationis modus. Nimirum cùm Judicium ſupremum ſententiam publicavit, longior homini non conceditur terminus, quam dònec Miniſtri emetiantur ſpatium illud, atque iter, quod in Divinis אַף ſeu Naſus appellatur; quam primùm enim iſtius limitibus excedunt, in puniendos mox irruunt. Cum autem iſtè El miſereri vult, ſpatium iſtud longiùs producit, quod jam antea quoque longum ſatis atque magnum eſt; ut ita liberari reus queat. Et in hoc conſiſtit myſterium Epitheti ארך אפים, quod propriè longo Naſo præditum denotat. Id quod clariùs intelligitur è Jeſchai. 48, 9. *Propter Nomen meum prolongabo* אפּי *Naſum meum; & propter laudem meam* אחטם *ſeu longum habebo Naſum pro te, ut non ſuccidere faciam te.* Et ſapientes ſanctique quidam ea præditi fuerunt facultate, ut prolongare potuerint Naſum hunc ſanctitate ac precibus ſuis: unde ſua ætate protexerunt Iiſraëlitas, multasque averterunt calamitates: qualis fuit Rabban Gamliel, qui Jafnem migravit; cui etiam inditum fuit nomen בעל החוטם, quaſi *Magiſter Naſi* diceretur, ad mentem loci citati Jeſchai. 48, 9. *Propter nomen meum prolongabo Naſum meum, & propter Laudem meam naſatus ero tui cauſa, &c.* Ubi qui myſterium *Binæ* intelligit quæ תהלה ſeu *Laus* dicitur, etiam intelliget myſterium iſtius Epitheti ארך אפים ſeu longo Naſo præditi. Binah ſiquidem una eſt è duobus illis Attributis ſacratiſſimis, quæ Miſerationibus perfectis annexa ſunt. Et hæc ipſa Binah facultatem concedit Tribunali ſupremo,

premo, cui eſt nomen Elohim: cumque perfectæ illæ ſummæque Miſerationes (Coronæ ſcil.) influunt in Binah ſeu Prudentiam; tunc iſta quoque Miſericordiæ demittit influxum in Judicium: & quamdiu hoc fit, Naſus prolongatur Juſtitiæque miniſtri in executione ſua impediuntur. Et ſic Brevitas quoque Naſi, Pœnarum intenſionem, ut Longitudo remiſſionem deſignat; prout illa in homine etiam ſtultitiæ nota eſt.

9. Tandem etiam Epitheton רב חסד ſeu *Multæ Miſericordiæ* explicandum eſt. Nimirum ſi quidam nec Miſericordia, nec ut gratis quid accipiat, nec dilatione dignus, ſed ſtatim puniendus eſt, tunc affectio El, dum illius ponderantur Transgreſſiones coram Tribunali ſupremo, primum tollit peccatum atque ſecundum, ut cum cæteris haut numerentur, (quamvis alioqui non deleta) ſed à tertio demum numerandi fiat initium; juxta illud Ijobh 33, 29. *Ecce omnia iſta operabitur Deus, vicibus tribus cum viro.* Cumque peccata iſtius creaturæ ponderantur cum bonis ejuſdem operibus, & bilanx conſiſtit in æquilibrio, Attributum El meriti lancem deprimit, Gratiam versùs veclinando, atque ſic Gratia exhibetur reo illi & miſericordia.

10. Sequitur in Textu ואמת *Multus veritate.* Cujus hæc eſt ratio: Cùm peccata cujusdam ponderantur & merita; & peccata prævalent, ut attributum Cheſed auxiliari nequeat, ſed peccatorum Lanx præponderet, iterum tamen Menſura iſta El gratiosè ſubvenit Reo illi, idque duobus modis: primo enim ſi exciſione mulctanda eſt creatura illa atque exterminio, Cheſed ſeu Gratia omnia ejus bene merita numerat, etiam meditationes bonas, ut pœna ejuſdem fiat levior, nec nimio ſupprimatur dolore. Si verò ad interitum & excidium condemnata non eſt, circa finem pœnarum eadem Miſericordia etiam minutiſſimas ejus cogitationes exaggerat, ut propterea etiam prœmio ne fruſtretur præterlapsâ pœnarum perio-

periodo. Quamvis idem quoque faciat Judicii attributum, quod accuratiſſimum eſt non minùs in benefaciendo quàm in puniendo; unde & illud vocatur ואמרץ. Ubicunque igitur in ſcriptura occurrit Nomen *El*, omnia hæc momenta conſideranda ſunt. Et hic etiam notandum, quod ubique quaſi confunduntur duo hæc Attributa, *Cheſed ſcil.* ſeu Gratiæ, & *Rachamim* ſeu Miſerationum. Schaare Orah ſub El. (Sequitur חסד]

אל גבור *Deus fortis, Deus indignatus.* Vid. Sohar P. I. fol. 100. col. 401.

Et P. III. fol. 13. col. 52.

Fol. 84. col. 336.

אל ההודאורת *Deus Laudum.* Interpp. hoc nomen referunt ad prædicamentum Hod: & ubicunque invenitur phraſis *Confeſsionis, Laudis, gratiarum actionis* illa ad eandem Claſſem referri ſolet.

אל עליון autem *Deus ſupremus*, eſt nomen quod juxta R. Moſcheh refertur ad Coronam, quæ vocatur Deus ſupremus, quia ſummum locum habet in Aziluth. Attamen non aliam ob cauſam ſic vocatur niſi quatenus operationes exercet in Cheſed.

2. Unde etiam Cheſed ſuprema dicitur, prout dictum eſt ſuo loco, & potiſſimùm Tract. 20. libri Pardes. Ubi actum eſt de nominibus אל עליון *Deus ſupremus*, & אל מלך *Deus Rex;* & dictum, nomen אל ſemper pertinere ad prædicamentum Cheſed.

3. At in Sohar Sect. לך לך ad locum Gen. 14, 19. *Benedictus Abraham Deo Altiſsimo:* Nomen hoc אל עליון refertur ad Modum Binah; fortè quia Nomen אל limitatur per adjectivum עליון. Binah enim ſuperior eſt Menſura Cheſed quæ vocatur El.

אל שדי *Deus omnipotens:* Innuit Combinationem Graduum Jeſod & Malchuth. Nomen autem *Schaddai* jam explicatum

catum est in loco Malchuth Tract. 20. c. 13. *El* autem habet significationem *vehementiæ*, quia vehementer effundit Miserationes suas ad Malchuth donec deterantur labia eorum præ clamore, dum vociferantur די sufficit. Et sic interpretes.

2. Mihi autem videtur quod nomen *El Schaddai* denotet unionem graduum Kether & Malchuth. Kether enim aliquando vocatur El prout patet è quibusdam locis Sohar, verba sunt hæc: Dixit R. Schimeon: veni vide! antequam circumcideretur Abraham unus gradus cum ipso loquebatur. " Quisnam erat ille? מחזה visio, sicut scriptum est Num. 24, " 4. *Visionem Schaddai, seu omnipotentis videt.* Cum autem circumcisus esset omnes gradus in isto residebant, & tunc cum " ipso loquebantur; unde scriptum est: Exod. 6, 3. *Et visus* " *sum Abrahamo, Iisaaco & Jacobo in* אל שדי. Antequam au- " tem circumcisus esset, isti gradus nondum residebant in eo, " ad alloquendum eum. Hæc ibi. Sensus est: antequam circumcideretur Abraham, gradum prophetiæ ejus tantùm fuisse ex Malchuth, non adjunctis gradibus aliis. Iste autem gradus vocatur מחזה *Visio*; adducitque locum de Bileam, non quod dici queat istum prophetiâ suâ pertigisse ad gradum Sanctitatis, quamvis dicat se videre visionem Schaddai: Intelligitur enim visio רש שדי (i. e. quam exhibuit ipsi Schaddai,) non verò pertinuit ad ipsum visio, qua apparet Schaddai. Abhrahamo autem obtigit visio superiorum, quam scil. isti exhibebant, non quod viderit ipsos superiores; magna enim inter hæc est differentia, nec ulla connexio; Abrahami enim Prophetia erat in Malchuth, quæ erat visio talis, quam ipsi repræsentabant Sephiræ superiores: Bileami visio erat à Schaddai, i. e. à Klippoth seu putaminibus, sub Malchuth existentibus, quibus tribuitur Nomen שַׁדַּי ex significatu vastandi. Nec obstat quod ipse dicit, Num. 24, 4. *Dixit, audiens eloquia El*; id nomen enim in Sohar explicatur de Deo alieno. Sed redeamus ad id unde digressi sumus. Postquam circumcisus esset

M Abhra-

Abraham, id obtinuit, ut Prophetiam ſuam videret mediante gradu Malchuth, quatenus in ipſa ſpectari poſſunt omnes Modi; atque tunc Eadem vocitatur *El Schaddai:* nimir. El propter Coronam; & Schaddai propter Malchuth, quò pertinet illud: *Ego primus, & ego noviſsimus*, Jeſchai. 44, 6. à principio ſcil. uſque ad finem. Summa autem dictorum hæc eſt: quod Malchuth tunc vocetur El Schaddai, quando in ſe continet omnes gradus ſuperiores. Et quia unio & combinatio iſta fit per modum Jeſod; fieri poteſt, ut Malchuth obtineat Nomen Schaddai, propter Jeſod, ad quem gradum Schaddai radicaliter pertinet, ſicut dictum eſt Tract. 20. libri Pardes. Cum quo concordat illud, quod traditur in Sohar loco ſupra citato, dum „ ibi dicitur: Fœdus unionis quo omnia connectuntur. Et „ propterea, &c.

„ 3. Et in Sectione Vajechi dicitur: Quod phraſis את „ שדי *à Schaddai*, Gen. 49, 25. ſit præſtantior & uberiorem ex„ hibeat Miſericordiam quàm Nomen אל שדי *Deus Schaddai*, „ ſufficienter largiens: quia את vocatur Malchuth in quan„ tum influxum accipit à Tiphereth, qui Modus vocatur Lex „ ſcripta, cùm tunc omnia contineat ab Aleph uſque ad Tav. „ Tiphereth autem influxum accipit à ſapientia: unde patet, quod Malchuth per Tiphereth accipiat triginta duas ſemitas à ſapientia: quod ipſum omnino plus eſt, quàm cùm ſolum אל שדי adhibetur, quamvis אל ſit Nomen Sanctum, את verò particula tantùm; imò quamvis Nomen El Schaddai omnia quoque contineat, ab initio uſque ad finem, ſicut diximus: tamen Eth Schaddai plura infert; qui in ipſa ſunt triginta duæ ſemitæ, quas accipit à Tiphereth è Chochmah, & Lex, integra ab Aleph uſque ad Tav; cum tota decade Sephirothica. Quæ hactenus dicta ſunt titulis his tribus deſumta ſunt ex Pardes Rimmon. Tract. 23. c. 1. h. t.

אל שדי *Idem vel Deus qui ſufficiens.* [In Schaare Orah connectitur cum אלהים חיים.] Penultima Sephirarum nonnun-

nunquam *El Schaddai* vocari consuevit, quia ab ipsa vigor, perfectio, influxus superiorque omnis immanatio in Nomen Adonai stillat, donec dici queat: *Satis est.* Unde in libro Chagigah enunciant Majores: Schaddai dicitur, quia per nomen " hoc rerum opifex Mundo suo sat esse dicit. Licet autem ibi " litera id sonare videatur, quod se latiùs atque latiùs mundus extenderit, donec proprius ei architectus sufficere dixerit, & stationem imposuerit: interior tamen sensus est, quod Mensura El Schaddai cuivis creatorum alimenta ministret, quousque sat, cuncta pariter clamitent.

2. Cumque Metrum Adonai, potestate דִּי El Schaddai repletur, tunc & ipsum hujus cognomen *Schaddai* scil. & *El Schaddai*, assumit. Imò singula bona à superis manantia in Nomen Adonai per Mensuram El Schaddai prodeunt, ut insonat illud Gen. 29, 3. *Et El Schaddai, i. e. Deus qui sufficiens seu omnipotens benedicat tibi, & crescere faciat & Multiplicet te, &c.*

3. Atque hoc etiam attributum sic inclamat omnem afflictionem, די *sufficit*, ne sc. ulterius irruat in hominem, unde Jaacob preces suas fudit sub nomine *El Schaddai.* Schaare Orah sub El Chai. [Sequitur מקור מים חיים]

De El Schaddai videantur plura in Sohar P. II. fol. 114. col. 454.

Fol. 116. col. 461.

Ulterius occurrit nomen.

אל קנא *Deus Zelotes*, quod Nomen refertur ad prædicamentum Hod: omnis enim Zelus procedit à vehementia cordis & rigore ejus, cùm zelo fervet contra peccatores. Et forte sic vocatur quatenus repletur à Gebhurah: Unde ulterior explicatio sumi posset ex iis, quæ tradita sunt de nomine אל הגבור Tract. 20. c. 5. Pard. Tract. 23. c. 1. h. t.

אל חי *Deus vivus.* [In Schaare Orah connectitur cum כנסת ישראל] Secundum (juxta gradus altitudinum ascendendo)

dendo) ex dictionibus Sanctis est nomen *El Chai:* juxta illud Ps. 42, 3. *Sitivit anima mea, &c. ad Deum vivum.* Nam istud inter novem gradus, quos *novem specula* dicimus, extremùm obtinet locum, & à cunctis superioribus gratiam haurit & vitam, inque אדני diffundit, ac transfert. Quatenus igitur ipsam dimensionem Chesed suscipit, El appellatur; ex quo autem vitam sibi attrahit, Vivus dicitur; quæ duo cùm invicem cohærent *Deus vivus* nuncupantur.

2. Cumque hunc vitæ vigorem in metrum Adonai diffundit, hoc ipsum *Terra vitæ* cognominatur: quia à supremis in se vitam colligens, non minùs angelicis quàm cœlestibus choris, totiusque Terrarum Orbis multitudini uberrimæ vitæ munus impertit. Et huc pertinet illud Gen. 1, 24. *Producat Terra animam viventem in genere suo:* hæc enim literæ series secundum sapientiæ mysterium, cujusque rei mobilis animam designat, reptilium scil. in arida, piscium in mari, jumentorum, beluarum, volucrum, jumentalemque humani generis ac vitalem angelorum animam, totiusque cœli & stellarum ad singula eorum genera copias demonstrat, atque supernam homini assidentem animam, mentem sc. denunciat. Unde etiam Majores ad verba hæc: *Producat terra animam viventem in ge-" nere suo,* dicunt: Hæc anima est Messiæ. Admiranda equidem intuenti istorum sunt eloquia; Sententiæ autem huic adstipulatur id quod litera profert in genere suo, i. e. qualiscunque fuerit generis superûm, Mediorum & infimorum, imo etiam animæ Messiæ.

3. Non tamen me Philosophiæ cultores redarguant, si & angelum animæ participem dixerim, nullum siquidem creatorum admittitur, quòd *Nephesch Chajim, seu anima vitæ,* juxta proprium genus, non inhabitet: talem enim animam sibi unumquodque vendicat, qualem natura & materia sua expetit.

4. Universæ igitur in superis ac imis animæ à *Terra vitæ* seu

ſeu nomine Adonai vitam ad ſe trahunt virtute ſc. *El Chai* i. e. Dei vivi; qui à ſcaturigine vitæ, i. e. arbore vitæ, quæ in medio, vitam transportat in Nomen Adonai. Quod quia animatis cunctis, auxiliante El Chai, vivendi præbet munera; hinc tales preces in anni principio conſtitutæ ſunt: *Memor ſis noſtrûm in vitam:* ubi intentio vertitur in El Chai, *atque Magen,* i. e. *protectorem.*

5. Quapropter conſidera: ſi quis futuri ſeculi vitam exoptat, illum Menſuræ *El Chai* applicari, & hanc ad metrum Adonai precibus attrahere oportere. Cui inhians David: *Sitivit* (inquit Pſ. 42, 3.) *anima mea ad Elohim, ad El vivum.*

6. Cumque hæ duæ menſuræ connexæ ſunt, vota omnia Iiſraël aſſequitur, hoſtes profligat, nullusque tam acer validusque eſt, quin in conflictu vires amittat. Ad quod hæc protulit Jehoſchua c. 3, 10. in hoc cognoſcetis, *quod El vivus vos inhabitet, &c.*

7. Quoniam igitur gradus altiores ac Sephiroth jungamus oportet cum Menſura Adonai; idcirco in benedictione, quæ matutinos ſequitur Pſalmos, dicere mos eſt: *Qui eligis Pſalmorum Cantus Rex El Chai ſeculorum.* Ideo qui vitæ alteriusve commodi compos fieri deſiderat, in dimenſionem El Chai mentem erigat: qui enim Nomini Adonai mundus adhærebit, ipſi pro nutu jungetur El Chai, ex quo ſcribitur Deut. 4, 4. *Vos qui adhæretis Deo Tetragrammato, Deo veſtro Elohim, vivi eſtis omnes hodie.* Schaare Orah ſub El Chai. Sequitur אלהים חיים.

אלי *Deus meus.* Ubique Gradum Binah deſignat; totidem enim valet vox אם nempe 41. Sic autem vocatur in quantum comprehendit tres primas: Aleph enim eſt Kether, Jod eſt Chochmah, & Lamed eſt Binah. Lamed autem propterea locatur in medio, quia Litera Aleph repræſentat notionem, qua Binah ad Coronam refertur; & litera Jod notionem, qua refertur ad ſapientiam; Lamed autem in medio naturam

ipsius Binah exhibet: de quibus vide plura in Pardes Tract. 9. c. 6.

2. Hanc vocem quoque explicat R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim. Quod autem Ps. 22, 2. bis repetitur vox *Eli, Eli*, id procul dubio fit respectu duarum Matrum, superioris & inferioris, sicut id quoque fit in mystico illo: אין אני. Sic mihi videtur. Pard. Rimmon. Tract. 23. c. 1. h. t.

אלה *Deus*. Vid. Sohar P. II. fol. 43. col. 173.

אלהים *Deus*. [In Schaare Orah connectitur cum אחה]

1. Senarium inter Sancta Dei Nomina ordinem metrum sortitur *Elohim* i. e. *Deus*.

2. Hic præmittendum Nomen Tetragrammaton solum stipitem illum esse atque arborem, quæ sursum deorsum, & versus omnia latera extendatur; quodque cæteris Nominibus atque Cognominibus quasi vestitum sit. Quale enim est opus Dei quod in mundo operatur, tali etiam vocatur nomine ejusdem sc. operis Characteristico.

3. Atque hoc modo Nomen Elohim Characteristicum est *rigoris & Judicii*, sicut dicitur Deut. 1, 17. *quia Judicium est τῦ Elohim*. Cumque aliquid operatur ex parte Judicii, tum propter hoc ipsum opus vocatur Elohim. Unde etiam latus illud quod in ipso *sinistrum* dicitur, in Scripturis *Elohim* dicitur; quia illud Judicii locus est, à quo sive funestum, sive lætum Judicium super filios seculi irruit. In hoc plures judiciariæ fixæ sunt domus, quarum singulæ rato, solidoque Judicio munus suum exequuntur & peragunt. Ipsum verò vocatur בית דין seu tribunal superius. Et propterea Magistri nostri b. „ m. dixerunt: obligatum esse hominem benedictionem di- „ cere non minus super malo, ac super bono benedicit: Quod „ R. Jochanan probat ex Ps. 56, 11. *In Elohim laudabo rem: in* „ *Jedud laudabo rem:* quorum prius puniendi attributum, po- „ sterius benefaciendi designare vult. Quapropter si judicium in rei emolumentum inde exiverit, tunc enunciabitur Deus Nomi-

Nomine *Tetragrammato*, aut *El*. Quod si in noxam detrimentumque convertitur, nomen sibi expostulat *Elohim*.

4. Synedrium ergo magnum supernum locatum est inter Nomen Tetragrammaton & inter Nomen Elohim: miscerique solet misericordiæ attributum cum attributo judicii, ne judicandi tempore absumantur omnes creaturæ. Et magnum hoc Synedrium supernum in sinistro locatum est latere, & quamvis inter ידוד & Elohim statum habeat medium, ad sinistrum tamen inclinat. Et huc applicari solet locus Cant. 7, 2. שרך *Umbilicus tuus* (vel *fovea pectoris*,) *crater rotundus, cui non deficit mixtum*. Quod sapientes nostri interpretantur de Synedrio magno. Nimirum quia Jechesk. 1, 10. scribitur; *Et facies* שור i. e. *bovis à sinistra*: hinc Synedrium magnum per vocem שררך intelligunt. Lex Domini enim medelam peccatori procurat, cùm judicandus est propter peccata coram tribunali; cui phrasis שררך accommodatur; si sc. pœnitendo convertitur. Unde Prov. 3, 8. dicitur: *Medela erit* לשרך *scrobiculo pectoris tui*. Quod autem conversio sit medela Propheta Jeschajahu asserit c. 6, 10. cum inquit: *& convertatur & sanet eum*.

5. Sicut autem coram tribunali hoc magno, cui Nomen est *Elohim* omnes judicantur mundi incolæ, tam superi quàm inferi: ita huc quoque referendum ipsum Creationis mysterium; (quod adeo magnum est, ut super ipso Mundus consistat.) Et ex hoc apparebit ratio, quare per totam historiam creationis nomen *Elohim* usurpetur. Propterea nimirum: quòd creata omnia tàm supera quàm infera condita sint per regulam juris ac judicii; ita ut nulla sit creatura, propter quam non convenerit Synedrium illud, quod *Elohim* dicitur, etiam ante ipsius productionem: unde deinceps prodiit regulariter juxta naturam eidem debitam omnesque dimensiones & formam membrorum ejus; talemque habuit vitam atque sustentationem. Et ex hac quoque juris regula factum est, ut crea-

creatura hæc ſubjecta ſit creaturæ cuidam alii, ſeu corporis, ſeu alimentorum ratione: quaſi creatura illa conſtituta fuiſſet coram eodem tribunali, eidemque dictum fuiſſet: tale erit corpus, talia membra, tale alimentum, taliſque vita & excellentia tua: cui reſpondens creatura ſubjeciſſet: en me paratam „ cum gaudio. Et hoc ipſum eſt quod Magiſtri noſtri dixe- „ runt: omne creationis opus ſuâ ſcientiâ, ſuâ ſtaturâ, ſuâ vo- „ luntate creatum eſt. Suâ nimirum ſcientiâ; quaſi intellexiſſet quicquid ipſi diceretur: ſua ſtaturâ, quaſi ſciviſſet dimenſionem corporis, & formationem membrorum ſuorum: & ſua voluntate, quòd libenter & volens omnia in ſe ſuſcepiſſet. Idque propterea; ne creaturæ dicere poſſent, minorennis fui, (rationis uſu carens,) & quaſi non fuiſſem. Et hæc eſt Cauſa quare in Creationis hiſtoria toties ſcriptum reperiatur Nomen *Elohim:* quia ſcil. omnia creata ſunt ſecundum tramitem juris & recti, remotâ omni perverſitate.

6. Unde quamvis tanta reperiatur creaturarum varietas, ut aliæ pulchræ, aliæ deformes ſint; dici tamen nequit, hanc vel illam ſeu pulchram ſeu fœdam non conſultò talem eſſe: quod ſi enim quis quæreret, quænam hujus deformitatis ſit cauſa, vel quid peccaverit turpior hæc? reſponderi poſſet: Deum ſcientes ac volentes ita creaſſe, ita ut quælibet creatura coram ipſo (quaſi) conſtiterit atque audiverit quâ formâ ſubjectione & prærogativa uſura ſit, cum hac adjecta clauſula: ſi hæc tibi placent jam dicas: Sin minùs inter non creata habeberis: ſingulæ tamen reſpondiſſent: ſe libenter id velle. Et huc pertinet myſticum illud Gen. 1, 31. *Et vidit Deus omne quod fecerat, & ecce bonum* מאד *valde:* ubi per voculam טוב id quod in creaturis *bonum* eſt; per voculam מאד (ipſa quoque) *mors* intelligitur. Unde creaturis nulla relicta eſt exceptio, quod non creatæ ſint ſecundum juris normam: quia per totum creationis opus ubique reperitur Nomen *Elohim*, ut appareat, præviâ deciſione judiciali id factum eſſe, quod creaturarum

rum alia sit magna, alia parva; alia magis durabilis, alia minus; alia majori corpore, minori alia: alia volans, gradiens alia; alia subsultans, alia natans: alia rotunda, quadrata alia; alia longa, alia brevis, nec ullam eisdem factam esse injuriam. Unde etiam dicimus: benedictus sis tu Domine, Deus no- "
ster, Rex Mundi, creavit enim vos secundùm juris normam, "
sic & vivificabit, & ad vitam æternam restituet vos secundùm "
juris normam. Quod pariter credendum de omnibus crea- "
turarum membris. Et propterea in Lege dicitur Deut. 32, 4. *Petra* (est,) *perfectum est opus ejus:* (quare?) *quia omnes viæ ejus Judicium.* Et propterea in Creatione Mundi vocatur *Elohim*, & in fine historiæ Creationis dicitur: *Et vidit Deus omne quod creaverat, & ecce bonum erat valde.* Ubi commentantur Magistri etiam mortem esse bonam. Et huc pertinet quæstio, quare Deus in Lege præceperit *mactare animalia pro cibo hominis:* cùm tamen scriptum sit Ps. 145, 9. *Bonus est Dominus universis, & miserationes ejus super omnia opera ejus?* Cujus resolutio in principio hujus Textus reperitur, quòd nempe *bonus sit Dominus.* In Creatione enim conventum est cum hoc vel illo animali quod sc. mactandum sit: ipsumque respondit, bene esse: quia scil. tale animal mente caret supernâ & opus & potentias Dei percipere nequit; unde Deus mundum creaturus advocata ad se animantia sic allocutus est: Vultisne mactari ut vos comedat homo, atque elevemini de gradu bestiæ, quæ nihil intelligit, in gradum hominis, qui novit Dominum? Ubi responderunt bruta: beneficium & misericordia hoc modo nobis exhibetur. Cùm enim homo portionem de animante comedit, hæc deinceps fit portio hominis, non quasi de specie brutali egressa, speciem & naturam hominis subiret; sed ita, sicut mors homini vita est, quia tum ascendit in gradum Angelorum. Et huc pertinet mysticum illud Psal. 36, 7. *Hominem & jumenta servas Domine.* Hinc quoque intelligi potest quod dixerunt Magistri nostri in Tract. Pesachim:

 Idiotæ

„ Idiotæ plebejo prohibitũ eſt carne veſci: quia lex beſtias ma-
„ ctare non præcipit, niſi illi, qui Legẽ novit, ſicut dicitur Lev. 11,
„ 46. *Hæc eſt Lex jumenti & beſtiæ, & volucris*; id eſt, quicunq; in Lege ſtudet, illi conceſſum eſt comedere carnem; qui in Lege non ſtudet illi eandem comedere prohibitum eſt. Unde plebejo carnem comedere non licet, quia ipſe, beſtiæ ſimilis eſt, nec Neſchamam habet: nec præceptum eſt, ut mactetur brutum, quò comedatur à bruto alio.

7. Hic porrò obſervandum, quod Cabbaliſtæ peritiores
„ dicunt: Initium Creationis primamque voluntatem pro-
„ fectam eſſe à triginta duabus *ſemitis ſapientiæ*, in quibus latet
„ myſterium initii creationis, quæ involvitur in Nomine *Elo-*
„ *him*. Unde Liber Jezirah ſic incipit: *Per 32. ſemitas mira-*
„ *biles ſapientiæ exſculpſit Dominus Exercituum Mundum ſuum*.
Et quia quælibet ſemita cum juris atque judicii norma congruit, hinc unicuique illarum correſpondet character Nominis *Elohim*, quod ſolùm in Creationis hiſtoria & quidem 32. vicibus ſcriptum extat; nimirum

1. *In principio creavit Elohim.* Gen. 1, 1.
2. *Et Spiritus Elohim.* ℣. 2.
3. *Et dixit Elohim fiat Lux.* ℣. 2.
4. *Et vidit Elohim Lucem.* ℣. 3.
5. *Et diviſit Elohim.* ℣. 3.
6. *Et vocavit Elohim Lucem.* ℣. 5.
7. *Et dixit Elohim fiat firmamentum.* ℣. 6.
8. *Et fecit Elohim.* ℣. 7.
9. *Et vocavit Elohim firmamentum.* ℣. 8.
10. *Et dixit Elohim congregentur aquæ.* ℣. 9.
11. *Et vocavit Elohim.* ℣. 10.
12. *Et vidit Elohim.* ℣. 10.
13. *Et dixit Elohim, germinet.* ℣. 11.
14. *Et vidit Elohim, quòd bonum.* ℣. 12.
15. *Et dixit Elohim, fiant.* ℣. 14.

16. *Et fecit Elohim duo.* ℣. 16.
17. *Et dedit ea Elohim.* ℣. 17.
18. *Et vidit Elohim quod bonum.* ℣. 18.
19. *Et dixit Elohim reptificent.* ℣. 20.
20. *Et creavit Elohim.* ℣. 21.
21. *Et vidit Elohim, quod bonum.* ℣. 21.
22. *Et benedixit illis Elohim.* ℣. 22.
23. *Et dixit Elohim.* ℣. 24.
24. *Et fecit Elohim bestiam.* ℣. 25.
25. *Et vidit Elohim quod bonum.* ℣. 26.
26. *Et dixit Elohim.* ℣. 26.
27. *Et creavit Elohim hominem.* ℣. 27.
28. *Secundum Imaginem Elohim creavit illum.* ℣. 27.
29. *Et benedixit illis* Elohim. ℣. 28.
30. *Et dixit illis* Elohim. ℣. 28.
31. *Et dixit illis* Elohim, *ecce.* ℣. 29.
32. *Et vidit* Elohim *omne quod fecerat, & ecce bonum valde.* ℣. 31.

8. Unde patet: quidquid creatum eſt, conditum eſſe juxta myſterium unius è dictis ſemitis; & omne quidem judicialiter, & vero juris ordine. Unde in Midraſch Koheleth dicitur: Ipſum & domum ejus judiciariam præeſſe ſingu-" lis membris noſtris. Et Schlomoh Rex exclamavit Eccl. " 3, 14. *Novi quod omne quod fecit Deus, ipſum erit in ſeculum; ſuper illud non addendum, & ab eo non diminuendum.*

9. Hinc ergo manifeſtum eſt Nomen *Elohim* præpoſitum eſſe juri & Judicio, ipſumque condidiſſe omnia in judicio. Et hic juxta Eccl. 12, 14. *Eſt ille qui adducit omne opus in Judiciū.*

10. At quia ſolo duri Judicii metro Mundus perſiſtere non potuiſſet; ideo Deus nomen *miſerationum* nempe *Tetragrammaton* adjecit nomini *Elohim:* Unde Gen. 2, 1. *Iſta ſunt generationes cæli & terræ, quando creatæ ſunt in die, qua fecit Tetragrammaton* Elohim *cælum & terram.*

11. Illud autem Judicium propterea vocatur durum, quia ſententias fert, non conſiderato mundi ſtatu, ſed juxta rigorem juris ſummum atque extremum. Et ab iſta decidendi ſeveritate dilucidatur myſterium *Conclavis Gaſith*, ſive cæſorum lapidum. Hinc ſi creaturæ judicatæ fuiſſent coram ſuperno tribunali, non aſſumto *miſerationum* Nomine, Mundus ob rigorem omnino fuiſſet abſumptus. Sed Nomen *Miſericordiæ & benignitatis* convertitur ad Creaturarum merita: ſique nullum inibi meritum invenit, terminum prolongat antequam ſententia in ſupernis mandetur executioni. Et hoc eſt myſterium ארך אפים ſeu *Longanimi*. Exod. 34, 6.

12. Quotiescunque ergo creaturæ coram E*lohim* conſiſtunt judicandæ, *Benignitatis* metrum ad illarum merita reſpicit; unde illud Gen. 18, 23. *Et acceſsit Abbraham & dixit: Nunquid etiam diſperdes juſtum cum impio?* ỿ. 15. *Abſit tibi ut facias ſecundùm hanc rem, ut mori facias juſtum cum impio.* Et ſi, verbi gratia, homo quidam aliquid fecit boni, idemque pariter peccata commiſit; tum quidem *judicii metrum*, ut puniat eundem ob peccata, accelerat; *Benignitatis autem menſura* inquit: ſi manus hominis peccavit, pœnamque promerita eſt; Oculus autem ejuſdem juſtus eſt nec peccato ſe polluit; tum ſanè corpore punito propter manus peccatum; etiam oculus plectetur, quod foret citra juris ordinem. Et hoc eſt illud ỿ. 25. E*t ſit juſtus ſicut impius.* Hoc igitur modo *Benignitatis attributum* multas avertit pœnas ne in mundum irruant.

13. Et ſic quoque propter juſtum unum in hoc vel illo loco degentem avertuntur à loco illo pœnæ; & ſic juſtus ille ejuſdem loci protectio eſt. Et huc pertinet illud ỿ. 26. *Si invenero in Sodomah quinquaginta juſtos intra Civitatem; parcam toti loco propter eos.* Qua etiam ratione ad decem uſque proceſſit, qui in quinque civitatibus eſſent. Et huc etiam illud referendum, quod ad Lotum dixit c. 19, 21. *Ecce ſuſcepi faciem tuam etiam in hoc negotio, ut non ſubvertam civitatem,*

tatem, quam locutus es. Quamvis ne in Loto quidem tale aliquod esset meritum, ut propter illud liberaretur Sodomah, in qua ille habitabat: unde ipse quoque Lot non ereptus est nisi Abrahami merito; sicut commentantur Nostrates in locum illum Gen. 19, 17. *Ne respicias post te:* quasi dictum esset; ne scrupuleris dicendo, dignam esse civitatem ut eriperetur ob merita tua: quia tu dignus non es. Idque dixerunt Angeli ℣. 17. *Cùm educerent illum foràs.*

14. Ubi porrò & id notandum: quamvis historia refeatur sub Abrahami nomine, cum dicitur: Gen. 18, 23. *Et accessit Abraham & dixit: nunquid etiam disperdes justum cum impio?* Hic tamen per *Abrahamum* intelligi *Misericordiæ supernæ* & *Benignitatis attributum*, quæ semper accedit ad Tribunal E*lohim*, cùm judicium in creaturas exercetur; quarum tum benè merita respicit; multasque pœnas avertit. Et hoc ipsum est quod dixerunt Magistri nostri: Incepit quidem creare " Mundum per judicii attributum; cùm autem vidisset, fieri " non posse ut subsisteret, cessando paululum, Miserandi me- " trum priori adjunxit; unde scriptum est Gen. 2, 4. *In die quo* " *fecit* יהוה אלהים *terram & cælum.* Ubi etiam aliud latet mysterium, quod scil. duo illa Nomina Terræ & Cœlo correspondent. יהוה nempe *Terra, &* E*lohim cælo.* Deus enim per Nomen Tetragrammaton attributumque Misericordiæ agit cum Terræ incolis qui magis peccant: per Elohim autem secundùm jus strictum agit cum cœlis & exercitibus eorum, qui non peccant. Unde sic posuerunt Magistri nostri: qui Terram il- " luminat & habitantes in ea, per misericordiam. "

15. Te autem non fugiat duas in superis judiciarias esse domos præter cæteras intermedias; quarum *sublimior* est hæc ipsa dimensio *Gebhurah & rigoris* in sinistro latere E*lohim*, quæ אמת i. e. *Deus veritatis* ubique, ac duri Judicii metrum vocari comperitur. *Tribunal verò inferius* est Sephirah *Malchuth*, & Mysterium Nominis *Adonai*, quod etiam vocatur *judicium*

 remis-

remissum. Et hoc sublimioris prætorii judicium exequitur, quare idipsum Nomen *Adonai* crebro appellari consuevit *Elohim*, præsertim executionis tempore. Inde quicunque seu Angelus seu homo judicium explet, quando judicat, vel judicio præpositus est, *Elohim* vocatur, ut illud Exod. 22, 9. *Ad Elohim veniat causa utriusque, quem condemnaverit Elohim reddet.* ℣. 28. *Elohim non detrahes*, it. Deut. 1,7. *Quoniam judicium est Elohim:* Ubi ad locum illum: *Elohim non maledices*, notandum est, literaliter quidem significari judicem; Sensum tamen quoque subesse alium, nimirum: Si plaga quædam accidat homini, morbusque, vel mors, aut inopia, ne obfirmet faciem suam adversus tribunal supernum, quod *Elohim* dicitur, ubi veri locus est judicii: nec contumeliosum vel ignominiosum quid loquatur, dicendo: Deus hæc omnia superius judicavit, & illius jussu hæ tribulationes in me irruerunt. Nec quis os suum distendat indebitè, prout Ijobi Uxor marito dicebat Ijob 2, 9. *Adhucne inhæres perfectioni tuæ: benedic Deo & morere:* Sed potius Ijobum imitetur, qui dicebat ℣. 10. *Et suscepimus bonum à Deo, & malum non suscipiemus?* Et hæc est fides Iisraëlitica quod scil. suscipienda sint Judicia Dei cum gaudio, & lætandum sit in castigationibus & judiciis ejus, & grates eidem agendæ sint super omnibus, atque benedicendum nomini ejus; sicut dicitur Ps. 101, 1. Ne ergò recalcitret homo in castigationibus, nec exprobrationibus utatur.

16. Jam quoque dicendum est, quid sint אלהים אחרים *Dii alieni.* Nimirum Deus *excelsus est atque elevatus inhabitans æternitatem, & Sanctum Nomen ejus.* Jeschai. 57, 15. ipse solus est Rex omnium existentium, & templum ejus Sanctum in medio extat. Circa hoc templum extrinsecus *septuaginta* sunt *coronæ*, à quibus procedunt *septuaginta principes*, quibus non est portio in templo interno, & *septuaginta populi.* Isti autem *septuaginta principes* tempore divisionis segregati sunt secundùm linguas suas in terras suas, ita ut quilibet suo dominare-

naretur populo, suæque regioni. Deus autem benedictus tum temporis elegit Abhrahamum, & deinceps Iisraëlitas, quibus Nomen suum magnum tradidit, nempe Tetragrammaton, ut essent portio ejus, juxta illud Deut. 28, 10. *Et videbunt omnes populi terræ, quod Nomen Domini invocatum est super te, & timebunt te.* Quòd autem reliquos populos singulis subjecerit *principibus*, ex illis manifestum est, quæ habentur Dan. 10, 20. *Et ecce princeps Græciæ venit*; & ✡. 13. *Et princeps regni Persiæ stetit contra me.* Michaëli autem Sacerdoti magno qui portat vexillum Tetragrammati, tradidit Iisraëlitas. Istos autem principes huic vel illi populo præfectos Deus voluit istorum populorum esse judices secundùm potestatem à Deo ipsis concessam, per hunc vel illum annum. Quoniam igitur hic vel ille princeps judex est populi sui, hinc & ipse vocatur *Elohim*: Sique peccavit populus ejus, Deus hunc principem judicat, eumque plectit atque punit. Unde patet populos eorumque principes judicari à tribunali superno, quod vocatur *Elohim Emeth.* Et huc pertinet illud Deut. 10, 17. *Quia Dominus Deus vester est Deus* τῶν אלהים. Credas autem omnes populos eorundemque principes, qui Elohim dicuntur, tempore novi anni apparere, ut judicentur coram Deo: sique indecenter egerit populus, principes eorum plectuntur, & influxus atque beneficia à Deo ipsis concessa minuuntur. Cum autem plectitur princeps hujus vel illius populi, ipse quoque populus collabitur. Et hoc ipsum est quod Propheta Jeschajahu dicit, c. 24, 21. *Visitabit Dominus super* Exercitum Excelsi *in* Excelso, *& super reges Terræ super Terram.* Et hoc ipsum est quod Magistri nostri dixerunt: non collabitur populus, nisi priùs colla- " psus fuerit princeps ejus. Quale enim judicium exercetur in " principem hujus vel illius populi, tale quoq; ipse populus persentiscit, sive bonum fuerit, sive malum. Huc quoque pertinet illud Magistrorum nostrorũ: Et sic transgressores in populis " mundi in *vite* (plectuntur.) Ubi per *vitem* princeps illorum "

in-

intelligitur. Quodque propter populi peccata principes plectantur, etiam docet locus Gen. 20, 6. *Ubi princeps Abhimelechi Regis Philistinorum dicit: & prohibui etiam ego te, ne peccares in me.* Ubi vox מחטו *ne peccares* laborat defectu literæ א; quasi princeps ille dixisset Regi: scito, quàm primùm tu peccasti, accipiendo Saram uxorem Abrahami, me judicatum esse in domo judiciaria superna, jamque in magnis versari angustiis. Iste enim E*lohim* qui loquebatur cum Abhimelech, *princeps ejusdem* erat atque præfectus: quia non convenisset angelis reliquis præterquam soli huic præfecto prophetiam quandam vel alloquia ipsi proponere. Quod autem dicitur, etiam Iisraëlitarum transgressiones *ultem* tangere; per id intelligitur *congregatio Iisraëlis* (s. Malchuth.) Peccantibus enim Iisraëlitis, illa punitur superiùs. Unde scriptum extat Jeschai. 50, 1. *Propter prævaricationes vestras dimissa est mater vestra.* Quamvis autem alibi dixerimus Præfectos istos populorum nec benefacere nec nocere posse; Gentesque Vanitati sacra facere, & Deum adorare talem, qui juvare nequeat; id tamen hoc modo saltem intelligendum est, quòd ex se ipsis facultatem non habeant ad nocendum vel benefaciendum judicio; si enim Deus ipsis potestatem concedit, tunc omnino id peragunt, quod ipsis peragere conceditur: & propterea vocantur E*lohim.* Quilibet enim populus per totum annum judicatur coram Tribunali suo, à Præfecto suo, cui ex hoc Nomen E*lohim* tribuitur. Deus autem dicitur אלהי האלהים *Judicum Judex* Deut. 10, 17. quia omnes illos præfectos judicat sub anni initium. Atque hic Iisraëlitas monet, ne aliquem ex Elohim Gentium pro Deo recipiant; quippe qui illis tantùm præpositi sint, quasi diceret: Alienis dati sunt illi; non vobis, quorum Deus ego sum solus. Et propterea Deus in Decalogo prima duo verba ipse protulit immediatè, dicens: E*go Jehovah tuus* E*lohim, quod notandum:* & ob hanc causam; *Ne sint tibi* E*lohim acherim, aliorum Dii.* Unde Magistri nostri dixerunt:

Præ-

Præceptum, *Ego, &c.* & Præceptum *non erunt, &c.* ex ore Ge- "
bhuræ seu Majestatis audivimus. Et hæc duo præcepta fun- "
damentum sunt totius Legis. Reliqua autem Legis præcepta ex Ore Moscheh audivimus, tot nempe quot refert numerus תורה Lex, i. e. 611. Cujus etiam mysterium ex illis propriè patefit; unde dictum extat Deut. 33, 4. *Legem præcepit nobis Moscheh;* quoniam per Moscheh data sunt Iisraëlitis 611. præcepta, sed Præceptum: *Ego, &c.* & Præceptum: *Non erunt tibi, &c.* non per Moscheh, sed ex ore Majestatis accepimus: sicut dicitur Ps. 62, 12. *Unum locutus est Elohim; bis hæc audivimus.* Atque his completur numerus 613. Præceptorum. Ex supra dictis etiam intelligitur quod dicit Propheta Michah c. 4, 5. *Quia omnes populi ambulabunt in Nomine sui Elohim, nos autem in Nomine* יהוה *nostri Elohim in seculum & perpetuò.* Illi igitur Præfecti potestatem nullam habent aliam, nisi quam Deus illis dedit, judicandi scilicet atque gubernandi populos; percutere autem & sanare, occidere & vivificare nequeunt. Unde illud 1. Par. 16, 26. Ps. 96, 5. *Omnes Elohim Gentium sunt* אלילים seu *idola vana.* Ubi vox אליל quasi *carnem* sonat *hominis mortui,* juxta disputationem sapientum in Tractatu Cholin fol. 121. (de particula carnis in mactatione in cute relicta) semper enim includit notionem *cadaveris;* unde illud Ijob. 13, 4. *Medici Elil omnes,* i.e. carnis mortuæ, quæ medelam non admittit. Sic Gentilium Dii, quibus nulla est facultas alia præter eam, quam Deus illis concessit.

17. Quandoque etiam locus *Vitæ,* quæ vocatur *Vita æterna* (seu seculi venturi) exprimitur literis Tetragrammati, & legitur אלהים: quia hæc est scaturigo illa, unde Gebhurah, quæ dicitur Tribunal supernum atque *Elohim,* influxus habet. Et, quia non est judicium perfectum, literis Tetragrammati scribitur.

18. Porrò etiam duæ Sephiræ Nezach & Hod, Zebhaoth vocantur; & illa quidem יהוה צבאות *Dominus Exercituum;*

quia ad dextram locatur; hæc verò אלהים צבאות, quia ad sinistram; & involuta est Judicii velamine à domo judiciaria, *Elohim* dicta. Ubicunque igitur in Scriptura invenitur Nomen *Elohim*, ibi subintelligitur vis Synedrii superni, quod *Elohim Veritatis* dicitur: ita ut etiam homines, cum Judicium Veritatis judicant, *Elohim* dicantur. Schaare Orah sub Elohim. [Sequitur גבורה]

19. Plura de Elohim videantur in Sohar P. 2. fol. 30. c. 3. P. I. fol. 99. col. 396.

אלהי האלהים *Deus Deorum.*

1. R. Moscheh de *Tiphereth* explicat, quia iste gradus est princeps & præfectus septuaginta principum ambientium Thronum ejus, & ipse gubernat eos.

2. Quidam hoc Nomen putant continere totum systema aziluthicum, ita ut per vocem אלהי intelligantur Chochmah & Binah: per vocem האלהים septem dies structuræ.

3. Quidam de tribus primis exponunt: Ut Kether sub *Elohé*; Chochmah autem & Binah sub *ha-Elohim* intelligantur.

4. Præ cæteris tamen mihi videtur, quod hoc Nomen competat gradui *Binah*. Tres enim sunt significationes אלהים una in Binah: & duæ posteriores dependent à Binah: unde hæc vocatur *ha Elohe ha-Elohim.*

5. Semper autem Nomen *Elohim* exponendum est secundum naturam loci sui; & sic per *Elohe Abraham* intelligitur Chesed, per *Elohe Jizchak* Gebhurah: per *Elohe Jaacob* Tiphereth. Ubi videtur nomen Elohe continere in se notionem Malchuth; quæ aliquando respectum habet ad Chesed, unde vocatur Elohe Abraham. Et sic quoque dicitur Gen. 35, 13. *Et adscendit Elohim, de loco in quo erat supra Abraham.* Ita se pariter habet in Jizchak & Gebhurah, quò pertinet illud: *Deus Jizchak*, & sic reliqua.

6. Alius, per *Elohe Abbraham* intelligit Chochmah, per *Elohe*

Elohe Jizchak Binah, cui proprie competit Deitatis appellatio, quia est anima graduum Chesed & Gebhurah, qui sunt Abhraham & Jizchak. Per *Elohe Jaacob* autem intelligit Kether & Tiphereth. Quæ quidem optimè quadrant in Ordine benedictionis, quamvis non usque adeo quadrent cognomina. Pardes Rimmon. Tract. 23. cap. 1. h. t.

אלהי הצבאות *Deus Exercituum.* Videtur pertinere ad ad *Tiphereth*, qui gradus locatus est supra exercitus, qui sunt Nezach & Hod. Vel etiam *Malchuth*, quando participat de Exercitibus Nezach & Hod: quandoque enim superius est in loco suo. Pard. ib. h. t.

אלהי הרוחות Num. 16, 22. *Deus spirituum omnis carnis.* Vid. Sohar P. I. fol. 112. col. 448.

אלהיך *Deus tuus est ignis consumens*, Deut. 4, 24. Sic inquit Moscheh, & non *Deus noster.* De qua differentia videatur Sohar P. I. fol. 36. col. 1.

Fol. 52. col. 2.
Fol. 22. col. 4.
Fol. 67. col. 267.
P. II. fol. 36. col. 1.
Fol. 39. col. 1.
Fol. 65. col. 3.
Fol. 102. col. 1.
P. III. fol. 11. col. 4.
Fol. 15. col. 1.
Fol. 97. col. 1.
Fol. 104. col. 2.
Fol. 111. col. 4.

2. אלהיך *Deus tuus.* Ad *Malchuth* referuntur hæc omnia. Quamvis etiam in *Binah* & *Gebhurah* locum habent pro re nata: quia nomen *Elohim* omnibus his tribus competit; prout diximus Tract. 20. Quidam de tota Aziluth explicant, quod minus placet. Pard. Tract. 23. c. 1. h. t.

אלהים חיים *Deus vivus* seu *vita*. [In Schaare Orah connectitur cum אל חי]

1. Ita nonnunquam *penultima Sephirarum* nempe *Jesod* vocari solet, ut dicitur Jirm. 10, 10. Ipse est *Elohim Chajim* i. e. *vita, vel vivens, & Rex Mundi*. Nimirum quando Mensura *El Chai* in metrum *Adonai*, quod *Elohim* dicitur, vitam infundit, & hoc ab illâ repletur, tunc utrumque Elohim Chajim nuncupari legimus; unde, per viam canalium, omne viventium genus affluentissimè vivendi facultatem ebibit. Cùmque Moscheh in altum ascenderet, metrum *El Chai* in mensuram *Adonai* derivabat; ut ex illo eruitur Num. 14, 16. *Magnificetur nunc obsecro virtus Adonai*. *Virtus* enim *Adonai* vitæ mysterium insinuat, quam *El Chai* illuc transmittit: quia parum infra ℣. 20. Scribitur: *Peperci secundùm verba tua, vivus autem ego*. Ex quo nobis innotuit, Moschen in dimensionem Adonai vitam traxisse. Quò & facit illud Majorum: „ Dixit Sanctissimus Mosi: vivificâsti me eloquiis tuis; & nisi id „ egisset Moscheh, super omnes mox irruisset interitus. Idcirco expectavit illos, & in vita reliquit „ donec (generando liberos & nepotes) & fructuum fructus edidissent: quo facto, ultus est eos Dominus. Quapropter qui mysterium hoc assequi noverit, facilè, quanti vigoris existat attractio, *El Chai* seu Dei viventis in *Adonai*, judicare poterit.

2. Profertur autem Nomen *Elohim Chajim* de hac Sephira secunda; quamvis & metrum *Adonai* similiter cognominetur. Et illa quidem *Elohim* dicitur, quia judicii notionem involvit, sed ita, ut simul *vitam* impertiatur. Quare & in capite Anni, quod judicii dies est, duas has pariter mensuras, nimirum *Elohim Chajim*, & *El Chai* commemoramus, unà cum *Magen* i. e. protector, prima benedictione dicentes: *Memento nostri in vitam, Rex cui placet vita, scribe nos in libro vitæ,* „ *propter Te Elohim Chajim, El Chai*. In qua benedictione fundamentum istorum attributorum inclusum est. Schaare Orah sub *El Chai*. [Sequitur El Schaddai.]

3.

3. אלהים חיים *Deus vitæ.* Hoc Nomen aliquando tribuitur gradui *Binah*, quia mittit vitam in omnes Sephiroth: & vita etiam provenit è virtute judicii; ſicut concluſerunt viri Synagogæ magnæ in *benedictione de fortitudinibus*, ubi ſimul " de *vivificatione mortuorum;* item in benedictione אשר יצר " *qui formavit vos*, & vivificavit vos per judicium. Unde et- " iam vivificatio mortuorum per commotionem atque concuſſionem ingentem fiet.

4. Hoc tamen Nomine etiam vocatur *Jeſod*, quatenus vitam accipit à Binah.

5. Et quando *Malchuth* vitam accipit à Jeſod, eadem quoque vocatur *Elohim Chajim:* quippe quæ præterea etiam vivificat omnia, quæ ſub ea.

6. Magna quoque differentia eſt circa denominationem gradus Jeſod, quando vocatur *El Chai*, & quando vocatur *Elohim Chajim:* quia priori modo myſterium vitæ reſpectum habet ad Cheſed quæ vocatur El: poſteriori verò ad Gebhurah, quæ vocatur Elohim: utrumque tamen propter Modum Binah. Pardes Rimmon. Tract. 23. c. 1. h. v.

אלהים צבאות *Deus Exercituum.* Vid. צבאות.

אלהינו שבשמים *Deus noſter qui in cœlis eſt.* Ita vocatur *Binah*, quia locus ipſius eſt in cœlis, qui ſunt *Gedulah, Gebhurah & Tiphereth*, nimirum אש *Ignis* & מים *aqua*, & utriusque compoſitio. Sic autem vocatur tunc, quando influxus ſpeciales in illas demittit. Per שמים ſeu *cœlum* tamen intelligi etiam poteſt *Tiphereth.* Et omnia ad idem redeunt. Pardes Tract. 23. c. 1. h. v.

אלוה *Deus.* 1. In Sohar Sectione Vajikra hoc nomen ſic exponitur: per א״ל in hac voce ſignificatur Abhraham, de " quo ſcribitur, Deut. 10, 16. האל הגדול *Deus Magnus.* Per " *Vav* denotatur *Sanctus* ille, qui benedictus ſit. Per *He Mal-* " *chuth*, quæ eſt congregatio Iiſraëlis; unde conſtat Nomen " אלו״ה. Hæc ibi. Senſus eſt: in hac voce contineri gradus, *Gedu-*

Gedulah, Tiphereth & Malchuth; & propterea designat miserationes absolutissimas.

2. Quibus similia occurrunt in Sectione Lech Lecha: „ Verba sunt hæc: In voce אלוה portio אֵל notat *lucem sapientiæ*; vav, *Masculum*, He *Fœminam*; quæ simul sociata efficiunt Nomen *Eloha*.

3. Et in Tikkunim traditur, quod Nomen *Eloha* pertineat ad prædicamentum Chesed; quod probatur ex loco Chabac. 3, 3. *Elohah* מתימן *ex Theman*, (quasi à meridie) *veniet*. Quod interpretes explicant de gradu *Tiphereth*. Pardes ibid. h. t.

אָלָה *Execratio*, ex sensu loci Jirm. 23, 10. *Propter execrationes luget terra*. Significationem habet *jurandi cum maledictione*, sicut Deuter. 29, 21. *Secundum omnes maledictiones*, seu *execrationes fœderis*; quæ citra omne dubium pertinent ad *Malchuth*, quatenus rigorem & judicium refert.

אֵלָה autem nomen arboris v. g. *Ulmi* Jehosch. 24, 26. Jechesk. 16, 13. &c. quod etiam ad *Malchuth* refertur, procul dubio propter vehementiam judicii, unde etiam nullos fert fructus: & ex eâdem causa *Jaacobh Deos alienos reposuit sub Elah*, quod vulgò *quercum* dicunt, Gen. 35, 4.

2. אלון autem est sexus masculinus respectu istius arboris Elah, sicut habetur Jesch. 6, 13. *Sicut Elah & sicut Allon*.

3. Fortè etiam exponi posset ex significatu אֵלֶּה *Isti, istæ*, quâ voce denotantur tres Patres. Pard. ibid. h. v.

אֵלֶּה *Isti, illi*. In Sohar Section. Pekude ad locum illum Exod. 32, 4. *Isti sunt Dii tui Iisraël, qui eduxerunt te de terra* „ *Ægypti*; hæc referuntur ad *Spiritum immundum*, qui est ser- „ pens malignus, cui aliquis insidet; & isti sunt mas & fœmi- „ na, & vocantur אלה, & parati sunt in Mundo ad omnia „ quæ ad ipsorum partes spectant. Hæc ibi; & plura latius. Sensus est: illos vocari אלה, *Istos* (quasi præsentes notos) quia per se parati sint ad malè agendum. Vox אלה enim id innuit,

innuit, quòd semper sint parati, mas & fœmina, cum auxiliis & copiis suis malignis ad nocendum; quod Deus avertat!

2. Et sicut datur vocis אֵלֶּה significatio mala ex parte corticum; ita in bonam partem accipitur ex parte Sanctitatis: & hi sunt *tres Patres, Benignitas Rigor, & Misericordia*; *Gedulah, Gebhurah & Tiphereth*; & de his dicitur Jeschai. 40, 26. מִי בָרָא אֵלֶּה *quis creavit istos*. Sicut hæc exposita sunt Tract. 20. de Nominibus.

3. Deinde in Sanctitate adhuc alia datur istius vocis significatio, & per eam intelliguntur *Nezach, Hod & Jesod*; qui sunt rami Benignitatis, Rigoris & Misericordiæ, quæ in supernis, ut dictum est alibi.

4. Sic autem applicantur loca illa: Locus Exod. 32, 4. אֵלֶּה *Isti sunt Dii tui Israël*, pertinet ad corticem. Locus Exod. 38, 21. אֵלֶּה *Ista sunt numerata Tabernaculi, &c.* pertinet ad Sanctitatem. Quamvis contrario sensu explicetur Section. Pekude; & alibi. Septuaginta enim modis Lex explicari potest. Pardes Rimmonim ib. h. t.

אלוף *Dux*. Ita vocatur *Tiphereth*, quia juxta Jirm. 3, 4. *Est Dux & Dominus adolescentiarum Malchuth*. Vocaturque hoc nomine quatenus cum Ipsa in unione est. Et fortè sic vocatur ex significatione loci Psal. 144, 14. אלופינו *Boves nostri onusti*; quia ipse apportat onus benedictionis.

2. Fieri etiam potest, ut respectus habeatur ad illum statum, quo influxum à Gebhurah attrahit juxta significationem שור bovis.

3. Vel etiam ratio habetur magnitudinis & excellentiæ; ut ita dicatur, in quantum participat de Corona, quæ est Aleph.

4. Omnia autem hæc in eo concurrunt, quatenus unitus est modus ille cum Malchuth: quia tunc influxum sugit à Gebhurah; majorem tamen partem à Chesed, juxta illud Cant. 2, 6. *Sinistra ejus sub capite meo*: nec minùs à Corona,

na, unde Scaturigo est affluxus ejus. Pardes Tract. 23. c. 1. h. v.

אליהו *Elias.* Videatur Sohar P. III. fol. 137. col. 546.
P. I. fol. 31. col. 4.
P. III. fol. 12. col. 46.
P. I. fol. 115. col. 454.

אליך *Ad te.* Vocula hæc videtur repræsentare tres primas, quia אֶ est *Kether*: יִ est *Chochmah*: לך autem est *Binah.* De quibus suo loco. Pardes Rimmon. Tract. 23. c. 1. h. t.

אליל *Idolum, nihilum*, juxta illud Lev. 19, 4. *Ne respiciatis ad idola.* It. Ijob. 13, 4. *Medici nihili*; & similia. Omnia hæc figura sunt Corticum, qui sunt *Deus alienus.* Quo sensu etiam adhibetur vox אל Num. 24, 4. *Audiens eloquia El*: ubi intelligitur *Deus alienus.*

2. Sic quoque usurpatur nomen אלוה *Deus* juxta illud Ijob 12, 6. *Et qui adduxit Deum in manu suâ.* Et sic tradit Sohar, dari Spiritum immundum, qui resideat in manibus. Pardes Rimmon. ibid. h. v.

אלישבע. In Sohar Sect. שמיני hoc nomen refertur ad *Malchuth*, quia hæc influxum assugit è septem gradibus superioribus.

2. Estq; magna differentia inter בתשבע & inter אלישבע quia hoc posterius respectum habet ad *Chesed*, sicut Bathschebhah gradum *Gebhurah* respicit. Nomen אלי enim ab אל descendit quod est nomen prædicamenti Chesed. Pardes ibid. h. t.

אלישע Elischa Propheta notissimus, sapientiæ naturalis exemplar, & divitiarum Contemtor; prout docet historia sanati Naamani 2. Reg. 5, v. 6. adeoque verè dives, juxta illud quod dicitur in Pirke Abhoth c. 4. *Quisnam est dives? qui gaudet in portione suâ.* Sic enim verus impurorum metallorum medicus externam non habet divitiarum speciem, sed potiùs est instar תֹּהוּ naturæ primævæ inanis ac vacuæ, quæ vox cum

cum Nomine אליסטץ numeris æquipollet refertque 411. Verissimû enim est, quod dicitur in Babha Kama fol. 71. col. 2. *Res quæ divitias causatur* (talis est sapientia naturalis) *est instar divitiarum.* Disce igitur purificare Naamanum è septentrione advenientem è Syria: & agnosce vires Jordani qui quasi est יאר דין fluvius Judicii è septentrione defluens; & memento quod dicitur in Babha bathra fol. 25. col. 2. Qui sapiens vult " fieri, degat in meridie; & qui vult ditescere, ad septentrio- " nem se convertat, &c. Quamvis ibidem R. Jehoschuah ben " Levi dicat: Perpetuò in meridie degat; nam dum fit sapiens, " simul quoque fit dives; sicut dicitur: Prov. 3. ℣. 16. *Longi-* " *tudo dierum est ad dextram ejus, & ad sinistram ejus divitiæ* " *& gloria.* Atque sic alias non exoptabis divitias. Scito autem mysteria istius sapientiæ à superioribus Kabbalæ mysteriis non esse aliena: quæ enim in Sanctitate est Prædicamentorum ratio, ea quoque est in Impuritate: Et quæ sunt Sephiroth in Aziluth, eæ quoque sunt in Asiah, imò eædem in regno istius, quod communiter minerale dicitur; quamvis in supernis major ubique sit illarum excellentia. Locum Kether igitur hîc occupat Radix metallica, quæ occultam satis multisque sub tenebris latentem habet naturam, & è qua metalla omnia suam habent originem: sicut occulta est naturâ Kether & ex illâ omnes emanant Sephiræ reliquæ. Locum Chochmah habet Plumbum, quod, sicut Chochmah è Kether proximè, ita è radice metallica immediatè prodit, & in aliis ænigmatibus similibus sequentium naturarum Pater dicitur. Locum Binah stannum tenet canitie sua senium pariter præ se ferens, & stridore severitatem & rigorem judicialem adumbrans. Sub classem Chesed ab omnibus Kabbalæ Magistris Argentum refertur ob colorem potissimum & usum. Atque huc usque pertingunt naturæ albicantes; insequentibus nunc rubris. Et quidem sub Gebhurah, juxta communissimam Kabbalistarum sententiam locatur Aurum, quod ad septentrionem etiam re-

P fert

intelligitur. Quodque propter populi peccata principes plectantur, etiam docet locus Gen. 20, 6. *Ubi princeps Abhimelechi Regis Philistinorum dicit: & prohibui etiam ego te, ne peccares in me.* Ubi vox מחטו *ne peccares* laborat defectu literæ א; quasi princeps ille dixisset Regi: scito, quàm primùm tu peccasti, accipiendo Saram uxorem Abrahami, me judicatum esse in domo judiciaria superna, jamque in magnis versari angustiis. Iste enim E*lohim* qui loquebatur cum Abhimelech, *princeps ejusdem* erat atque præfectus: quia non convenisset angelis reliquis præterquam soli huic præfecto prophetiam quandam vel alloquia ipsi proponere. Quod autem dicitur, etiam Iisraëlitarum transgressiones *vitem* tangere; per id intelligitur *congregatio Iisraëlis* (f. Malchuth.) Peccantibus enim Iisraëlitis, illa punitur superiùs. Unde scriptum extat Jeschai. 50, 1. *Propter pravaricationes vestras dimissa est mater vestra.* Quamvis autem alibi dixerimus Præfectos istos populorum nec benefacere nec nocere posse; Gentesque Vanitati sacra facere, & Deum adorare talem, qui juvare nequeat; id tamen hoc modo saltem intelligendum est, quòd ex se ipsis facultatem non habeant ad nocendum vel benefaciendum judicio; si enim Deus ipsis potestatem concedit, tunc omnino id peragunt, quod ipsis peragere conceditur: & propterea vocantur E*lohim.* Quilibet enim populus per totum annum judicatur coram Tribunali suo, à Præfecto suo, cui ex hoc Nomen E*lohim* tribuitur. Deus autem dicitur אלהי האלהים *Judicum Judex* Deut. 10, 17. quia omnes illos præfectos judicat sub anni initium. Atque hic Iisraëlitas monet, ne aliquem ex Elohim Gentium pro Deo recipiant; quippe qui illis tantùm præpositi sint, quasi diceret: Alienis dati sunt illi; non vobis, quorum Deus ego sum solus. Et propterea Deus in Decalogo prima duo verba ipse protulit immediatè, dicens: E*go Jehovah tuus* E*lohim, quod notandum:* & ob hanc causam; *Ne sint tibi* E*lohim acherim, aliorum Dii.* Unde Magistri nostri dixerunt:

Præ-

Præceptum, *Ego, &c.* & Præceptum *non erunt, &c.* ex ore Gebhuræ seu Majestatis audivimus. Et hæc duo præcepta fundamentum sunt totius Legis. Reliqua autem Legis præcepta ex Ore Moscheh audivimus, tot nempe quot refert numerus תּוֹרה Lex, i.e. 611. Cujus etiam mysterium ex illis propriè patefit; unde dictum extat Deut. 33, 4. *Legem præcepit nobis Moscheh*; quoniam per Moscheh data sunt Iisraëlitis 611. præcepta, sed Præceptum: *Ego, &c.* & Præceptum: *Non erunt tibi, &c.* non per Moscheh, sed ex ore Majestatis accepimus: sicut dicitur Ps. 62, 12. *Unum locutus est Elohim; bis hæc audivimus.* Atque his completur numerus 613. Præceptorum. Ex supra dictis etiam intelligitur quod dicit Propheta Michah c. 4, 5. *Quia omnes populi ambulabunt in Nomine sui Elohim, nos autem in Nomine* יהוה *nostri Elohim in seculum & perpetuò.* Illi igitur Præfecti potestatem nullam habent aliam, nisi quam Deus illis dedit, judicandi scilicet atque gubernandi populos; percutere autem & sanare, occidere & vivificare nequeunt. Unde illud 1. Par. 16, 26. Ps. 96, 5. *Omnes Elohim Gentium sunt* אלילים seu *idola vana.* Ubi vox אליל quasi *carnem* sonat *hominis mortui*, juxta disputationem sapientum in Tractatu Cholin fol. 121. (de particula carnis in mactatione in cute relicta) semper enim includit notionem *cadaveris*; unde illud Ijob. 13, 4. *Medici Elil omnes*, i.e. carnis mortuæ, quæ medelam non admittit. Sic Gentilium Dii, quibus nulla est facultas alia præter eam, quam Deus illis concessit.

17. Quandoque etiam locus *Vitæ*, quæ vocatur *Vita æterna* (seu seculi venturi) exprimitur literis Tetragrammati, & legitur אֱלֹהִים quia hæc est scaturigo illa, unde Gebhurah, quæ dicitur Tribunal supernum atque *Elohim*, influxus habet. Et, quia non est judicium perfectum, literis Tetragrammati scribitur.

18. Porrò etiam duæ Sephiræ Nezach & Hod, Zebhaoth vocantur; & illa quidem יהוה צבאות *Dominus Exercituum*;

quia ad dextram locatur; hæc verò אלהים צבאות, quia ad finistram; & involuta est Judicii velamine à domo judiciaria, *Elohim* dicta. Ubicunque igitur in Scriptura invenitur Nomen *Elohim*, ibi subintelligitur vis Synedrii superni, quod *Elohim Veritatis* dicitur: ita ut etiam homines, cum Judicium Veritatis judicant, *Elohim* dicantur. Schaare Orah sub Elohim. [Sequitur גבורה]

19. Plura de Elohim videantur in Sohar P. 2. fol. 30. c. 3. P. I. fol. 99. col. 396.

אלהי האלהים *Deus Deorum.*

1. R. Moscheh de *Tiphereth* explicat, quia iste gradus est princeps & præfectus septuaginta principum ambientium Thronum ejus, & ipse gubernat eos.

2. Quidam hoc Nomen putant continere totum systema aziluthicum, ita ut per vocem אלהי intelligantur Chochmah & Binah: per vocem האלהים septem dies structuræ.

3. Quidam de tribus primis exponunt: Ut Kether sub *Elohé*; Chochmah autem & Binah sub *ha-Elohim* intelligantur.

4. Præ cæteris tamen mihi videtur, quod hoc Nomen competat gradui *Binah*. Tres enim sunt significationes אלהים una in Binah: & duæ posteriores dependent à Binah: unde hæc vocatur *ha Elohe ha-Elohim.*

5. Semper autem Nomen *Elohim* exponendum est secundum naturam loci sui; & sic per *Elohe Abraham* intelligitur Chesed, per *Elohe Jizchak* Gebhurah: per *Elohe Jaacob* Tiphereth. Ubi videtur nomen Elohe continere in se notionem Malchuth; quæ aliquando respectum habet ad Chesed, unde vocatur Elohe Abraham. Et sic quoque dicitur Gen. 35, 13. *Et adscendit Elohim, de loco in quo erat supra Abraham.* Ita se pariter habet in Jizchak & Gebhurah, quò pertinet illud: *Deus Jizchak*, & sic reliqua.

6. Alius, per *Elohe Abbraham* intelligit Chochmah, per *Elohe*

Elohe Jizchak Binah, cui proprie competit Deitatis appellatio, quia est anima graduum Chesed & Gebhurah, qui sunt Abhraham & Jizchak. Per *Elohe Jaacob* autem intelligit Kether & Tiphereth. Quæ quidem optimè quadrant in Ordine benedictionis, quamvis non usque adeo quadrent cognomina. Pardes Rimmon. Tract. 23. cap. 1. h. t.

אלהי הצבאות *Deus Exercituum.* Videtur pertinere ad ad *Tiphereth*, qui gradus locatus est supra exercitus, qui sunt Nezach & Hod. Vel etiam *Malchuth*, quando participat de Exercitibus Nezach & Hod: quandoque enim superius est in loco suo. Pard. ib. h. t.

אלהי הרוחות Num. 16, 22. *Deus spirituum omnis carnis.* Vid. Sohar P. I. fol. 112. col. 448.

אלהיך *Deus tuus est ignis consumens*, Deut. 4, 24. Sic inquit Moscheh, & non *Deus noster.* De qua differentia videatur Sohar P. I. fol. 36. col. 1.

Fol. 52. col. 2.
Fol. 22. col. 4.
Fol. 67. col. 267.
P. II. fol. 36. col. 1.
Fol. 39. col. 1.
Fol. 65. col. 3.
Fol. 102. col. 1.
P. III. fol. 11. col. 4.
Fol. 15. col. 1.
Fol. 97. col. 1.
Fol. 104. col. 2.
Fol. 111. col. 4.

2. אלהיך *Deus tuus.* Ad *Malchuth* referuntur hæc omnia. Quamvis etiam in *Binah* & *Gebhurah* locum habent pro re nata: quia nomen *Elohim* omnibus his tribus competit; prout diximus Tract. 20. Quidam de tota Aziluth explicant, quod minus placet. Pard. Tract. 23. c. 1. h. t.

אלהים חיים *Deus vivus* seu *vita*. [In Schaare Orah connectitur cum אל חי]

1. Ita nonnunquam *penultima Sephirarum* nempe *Jesod* vocari solet, ut dicitur Jirm. 10, 10. Ipse est *Elohim Chajim* i. e. *vita, vel vivens, & Rex Mundi*. Nimirum quando Mensura *El Chai* in metrum *Adonai*, quod *Elohim* dicitur, vitam infundit, & hoc ab illâ repletur, tunc utrumque Elohim Chajim nuncupari legimus; unde, per viam canalium, omne viventium genus affluentissimè vivendi facultatem ebibit. Cùmque Moscheh in altum ascenderet, metrum *El Chai* in mensuram *Adonai* derivabat; ut ex illo eruitur Num. 14, 16. *Magnificetur nunc obsecro virtus Adonai*. *Virtus* enim *Adonai* vitæ mysterium insinuat, quam *El Chai* illuc transmittit: quia parum infra ℣. 20. Scribitur: *Peperci secundùm verba tua, vivus autem ego*. Ex quo nobis innotuit, Moschen in dimensionem Adonai vitam traxisse. Quò & facit illud Majorum: „ Dixit Sanctissimus Mosi: vivificâsti me eloquiis tuis; & nisi id „ egisset Moscheh, super omnes mox irruisset interitus. Idcirco expectavit illos, & in vita reliquit, donec (generando liberos & nepotes) & fructuum fructus edidissent: quo facto, ultus est eos Dominus. Quapropter qui mysterium hoc assequi noverit, facilè, quanti vigoris existat attractio, *El Chai* seu Dei viventis in *Adonai*, judicare poterit.

2. Profertur autem Nomen *Elohim Chajim* de hac Sephira secunda; quamvis & metrum *Adonai* similiter cognominetur. Et illa quidem *Elohim* dicitur, quia judicii notionem involvit, sed ita, ut simul *vitam* impertiatur. Quare & in capite Anni, quod judicii dies est, duas has pariter mensuras, nimirum *Elohim Chajim*, & *El Chai* commemoramus, unà cum *Magen* i. e. protector, prima benedictione dicentes: *Memen-„ to nostri in vitam, Rex cui placet vita, scribe nos in libro vitæ, „ propter Te Elohim Chajim, El Chai*. In qua benedictione fundamentum istorum attributorum inclusum est. Schaare Orah sub *El Chai*. [Sequitur El Schaddai.]

3.

3. אלהים חיים *Deus vita*. Hoc Nomen aliquando tribuitur gradui *Binah*, quia mittit vitam in omnes Sephiroth: & vita etiam provenit è virtute judicii; sicut concluserunt viri Synagogæ magnæ in *benedictione de fortitudinibus*, ubi simul " de *vivificatione mortuorum*; item in benedictione אשר יצר " *qui formavit vos*, & vivificavit vos per judicium. Unde et- " iam vivificatio mortuorum per commotionem atque concussionem ingentem fiet.

4. Hoc tamen Nomine etiam vocatur *Jesod*, quatenus vitam accipit à Binah.

5. Et quando *Malchuth* vitam accipit à Jesod, eadem quoque vocatur *Elohim Chajim*: quippe quæ præterea etiam vivificat omnia, quæ sub ea.

6. Magna quoque differentia est circa denominationem gradus Jesod, quando vocatur *El Chai*, & quando vocatur *Elohim Chajim*: quia priori modo mysterium vitæ respectum habet ad Chesed quæ vocatur El: posteriori verò ad Gebhurah, quæ vocatur Elohim: utrumque tamen propter Modum Binah. Pardes Rimmon. Tract. 23. c. 1. h. v.

אלהים צבאות *Deus Exercituum*. Vid. צבאות.

אלהינו שבשמים. *Deus noster qui in cælis est*. Ita vocatur *Binah*, quia locus ipsius est in cœlis, qui sunt *Gedulah, Gebhurah & Tiphereth*, nimirum אש *Ignis* & מים *aqua*, & utriusque compositio. Sic autem vocatur tunc, quando influxus speciales in illas demittit. Per שמים seu *cælum* tamen intelligi etiam potest *Tiphereth*. Et omnia ad idem redeunt. Pardes Tract. 23. c. 1. h. v.

אלוה *Deus*. 1. In Sohar Sectione Vajikra hoc nomen sic exponitur: per א"ל in hac voce significatur Abhraham, de " quo scribitur, Deut. 10, 16. האל הגדול *Deus Magnus*. Per " *Vav* denotatur *Sanctus* ille, qui benedictus sit. Per *He Mal-* " *chuth*, quæ est congregatio Iisraëlis; unde constat Nomen " אלו"ה. Hæc ibi. Sensus est: in hac voce contineri gradus,

Gedulah, Tiphereth & Malchuth; & propterea designat miserationes absolutissimas.

2. Quibus similia occurrunt in Sectione Lech Lecha: „ Verba sunt hæc: In voce אלוה portio אֵל notat *lucem sa-* „ *pientiæ*; vav, *Masculum*, He *Fœminam*; quæ simul sociata ef- „ ficiunt Nomen *Eloha*.

3. Et in Tikkunim traditur, quod Nomen *Eloha* pertineat ad prædicamentum Chesed; quod probatur ex loco Chabac. 3, 3. *Elohah* מתימן *ex Theman*, (quasi à meridie) *veniet*. Quod interpretes explicant de gradu *Tiphereth*. Pardes ibid. h. t.

אָלָה *Execratio*, ex sensu loci Jirm. 23, 10. *Propter execrationes luget terra*. Significationem habet *jurandi cum maledictione*, sicut Deuter. 29, 21. *Secundum omnes maledictiones*, seu *execrationes fæderis*; quæ citra omne dubium pertinent ad *Malchuth*, quatenus rigorem & judicium refert.

אֵלָה autem nomen arboris v. g. *Ulmi* Jehosch. 24, 26. Jechesk. 16, 13. &c. quod etiam ad *Malchuth* refertur, procul dubio propter vehementiam judicii, unde etiam nullos fert fructus: & ex eâdem causa *Jaacobh Deos alienos reposuit sub Elah*, quod vulgò *quercum* dicunt, Gen. 35, 4.

2. אלון autem est sexus masculinus respectu istius arboris Elah, sicut habetur Jesch. 6, 13. *Sicut Elah & sicut Allon*.

3. Fortè etiam exponi posset ex significatu אֵלֶה *Isti*, *ista*, quâ voce denotantur tres Patres. Pard. ibid. h. v.

אֵלֶה *Isti, illi*. In Sohar Section. Pekude ad locum illum Exod. 32, 4. *Isti sunt Dii tui Iisraël, qui eduxerunt te de terra* „ *Ægypti*; hæc referuntur ad *Spiritum immundum*, qui est ser- „ pens malignus, cui aliquis insidet; & isti sunt mas & fœmi- „ na, & vocantur אלה, & parati sunt in Mundo ad omnia „ quæ ad ipsorum partes spectant. Hæc ibi; & plura latius. Sensus est: illos vocari אלה, *Istos* (quasi præsentes notos) quia per se parati sint ad malè agendum. Vox אלה enim id innuit,

innuit, quòd semper sint parati, mas & fœmina, cum auxiliis & copiis suis malignis ad nocendum; quod Deus avertat!

2. Et sicut datur vocis אֵלֶּה significatio mala ex parte corticum; ita in bonam partem accipitur ex parte Sanctitatis: & hi sunt *tres Patres, Benignitas Rigor, & Misericordia; Gedulah, Gebhurah & Tiphereth*; & de his dicitur Jeschai. 40, 26. מי ברא אֵלֶּה *quis creavit istos*. Sicut hæc exposita sunt Tract. 20. de Nominibus.

3. Deinde in Sanctitate adhuc alia datur istius vocis significatio, & per eam intelliguntur *Nezach, Hod & Jesod;* qui sunt rami Benignitatis, Rigoris & Misericordiæ, quæ in supernis, ut dictum est alibi.

4. Sic autem applicantur loca illa: Locus Exod. 32, 4. אֵלֶּה *Isti sunt Dii tui Israël*, pertinet ad corticem. Locus Exod. 38, 21. אֵלֶּה *Ista sunt numerata Tabernaculi, &c.* pertinet ad Sanctitatem. Quamvis contrario sensu explicetur Section. Pekude; & alibi. Septuaginta enim modis Lex explicari potest. Pardes Rimmonim ib. h.t.

אלוף *Dux.* Ita vocatur *Tiphereth*, quia juxta Jirm. 3, 4. *Est Dux & Dominus adolescentiarum Malchuth.* Vocaturque hoc nomine quatenus cum Ipsa in unione est. Et fortè sic vocatur ex significatione loci Psal. 144, 14. אלופינו *Boves nostri onusti;* quia ipse apportat onus benedictionis.

2. Fieri etiam potest, ut respectus habeatur ad illum statum, quo influxum à Gebhurah attrahit juxta significationem שור bovis.

3. Vel etiam ratio habetur magnitudinis & excellentiæ; ut ita dicatur, in quantum participat de Corona, quæ est Aleph.

4. Omnia autem hæc in eo concurrunt, quatenus unitus est modus ille cum Malchuth: quia tunc influxum sugit à Gebhurah; majorem tamen partem à Chesed, juxta illud Cant. 2, 6. *Sinistra ejus sub capite meo:* nec minùs à Corona,

na, unde Scaturigo est affluxus ejus. Pardes Tract. 23. c. 1. h. v.

אליהו *Elias.* Videatur Sohar P. III. fol. 137. col. 546.
P. I. fol. 31. col. 4.
P. III. fol. 12. col. 46.
P. I. fol. 115. col. 454.

אליך *Ad te.* Vocula hæc videtur repræsentare tres primas, quia אֱ est *Kether:* יְ est *Chochmah:* לך autem est *Binah.* De quibus suo loco. Pardes Rimmon. Tract. 23. c. 1. h. t.

אליל *Idolum, nihilum*, juxta illud Lev. 19, 4. *Ne respiciatis ad idola.* It. Ijob. 13, 4. *Medici nihili;* & similia. Omnia hæc figura sunt Corticum, qui sunt *Deus alienus.* Quo sensu etiam adhibetur vox אל Num. 24, 4. *Audiens eloquia El:* ubi intelligitur *Deus alienus.*

2. Sic quoque usurpatur nomen אלוה *Deus* juxta illud Ijob 12, 6. *Et qui adduxit Deum in manu sua.* Et sic tradit Sohar, dari Spiritum immundum, qui resideat in manibus. Pardes Rimmon. ibid. h. v.

אלישבע. In Sohar Sect. שמיני hoc nomen refertur ad *Malchuth*, quia hæc influxum assugit è septem gradibus superioribus.

2. Estq; magna differentia inter בתשבע & inter אלישבע quia hoc posterius respectum habet ad *Chesed*, sicut Bathschebhah gradum *Gebhurah* respicit. Nomen אלי enim ab אל descendit quod est nomen prædicamenti Chesed. Pardes ibid. h. t.

אלישע Elischa Propheta notissimus, sapientiæ naturalis exemplar, & divitiarum Contemtor; prout docet historia sanati Naamani 2. Reg. 5, v. 6. adeoque verè dives, juxta illud quod dicitur in Pirke Abhoth c. 4. *Quisnam est dives? qui gaudet in portione suâ.* Sic enim verus impurorum metallorum medicus externam non habet divitiarum speciem, sed potiùs est instar תֹּהוּ naturæ primævæ inanis ac vacuæ, quæ vox cum

cum Nomine אליפשץ numeris æquipollet refertque 411. Verissimû enim est, quod dicitur in Babha Kama fol. 71. col. 2. *Res quæ divitias causatur* (talis est sapientia naturalis) *est instar divitiarum.* Disce igitur purificare Naamanum è septentrione advenientem è Syria: & agnosce vires Jordani qui quasi est יאר דין fluvius Judicii è septentrione defluens; & memento quod dicitur in Babha bathra fol. 25. col. 2. Qui sapiens vult " fieri, degat in meridie; & qui vult ditescere, ad septentrio- " nem se convertat, &c. Quamvis ibidem R. Jehoschuah ben " Levi dicat: Perpetuò in meridie degat; nam dum fit sapiens, " simul quoque fit dives; sicut dicitur: Prov. 3. ℣. 16. *Longi-* " *tudo dierum est ad dextram ejus, & ad sinistram ejus divitiæ* " *& gloria.* Atque sic alias non exoptabis divitias. Scito autem mysteria istius sapientiæ à superioribus Kabbalæ mysteriis non esse aliena: quæ enim in Sanctitate est Prædicamentorum ratio, ea quoque est in Impuritate: Et quæ sunt Sephiroth in Aziluth, eæ quoque sunt in Asiah, imò eædem in regno istius, quod communiter minerale dicitur; quamvis in supernis major ubique sit illarum excellentia. Locum Kether igitur hîc occupat Radix metallica, quæ occultam satis multisque sub tenebris latentem habet naturam, & è qua metalla omnia suam habent originem: sicut occulta est naturâ Kether & ex illâ omnes emanant Sephiræ reliquæ. Locum Chochmah habet Plumbum, quod, sicut Chochmah è Kether proximè, ita è radice metallica immediatè prodit, & in aliis ænigmatibus similibus sequentium naturarum Pater dicitur. Locum Binah stannum tenet canitie sua senium pariter præ se ferens, & stridore severitatem & rigorem judicialem adumbrans. Sub classem Chesed ab omnibus Kabbalæ Magistris Argentum refertur ob colorem potissimum & usum. Atque huc usque pertingunt naturæ albicantes; insequentibus nunc rubris. Et quidem sub Gebhurah, juxta communissimam Kabbalistarum sententiam locatur Aurum, quod ad septentrionem etiam refert

P fert

fert Ijobh c. 37, ℣. 22. non tantum propter colorem, sed & caloris & sulphuris ejus causâ. Ad Tiphereth refertur ferrum; iste enim modus est *Vir belli* juxta Exod. 15, ℣. 3. habetque Nomen Seir Anpin à veloci irâ juxta Psal. 2, vers. ultim. Nezach & Hod duæ medietates corporis & receptacula Seminalia, sunt locus naturæ androgyneæ æris; sicut & duæ columnæ in Templo Salomonis ad hos duos modos relatæ, ex ære confectæ erant juxta 1. Regum 7, ℣. 15. Jesod est argentum vivum, huic enim modo cognomen vivi characteristicè tribuitur; & aqua hæc viva omninò est fundamentum totius naturæ & artis metallicæ. Ad Malchuth autem refertur Medicina metallorum vera, plurimis ex causis; quia utraque reliquas naturas sub auri vel argenti, dextri vel sinistri, judicii vel miserationum metamorphosi repræsentat. De quibus omnibus latiùs dicetur alibi. Atque ita clavem tibi tradidi ad aperiendas januas occlusas quam plurimas, portamque aperui ad intimiora Naturæ adyta. Quod si quis aliter hæc disposuit, mihi sanè cum illo nulla erit controversia; omnia enim ad unum tendunt. Dici enim posset tres supernas esse tres rerum metallicarum scaturigines; Aqua crassa Kether, sal Chochmah, sulphur Binah ex rationibus notis. Et sic septem inferiores repræsentabunt septem metalla: nimirum Gedulah & Gebhurah Argentum & Aurum: Tiphereth Ferrum: Nezach Hod, Stannum & Cuprum; Jesod Plumbum; & Malchuth erit Fœmina Metallica & Luna sapientum, agerque in quem conjicienda sunt semina minerarum secretarum, nempe Aqua Auri, prout hoc nomen occurrit Gen. 36, 39. sed scito, fili mi, in his talia latere mysteria, quæ nulla hominum lingua effari poterit: Ego autem ulteriùs *non peccabo lingua mea, sed custodiam os meum clausura* ex Psalm. 39, 2. Æsch Mezareph. cap. 1.

אלמנה *Vidua*. Est *Malchuth*, quando Tiphereth non est cum ipsa. Et quia centum sunt portæ in Tenebris & exilio, hinc allusio est, quasi diceretur, אל מנה, non dantur cen-

centum; sive non dantur centum portæ: quando verò rursum nubit; dos ejus sunt מנ״ה centum (nummi) quo ipso innuitur, reverti lucem per centum portas. Pard. l.c.

אלף *Litera Aleph.* De hac videatur Sohar Par. II. fol. 4. col. 15.

Et fol. 65. col. 258.

אלף *Parvum;* Rationem hujus vid. in Sohar Par. 3. in princip.

אלפא ביתא *Alphabethum.* De Alphabetho R. Akibhæ videatur Sohar Part. I. fol. 5. col. 20.

Et fol. 113. col. 459.

אלפא ביתא רבתא *Alphabethum magnum.* Ad Mundum supernum spectat. Vid. Sohar Part. III. fol. 24. col. 95.

אלף דור *Mille generationes.* Hoc nomine intelligitur *Malchuth*, quæ propterea sic vocatur, quia numerus ejus ad millenarium usque excrescit, multiplicatis semper decadibus. Primò enim ipsa constat è decade: & quælibet illarum decem iterum suam habet decadem, unde centum: & quælibet illarum centum iterum constat è denis, hinc mille.

2. Generationes autem suam habent revolutionem, juxta illud Eccl. 1,4. *Generatio vadit, & generatio venit, terra autem in seculum stat.*

3. Quò autem referatur vox דור simpliciter, suo loco dicetur. Pardes Rimmon. Tract. 23. c. 1. h. v.

אם אמא *Mater.* 1. Duæ sunt Matres, superior & inferior. Superior est Binah, quæ influxum accipit à Patre, qui est Chochmah; eumque derivat ad inferiora. Et ex ipsâ emanârunt omnes Sephiræ inferiores; quæ in eâ quoque existentiam acceperunt, sicut embryo formatur in utero matris suæ; prout explicuimus Tractat. 22. cap. 3. libri Pardes.

2. Dum autem *Mater* vocatur, hoc ipso ostenditur, quod sit *Fœmina.* Notatque *Rigorem Judicii:* quia *Fœminæ* nomen simpliciter adhibitû designat receptionem Lucis reflexæ.

 3. Quan-

3. Quandoque tamen significationem *miserandi* infert, quando nimirum evasit Nutrix, quæ lac misericordiæ exhibet proli suæ.

4. Quandoque etiam vocatur

אם הבנים *Mater liberorum.* Quod Nomen duas admittit interpretationes. Vel enim per illud intelligitur *Mater omnium liberorum* (in specie) qualis est *Leah*, quæ Gradui Binah correspondet, quatenus genuit sex filios unamque filiam. Nam è Binâ prodierunt septem Sephiroth, & ab eâ influxum assugunt. Vel, si mavis, duo dici possunt ab Ipsâ geniti esse Liberi; *Filius* nempe, & *Filia*, *Tiphereth & Malchuth*; quod idem est: quia Tiphereth continet sex extremitates.

5. Et istæ duæ explicationes referuntur ad nomen *Matris liberorum*, quod extat Psal. 113,9. De quibus ita loquitur „ Sohar Sectione Vajechi: *Sic traditum est: Dixit R. Jizchak:* „ *Scriptum extat Psalmo 113, 9. Matrem filiorum latantem. Hal-* „ *lelujah. Quid per Matrem intelligatur, notum est. Qui au-* „ *tem sunt filii? Veni, observa! Dixit R. Schimeon: Didicimus,* „ *duplicem esse sobolem, Masculum unum; Fœminam alteram, &c.* Et porrò probat, quod hoc nomine intelligantur Tiphereth & Malchuth. Et ratio dari potest; quia, scilicet, omnes inclusi fuerunt Gradui Binah, ita ut Tiphereth contineret sex membra, & Filiæ loco esset Malchuth.

6. Et hoc est illud ד״ו *duo*, quod repræsentatur in figura literæ ה: Daleth nempe extrinsecus; & Vav intrinsecus.

7. Deinde *Matris* quoq; nomine appellatur *Malchuth*; quia Mater est omnium sub ipsa existentium usque ad finem totius Abyssi. Omnia enim creata sunt per Illam, & Ipsa omnium est Genitrix. Produxit autem ista omnia per Tiphereth, qui est Maritus & Patris nomine vocatur.

8. Hæc Ipsa etiam nomen *Matris* habet respectu *Animarum*, quæ omnes ab Ipsa emanarunt, mediante Unione & copula notâ, prout tradidimus Tractatu 8. hujus libri Pardes.

9. Et

9. Et in Tikkunim dicitur; quod *Malchuth* vocetur *Mater* ratione gradûs Binah, cui idem nomen tribuitur. Ratio est, quia per illam facta est structura Costæ, sicut exposuimus hoc libro Pardes Tractatu 14. cap. 3.4.

10. Attamen & *Binah* vocatur *Mater Animarum*; quia Ipsa est animarum Scaturigo, sicut scriptum est Ijob 32, 8. *Et Anima Schaddai facit intelligere eos.* Quorum explicatio peti potest è Tractatu nostro de Anima 31. cap. 1.

11. Quælibet autem harum vocatur *Mater perfecta* prout apparet ex Sohar Section. Vajechi. Pardes Rimmon. Tractat. 23. cap. 1. hoc tit.

12. Vide plura de hoc nomine in Sohar Part. III. fol. 4. col. 16.

Ib. fol. 49. col. 195.

Ib. fol. 96. col. 386.

Confer. Binah & Malchuth. Vide etiam voc. מציאות num. 25.

אמה *Cubitus.* Est *Tiphereth*: quia quilibet cubitus continet sex palmos: atque sic Tiphereth est Vav, senarius, continens sex membra.

2. *Dimidius* autem *Cubitus* est Malchuth ex mysterio structuræ literæ ה in qua sunt tria Vavin; tres colores oculi; tres Sephiroth; tres palmi; unde cubitus dimidius.

3. Deinde Ipsa quoque est Jod: duo autem Jodin producunt longitudinem literæ Vav.

4. De his duo inveniuntur Sermones R. Schimeonis ben Jochai in Tikkunim: Verba hæc sunt: *Ubicunque invenitur cubiti mentio, intelligitur Vav. Cubitus enim continet sex palmos. Dimidius autem Cubitus est Jod; duo autem Jodin constituunt quantitatem Cubiti: & mensura Jod trium est palmorum.*

5. Verba alterius loci sunt hæc: *Cubitus est He superum: & dimidius cubitus est He inferum. Longitudo autem unius cor-*

tina est ex Vav. Quare autem He inferius vocat dimidium? Quia vocatur Mina dimidiata,&c. Quia igitur Literæ Jod & literæ He eadem est ratio; hinc patet, quod in Jod contineantur tria Jodin, qui sunt tres palmi. Sic & in He tres sunt Sephiroth ad instar trium palmorum; unde dimidiata dicitur. In Ipsa enim deficit temperatura seu mixtura Cant. 7,2. ita ut non sit integra toto suo ambitu atque circulo, prout se habet He supernum, in quo sunt sex Palmi; sex membra; sex dies ambientes punctum medium. Ipsa autem dimidius est circulus cum puncto medio, quod est mysterium Lunæ dimidiatæ, de quibus plura vide Tractatu 14. libri Pardes & ibidem ista Tractat. 23. cap. 1. hac voce.

אמה *Ancilla:* prout habetur in loco Exod. 21,7. *Et cum vendiderit Vir filiam suam in Ancillam.* Hanc materiam exposuit R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim his verbis: *Ancilla est Thronus; id est, Briah: quia hac, Ancilla est Schechina, quæ est filia Regis intimior.* Et sic quoque exposuit locum Exod. 2, ✝. 5. *Et misit ancillam suam, &c.* Pardes Rimmonim loco citato hoc tit.

2. Videatur Sohar Part. II. fol. 43. col. 172.

אמון *Nutritor.* In Breschith rabba hujus vocis quatuor sunt interpretationes. Verba sunt hæc: *Datur Nutritor Pædagogus; Nutritor tectus; Nutritor reconditus; Nutritor magnus.* Rationes adducuntur ibidem: nempe quod significatio prima conveniat cum phrasi אמון ex Numer. 11, 12, Et hoc referendum ad Prædicamentum Jesod, ut dictum supra suo loco. Significatio secunda refertur ad Coronam: atque ita R. Schimeon ben Jochai multis in locis de Corona loquitur, quod sit אמון מופלא *Nutritor occultus*; quia illa omninò occulta est. Significatio tertia pertinet ad Tiphereth; prout eandem ob causam iste Modus vocatur אור גנוז Lux asservata, de quo suo loco. Significatio quarta pertinet ad Classem Binah. Pardes Rimmonim Tract. 23. capit. 1. hoc tit.

אמונה *Fides, Veritas.* Hoc Nomen refertur ad duo loca, quæ singula habent sensum proprium. Primus est Binah, ubi habet significationem אמנה *firmitatis.* Et sic R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim explicat, ad locum illum Jeschai. 33,6. *Eritque firmitas temporis tui Robur.* Verba sunt hæc: אמונה *Fides est Mater superna ex parte Chesed; in qua consistit Lectio, Audi, &c. quæ est fides. Hæc ibi.* Sensus est: quod Lectio, *Audi*, seu doctrina de Unitate Sephirarum, quæ pertinet ad Chesed, estque Fides nostra, prout illam de Unitate profitemur, referatur ad Prædicamentum Binah.

2. Deinde Vox אמונה Fides, etiam pertinet ad Malchuth; quæ ratione Justi ita vocatur, quatenus nempe unitur cum sponso. De hac significatione R. Schimeon ben Jochai sic loquitur: *Nomen Schechinæ inferioris est* אמונה *Fides, seu Veritas ex parte Justi: quia in hoc uniuntur duo nomina, ut notat vox* אמן, *nempe* יאהדונהי (quæ ambo efficiunt numerum 91.) Hæc ibi. Dum autem dicit, quod in eo uniantur, id illum statum innuit, quando Ipsa supra se recipit Sponsum per Jesod. De hoc inveniuntur verba R. Chiskiæ in Sohar, Parasch Balak, ad locum Jeschai. 11,5. *Eritque justitia cingulum lumborum Ejus & Veritas &c.* Illâ horâ, qua unitur cum Eâ אמת veritas & gaudium existit, & omnes facies lucent: atque tunc vocatur אמונה Fides, Veritas. Hæc ibi: Quæ clara sunt per sé. Et Parasch. Pekude ad locum Jeschai. 33,6. *Eritque firmitas temporis tui, &c.* dicitur: *quod Schechinah vocetur Emunah; quia in se recipit omnes fluvios supernos, eosque educit eodem numero quo ingrediuntur, in* אמונה *Veritatem. Unde Ipsi Nomen Emunah & Emeth veritas: quo nomine tunc appellatur, quando Ipsis repleta est.* Quæ non admodum differunt ab iis, quæ protulimus ex Paraschâ Balak: quia per unionem Modi Tiphereth cum Malchuth Ista accipit fluvios supernos & iisdem repletur, ut notum est.

3. In Tikkunim autem dicitur: quod ratione *Causæ omnium*

omnium Causarum אמונה seu Fides vocetur דישראל Iisraëlitica. Verba sunt hæc: *Propter emanationem Ejus, non habito respectu receptionis, sed ob mysterium simplicis Sephiræ emanantis ab Emanationis Fonte, Fides nostra vocatur Iisraëlitica.* Ratio videtur hæc esse, quod proficiscatur à sapientiâ, sub mysterio Daath seu scientiæ supernæ, quæ vocatur Iisraël. Et hæc est illa, quæ vocatur Jod, prout docuimus Tractatu libri Pardes 14. Vel etiam dici potest, Illam sic vocari eo respectu, quatenus litera Jod ipsam ejus naturam repræsentat, Sephirarumque unitatem infert: juxta illud: In Jod apex est supra, & apex infra: & tria Jodin in medio; (ad instar Sægolta:) quæ sunt tria illa Jodin, quæ habentur in istâ Tetragrammati plenitudine (quæ est סֵג) יוד. הי. ואו. הי Quo respicit locus ille Jeschai. 44, 6. *Ego primus & Ego ultimus, & præter me non est Deus in medio.*

4. Et hæc est Fides Iisraëlitica, ut credatur hæc unitas & assumatur hæc veritas. Id quod fit, (credendo, quod) Infinitus se manifestet in omnibus modis suis per Unitatem. Quin & in Malchuth, quippe per quam Providentiam exercet ad centrum Abyssi usque, prout diximus Tractatu 6. libri Pardes. Et hoc est mysterium hujus Nominis, Fidei scil. Iisraëliticæ.

5. Talis Explicatio quoque reperitur in Tikkunim. Verba sunt hæc: *Fides Iisraëlitica hæc vocatur, quâ cognoscunt superiora & inferiora & Principium omnium superiorum. Et quicunque eidem sese applicat, idem consequitur quasi uniretur, & Rex constitueretur supra omnia summa & ima.* Hæc ibi. Quibus verbis docetur, quod omnis Fides Iisraëlitica dependeat à *Malchuth*, quatenus unita est cum Æn-Soph: Quod fieri non potest nisi mediante unione (Ejus cum Tiphereth.) Quia Æn-Soph non manifestatur in Sephiris nisi sub mysterio fortissimæ Unionis. Et propterea vocatur אחד unus, ob singularitatem istius Unionis.

6. Summa huc redit: quod Aziluth non sit integra nisi sub

submysterio Maris & Fœminæ: ita ut tunc locum demum habeat illud Gen. 5, 2. *Masculum & Fœminam creavit Eos; & vocavit Nomen eorum Adam;* integrum scilicet. Et Æn-Soph non finit habitare Schechinam suam, nisi in loco integro; non autem in loco truncato, quod absit! Unde fundamentum consistit in Unione, prout explicuimus. Pardes Rimmonim Tractat. 23. c. 1. hoc tit.

אמוראים *Amorai, Doctores Gemaræ* seu Commentarii Talmudici. R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim inquit: Tres Patres, qui sunt Gedulah, Gebhurah, Tiphereth, vocari Amoræos: Nezach verò, Hod, & Jesod תנאים Tannæos seu Doctores Mischnæ, (qui est Textus Talmudicus;)

2. Et videtur quidem contrarium esse verius, quia Tannæi majores sunt, quam Amoræi.

3. Procul dubio autem eadem hîc est ratio, atque circa phrases: נבון וחכם *Intelligens & sapiens.* Gen. 41, 33. ubi Nabon *intelligens* præmittitur, quamvis sit in Prædicamento Binah: *Sapiens* autem in Chochmah. Ratio autem hæc est: quia quicquid sublimius est, in illo diminuitur scientia. Sic ergo Tannæi majores sunt Amoræis, descenduntque in mysterium profunditatis materiæ tractandæ: Amoræi autem materiam istam saltem sciunt per traditionem, non detectis rationibus: prout se habent operationes in Chesed, Gebhurah & Tiphereth, quarum operationes ignorantur. Pardes Rimmonim Tractat. 23. capit. 1. hoc tit.

אמיץ *Robustus.* Juxta locum Psalm. 27, ℣. 14. *Si roboraveris te, obfirmabit se cor tuum.* Hæc & similia, quæ in Scriptura inveniuntur, pertinent ad obfirmatum Rigorem Gebhuræ vehementis: sed tamen habitâ quoque ratione Binæ influentis in istam. Ratio sumi potest ex loco Jeschai. 40, ℣. 26. ואמיץ כח *& fortis potentia.* Ubi intelligitur Potentia Binæ. Pardes Rimmonim loco jam citato.

אמירה *Dictio.* (Connectitur in Schaare Orah cum זאת)

1. Quicquid à prolatione pendet, ultimam Sephirarum innuit: (utpote: כה אמר *sic dixit Deus.*)

2. Ad cujus enodationem adverte, quod, ubicunque in Lege ſcribitur דבור id eſt, *Eloquium* (ut: וידבר id eſt, *locutus eſt Deus*:) ibi *Rigoris* metrum oſtenditur, *Scriptæque Legis* negotium eſt; quia myſterium Legis ſcriptæ à Gebhurah profertur. Phraſis autem אמירה, ſeu Dictionis, *Regni* menſuram inſinuat, & circa *Legem oretenus traditam* verſatur.

3. Quoniam autem harum Legum altera alteri opem præbet, ſeque mutuò ſervant; placuit Altiſſimo idipſum nobis in Lege myſticè oſtendere. Quare ubique ferè profert Lex: וידבר *& locutus eſt Tetragrammaton Moſi*, לאמר *dicens*: *Locutus* enim quod in capite clauſulæ ſcribitur, Legem ſcriptam oſtendit: *Dicens* verò, quod in extremo profertur, ore latam Legem deſignat. Ac per talia duo Locutionem ſcilicet, & Dictionem, Lex ipſa paſſim ſtruitur, atque perficitur; ut innuit illud Exod. 34, 27. *Scribe tibi hæc eloquia: quoniam ore iſtorum eloquiorum tecum fœdus pepigi.* Statutum igitur eſt Fœdus ſuper Legem ſcriptam, quando hæc Lege orali explicatur.

4. Nunc autem myſterii hujus ſummam audias. Tabulæ fœderis reponuntur in arca; juxta illud Deut. 10, 2. *Et eas repone in arca.* Lex autem ſcripta per Legem oretenus traditam explanatur. Nam ſcriptæ Legis Templum ore lata Lex eſt: Adonai enim, Templum eſt Tetragrammati: & ſeſe binæ hæ Leges, veluti *gemini Cervæ fœtus* amplectuntur, Cant. 4. ✻. 5. Et qui has ſejunxerit, de eo ſcribitur Prov. 16, 28. *Et muſſitans ſejungit Ducem*; ſimilisque eſt, ac ſi nullius Dei cultor fuerit.

5. Quamobrem quoties Lex commemorat: *Et locutus eſt Deus ad Moſen dicens*; geminas Leges has pariter monſtrat, ut illud Cant. 1, 1. *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Cúmque tam in ſcriptam quam ore traditam legem deliquiſſent Iiſraëlitæ, hos increpavit Propheta dicens: Jeſchai. 5, 24. *Quoniam habuerunt*

runt Legem Dei exercituum in contemtum, id est, Legem scriptam: *Dictaque Sancti Israël irrita fecerunt*; Legem scilicet, ore traditam.

6. Hæc omnia profluunt ex regula illa, qua *Locutionem* Mensuram Rigoris; *Dictionem* verò mensuram Regni asserimus. Ut & sequentia: Exod. 6, 29. *Et locutus est Elohim ad Mosen, dixitque ei: Ego* יהוה: quasi diceret: ubicunque inveneris in Lege וידבר *& locutus est*, ibi intelligitur Elohim; nempe Metrum Gebhuræ: ubi autem inveneris ויאמר *& dixit*; ibi subintelligitur אני *Ego*, nempe metrum Regni & Lex oralis.

7. Cum itaque hæc noveris, considera, mensuram hanc *Legem ore editam* vocitari; quia Lex Tetragrammati, quæ est *Lex scripta*, istam ore latam, veluti tabernaculum arcamque inhabitat. Sed quia admiranda quæque mysteria interioraque penetralia in *scripta Lege* latitantia per *Oris Legem* elucescunt, hinc dictum est Deut. 17, 8. *Cum latuerit te aliquid judicii*; id est, aliquid altum velatumque in Lege scripta, *venies ad Sacerdotes Levitas & ad judicem, &c.* & vers. 11. subditur: *Faciesque secundum os* דבר *verbi, quod ipsi tibi enunciant, &c.*

8. Tu igitur intellige, menteque revolve etiam hoc, quod nulla influentia vel immanatione fruitur *Oris Lex*, nisi quam *scripta Lex* impartitur: nec ad scriptam Legem introëundi semita ulla, nisi per ore traditam admittitur. Quemadmodum nec aliunde, quàm à Nomine *Tetragrammato* benedictionem haurit Nomen *Adonai*; nec Tetragrammaton intelligendi aditus, nisi Ductore Adonai comperitur; quod jam dicta pleniùs edocent.

9. Reciprocum sibi igitur adminiculum hujuscemodi Leges præstant ac ambæ invicem uniuntur. Unde illud Secharj. 14, 9. יהוה *Erit unus, & Nomen ejus unum.* Id est Tetragrammaton & Adonai lectionem habebunt unam. Schaare Orah sub Nomine Adonai. (Sequitur ibidem Discursus de

Nominibus Elohim, Schaddai, Adonai, ad Malchuth applicitis quem reperies infra sub titulo Malchuth. n. 3.)

10. Sub eodem titulo אמירה in Pardes reperiuntur sequentia his verbis: Hoc in loco variant Interpretes. Quidam hanc vocem referunt ad *Malchuth*, adducto loco Psal. 68, 12. *Adonai dabit Sermonem:* Sicut phrasin דיבור *loquendi* referunt ad Gebhurah, ex hac ratione, quod Exod. 6, 2. dicatur: *Et locutus est Elohim ad Mosen.* Ubi phrasis *loquendi* combinatur cum Elohim, quod est in Prædicamento Gebhurah. Ubi sequitur: ויאמר *Et dixit ad eum: Ego Dominus*; Ubi phrasis dicendi combinatur cum Nomine אני *Ego.*

11. Alii alio modo; Dibbur referunt ad Malchuth, & Amirah ad Tiphereth.

12. In Sohar autem Parasch. Vajikra, ad locum Exod. 32, 13. *Omnem terram, quam* אמרתי *dixi*; hæc phrasis explicatur per *volui:* hîc enim hæc vox (sunt verba:) habet significationem volendi; quia Terra hæc (id est, Malchuth) elevata est ad frontem Beneplaciti; quod pluribus Scripturæ locis confirmatur ad locum: si Sacerdos unctus, &c. Lev. 4, 3. Sohar Part. III. fol. 8. col. 29.

13. Sic idem etiam explicatur in Sohar Sectione נח his verbis: לאמר *dicendo*, Fœminam denotat. Unde patet, per phrasin dicendi intelligi Malchuth. Sic quoque docet Textus Exod. 4, ꝟ. 22. &c. *Sic dicit* יהוה &c. Et in Parasch יתרו ad „ locum: *Ego Dominus Deus tuus, &c.* Exod. 20, 1. 2. *dicendo:* „ *Ego Dominus Deus tuus:* Scribitur לאמר *dicendo.* Ad quæ R. Jizchak ait: Interpretatio vocis לאמר petatur ex loco Prov. 12, 4. *Mulier virtutis Corona mariti sui.* Et sic quoque scriptum est Jirmei. 3, 1. לאמר: *dicendo*: *En dimittit Vir Uxorem suam.* Ex quo loco iterum apparet, hanc phrasin applicari ad Malchuth, ex adductis istius Gradûs cognominibus. Quamvis simul appareat, Doctorem illum non tam designare Malchuth in genere, quam Eandem in specie sub eo respectu, qua-

tenus

tenus elevata est, ut sit Corona. In quem finem adducit locum Prov. 12, 4. *De Uxore Virtutis:* cum quo conferantur loca Deuter. 26, 17. *Dominum* האמרת *exaltasti hodie.* Item ✝. 18. *Et Dominus* האמירך *exaltavit te hodie.* Item Jeschai. 3, ✝. 10. אמרו *Exaltate Justum, quia bonus.* Et similia plura, quæ omnia præ se ferunt significatum *exaltandi.*

14. Nec obstat allegatio loci Jirmei. 3. ✝. 1. ubi vox לאמר, usurpatur circa dimissionem uxoris; quia Malchuth dicitur אשתו *Uxor ejus* prout Textus habet, quando scil. adhuc superius est, antequam dimittitur.

15. Hoc modo conciliari possunt illi, qui dicunt: Phrasin *dicendi* ad Tiphereth pertinere: quia probatum est, illam dici de Malchuth quatenus Ista est Corona Mariti sui.

16. Porrò in Sohar Parasch. Vajikra habentur hæc: Ubicunque dicitur ויאמר vel ויקרא ibi phrasis prior *dicendi* " simpliciter adhibita, non addito quis dicat; denotat *Angelum Fœderis*, nec alium quemquam. Verbi gratia: Exod. " 15, 26. *Et dixit: si audiendo audieris Vocem Domini Dei tui*, " *&c.* ubi non additur, quis dicat: Et Levit. 1, 1. *Et vocavit* " *ad Moscheh;* & non adjicitur quis clamaverit. Sic & hoc lo- " co *Angelus Fœderis* intelligitur. Hæc ibi. Sensus est: Et- " iam in loco Genes. 18, 10. *Et dixit: Revertendo revertar;* intelligi Schechinam, quæ vocatur *Angelus fœderis.* Unde patet; Phrasin Amirah non referri ad Malchuth, nisi quando Ipsa occultè loquitur.

17. Fortè tamen Amirah etiam ad Malchuth referri debet, quamvis reperiatur: *Et dixit Dominus:* ut sensus sit, Gradum Tiphereth loqui per Malchuth. Si verò absolutè dicatur: *Et dixit;* Malchuth intelligi poterit sola. Unde in loco citato ex Sohar adjicitur: *Neminem intelligi alium præter Angelum fœderis.* Pardes Rimmon. Tract. 23. cap. 1. hoc tit.

אמן אומן vide אמן.

אמן *Amen.* De hoc multa dici possent, quæ tamen funda-

 men-

mentaliter inveniuntur ex verbis R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim: quod ſcilicet *Amen* pertineat ad Prædicamentum *Jeſod*, qui modus eſt copulator & unitor ſponſi cum ſponſa. Unde numerus hujus vocis æquipollet duobus Nominibus Tetragrammato & Adonai; eſtque 91. quorum unio ſic fit: יאהד ונהי, id quod fit per Jeſod; ſicut ſcribitur 1. Paralipom. 29, 11. *Quia omne* (Jeſod) *in cœlis & in terra.* Ubi Targum Onkelos utitur paraphraſi attingendi & uniendi Cœlum & Terram. Cum ergò modus iſte hanc operatur operationem, *Amen* vocatur; quo Nomine omnes illi tres ſimul intelliguntur; Sponſus, ſponſa & Paranymphus. Pardes Tract. 23. cap. 1. hac voce.

2. Eundem numerum 91. referunt voces הלל ני.

3. Vid. Sohar Part. I. fol. 21. col. 82.
Part. II. fol. 46. col. 187.
Ibid. fol. 100. col. 399.
Part. III. fol. 77. col. 307.
Ibid. fol. 92. col. 367.
Ibidem fol. 105. col. 420.
Ibid. fol. 114. col. 453.
Ibid. fol. 130. col. 517.
Ibid. Sect. Vajikra fol. 9. col. 33.
Et Sectione Vajelech fol. 138. col. 552.
Et Sect. Vajakhel f. 139. col. 553. Conf. Ser Sahab h. t.

אמנת *Nutrix* R. Moſcheh hoc Nomen tribuit gradui Malchuth; quando nimirum Nutritor in ipſa eſt; tunc enim nutrit & educat, atque creſcere facit omnia.

2. Mihi autem videtur *Nutricis* ſeu *Educatricis* nomen ſpectare ad Prædicamentum Binah: Sic enim dicitur de Naomi Ruth 4, 16. *Eratque illius Educatrix.* Notum autem atque perſpicuum eſt, quod *Naomi* ſit in *Binah*, ſicut Ruth in Malchuth. Adeoque Illa eſt Omeneth ſeu Educatrix Filii, qui eſt Vav; ſicut notum eſt. Pard. Rimm. Tractat. 23. cap. 1. h. tit.

אמרת *Diadema purpureum.* Est *Malchuth*, prout reperitur Threnorum 2,17. discidit diadema suum. Explicatio hujus in Sohar Sect. נח fol.48. col. 192. talis est: Discidit "purpuram suam. Hæc ibi. id est Vestimentum. Schechi-"nah enim est Vestis & Palatium Modi Tiphereth. Non enim potest fieri mentio Nominis Tetragrammati nisi in palatio ejus, quod est Adonai. Appellaturque nomine Diadematis; quia est Corona in capite mariti sui. Sicut & Sohar, loco citato, pergit & innuit, quod sit in capite אמיר (linea 30.) cacuminis, dum nimirum influxum assugit à tribus primis. Vox ergo אמרת, loco citato Threnorum, habet significationem sublimitatis & celsitudinis, ad analogiam loci Jeschai. 3, 10. אמרו, quod communiter vertunt, *dicite*; videtur autem dicendum: *Elevate justum*, quia bonus. Pardes loco cit. cap. 1. hoc tit.

אמ״ש Est Abbreviatura Vocum אויר *Aër* מים *Aqua*, אש *Ignis*: quibus denotantur Benignitas; Rigor judicialis; & Misericordia inter illa medians. Unde in Libro Jezirah: *Schin sibilat*; *Mem silet*; *Aleph est spiritus, natura media concilians utrumque*. Sensus hic est: Prolatio literæ Schin est cum sibilo, cumque depressione literæ in imum: denotatque vim judicii. Prolatio literæ Mem fit cum silentio, denotatque Benignitatem: Aleph autem naturam habet mediam; denotatque temperaturam utriusque.

2. Alius sic explicat: Schin sibilat; & quicquid halitum trahit sibilum edere potest. Mem verò silet, nihilque trahit, sed quasi inanimatum est. Sensus autem est talis: Schin est cum sibilo ad denotandum judicium, ubi fremitus & stridor dentium. Mem verò refert mysterium Chesed & Benignitatis; juxta naturam vocis *Silentii tenuis* 1. Reg. 19, 12. ad latus dextrum & puritatis. Aleph autem semper medium est & conciliat.

3. Et tres istæ literæ referuntur ad Kether, Chochmah, Bi-

Binah: quæ ſunt Matres totius Aziluth atque Emanationis. Tria enim capita deſignant, Cheſed, Din, & Rachamim; ſeu Benignitatem, Judicium, & Miſericordiam. Et ex illis emittuntur tres lineæ, ut dictum eſt alibi.

4. Dicitur autem אמש *heri* & de die præterita; quod res ſit occulta circa tres illas, quæ quaſi præterierunt & occultatæ ſunt. Quaſi diceretur: per *hodie* intelligi Gedulah, Gebhura, Tiphereth; tempus matutinum, veſpertinum & meridianum: per diem autem præteritam, tres priores. Pardes Rimmon. Tract. 23. cap. 1. h. t.

5. Videatur quoque Sohar Part. I. Sect. Breſchith, fol. 29. col. 75. 76.

אמת *Veritas, Verum.* (In Schaare Orah, connectitur cum תורה שבכתב) 1. Cognomen hoc eſt Nominis Tetragrammati. Quemadmodum enim ad Tetragrammaton, quod in medio eſt, omnia inclinant, Extrema ac Latera; inque Ipſo omnia tam à ſummis quam ab imis comprehenduntur; ſic & dictio אמת extremis, atque his, quæ in medio, literis conſtat.

2. Nam ideò אמת Sigillum Altiſſimi (ut Majoribus placuit) eſt; quia ipſum Tetragrammaton conſiſtit in medio; Nomen אל à dextris & Nomen אלהים à ſiniſtris habens. Cumque Dominus judicium exercet in creaturas ſuas, Catervæ, quæ à dextris, juſtè actorum; quæ autem à ſiniſtris, criminum cauſa adſunt. Et quando finiendum eſt judicium, tria iſta requiruntur: Dextra nimirum & ſiniſtra pars invicem diſputant; Tetragrammaton autem in medio decidit.

3. Sic & Sigillum Dei אמת ſe habet: Nam inter Aleph, Mem & Thav literas, quibus dictio Emeth conflatur, à dextris quidem ab Aleph adusque ſcilicet Mem, fautrices placabilesque; à ſiniſtris verò à Mem, uſque ad Thav diras & crimina reſpicientes diſponi cernimus.

4. Et huc pertinet locus Pſalm. 19, 10. *Judicia Domini ſunt*

sunt אמת *Veritas.* Et quia Emeth refertur ad Lineam mediam, ideò Jacobo tribuitur Mich. 7, 20. *Dabis Jacobo* אמת *Veritatem:* sicut Abrahamo Chesed ad dextram, & Iisaaco timor ad sinistram. Unde dici quoque solet: Ad judicium " requiritur אֱמֶת & Tribunal è duobus consistens pertinax est. "

5. Sic etiam Lex scripta, quæ ad lineam mediam refertur, אמת seu veritas dicitur: juxta illud Malach. 2, 6. *Lex Veritatis fuit in ore ejus.* Schaare Orah sub ידוד (ibidemque sequitur תפארת)

6. Porrò te non lateat, duas in supernis esse domos judiciarias potiores, quarum sublimior est dimensio Elohim, quæ אמת id est, Deus Verax, ac durum judicii metrum vocari comperitur. Inferior autem est Malchuth, cui competit nomen Adonai. Schaare Orah sub Elohim. Confer אלהים.

אמת 7. Omnes Interpretes in eo consentiunt, quod hæc Vox referenda sit ad Classem Tiphereth, suggerente id loco Mich. 7, 20. *Dabis veritatem Jaacobo, &c.* Jaacob autem sedes est modi Tiphereth.

8. Excepto R. Moscheh bar Nachman, (quem Ramban contractè dicunt,) qui Jesod Jaacobi mensuram statuit, adeoque & *Veritatis;* quod contrarium est sententiæ R. Schimeonis ben Jochai, multis in locis.

9. Deinde, omnes Interpretes in hac voce contineri dicunt Initium, medium & finem, ad denotandam istius Modi perfectionem.

10. Et in Sohar quidem hoc nomen אמת etiam applicatur ad Tiphereth, videatur Tractatus 20, libri Pardes cap. 6. ad vocem תם, quæ est pars Nominis אמת & refertur ad Jesod, quatenus est in Malchuth. Jesod enim vocatur *Taurus integer:* & illius causa, etiam Malchuth vocatur תם integra. Sed hac voce respicitur notio ejus superior. Quando igitur unita est cum Tiphereth superiùs, tunc notio istius Illi quoque tribuitur, juxta illud Cant. 8, 6. *Pone me ut signaculum, &c.* &

vocatur Istius nomine Emeth. Sed quia sigillum, quando imprimitur, effigiem suam inversam relinquit; hinc ex portione dicti Nominis מרת fit תם, juxta naturam combinandi & signandi. Pardes Tractat. 23. cap. 1. hoc tit.

11. Videantur plura de hoc nomine in Sohar Part. II. fol. 83. col. 329.

Et fol. 97. col. 388.

אנא Communiter *Quaeso*. Id Interpretes communiter referunt ad Gradum Binah, quatenus constat è tribus primis. Dicuntque in ista voce exhiberi quinquaginta Portas Binah: duas autem literas reliquas Coronae & Sapientiae gradus respicere, fundamento tamen in Binah constituto. Aleph ergò ex una parte erit nota Kether seu *Coronae*; & Aleph ex parte altera nota erit Gradûs Chochmah seu sapientiae: Nun verò medium character erit Binae. Pardes Rimmonim Tractat. 23. cap. 1. hoc tit.

אנוסה *Vi compressa*. Vide Sohar Part. III. fol. 134. col. 535.

אנחה *Suspirium*. Aliquantum ex Sohar apparet, Sect. Schemoth; quod suspirandi phrasis locum habeat in Tiphereth; & in loco Exod. 2, 23. dicitur: ויאנחו *Filii Iisraël à servitute*. Non quasi ipsi suspiraverint, quia non dicit ויתאנחו *& ingemuêrunt*; sed ויאנחו & gemitum est super iis, si fas est ita loqui, in supernis: quasi diceretur; Gradum Tiphereth ingemuisse super illis; quia in ipsis non erat facultas suspiria sursum elevandi. Nec est, quod miremur hoc; quia majora his reperies in Sohar Section. ויראו de omnibus angustiis Iisraëlitarum. Pardes Rimmonim loco allegato hoc titul.

אני *Ego*. (In Schaare Orah connectitur cum צדק)

1. In universa Lege dimensioni Adonai inditur pronomen אני *Ego*; quatenus metrum hoc Tribunal Iisraëlis existit, quod

quod vindictæ pro eis supplicium infert; ac sæpius de crimine, ejusque judicii formidine præmonet Iisraëlitas: cùm fieri nequeat, quin ipsum judicandi opus exequatur.

2. Juxta quod ubique scribitur, ut Levit. 19, 14. *Et timeas Deum tuum, Ego sum Dominus:* id est: timere formidareque oportet judicium meum, etsi misericordia ei juncta sit, juxta illud, Levit. 26, 24. *Si ambulaveritis ex adverso mihi, & Ego quoque incedam adversus vos, & Ego quoque corripiam vos, & percutiam vos septies.* Ubi fit mentio *septupli* propter peccata, eò quod dimensio ista *septenarii Puteus* dicitur.

3. Varii enim Putei in eâ sunt, Timore videlicet, robore, judicioque repleti. Et hi sunt *Putei Jizchak*, de quo scribitur Gen. 26, 23. *Et inde ascendit Beerschebas* id est, ad puteum septenarii. Jizchak autem est, qui septem fluminibus judicia trahit ad mensuram אני *Ego;* quorum alia è judicii; alia è Benignitatis alveo prolabuntur, juxta illud Deut. 32, 39. *Ego interimo & vivifico; vulnera infero & medelam adhibeo.*

4. Et quoniam hæc mensura hinc vindictam pro Iisraële sumere, hostesque debellare consuevit; ideo Ipsa Ægyptiorum primogenitis plagam intulit, atq; de eorum medio Iisraël eripuit: virtute tamen Justitiæ supernæ, quæ יובל Jubilæus dici assuevit. Cumque Ipsa primogenitos percuteret, nec Angelus, nec Princeps aliusve quispiam cum Illâ operi manus admovit, juxta illud Exod. 12, 12. *Et transibo per terram Ægypti nocte, & percutiam omnem primogenitum in terra Ægypti, ab homine ad usque jumentum: & in omnes Deos Ægypti inferam judicia Ego Deus.* Ubi dixerunt Majores: Transibo per Terram Ægypti *Ego, & non angelus.* Percutiam omnem primogenitum *Ego*, & Non Saraph, id est angelus urens. Et in omnes Deos Ægypti inferam judicia *Ego*, & non Legatus: *Ego Dominus, Ego Ipse* & nullus alius.

5. Unde admonens Iisraëlitas: Vobis, inquit, hâc mensura Redemtor exto, qua & vos judicare soleo; juxta illud Levit.

vit. 19,36. *Ego Dominus Deus vester qui vos eduxi de terra Ægypti.* Et in fine textus hujus idem repetens ait: *Ego Tetragrammaton Deus vester.* Hanc quippe vocem & in capite & in fine proferri cernis: *Ego Dominus Deus vester*; unum quidem ad misericordiam; alterum ad judicium denotandum. Schaare Orah sub Nomine Adonai. Vide אחות [Ibidem autem sequitur מלכות]

6. R. Moscheh Corduera in Pardes sub hoc titulo habet sequentia: Hæc vocula refertur ad duos modos, *Binah* scilicet, & *Malchuth*. Et in Tikkunim dicitur, de utroque intelligendum esse locum Deut. 32, 39. *Videte nunc, quod Ego Ego sum:* Quodque unum *Ego* referatur ad Malchuth; alterum ad Binah.

7. In Libro ha Orah autem hæc Vox refertur ad Malchuth. Dicitque Autor, eandem innuere judicium, quia dicitur Levit. 26,28. *Et corripiam vos etiam Ego.* Et sic loco allegato Deut. 32, 39. *Ego morifaciam & vivificabo.* Item Levit. 19, 14. & 32. *Et timebis Deum tuum, Ego Dominus.* Hæc ibi.

8. Et in libro has-Schem R. Moscheh inquit: quod hoc attributum alloquatur & erudiat Iisraëlitas ne peccent: quodque aliquando confortet & consoletur eosdem, quasi quis præsens loquatur cum socio suo fiduciamque excitet ad bonum; quamvis ad malum quoque. Hæc inibi.

9. Certum autem est, quod Malchuth vocetur אני *Ego*, quatenus est in unione superna; id est, quatenus influxum accipit è supernis. Et sic docet Sohar Section. נח ad locum illum Gen. 6, 17. *Et Ego ecce adduco diluvium.* Quod autem aliquando invenitur indigitare *judicium*, veluti in loco illo: *Et corripiam vos & Ego:* id fit propter maledictos atque impios, qui convertunt mensuram *misericordiæ* in *judicii* modum. Unde eodem loco dicitur: *Etiam Ego:* id est, quamvis sim in modo אני *Ego*, cujus natura talis non est. Hinc patet,

tet, quod quandoque ad judicium, quandoque ad misericordiam adhibeatur. Pardes Tractat. 23. cap. 1. hac voce.

אניה *Navis*. Quia *Mare* est Malchuth, ut dicetur suo loco, hinc naves sunt copiæ ab Ipsa emanantes; prout hæc tradit liber Sohar multis in locis. Cumque Malchuth accipit influxum judicii, Mare tempestate agi dicitur, id quod vocatur *Procella judicii*. Atque tunc nulla Navibus est tranquillitas, quippe quæ & ipsæ à judicio participant. Pardes Rimmonim loco allegato cap. 1. hoc tit.

אנך *Libella, perpendiculum*. Est Malchuth sub judicio constituta. Id quod probatur è loco Amos 7,7. *Ecce Dominus stabat super murum & in manu ejus perpendiculum*.

2. Potest tamen etiam de quibusdam exterioribus exponi. Pardes loco allegato hâc voce.

אנכי *Ego*. Hæc particula etiam ad *Malchuth* simul & ad *Binah* pertinet: sicut Jeschai. 51.12. *Ego, Ego sum, qui consolor Vos*. Quorum unum ad Malchuth, alterum ad Binah referendum. Atque sic explicatur in Tikkunim.

2. In Sohar autem interpretatio hæc occurrit: Aleph " est Masculus Tiphereth; Nun est Fœmina, Schechinah infe- " rior. Masculus autem influxum accipit à Masculo & Fœmina supernis, quæ sunt Caph & Nun: nempe Caph, Kether; & Nun, Binah; prout dicetur suo loco. Jod autem Masculus iterum est, nempe Chochmah. Atque sic Mas & Fœmina influxum accipiunt à Masculo & Fœmina. Summa autem vocis ad mysterium Malchuth vel Binæ pertinet. Pardes loc. c. hoc tit.

אנף *Iratus fuit*. Juxta Psal. 2, ℣. 12. *Ne fortè irascatur, &c.* Respicitque vehementiam judicii. Quod etiam probatur è loco Deut. 1, 37. *Etiam in me iratus fuit Dominus*: quo magnus Judicii rigor indigitatur. Pardes ibidem.

אנפי רברבי׳ אנפי זוטרי *Facies magna; facies parva*. Prout apparet ex verbis R. Schimeon ben Jochai, aliquot in locis

 libri

libri Tikkunim; per *Facies magnas* intelligitur myſterium Vav ſuperni; cui duplex eſt facies, quando plenè ſcribitur, ut, ואו: ubi Vav, quod ad dextram, facies una, & Vav alterum ad ſiniſtram, facies eſt ſecunda: pertinetque ad myſterium Textuum, Exod. 14, 19. 20. ויסע ויבא *Et Profectus eſt, & venit*. Intelligitur autem Tiphereth; qui modus aliquando à dextra ſugit, atque illuc inclinatur; quandoque à ſiniſtra, & ad eandem propendet. Et duæ hæ facies uniuntur in ואו qui eſt *Mundus longus* (ſeu ſyſtema longum) Tiphereth; id quod notat Aleph conſtitutum in medio. Et hoc eſt myſterium ארך אפים id eſt, *Longanimi*.

2. Facies autem minores reperiuntur in Vav Gradûs Jeſod; cujus plenitudo priori ſimilis eſt, nempe ואו. Suntque duæ etiam facies nempe Nezach & Hod: Quia, ſicut Tiphereth locatur inter Gedulah & Gebhurah; ita Jeſod locum habet inter Nezach & Hod. Hæc videtur innuere locus unus.

3. Alio autem in loco indigitatur: quod כרובים *Majorum facierum* ſint Nezach & Hod; idque ſecundùm eandem expoſitionem, quæ ſupra allata eſt. Et hi ſunt illi Cherubim, ſuper quibus uniuntur ſponſus & ſponſa. *Facies* autem *parvæ* ſunt Metatron & Sandalphon, qui ſunt Cherubim inferiores; qui etiam medium ſunt Unionis cujuſdam. Hæc tamen ulteriori digna ſunt conſideratione. Pardes Rimmon. Tract. 23. cap. 1. hoc titulo.

אסטומכא *Stomachus, Ventriculus.* Malchuth vocatur Stomachus; quia ſicut ſtomachus concoquit alimenta, eaque digerit, ſeparatque ſuperflua ut egerantur; chylum autem ſelectum ad locum debitum dimittit, ut ibi ulteriùs coquatur, inque membra corporis diſtribuatur: Ita Malchuth influentiam ſpiritualem è ſupernis intra ſeſe ſuſcipit, eamque digerit, & in materiam congruam convertit, ac ad debitam conformat craſſitiem, ut eâdem cibari queant vehicula ſeu Throni; *& puellæ ſuæ*. Prov. 31, 15. Quia Influentia pro quantitate ema-

emanationis suæ in illa tenuitate, quâ affluit, suscipi non potest. Ex eo autem, quod post digestionem residuum est, quædam in latus sinistrum distribuit. Et hæc latiùs declarantur Tractatu libri Pardes, 26.

2. Atque sic Altare, quod Eidem (gradui Malchuth) analogum est in hoc mundo, stomachi instar fuit, cibumque digessit per Leonem in illo cubantem. Residuum autem, membra nempe & separata, coquebantur per totam noctem ad latus septentrionis; ad Corticum latus intorquente se fumo ejus. Unde Lex inquit, Levit. 6, 13. *Ignis autem super altari semper ardebit & non extinguetur.* Ne impediatur nutritio. Pardes loco allegato hoc tit.

אסם *Horreum.* Prout habetur Deuter. 28, 8. Præcipiet Dominus tecum benedictionem in horreis tuis. Ista sunt Gazophylacia, quæ in Malchuth, quibus Ista recipit influentiam, eamque recondit. Pardes loc. cit. hâc voce.

אסון *Exitium.* Gen. 42, 38. *Et accidet ei periculum in via.* Est Klippah seu Cortex & inimicus acerrimus, qui est accusator tempore periculi. Pardes hoc titulo Tractatu & capite allegg.

אספקלריא *Speculum.* Duo sunt specula; unum lucidum & *nitidum*; alterum *nitore carens.* Illud est *Tiphereth:* hoc est *Malchuth.* Traditque R. Moscheh in Libro has-Schem: " quod Tiphereth sit speculum nitidum & politum; quodque " Moscheh vaticinatus sit & visiones habuerit per illud; viderit- " que res omnium exactissimè, visione singulari: Malchuth " verò sit speculum non-nitidum, ita, ut qui per illud vaticina- " tur, vaticinetur per ænigma & parabolam. Unde illud Nu- " mer. 12, 6. *In visione ei notus fiam.* Hæc ille.

2. In Tikkunim autem aliter omninò. Verba sunt " hæc: Septem *Palatia:* primum est *Amoris;* secundum *Ti-* " *moris;* tertium *Misericordiæ;* quartum *Prophetiæ speculum* " *nitidum;* quintum *speculum obscurum, &c.* Hoc loco Pala- "

tium

tium Amoris est Chesed; Timoris est Gebhurah; Miserationum est Tiphereth; *Specula, lucidum & obscurum sunt Nezach & Hod*: id quod cum iis, quæ supra proposuimus, non convenit. Et meritò tamen fundamentum Prophetarum dicuntur Nezach & Hod. Quare igitur Nomina ista *speculi nitidi & obscuri* referuntur ad Tiphereth & Malchuth? Res autem clarior fiet è loco quodam alio in Tikkunim, cujus hæc sunt „ verba: Veni vide! יהוה Tetragrammaton & אדני Dominus „ sunt Sanctus ille, qui benedictus sit & Schechinah ejus in „ duobus Cruribus: Tetragrammaton ad dextram, & Adonai „ ad sinistram. Horum aliud est speculum lucidum atq; nitens; „ aliud speculum obscurum. Hæc ibi. Ubi Malchuth quidem speculum appellatur non nitidum & Tiphereth politum; sed quatenus sunt in loco Prophetiæ; qui sunt Gradus *Nezach & Hod, duo Prophetæ veritatis*, unde Influxum sugunt Prophetæ. Atque hæc tendunt ad mysterium Unionis eorum, de quibus latius Tractatu libri Pardes 20, cap. 12.

3. Deinde in Tikkunim alibi dicitur: quod *Malchuth*, cum Modus Tiphereth cum Ipsa unitus est, vocetur *speculum nitidum*: quando autem Tiphereth ab Illa aufertur, habeat nomen *speculi obscuri*: Quod non differt ab iis, quæ supra sunt dicta: quia ratio fundamentalis nitoris atque splendoris sæpiùs dicti dependet à Tiphereth: & omnia quidem eatenus, quatenus unita sunt cum Nezach & Hod per Jesod; nempe Tetragrammaton cum Nezach, & Adonai cum Hod; juxta nexum literarum יאהדונהי à Jesod institutum, ubi ambo sunt unum. Pardes Rimmonim Tractat. 23. cap. 1. hac voce.

4. Vide plura in Sohar Part. III. Parasch. Pinchas fol. 103. col. 409.

Part. II. Parasch. Jethro fol. 42. col. 166.
Ibid. Parasch Va-Æra fol. 10. col. 40.
Part. I. Parasch. Vajechi Jaakob. fol. 132. col. 524.
Part. III. Parasch. Debharim. fol. 124. col. 493.

Ibid.

Ibid. Parasch. Balak. fol. 92. col. 366.

Part. II. Parasch. Pekude fol. 99. col. 396.

אסר *Obligavit, ligavit.* Plures habet respectus. In materia *Votorum*, (prout usurpatur Num. 30, 5. *Et audiverit Pater ejus votum ejus, & ligamen ejus, quo ligavit se super animam suam, &c.*) Phrasis *obligandi* ad Gradum *Binah* pertinet, qui est locus *Voti.*

2. In loco autem Cant. 7, 5. *Rex ligatus in ambulacris;* intelligitur connexio modorum Tiphereth & Malchuth. Hæc enim est *Domus ligatorum* seu carcer ipsorum. Confer. Gen. 39, 20. Jud. 16, 21. Locus autem Psalm. 146, 7. *Dominus solvit vinctos;* intelligendus est de ambobus.

3. Cum autem dicitur: hoc *ligatum*, hoc *solutum* est, (id est, prohibitum & concessum) phrasis *ligandi* pertinet ad prædicamentum Gebhurah, de quo videas plura in libro Or Jakar. Pardes Tractat. 23. cap. 1. hoc titulo.

אסתר Esther, vide Sohar Part. III. fol. 133. col. 533.

אף *Etiam. Ira.* Hæc particula refertur ad Malchuth ut in loco illo Levit. 26, 44. ואף גם זאת *Quin etiam Ista* (si irascatur) *ut existant in terra inimicorum suorum, &c.* Sed tum demum præcisè sic vocatur, quando rigorosi judicii influxum accipit à Gebhurah, quæ est Æstus iræ maximæ juxta Deut. 29. ỷ. 24.

2. Est tamen & inter adversantia אף *Ira*, quò pertinet illud Psalm. 78, 38. *Et multoties avertebat Iram suam.*

3. Fortè tamen & Ipsa Malchuth propterea vocatur אף *Ira*, quando talem à Gebhurâ accipit influentiam, ut operetur per Contraposita illa, quibus nomen est אף *Ira.* Pardes Rimmonim Tract. 23. cap. 1. h. voc.

4. Vid. & Sohar Parte III. fol. 61. col. 241.

אפוד *Ephod: Thorax humeralis arctè cingens; Vestis Sacerdotalis.* Duo habet significata. Primo enim in Sanctorum genere denotat *Achurajim* seu Terga atque partes posteriores,

quæ ornatum habent à parte Gebhuræ. Atque hoc modo ornatum designat, juxta illud Exod. 29, 5. *Et cinges illum artificio Ephod seu superhumeralis.*

2. Deinde tamen & inter Klippoth seu Putamina datur Ephod; juxta illud, Judic. 18, 14. *Num nostis, quod in domibus istis est Ephod & Teraphim?* Quorum *illud* se habet ut *vinum lætificans* Judic. 9, 13. *Hoc* verò ut *vinum inebrians* Jirmei. 51, 7. & quod libamen est idolorum Jirmei. 32, 29. Pardes Rimmon. Tract. 23. cap. 1. hoc tit.

אפטרופס *Tutor, Curator, Præfectus, Administrator.* Vid. Sohar. Parte II. fol. 39. col. 154.

Parte III. fol. 92. colum. 368.

אפילדן *Caligo.* Est Gebhurah. Et huc pertinet illud, quod dixerunt Magistri: *Aqua conceperunt & pepererunt Caliginem.* Estque cognomen Judicii, talis, quod propinquum est Misericordiæ; quod etiam verus sensus vocis Aphelah innuit, quæ significat *Nubem tenuem*, quæ propè accedit ad Aquam. Hoc intenderunt in dicto illo: *Conceperunt & genuerunt nubem caliginosam:* id est, judicium tale, quod à Misericordia prodit.

2. Estque talis misericordiæ modus, qui proximè accedit ad Rigorem & severitatem atque crassescere, & quasi in nubem condensari incipit, ita ut proximior sit Judicio, quam misericordiæ, propter tenebras suas. Ex hac ratione Gebhurah vocatur Aphelah seu nubes caliginosa. Pardes ibidem hoc titul.

אפיסת הרעיון *Defectus cogitationis.* Sic vocatur *Corona Summa.* Rationem hanc dat R. Moscheh, quia cogitatio mentis illam planè ne apprehendit quidem. Mihi autem videtur hæc esse ratio, quod ibi terminum habeat cogitaio: abhinc enim & ulterius nihil percipitur meditando atque cogitando. Et de hoc dicitur: Quamvis currat cor tuum, tamen retrogredere. Pardes ibidem hac voce.

אפיקומן

אפיקום *Pars Azymorum* ultimò comedendorum in cæna Paschali. Vid. Sohar Part. II. fol. 71. col. 282.

אפיקי מים *Torrentes aquarum.* Sunt Nezach & Hod, quia plerisque cognominibus ambo simul comprehenduntur; quod ita se non habet in reliquis Sephiroth. Et in Sohar, in libro Raja Mehimna dicitur, istos *esse Gemellos*; duasque *medietates*, quæ ambæ constituant unum. Hi igitur Gradus plerisque cognominibus simul denominantur: Vocanturq; *Torrentes aquarum*, quatenus ambo simul affluxum habent ab aquis fluminis superni, à Binah scilicet per Tipheret; quia hic modus dicitur *potare & irrigare*; id quod fit simul & æqualiter. Quando igitur resident supra Jesod, tunc vocantur Torrentes aquarum, quia Influentia Eorum in Jesod descendit, prout hæc explicantur Tractatu 1. libri Pardes. Et ista omnia clarius proponuntur in Sohar. Pardes Tract. 23. cap. 1. hoc tit.

אפל vide אופל.

אפן vide אופן.

אפסי ארץ *Termini Terræ.* Psalm. 2, 8. est Malchuth, respectu ultimarum ipsius notionum, quæ sunt Nezach & Hod ex illius Decade.

2. Et huc alludunt ex Jechesk. 47. 3. Aquæ אפסים, qua voce intelligitur illud, quod imum est in pedibus. Pardes Rimmonim Tractat. 23. cap. 1. h. t.

אפעה *Vipera.* Juxta locum Jeschai. 30, 6. Vipera & serpens ignitus volans. Conf. Jeschai. 59, 5. Ijob. 20, 16. Et huc pertinent, quæ de partu viperæ dicuntur. Intelligitur autem vis Klippæ seu corticis cujusdam durissimi, qui serpente pejor est, ut notum. Pardes Rimm. Tract. 23. c. 1. h. t.

אפר *Cinis.* Vid. Sohar. Part. II. fol. 121. col. 482.

אפרח *Pullus avis* cujusque. Deut. 22, 6. Psalm. 84, 4. In Raja Mehimna R. Schimeon ben Jochai tradit per hoc nomen intelligi Gradum *Tiphereth*, quatenus constat è sex membris suis, quæ sunt sex alæ, quibus sursum volat & deorsum.

2. Sed in Tikkunim sub initium Libri R. Bar, Bar Chana; hæc appellatio dicitur referenda ad *Justum* sub mysterio „ Lucis reflexæ ab imo ad summum. Verba sunt hæc: Æphro- „ chim sunt flores, qui fructum nondum præbent perfectum. „ Suntque Sephiroth sub notione arboris, quæ ab imo sursum „ conversa est, & quidem circa Jesod: quæ est notio præstan- „ tissima retrogrediens à Malchuth. Videatur libri Pardes Tractatus 18.

3. Et fortè Tiphereth etiam sic vocatur intuitu *Justi* prout dictum est Tractatu citato. Pardes Rimmon. Tract. 23. capit. 1. hoc tit.

4. Vide plura in Sohar Part. II. Parasch. Schemoth. fol. 4. colum. 14.

Et Part. III. Initio Parasch. Pinchas. fol. 99. col. 396.

אפריון *Currus Conjugalis, vel Thalamus seu Cælum fabrile sub quo copulantur nubentes.* R. Schimeon ben Jochai in Sohar Sectione Trumah Part. II. fol. 56. col. 224. 225. ad locum illum Cant. 3, 9. *Appirjon fecit sibi Rex Schlomoh, &c.* inquit: Per Appirjon intelligitur Malchuth, quatenus constat è decem Sephiroth, quarum singulæ suam iterum habent decadem similem, unde exsurgit centenarius. Id quod innuitur per Jod vocis Appirjon. Istas autem accipit per Justum, qui etiam denotatur per Jod, signum fœderis.

2. Appirjon autem est structura Palatii instar; habetque connotationem Pulchritudinis. Malchuth autem ita vocatur quatenus aliqua ex parte similis est Binæ; de quo videatur titulus אפרסמון. Nomen ipsum autem radicaliter sonaret אפרן (non inserto Jod, quod mysterii loco intromissum est.)

3. Hoc ipsum tamen Nomen etiam quadrat ad Gradum Binah, prout & hoc tradit R. Schimeon ben Jochai Sectione Breschith. Sed ita, quatenus & Ista consistit in decade sua, per sapientiam, quæ est Jod. Pard. Rimm. Tr. 23. cap. 1. hac voce.

4. Vi-

4. Videatur & Sohar Part. I. Paraſch. Breſchith fol. 3. colum. 11.

אפרסמון *Balſamum.* R. Schimeon ben Jochai in Sohar Paraſch. Trumah Part. II. fol. 57. col. 215. ad locum illum Cant. 3, 9. per hoc nomen intelligit Gradum *Binah*, quatenus includit in ſe ſex membra, quorum ſingula in ſe habent Decadem, quæ ſunt ſexaginta, litera ſcilicet ס Samech. Si autem circuitus hujus quadretur in quatuor angulos, quorum quilibet decadem includit, inde reſultant quadraginta, nempe litera ם Mem finalis. Námq; & hæc vox radicaliter ſolvitur in nomẽ אפרין exclufis Samech & Mem, quæ myſterii cauſa inſertæ *ſunt*; quod nempe tunc Binah vocetur Apharſamon, quando voluntas Ejus eò propendet, ut ambiat liberos.

2. Alias enim quando abeſt ab iis, illa per Mem clauſum denotatur: quando autem eoſdem circumdat, tunc vocatur Mem apertum. In illo autem ſtatu, quo abfuit, & redit; nec tamen adhuc omninò reverſa eſt, ſed reverti ſaltem vult, per Nomen אפרסמון indigitatur. Pardes Rim. Tract. 23. cap. 1. hoc tit.

אצבעות *Digiti.* Duplex hic occurrit ſignificatio. Primò enim decem digiti deſignant *decem Sephiroth*, prout hoc explicatur Tractatu libri Pardes 1. cap. 1.

2. Secundo in Sohar in hiſtoria illius Puelli, alia occurrit explicatio. Nempe *quinque Vectes*, de quibus Exod. 26, 26. dicuntur eſſe quinque *digiti.* Et *vectis medius*, linea media *Tiphereth.* Iſte enim modus dicitur *Digitus medius* maximus, de quo dicitur Exod. 26, 28. quod vectis medius in medio tabularum, tranſeat ab uno extremo ad alterum extremum. Quinque hi digiti autem ſunt Gedulah & Gebhurah ab una parte, tanquam duo vectes: vel etiam Gedulah & Nezach: reliqui autem duo ab altera parte.

3. In genere autem *Manus dextra* eſt *Cheſed:* & *manus ſiniſtra* eſt Gebhurah. Digitorum autem eadem eſt ratio, quæ

S 3 Ma-

Manuum, quia quælibet Sephira iterum in ſe habet denas.

4. Phraſin autem illam, Exod. 8, 15. *Digitus Elohim*; „R. Moſcheh in libro has-Schem ita explicat: *Digitus* eſt unus „è quinq; illis, qui in manu: eſtque digitus ille, qui operatur „per Virtutem Elohim. - Atque hic eſt digitus Levi; quem refert ad Malchuth. Pardes Rimmonim Tract. 23. cap. 1. hoc titul.

5. Plura vide in Sohar Part. II. Paraſch. Jethro fol. 33. col. 130. & fol. 30. col. 118.

Et Part. I. Paraſch. Breſchith. fol. 25. col. 98.

Et explicationem invenies Part. II. Paraſch. Vajakhel fol. 94. col. 373.

Confer doctrinam de צפרני.

אצל *Emanare*.

מאציל *Principium emittens*, ſeu Emanativum.

נאצל *Emanans*.

אצילות *Emanatio*, Syſtema Emanantium

1. Evacuato primum loco, pro mundis, non contingebant ſe *Lux Infiniti* ambiens, & lux *vacuo* immiſſa; ſed lux infiniti in vacuum illud influebat per *lineam*, *canalemve* quendam tenuem. Illaque Lux eſt *Principium Emanativum* atque emittens (ſive Scaturiens & Emanationis origo.) Lux autem, quæ intra vacuum, eſt *Principiatum Emanans*. Quæ duo non cohærebant, niſi mediante ſupra dicta Linea. Etz Chajim: Parte Ozaroth Chajim: Tract. Adam Kadmon. Vid. אק. item n. 3. מורת. כלים. ישר: מנתא. חלל. רעת. חוטם. אור פשוט. n. 2. ניצוצין. נהי. מלוי.

2. *Aziluth* etiam in ſpecie, & quidem potiſſimum, denotat Syſtema primum è quatuor Olamoth ſive mundis ita dictis vel ſyſtematibus machiniſve: quod exinde *Aziluthicum* dicitur; quale nimirum reperitur poſt factam *Reſtaurationem*, (quam תיקון dicunt) de quo nota ſequentia:

Decem Sephiroth Syſtematis Aziluthici generalis, ſunt decem

decem נקודות seu *Puncta*, quæ primum prodierunt è *Vasis* (ad *fracturam* tendentibus.) Ex istis facta est *restauratio*. Ex primo enim *Puncto* facta est *Corona* Aziluthica, quæ vocatur *Arich Anpin*: ex secundo & tertio, *Abba ve Imma*: ex sex sequentibus, redintegratus est *Seir anpin*: & ex ultimo formata est *Uxor ejus*. Ibidem Tractat. Olam han-Nekudim. Vide ניצוצות. נקבה n. 15. 18.

Videatur etiam Liber Pardes Rimm. Tract. 16. cap. 1. 2.

אק Est abbreviatura Vocum אדם קדמון, qui vocari potest *Adam anterior*: ad distinctionem אדהר id est אדם הראשון seu *Adam primus Paradisiacus*.

ארבע *Quatuor*. De hoc numero videatur Sohar Part. I. fol. 10. col. 38.

Ibid. Parasch. Vajechi fol. 120. col. 476. 477. item fol. 131. col. 522.

Et Parte II. Parasch. Vajakhel. fol. 97. col. 388.

Omnis enim *Quaternio* dependentiam habet à quatuor literis Tetragrammati.

Confer. plura è Sohar huc pertinentia in materia Nocentium. Part. II. Parasch. ki Tissa. fol. 84. col. 333.

Item Parasch. Pekude fol. 116. col. 461. 463.

Deinde de *quatuor generibus suppliciorum* in Breschith. Item P. III. initio Paraschæ Schophetim fol. 132. col. 525. 526.

Et in fine Sectionis Ekebh.

De *quatuor Ventis* & quatuor Cardinibus mundi ibid. fol. 131. col. 524.

Et ibid. Parasch. Pinchas fol. 110. col. 438.

Ser Sahab. hoc titulo.

ארגמן communiter *Purpura*. In Sohar, Section. Trumah. Argaman dicitur collectio omnium colorum. Vide & Pardes Tractat. 10.

2. Per figuram autem Notarjekon, literæ Vocis ארגמן designant Nomina sequentia אוריאל Uriel: רפאל Raphaël: גבריאל.

גבריאל Gabriël: מיכאל Michaël: נוריאל Nuriel. Ipsa autem Vox resolvitur in has quasi radicales ארגם, quæ sunt Gedulah, Gebhurah, Tiphereth, & Malchuth. Uriel autem & Nuriel unum idemque denotant; quatenus scilicet Illa vel à dextrâ, vel à sinistrâ influxum suscipit: vel ab אור *Luce*, vel à נור *Igne*. Videatur Pardes Rimmon. Tract. 24. cap. 6. & Tractat. 23. cap. 1. hâc voce.

ארוך *Longus*. Est Tiphereth; qui Modus etiam vocatur mundus vel systema oblongum, quod est Vav longum. Atque sic tradit R. Schimeon ben Jochai multis in locis in Tikkunim & in Raja mehimna: Ubi simul exponitur, quod isto in loco secundum aliam Longitudinem consideretur. Et ita ubicunque in Lege aliquid de Longitudine occurrit, id ad hoc idem prædicamentum pertinet.

2. Porrò ibidem dicitur, quod etiam appelletur ארך אפים *Longanimus*. Quo in nomine per ארך denotatur Unum quid; per אפים autem duo Vavin, quorum numerus est 12. quæ ambo efficiunt 13. numerum nempe totidem *Modorum miserandi*. Suntque duodecim Termini vel limites. Vav scilicet, senarius unus in Tiphereth; & Vav seu senarius alter in Justo; ille ad dextram, hic ad sinistram; unde duodecim: Unitas autem in medio uniens illa. Corpus enim, (i. e. Tiphereth,) & Fœdus, (i. e. Jesod) judicantur unum esse.

3. Alia tamen horum expositio traditur sub Nomine אריך אנפין.

4. Porrò etiam locus ille Deut. 22, 7. *Et prolongare facies dies in Olam seu mundum*; illum scilicet, qui totus longus est; intelligendus erit de Tiphereth. Pardes Rimmonim Tractat. 23. cap. 1. hoc tit.

ארון *Arca*. Est *Schechinah*: Hæc enim vocatur *Arca*, quia est Cista & receptaculum Modi Tiphereth, qui quasi reconditur intra Arcam suam. Atque hoc est *Fœdus* illud, propter quod Illa vocatur *Arca Fœderis*.

2. At-

2. Attamen quando *Arca Fœderis* vocatur, tunc cum Ipsa in unione est *Justus*, intrinsecus & extrinsecus. Atque hinc exponitur locus Exod. 25, 11. *Intrinsecus & extrinsecus operies Eam.* Sic quoque reperitur in Sohar Sectione Noach: Cum autem ingressus esset in Arcam, tunc arca erat *Arca fœderis*. Id est, antequam ingressus esset *Noach*, qui vocatur *Fœdus*, Malchuth tantum vocabatur תיבה Arca. Postquam autem ingressus esset in Eam Noach, cumque Ea unitus; tunc illa vocatur *Arca Fœderis*. Hæc ibi. Et in Sohar, Sectione Vajakhel, reperiuntur hæc: *Aron*, *Arca* hoc innuit mysterium, quod in illam immitti debeat *Lex scripta*, inque eâ recondi. Et sunt sex asseres vel tabulæ ordine debito junctæ. Atque tunc vocatur Arca, quando sex illæ Eam circumdant, ut inde fiat unum: quia tunc est corpus unum, in quod imponi potest mysterium Legis sex pariter laterum. Et Tabulæ illæ sunt quinque; & imponuntur illuc quinque Libri. Et quinque ista sunt sex, per unum Gradum, qui intrat in recondita ejus; vocaturque mysterium omnium, estque mysterium Fœderis. Cum hoc in quinque illas tabulas subintrat; tunc Arca & lex consistunt in quinq; gradibus; quæ sunt duo Nomina. Et deinde consistit è mysterio quodam uno superno, quod superintegit omnia. Atque hoc est mysterium illius *Firmamenti*, quod ambit & integit omnia; & omnia subsistunt intra recondita ejus. Hæc ibi.

3. Sensus breviter hic est: quod Malchuth sit arca, in quam reconditur Tiphereth, qui Modus est Lex. Et sicut Tiphereth constat è sex membris; ita Malchuth etiam è membris totidem consistit; & sex, sunt palatium & receptaculum aliorum sex. Atque sic in arca sunt sex membra. Deinde, inquit, *in* arca esse quinque: Malchuth enim vocatur ה, id est, quinque: suntque Gedulah, Gebhurah, Tiphereth, Nezach, Hod. Et sic in modo Tiphereth, qui est Lex, in qua quinque Libri sunt quinque Sephiroth supra dictæ. Completur autem

Schechinah ad senarium per mysterium Paranymphi intermedii, qui est Jesod, quatenus Iste clam in Ipsam ingreditur, sub mysterio unionis Maris & Fœminæ. Et per hunc complentur ambo ut utrinque sint sex. & propterea nomen habet Arcæ *Fæderis*, quasi diceretur Arca *Legis*. Propitiatorium autem, quod omnia superintegit est Binah. Et ex his, prædicta omnia sufficienter declarantur, cum totâ naturâ hujus Cognominis. Pardes Rimmon. Tract. 23. cap. 1. hoc titul.

4. Vide plura de his in Sohar Parte II. fol. 96. colum. 383. 384.

Item fol. 117. col. 466.

ארזי לבנון *Cedri Libani.* Sunt Sephiroth, sub isto for-
„ mali, quatenus adhuc sunt in (primâ) sua tenuitate, unde
„ de illis dixerunt Magistri b. m. quod Locustarum cornibus
„ assimilentur.

2. Libanus autem est locus הלובן *albedinis.* Et isti sunt *Cedri Libani, quas plantavit.* Psalm. 104, 16.

3. Alio autem in loco, nempe Sectione Balak, per *Cedros Libani* intelligi vult *tres Patres*, qui sunt *Gedulah*, *Gebhurah*, *Tiphereth*. Fortè quia illi propinqui sunt *Libano*; & ab illo influxum assugunt.

4. *Cedrus* autem *simpliciter*, sine addito, in Sohar, Sectione Vajikra, dicitur esse *Tiphereth*; sub mysterio seu formalitate *Daath*; quatenus scilicet ascendit, ut influxum assugat à *Libano*, quæ est *Corona Summa*. Atque sic etiam exponitur in Sectione Mezora. Pardes Rimmon. Tract. 23. c. 1. hoc tit.

אריה *Leo.* Est *Chesed*; juxta textum Jecheskel. cap. 1. ℣. 10. *Et facies Leonis ad dextram illorum quatuor.* In mysterio nempe sellæ illius curulis supernæ.

2. Nec minus etiam Symbolum in sese continet literarum Nominis עב, seu *septuaginta duarum literarum*, quarum numerus est 216. æquipollens numero vocis אריה. Pardes Rimmonim Tract. 23. cap. 1. h. t.

3. Hoc

3. Hoc idem Nomen, per Gematriam, æquipollet voci יראה *Timor*. Item voci גבורה *Robur, rigor, severitas, fortitudo.* Et tamen refertur ad *Chesed*; quia vox חסד ter sumta, numerum אריה exæquat. Videatur Sohar, Part. III. Parasch. behaalothecha fol. 73. col. 292.

Et Parasch. Balak fol. 98. col. 390.

Et in fine Sectionis va Æthchannan. fol. 129. col. 516.

Item in fine Textus ושננתם; Item in fine Sectionis Ekebh. Vide *Ser Sahab* hâc voce.

4. In Scientia naturali Nomen אריה variè applicatur (1) enim datur גור אריה *Catulus Leonis* prout etiam loquitur Jacobh Gen. 49, ℣. 9. Vox ista גור Catulus numeris refert 209. & si totum contextum vocis adjicias unitatis loco, erunt 210. qui est numerus vocis נעמן, id est, Naëmani Syri Principis militiæ Regis Aram 2. Regum 5, ℣. 1. per quem allegoricè intelligitur materia Medicinæ metallicæ septies per Jordanum purificanda; quam multi metallicæ rei studiosi, Gur vocant. (2) Hancque ut melius cognoscas sume istius vocis נעמן numerum minorem, qui est 21. qui æquipollet numero Nominis Kether, quod est אהיה 21. (3) Numerus נעמן cum tota voce est 211. cui æquipollet nomen Leonis aliud nempe ארי 211. (4) Atque sic etiam אריה leo, numeris æquipollet voci primæ Historiæ istius admirandæ 2. Reg. 5. vers. 1. ונעמן *Et Naaman*; constituunt enim 216. (5) Porrò numeris quoque concordant voces כפיר *Leo juvenis* & ירק viriditas, quælibet enim habet 310. Jamque notum est in mysteriis metallicis in ipso limine occurrere ænigma de Leone viriditatis, qué Leonem viridem vocamus: quem ne, quæso, existima ob aliam causam ita dici, nisi ob colorem: Nisi enim materia tua viridis fuerit non tantum in immediato illo statu antequam in aquá reducitur, sed etiam postquam aqua auri inde facta est; Viam tuam siccam universalem adhuc emendandam esse memento. (6) Ulterius Leonum quoque nomina sunt לביא, quæ

est Leæna, juxta Ijob 4, ℣. 11. *Filii Leanæ separabunt se.* Jechesk. 19, ℣. 2. *Mater tua Leana, inter Leones cubavit.* Nachum. 2. ℣. 12. *Leana ibi.* & ℣. 13. *Leo suffocabat Leanis suis.* Item ליש, quod denotat Leonem ferocem longo & simplici villo, prout reperitur Proverb. 30, 30. *Leo fortis inter animalia.* Hæc duo nomina minore numero referunt septenarium: nam לביא continet 43. quæ sunt 7. & ליש 340. quæ pariter sunt 7. Istis æquipollet nomen פוך stibium quod refert summam 106. & minore numero 7. quo clarius nihil dici posset: præsertim si considerentur istius mineralis cognomina quum vocatur servus capillorum vel villorum longorum, atque rubentium & similia. (7) Adhuc aliud datur Leonis nomen juxta Magistros in Sanhedrin cap. 11. fol. 95. col. 1. nempe שחץ quod etiam Targum Psalm. 17. vers. 12. usurpat, istius numerus est 398. quod numero minore est 2. Atque eundem quoque numerum habet vox Chaldaica צדידא (in Targum 2. Reg. 3, 30. Jirmei. 4, 30. loco Hebraici פוך quod est antimonium, adhibita,) nempe 109. quod cum tota voce est 110. & numero minore 2. (8) Tandem etiam occurrit nomen Leonis nigricantis nempe שחל cujus numerus est 338. quod minimo numero est 5. Jam assume numerum minimum vocis נעמן qui est 3. & minimum vocis Chaldaicæ פרזל ferrum qui est 2. & habebis 5. (9) Rubri Leonis nomine vocatur זהב aurum; & sic non tantum diminuti numeri nominum לביא & ליש efficiunt 14. quem numerum habet זָהָב; sed etiam diminutus numerus vocis זהב est 5. sicut שחל referre modò dixi. Sub hac autem notione aurum intelligendum est vel jam mortificatum, vel nunc demum è sapientum mineris extractum, colore nigrum sed potentia rubrum. Æsch Mezareph cap. 6.

ארך אנפין *Longanimus.* Confer Titulos sequentes: אזנים נקבה, ישר, נהי טנתא אצל. num. 2. 3. 4. 5. 6. item ניצוצות num. 15. 16.

1. In

1. In specie autem de Ipsius Conformatione vide עתיק num. 3. 4. 10. 12. 13. 14. 15. 16.

2. *Arich Anpin* autem ita superinvestit τὸν עתיק seu *Antiquum dierum*. Tres superiores τῶ *Attik* non possunt superinvestiri; nec illarum lucem suscipere potest *Arich Anpin*. Unde relinquuntur apertæ & manifestatæ: consistuntque sub notione מקיף seu Ambientis, respectu *Arich Anpin*.

3. Septem autem inferiores τῶ *Attik Jomin* solæ superinvestiuntur ab Arich Anpin, hoc modo:

Kether, Chochmah, Binah, τῶ *Arich Anpin*, involvunt
Chesed, Gebhurah, Tiphereth τῶ *Attik Jomin*.

Et septem inferiores τῶ Arich, circumdant vestimenti instar Nezach, Hod, Jesod, τῶ Attik, hoc modo: ut,

Duo superiores articuli Sephiræ Nezach in Attik superinvestiantur à
Chesed & Nezach τῶ *Arich*. Et ita
Duo superiores articuli Sephiræ Hod in Attik superinvestiantur à
Gebhurah & Hod τῶ *Arich*.

Articuli autem infimi Sephirarum Nezach & Hod in Attik manent aperti, citra vestium involucra: & relinquuntur inferius in *Binah* infra systema Aziluthicum; ut ibi lucem præbeant Systemati Briatico.

4. *Jesod* autem τῶ *Attik Jomin* vestitur à
Tiphereth τῶ *Arich Anpin*, usque ad pectus Arich, ubi finem habet.

5. In *Jesod Attik Jomin* autem sunt *Chasadim* seu Benignitates; & *Gebhuroth* seu Severitates. Nempe *quinque Chasadim* & *quinque Gebhuroth*. Et quamvis *Attik* in se habeat Masculum & Fœminam: nempe Nomen מה seu τῶν quadraginta quinque: & בן seu quinquaginta duorum: Unde conjici posset, in ipso dari quinque Chasadim & totidem Gebhuroth ex parte Masculi; nec minus ex parte Fœminæ totidem;

prout se res habet in Abba ve Imma seu Patre & Matre: Quia tamen mas & fœmina in Attik una sunt Persona; hinc semel tantum in eo sunt quinque Chasadim, & quinque Gebhuroth. Et istæ omnes, tam Benignitates quàm Severitates prodeunt & manifestantur per orificium *Jesod* τῦ *Attik*: quod modo supra dicto ab Arich Anpin vestitur. Et *Chasadim* quidem extenduntur per latus *dextrum* τῦ Arich, interiùs: Et *Gebhuroth* per latus *sinistrum*. Etz Chajim. Parte Ozaroth Chajim. Tractatu *Arich Anpin*.

6. Hîc notari possunt differentiæ quædam inter *Arich Anpin* seu Longanimum; & *Seir Anpin*; seu brevi irascentem. Nam

Primò: in *Seir Anpin* Chasadim extenduntur per totum corpus ejus; & Gebhuroth omnes dantur Fœminæ. Non verò ita in *Arich Anpin*. Quia in *Seir Anpin* Mas & Fœmina sunt Personæ distinctæ; sed in *Arich Anpin* persona una; in quâ *Chasadim* sunt extensæ per latus *dextrum*, quod masculinum; & *Gebhuroth* per *sinistrum*, quod Fœmininum.

Secundò: in *Arich Anpin* quatuor Personæ prodeunt ex *uno Jesod* τῦ *Attik Jomin*: sed in *Seir Anpin* ex *duobus Jesodin*; nimirum Patris & Matris.

Tertiò: in *Arich*, Fœminæ, (quæ sunt *Binah & Tebhunah,)* prodeunt antrorsum; sed non à Tergo. In *Seir Anpin* autem *Leah & Rachel* à Tergo existunt.

7. Nam notandum: quod in medio corpore *Arich Anpin* sit sepimentum quoddam atque *diaphragma*, separans medietatem supernam ab inferiore: quale diaphragma etiam in homine datur. Et hoc diaphragma transversum est, sub pectore; anteriora ad posteriora connectens in loco טיבור seu foveæ pectoris. Et hoc ipsum est יותרת הכבד Exod. 29,22. *Diaphragma supra hepar*. *Abba & Imma* autem seu Pater & Mater, consistunt ad duo latera τῦ Arich, dextrum nempe & sinistrum; conversis ad se invicem faciebus. Ibidem. Tractatu *Abba ve Imma*.

8. Ab-

8. Abſolutâ conformatione Capitis ע״ד *Attik Jomin*; formabantur ח״ג ſeu Cheſed & Gebhurah Ejuſdem. Et tunc etiam formabantur *Kether & Chochmah* ע״ד *Arich Anpin*, quæ ſunt *duo Capita inferiora è tribus*, quorum mentio eſt in Idra parva. Nam *Cheſed Gebhurah* ע״ד *Attik Jomin* veſtiuntur à *Kether Chochmah* ע״ד *Arich Anpin.* Sed *Binah* ע״ד *Arich Anpin* tum nondum formabatur. Hæc enim eſt differentia inter Arich Anpin, & reliquas perſonas Aziluthicas, quod in reliquis Perſonis caput ſemper conſiſtat è tribus prioribus: Sed *Caput* ע״ד *Arich Anpin* tantùm conſtet ex *Kether & Chochmah.*

Et *Kether* quidem vocatur *Cranium* ע״ד *Arich.*

Chochmah autem vocatur *Cerebrum ejus occultum.* Et hinc patet, quare in *Idra parva trium* fiat *Capitum* mentio; quorum unum eſt in Attik; & duo in Arich Anpin, quæ ſunt Illius Kether & Chochmah: & quare non ſint quatuor Capita, aſſumtâ ſcilicet etiam Binâh. Nimirum quia *Caput Attik Jomin*, quamvis contineat tres primas, nimium eſt occultum; hinc unum tantum vocatur, & quidem ראין, quaſi *non exiſtens. Kether autem & Chochmah in Arich Anpin* duo vocantur Capita, quia tantò magis revelata ſunt.

Binah autem in Arich Anpin in Capitis uſque locum aſcendere non potuit, ſed relicta eſt inferiùs *in Gutture Ejusdem.* Hinc Capitis appellatione non gaudet. Ratio autem, quòd ibi ſubſtiterit, hæc eſt: quia *Arich Anpin* veſtit ע״ד *Attik Jomin* nempe ſeptem Ejus inferiores: Lux autem ע״ד *Attik Jomin* admodum magna eſt; unde *Binah Arich Anpin* eandem non poſſet ſufferre, ſi nimis ipſi eſſet propinqua, vel in Capite ע״ד Arich Anpin locum haberet. Quoniam autem in *Gutture* ſubſiſtit, loco nempe paulò remotiore; hinc Lucem ע״ד Attik Jomin ſuſcipere poteſt. Quæ ratio in reliquis Perſonis ceſſat. Ibidem Tractatu Injan Ibbur ham-Muchin.

ארך אפי׳ם *Longanimus.* Eſt *Tiphereth.* Et in Tikkunim hoc nomen refertur ad Prædicamentum Cheſed. De hoc

hoc autem plura dicta sunt, sub voce ארוך. Item sub voce אנפי רברבי. Pardes Rimmonim Tractat. 23. cap. 1. hac voce.

ארמון *Castellum munitum: Domus munita.* Omninò est Malchuth: prout scriptum est Jirmei. 30, 18. *Et Castellum supra typum vel normam, suam constituetur.* Nec dubium est, quin eâtenus sic vocetur, quatenus superiùs est, quia dicitur: על משפטו *supra judicium, vel typum vel normam suam:* ubi intelligitur *Tiphereth*, qui modus vocatur משפטו Judicium seu norma ejus, quatenus scilicet in Binâh est. Pardes Rimm. Tractat. 23. cap. 1. hoc tit.

ארמנות *Castella munita: Domûs munita.* In Sohar Sectione Vajikra ad locum Psalm. 48, 4. *Deus in munitionibus vel castellis ejus notus est;* Nezach & Hod dicuntur esse *Castella* dimensionis *Malchuth*, ex hâc ratione: quia concubitûs tempore in illis colligitur influentia, tanquam in Testiculis masculinis, in quibus influxus seminalis colligitur: atque deinde per Fœdus immittitur in uterum Fœminæ. Eodem namque modo influxus congregatur in Nezach & Hod, qui duorum Testiculorum Masculi analogiam habent; proditque per Justum. Quando igitur pleni sunt Hi, atque instructi ad ista, tunc vocantur Castella (quasi Gazophylacia munita) plena influentiæ. Pardes Rimmonim loco jam citato.

ארץ *Terra.* Simpliciter sine addito, est Schechinah, seu Malchuth, quæ instar Terræ est respectu omnium Sephirarum. Atque sic quoque traditur in Tikkunim his verbis: Postquam „ expositum est per verba: את השמים intelligi Modos Tiphe- „ reth & Malchuth; item per ואת Jesod & Malchuth deno- „ tari; deinceps pergit Textus dicendo: הארץ *Terra.* Hoc est „ vas omnium: id est, receptaculum eorum omnium, quæ su- „ perius sunt. Sicut se habet Terra, quæ in se recipit, quic- „ quid effunditur à superis. Hæc ibi. Atque hæc jam expo- „ suimus prolixius Tractatu libri Pardes 8. Porrò & in Rajæ

Me-

Mehimna circa hanc materiam reperiuntur ſequentia: O ſenior, ſenior! Schechinah vocatur Terra. Sicut dicitur Jeſchai. “
66, ỳ. 1. *Terra eſt ſcabellum pedum meorum.* Reſpectu Che- “
ſed gaudet nomine, &c. Reſpectu Gebhuræ autem dicitur “
Terra, fundus omnium. Idque ratione partis Ejuſdem in- “
fimæ, quæ eſt notio Ipſius poſtrema; quoad naturam interiorem ſcilicet, juxta quam ab omnibus ſimul influxum recipit. Unde Vas quoque & receptaculum omnium dicitur.

2. Nomine ארץ autem inſignitur, quatenus iſtud alludit ad etymon nominis רצון. quod eſt *Benevolentia, Gratia:* quia eſt κεχαριτωμένη gratiâ (è ſupernis) cumulata, propter optimam illam, quam ſuſcepit influentiam. Et hanc explicationem debemus R. Schimeoni ben Joohai, qui in Sohar, Sectione Breſchith, ad locum illum Gen. 1, ỳ. 10. *Et vocavit Deus aridam Terram, &c.* ſic inquit: Et quæ erat Arida, facta “
eſt ארץ *Terra.* ארעא autem *Terra* eſt רעוא *gratia ſeu be-* “
nevolentia perfecta, quanta Ipſi convenire poteſt. Hæc ibi. “

3. Cum autem nomen hoc ארץ adjunctis quibusdam Epithetis aliis modificatur; tunc etiam alias identidem habet ſignificationes. Nam

ארץ עליונה *Terra ſuperna* eſt *Binah:* Cui *Terra* nomē propterea tribuitur, quia ſicut ſe habet Malchuth ad ea, quæ ſupra Ipſam ſunt conſtituta; ita ſe habet Binah inter tres ſummas. Vel quia, ſicut Terra varia producit germina & genimina; ita Binah producit הויות ſeu modos ſubſiſtendi, vel Tetragrammaticos, eosque deducit in actum. Quæ ratio poſterior etiam applicari poteſt ad Malchuth. Epitheton autem *ſuperna* in Binah ſuperadditur ad differentiam *Terræ inferioris*, quæ eſt Malchuth.

4. Porrò datur

ארץ החיים *Terra Vitæ.* Hoc nomine ambæ denotantur, Malchuth ſcilicet, & Binah. Et de Malchuth quidem hæc reperiuntur in Libro Orah: Iſta Dimenſio, quatenus in ſe ſuſ- “

„ cipit benedictiones supernas, influxusque species varias, ab „ arbore Vitæ; id est, ab illo modo, qui vocatur *El Chai*, nomi„ natur *Terra vitæ*. Hæc ibi. Et hæc quidem ad Binah applicari nequeunt. De hâc tamen R. Moscheh sic habet: Eidem propterea hanc tribui appellationem, quod Chochmah in Illa habitet, quæ dicitur Vita; eò quòd ab Ipsa derivetur Vita; juxta illud, quod scribitur Ecclesiastæ 7, vers. 14. *Sapientia vivificabit habentes eam.*

Alia ratio hæc esse videtur: Propterea scilicet ambas ita vocitari, quia à Binâh dependet Sephirarum vita atque alimentum, & influxus; à Malchuth autem Vita omnium inferiorum. Ut ita nervus istius nominis consistat in influxu vitalitatis in omnia, quæ vitam ab illis hauriunt. Quibus paria occurunt in Libro Sohar Sectione Breschith; verba sunt hæc: *Terra vita*, qui est mundus qui venit. Hæc ibi. Quorum verborum sensus est hic: Rationem, quare dicatur *Terra vitæ*, petendam esse ex eo, quod appelletur *Mundus, qui venit*, seu systema quod accedit & influit. Nam עולם הבא habet notionem influxus. In Tikkunim autem inquit R. Schimeon ben Jochai: quatenus & quando Malchuth in se continet sex (supra se locatas mensuras,) tunc omnes in Ipsâ vocantur Terra Vitalitatum. Pardes Rimmonim Tractat. 23. cap. 1. hac voce, cum antecedentibus duabus.

5. In Schaare Orah autem (ubi hoc nomen connectitur cum עץ הדעת) sub

ארץ החיים habentur sequentia: *Terra vitæ* appellari solet Sephirarum ultima. Cum metrum hoc *à Ligno vitæ*, per mensuram El Chai (vide אל חי) largas benedictiones variumque à superis defluxum haurit; tunc ארץ החיים *Terra vitæ* appellari consuevit. Unde defuncti, qui sepulti sunt in Terra Iisraël, quæ huic mensuræ accommodata est, resurgent primi: & qui Legem, ejusque mandata servaverit, quive membris puris huic mensuræ adhæserit, is & post obitum vivere dicitur:

citur: Juxta illud, 2. Schemuel. 23, 20. *Et Benajah filius Jehojadah, filius Viri* חיל *id est robusti:* Scribitur enim חי, quod vivum sonat; legitur autem חיל: & ambo quidem se inferunt mutuò. Quicunque igitur huic mensuræ consortem se statuit, vitâ æternâ dignum se reddit: juxta illud Deut. 4, ℣. 4. *Et vos qui adhæretis Tetragrammato, Deo vestro, vivi vos omnes estis hodie.* Quod verò Majores, in Tractatu Pesachim, admiratione quadam proferentes; contingitne (inquiunt,) quempiam Schechinæ adhærere? ratum utique est; sed mysticum quid includit, & cœlat. Quare enim dicit Deus benedictus, cap. 10, ℣. 20. *Dominum Deum tuum timebis & ei servies, & adhærebis.* Item cap. 13, ℣. 4. *Et ipsi servietis, & ipsi adhærebitis:* & cap. 4, vers. 4. *Et vos, qui adhæretis Tetragrammato Deo vestro, &c.?* Sciendum scilicet, & credendum, per mysterium formæ & puritatis membrorum fieri posse, ut homo adhæreat Schechinæ; Quamvis enim Illa sit *Ignis consumens;* attamen talis quoque Ignis Illa est, quo delectari possunt & voluptate perfundi, qui eidem adhærent, neschamâ seu mente purâ, quæ vocatur *Lucerna Tetragrammati* Proverb. 20, ℣. 27. Ab hâc enim mensurâ accenditur Lucerna Neschamæ, quæ eidem etiam adhæret, & illuc adspirat. Schaare Orah sub Adonai; ubi sequitur ספר החיים.

6. ארץ ישראל *Terra Iisraël.* Vide כנסת ישראל Ecclesia Iisraël. Item אל חי.

7. Ulterius ארץ החפץ *Terra beneplaciti* Binah vocatur ut & Malchuth. (juxta Malachi. 3, ℣. 12.) Ratio congrua hæc est; quia Sephiræ iisdem oblectantur & eis bene affectæ sunt. Ut enim Binah libentissimè Influxus suscipit; ita supernæ cum gaudio pronoque studio in Ipsam influunt: Sicut & omnes pariter eâdem benevolentiâ in Malchuth immanant: quia Schechinah inter Naturas inferiores debitâ opus habet Excellentiâ. Vox autem חפץ *Beneplacitum, bona voluntas, desiderium, studium,* habet connotationem influendi. Pardes Rimm. Tr. 23. c. 1. h. t.

8. ארץ חמדה *Terra desiderii, desiderabilis.* (Psalm. 106, vers. 24. Jirmei. 3, vers. 19. Sechari. 7, vers. 14.) ita vocatur Malchuth, quatenus nimirum perfecta est, & continet ea, quæ supra Ipsam. Vox enim חמדה *desiderium*, connotat perfectionem; (quod enim desideratur, pro perfecto agnoscitur.) Unde Gen. 2. vers. 2. quod in Hebræo est ויכל אלהים *Et perfecit Deus in die septimo opus;* Targum Hierosolymitanum transfert, ויחמיד & pro perfecto agnovit, sive ceu perfectum deamavit & desideravit. Quando enim Malchuth perfecta est, atque instructa omni suo ornatu; ista Ipsius pulchritudo ornatusque & decor Ejus expetitur à superis & inferis.

9. Eadem rursus dicitur

ארץ טובה *Terra bona.* Idque quando sibi affugit Lucem è parte *Boni*, qui est *Chesed*. Latetque hâc in phrasi connotatio illuminationis prout apparet è loco Exod. 30, vers. 7. בהיטיבו *Quando benè* lucere facit lucernas. De voce טוב autem suo dicetur loco.

10. Hæc Ipsa porrò quoque vocatur

ארץ רחבה *Terra ampla;* quatenus scilicet influxum habet à Binâh, ejusque notione infimâ, quæ dicitur רחובות הנהר *Dilatationes fluminis* (Confer. Prov. 5, vers. 16.) & de quâ etiam exponendus est locus Prov. 1, ℣. 20. *In locis amplis* (qualia sunt fora, plateæ, &c.) dedit vocem suam. De quo latiùs suo loco.

11. Tandem quoque occurrit Nomen

ארץ גזרה *Terra decreti, decisionis.* Nimirum Levitic. 16, ℣. 22. *Et portabit hircus super se omnes iniquitates eorum in Terram decisionis* (aliis sejunctionis, id est, inhabitabilem.) „ Quod in Tikkun. fol. 44. b. ita exponitur; quod sit locus Decreti Vigilum, Daniel. 4, ℣. 14. nempe subjectus satanæ. Quæ fortè & salsuginosa est, & inhabitabilis (juxta Jirmei. 17, ℣. 6. Psalm. 107, ℣. 34. Deuteron. 29, ℣. 23. Zephani. 2, ℣. 9. Judic. 9, ℣. 45.) Ubi tamen objici potest vocis ארץ etymon, quod nempe

nempe sit quasi à רצון seu benevolendo. Sed responderi potest, eandem vocem etiam derivari à רץ cucurrit, juxta Prov. 1, ✝. 16. *Nam pedes eorum ad malum current.* Pardes Rimmon. Tract. 23. cap. 1. his titulis.

12. Vide plura de nomine ארץ & materia huc pertinente in Sohar parte II. Sectione Vaæra. fol. 14. col. 53.

Et Trumah. fol. 70. col. 279.
Parte III. Sectione Balak fol. 97. col. 387.
Ib. Sectione in Vaæthchannan. fol. 128. col. 509.
Ib. Sectione Achare fol. 33. col. 130.
Parte I. Sectione Vajechi fol. 34. col. 147.
Parte III. Sectione Tasria, sub initium.
Parte I. Sectione Breschith fol. 5. col. 17.
Parte III. Sectione Vajikra. fol. 1. col. 3.
Item Sectione Kedoschim. fol. 38. col. 152.
Et Sectione Pinchas. fol. 109. col. 433.
Et Sectione Behar. fol. 53. col. 211.
Parte II. Sectione Jethro. fol. 36. col. 141.
Parte III. Sectione Tasria fol. 23. col. 91. Hæc Ser Sahabh h. l.

אש *Ignis.* 1. Ubicunque Vox Ignis absolutè reperitur atque simpliciter, ibi intelligitur *Gebhurah.* Atque hoc nomen connotat Judicium, quod Igni vehementi assimilatur. Multi autem dantur Ignes, & speciatim quinque. Unde „ Mischnah inquit; Sevachim cap. 5. Et totum absumitur Ignibus. Ubi intelliguntur quinque Ignes, omnes ad Prædicamentum Gebhura pertinentes. Hæc namque etiam vocatur *Ignis devorans* Exod. 24, ✝. 17. *Ignis inflammans* Deuter. 32, ✝. 22. *Ignis consumens omnia, &c.*

2. Datur autem &

אש חלושה *Ignis debilitatis.* Hæc est *Binah*, quæ propterea sic appellatur, quia ab illa initium habet Judicium, prout expositum est Tractatu 8. libri Pardes.

3. Et in Raja Mehimna Binah etiam dicitur
אש יורד *Ignis descendens*, quo denotatur Misericordia.
4. *Malchuth* autem ibidem vocatur
אש עולה *Ignis ascendens*; quo denotatur Judicium. *Malchuth* enim quatenus particeps fit influxus Gebhuræ, *Ignis* est.
5. Atque sic *Gebhurah* quoque vocatur
אש הגדולה *Ignis magnus*, in oppositione ad mensuram Malchuth, quæ est *minor*.
6. Deinde *Gedulah* vel *Chesed* appellatur
אש לבנה *Ignis albicans*, quo denotatur Judicium proximè accedens ad misericordiam, quæ *albedinis* symbolo gaudet. Quidam tamen hoc nomen referunt ad modum Tiphereth, qui est *Ignis* propter *Gebhuram*; *albedinem* autem habet, propter *Chesed*.
7. Ulterius *Gebhurah* nominatur
אש ממים *Ignis ex aquis*, quia emanat à Chesed, cui *aquarum* appellatio tribuitur, prout dictum est Tractatu 5. libri Pardes.
8. Et *Tiphereth* vocatur *Ignis & Aqua*, prout dicetur sub nomine שמים.
9. Porrò etiam occurrit
אש נוגה *Ignis splendoris*, vel *Ignis*, qui simul & *splendor* est: quod nomen R. Schimeon ben Jochai in Raja Mehimna tribuit Schechinæ, quatenus Ista refertur ad Nezach & Hod: ita ut *Ignis* appellatio Ipsi competat propter Hod; & *splendoris* propter Nezach. Pardes Rimmonim Tractat. 23. cap. 1. hoc titul.

10. De Igne autem plura videri possunt in Sohar Part. I. Sectione Breschith. fol. 36. col. 141. 142.
Ibidem folio 39. col. 153. 154.
Parte II. Sectione Vajakhel fol. 97. col. 387.
Parte III. Sectione Zav. fol. 12. col. 45.
Ibidem Sectione Naso. fol. 66. col. 241.

אִשָּׁה *Virago: Uxor; Fœmina.* 1. Est *Malchuth.* Ratio denominationis à Quodam datur hæc, quod *Viri*, infra ipsam locum habentes, ab Ea influxum accipiant. Quod ex eo confirmatur; quia omnia, quæ sub ipsa sunt, in mundo separatorum, ab Ea alimenta sua habent.

2. Rectius tamen propterea hoc nomine appellatur; quia Ipsa est Vis quædam fœminina, quæ influxum accipit a tota Aziluth, eumque porro distribuit, per Marcavas seu Thronos Sellasve curules.

3. Vel potiùs, quia est *Ischah, Uxor*, Mariti sui, Sponsi, qui est Tiphereth.

4. Nec dubium est, quin Etymon hujus Nominis sit ab אש *Ignis*; ob communicationem Ejus, quam sugendo habet cum Gebhurah. Ipsi autem apponitur ה, ad designandum genus Fœmininum: Cum in *Viri* appellatione, id est in איש reperiatur י, quasi dicatur י אש *Ignis Joddatus*, id est masculinus. Si autem componantur ambo, inde fit יה אש, *Ignis Domini.* Et unus quidem Ignis, remoto omni dubio, est ad dextram; estque *Ignis albus;* Alter autem est ad sinistram; *Ignis* nempe *ruber:* quæ apparent ex יה, ubi Jod dextrum, He, sinistrum designat. Pardes Rimmonim Tract. 23. c. 1. h. t.

5. Videantur plura de *Uxore* in Sohar Part. I. Sect. Breschith, fol. 39. col. 154. 155.
Part. II. Sect. Pekude fol. 110. col. 437.
Fol. 119. col. 473.
Part. III. Sect. Tasria fol. 19. col. 80.
Fol. 20. col. 83.
Sect. Æmor. fol. 43. col. 171.
Sect. Pinchas, fol. 121. col. 481.
Part. II. Sect. Mischpatim; fol. 46. col. 183. 184.
Part. III. fol. 134. col. 534. Ser Sahab.

אִשֶּׁה *Ignitum; sacrificium Igne absumendum.* Est *Malchuth* sub conceptu suo infimo, ubi omnes Vires judicii cum mi-

miserationibus sese conjungunt; cumque omnes junctæ atque collectæ sunt in Illa; tunc ille status vocatur אשה. Sic traditur in Cantico Canticorum ad locum Cant. 1, 4. *Trahe me post te, curremus, &c.*

אשישות Communiter *Lagena, phiala, vasa vitrea* ad potum vini destinata. Item *Ignes*: It. *Conjuges*: 1. In Tikkunim fol. 142. col. 1. dicitur, hoc nomine intelligi *duos Ignes* [vide „ hujus vocis explicationes alias in Tikkunim fol. 98. col. 1. fol. „ 116, col. 1.] Ignem Jod, & Ignem He: quasi nimirum mix- „ tura institueretur duorum colorum, Ignis nempe rubentis „ & Ignis albidi, sub mysterio amplexandi, cardinisque septen- „ trionalis & meridionalis, prout hæc exposuimus Tractatu nostro 8. Quibus symbolis denotantur duo illi Ignes, *Pater* nempe & *Mater*, quos exhibet Nomen יה, ubi Jod est Pater; meridiem versus ad dextram locum habens; He, verò, Mater versus septentrionem ad sinistram consistens. Qui duo etiam sunt איש & אשה *Vir & mulier* (de quibus in Tikkunim fol. 98. col. 1.) Atque propterea scriptura ait Cant. 2, 5. *Sustentate me* באשישות *per Aschischoth*, seu per duos illos Ignes, quibus innuitur modus ille amplexandi de quo versu sequente 6. *Sinistra ejus sub capite meo, & dextra ejus amplexetur me*; quæ sunt verba Schechinæ. Atque hæc est expositio Libri Tikkunim.

2. Sed in Sohar Sectione Schemini hæc habentur: „ *Aschischoth* sunt Patres, qui primum adimplentur Vino illo „ bono quod asservatum est. Hæc ibi. Quibus verbis innuitur Tres Patres (qui sunt Gedulah, Gebhurah, Tiphereth) vocari phialas, quatenus scilicet impleti sunt vino illo asservato, quæ est influentia Binæ.

3. Hinc dici fortè posset quod hoc nomine propterea intelligatur *Isch*, & *Ischah*, *Maritus & Uxor*, quatenus scilicet consistunt in Gedulah & Gebhurah: quæ quasi superintegunturI gne; quod est Vinum asservatum, exhilarans, & cupiditatem amorosam exsuscitans. Pardes Rimmon. Tract. 23. c. 1. h. t.

אשכלות

אשכלות *Botri.* Sunt *Nezach & Hod*, quatenus applicantur ad Justum: In hunc enim derivatur mysterium Vini asservati in Uvis suis; & iste in torculari illud calcat per unionem. Hac igitur ratione Nezach & Hod vocantur botri, quatenus scilicet pleni sunt musto & vino, in Justum immittendo sub mysterio Unitionis.

2. His in Sanctitate constitutis opponuntur duo extrinsecus constituti, qui vocantur è Deut. 32, 32. *Botri amari ipsis.* phrasi desumta è significatu loci Jeschai. 49, 21. שכולה *orbata* וגלמודה & *solitaria.* Et isti proveniunt ex *orbante* illa, quæ est quasi Terra, quæ *sicut vestis veterascet* è Jeschai. 51, 6. nempe Lilith improba. Pardes Rimmon. Tract. 23. c. 1. h.t.

אשמורות *Vigiliæ.* 1. In Sohar Sectione Beschallach. P.II. fol. 24. col. 97. ad locum illum Thren. 2, 19. *Surge, prædica in nocte, in principio vigiliarum, &c.* Expositio ita instituitur, ut per principium intelligatur *Jesod*; per Vigilias autem *Nezach & Hod*, quia Jesod istorum principium est; prout hoc explicuimus Tractatu 5.

2. In eodem tamen loco libri Sohar R. Abba inquit: quod vox אשמרות scribatur defectivè sine Vav; & intelli-" gatur, principium illud, quod vocatur Caput lecti; Gen. 47." ult. quodque omnia dicantur de Rege Sancto superno, unde " (in loco illo qui explicatur nempe Ex. 15, 1.) subjiciatur, ליי " *Domino.*

3. Eodem modo *Jesod* ita vocatur, qui est Vivens per œones.

4. Et forte *Nezach, Hod & Jesod*, omnes simul Vigiliæ vocantur, quia similes sunt custodiis illis atque vigiliis in quas Nox (i. e. Malchuth) dividitur. Ista enim influxum sugit ab omnibus tribus, atque nunc ab hoc, nunc ab illo participat. Pardes l. c.

אשל *Arbor magna.* 1. Locus Gen. 21, 33. *Et plantavit Æschel;* explicatur de *Malchuth.*

2. Mihi autem videtur intelligendus de Tiphereth, quatenus eſt in Malchuth; quia hoc loco contingit plantatio ejus; unde expreſsè dicitur loco Gen. 21, 33. *Et plantavit arborem in Beerſcheba.*

3. Eſt autem *Æſchel, arbor magna.* Et ille vocatur *Æſchel* reſpectu Binah, quia tres iſtius Vocis literæ ad iſtam referri ſolent, prout dictum eſt multis in locis. Pardes Rimmon. Tract. 23. c. 1. hac voce.

אשר *Beatitudo*, item *qui, &c.* item *greſſus.* 1. Hanc vocem R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim duobus modis explicat. Primò enim ab illo, hoc nomine intelligitur *Binah*, juxta illud quod dicitur Geneſ. 30, 13. In *felicitate mea, quia* „ *beatificabunt me filiæ*; quæ ſunt verba Leæ. Similia reperiun- „ tur in Sohar Sectione Vajechi, his verbis: Veni, obſerva! „ *Ex Aſcher:* (Gen. 49, 20.) iſte eſt locus, quem omnes bea- „ tum prædicant; quis autem eſt locus ille? *Mundus qui venit*, „ quem ſuperiores & inferiores beatum prædicant, & ad quem „ cum deſiderio tendunt. Ubi quidem ſignificatio gradien- „ di, tendendi, eundi locum haberet.

2. In Tikkunim autem expoſitio occurrit alia, priori tamen non adeo abſimilis: quod nempe אשר pertineat ad *Kether*, ſeu Coronam, ſed tamen quatenus iſta reſpicit *matrem.* „ Verba ſunt hæc: אשר eſt אהיה, quod certum eſt: hæc au- „ tem eſt Corona ſumma ex parte fœminæ: illi hoc nomen „ tribuitur, &c.

3. Sed in Midraſch Schir has-Schirim ad locum illum „ Cant. 1, 1. אשר, *quod eſt Schlomonis*; *Aſcher* refertur ad *Ti-* „ *phereth*; ratio additur, quia iſte currit & redit; aſcendit ad „ Binah & deſcendit ad Malchuth: per Aſcher autem deter- „ minatur, quod ſtet, iſto in loco; vel in illo.

4. Porro in Tikkunim alibi *Aſcher* refertur ad *Choch-* „ *mah*; verba ſunt hæc: Ex parte Coronæ ſummæ nominan- „ tur tres Sephiræ, *Æhjeh, Aſcher Æhjeh.*

5. Sic

5. Sic ergò *Ascher* tribus esset in locis; in **Binah**, in *Chochmah*, & in *Tiphereth*. Atque sic alio quodam in loco in Tikkunim *Ascher* eruitur è voce Bereschith; diciturque, quod Ascher sit Mater, quò pertineat illud Ex. 3, 14, *Æhjeh, Ascher Æhjeh.*

6. Pro conciliatione horum dicimus, quod *Ascher* denotet mysterium Influendi è Binah per unionem, in Daath factam. Id quod traditur in Sohar, Sectione, Achare moth P. III. Verba sunt hæc: Reperimus in Libro Regis Schlomoh: "
אשר בקטורא דעדונא קסטיר עילאה בחברותא אשתכח Ascher "
pertinet ad nexum Voluptatis, ubi Palatium supernum in "
conjunctione reperitur: sicut dicitur: Gen. 30, 13. *In bea-* "
titudine mea, quia beatam me prædicabunt Filiæ. Hæc ibi. "
Hic per vocem קסטירא intelligitur היכל Palatium, Ædes, Templum: & sic Targum Jeruschalmi ad locum illum Gen. 25, 16. *Isti sunt filii Jischmaël, & ista nomina eorum in oppidis suis*, ובטירותם *& in palatiis suis*, loco hujus ultimi habet ובקסטרוותהון *& in castris seu castellis, arcibus, palatiis suis:* Ex quo patet, quod קסטירא idem sit quod היכל *palatium.* קטורא autem est קשור *nexus, ligatura*, & יחוד *unio.* Sensus ergò est hic: קיטורא דעדונ est *Unio, conjunctio & nexus* העדן *Voluptatis*, quæ est Chochmah, quando Binah, quæ est *Palatium supernum*, quod קסטירא עילאה vocatur: בחברותא, i. e. *in Conjunctione* plenaria & perfecta reperitur. Uno verbo: Vox *Ascher* refertur ad Chochmah; Ista, quatenus conjuncta est cum Binah, vocatur *Ascher*. *Ascher* igitur est notio ultima in Chochmah, & prima in Binah; unde Leah dixit, loco citato, *In beatitudine mea; quia beatam dicent me Filiæ:* ubi intelligitur influxus, qui in illam demittitur è Chochmah. Per illum enim se beatificatum iri putat inter filias, id est, reliquas Sephiroth. Atque sic explicuimus textum hunc Soharisticum; è quo colligitur; quod Chochmah, quatenus concipitur unita esse cum Binah; & Binah, quatenus concipitur uniri cum Chochmah,

vocetur *Ascher*. His præmissis non procul aberit, quin Ascher etiam referri possit ad *Tiphereth*; quia iste modus illas unit & copulat sub mysterio Daath; prout expositum est Tractatu nostro 3. capite 8. item Tractatu 8. cap. 17. Et quia Beatitudo per illum immittitur à Chochmah in Binah, ideò & Ipse vocatur *Ascher*.

7. In Cantico Canticorum autem, è quo supra (§. 3.) locum adduximus, vox *Ascher* videtur significationem habere *gradiendi*, & *eundi*, sicut Psalm. 37, 31. *Non nutabit* אשריו *gressus ejus*. Unde ibidem dicitur; quod stet nunc hoc nunc illo loco: quoniam aliquando consistit in Binah; aliquando stationem habet in Malchuth, sicut ibidem ostenditur. Ubi etiam dici posset, quod ascendat ad Binah sub mysterio Daath, ad uniendum scilicet. Sic huic uni uterque sensus tribui potest, nimirum æquè ex significatione *eundi*; ac ex significatione *beatitudinis*: Ascendit enim & unit Patrem & matrem; idemque descendit & unitur cum Malchuth; idque simul una vice.

8. Ulterius & in Jesod invenitur applicatio vocis Ascher. Atque sic traditur Sectione Breschith ad locum illum Gen. 49, 20. *Ex Ascher pinguis panis ejus*; adducto in explicatione textus Gen. 2, 1. *Et perfecti sunt cæli*. Et fortè iste modus eatenus sic vocatur, quatenus influxum sugit à Tiphereth, tempore scilicet unionis occultæ. Quamvis etiam cum ascendit, unitque Patrem & Matrem, descenditque & unitur cum Malchuth, id per Jesod fiat; & per illum influxus emittitur è Chochmah in Binah: & hinc derivatur in Jesod, & hinc porro in Malchuth: unde hæc vocatur אשרה, fœminino genere de quo mox suo loco, auxiliante Deo.

אשירה Communiter *Lucus*; hîc Fœmininum ab אשר In Sohar enim Sectione Breschith ad locum illum Gen. 2, 6. *Et formavit Dominus Deus hominem, &c.* Part. I. fol. 35. col. 137. „ hæc reperiuntur: Cum uxor marito suo jungitur, tunc ejusdem

dem quoque appellatur nomine; & quia ille vocatur איש "
Vir, ipsa vocatur אישה *Uxor*: Ille צדיק *Justus*; ipsa, צדק *Ju-* "
stitia: Ipse עפר *Hinnulus*; ipsa eodem nomine sed fœmini- "
no genere: Ipse est צבי *Capreolus*; Ipsa pariter eodem gau- "
det nomine. Jechesk. 20, 6. Atque sic quoque scriptum "
est Deut. 16, 21. *Non plantabis tibi* אשרה *Lucum cujuscunque* "
ligni ad altare Domini Dei tui, quod facies tibi, &c. (Ubi nota.) "
אשר *Beatus* vocatur maritus uxoris: Ipsa autem juxta mariti "
nomen vocatur אשרה. Unde etiam 2. Reg. 23, 4. dicitur: "
לבעל ולאשרה, quasi sensus esset, *marito & uxori, &c.* Qui- "
cunque enim colunt solem, appellantur cultores Baal, & qui "
Lunam colunt, cultores Ascherah vocantur. Ascherah er- "
go fœminæ nomen est, ex appellatione mariti אשר, &c. Sen- "
susque petatur ex eo quod scriptum est Gen. 30, 13. *In bea-* "
titudine mea, &c. Hæc ibi. Hinc patet, quod Malchuth vo- "
catur Ascherah quatenus influxum à Tiphereth assugit. Pardes Tract. 23. c. 1. h. t.

את *Particula*. 1. Omnes Interpretes in hoc conveniunt, quod Particula ista denotet Malchuth, quia Ipsa est Fœmina.

2. Sed R. Schimeon ben Jochai eandem ita explicat: quod א sit masculus, ת autem Fœmina. Dicitque ita vocari mensuram Malchuth, quando in Ipsa effigurata est virtus masculi, quem jam supra se susceperat. Atque ista jam explicata sunt Tractatu libri Pardes 20. cap. 4.

3. Alio in loco inquit: Lex perfecta est, ab Aleph us- "
que ad Tav. Quando enim concepit à masculo, tum literæ "
in ea effigurantur. Prout ista exposita sunt Tractatu libri "
Pardes 27.

4. Aliter adhuc de his loquitur Sohar, Sectione Vajechi, his verbis: Quando triginta duæ semitæ immittuntur in Ti- "
phereth, à Lege superna, (decidua enim sapientiæ supernæ, "
Lex dicuntur) & Tiphereth easdem triginta duas semitas in- "

„ fluendo demittit in Malchuth, tunc Malchuth vocatur אֵת: „ quia hæc particula innuit Eandem tunc planè consistere è „ viginti duabus literis. Nam triginta duæ semitæ sunt viginti duæ literæ & decem Dicta. Ex quibus patet, quod אֵת sit Malchuth, innuatque totum Syntagma triginta duorum per Tiphereth demissorum. Nam unio א, qui est masculus, cum ת, quæ est fœmina; fit per Chochmah, quæ emittit triginta duas semitas in Tiphereth, prout dictum est. Pardes Rimmon. Tract. 23. cap. 1. h.t.

5. Vide plura in Sohar Parte I. Sectione Vajera fol. 72. col. 285.

Parte II. Sectione Trumah fol. 60.

Parte III. Sectione Pinchas fol. 99. col. 396.

Parte II. Sectione Jethro fol. 40. col. 160.

Parte III. Sectione Debharim. fol. 124. col. 493.

אָת *Signum.* In Tikkunim *Jesod* dicitur vocari את, quod Chaldaicum est, idem significans quod Hebraicum אות signum: de quo vide supra hoc titulo. Pardes Tractat. 23. cap. 1. hac voce.

אַתְּ *Tu Fæmina.* In Sohar Sectione Lech lecha; ad locum illum Gen. 12. vers. 11. *Ecce nunc cognovi, quod mulier pulchra aspectu Tu;* dicitur istam particulam denotare dimensionem Malchuth. Quod si hæc autem vocetur אתה id fiet ad eundem modum, quo occurrunt ליל & לילה nox: נער & נערה puella; (nempe per Paragogen.) Vide Tractatum libri Pardes 8. cap. 2. & Tractat. 23. cap. 1. hac voce.

אתה *Tu.* 1. In Libro Orah dicitur, quod *Tiphereth* vocetur אתה adductâ ratione è loco Psalmi 76, vers. 8. *Tu terribilis, Tu.* נורא enim *terribilis*, omninò ad Prædicamentum Tiphereth pertinet; prout suo loco dicetur. Ratio autem quare hic Modus vocetur *Attah Tu*, hæc esse dicitur: quod in illo sit mysterium lineæ mediæ, à quâ protenduntur omnes rami, omnesque proveniunt fructus & Mercaboth seu vehicu-

la

la vel combinationes, quæ myſticè creari dicuntur per Alphabetha. Omnia enim creata dicuntur juxta myſterium libri Jezirah. Hinc in iſto nomine exiſtunt literæ Aleph & Tav, cum ſigno quinque effluxuum, prodeuntium è Binah. Hæc breviſſimè è libro citato.

2. His addit R. Moſcheh: Et quia hic modus emanavit è Binah, hinc dicitur Pſalm. 93, 2. מעולם אתה *Nomen Attah* (venit) *ex Olam.*

3. Cumque his concordat & R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim, quod nempe *Attah* ſit in *Tiphereth.*

4. Idem tamen R. Schimeon ben Jochai in Pekudin, Pekuda לברכא aliter ita edocet: אתה eſt initium, quo manifeſtatio foras prodit. Et propterea vocatur אתה. Quis autem eſt ille? Eſt myſterium dextræ. His verbis oſtendit, quod *Cheſed* vocetur אתה pronomen ſecundæ perſonæ, ut oſtendatur principium revelationis & repræſentationis, quæ non contingit in tribus prioribus, quæ occultæ ſunt; Prout diximus tractatu libri Pardes 8. Ubi quoque adduximus, quod ex hoc fundamento exponat locum Jeſchai. 25, 1.

5. Hæc conciliari poſſunt ex eo, quod ibidem in Pekudin additur his verbis: Etiam lumen, quod non lucet, vocatur Attah, quando adhæret dextræ. Ubi ſenſus eſt, quod Tiphereth, quia & quatenus inclinat ad dextram, [quia exinde vocatur Lex ſcripta, prout dicetur ſuo loco.] tunc vocetur אתה.

6. Atque ſic & *Malchuth*, quia & quatenus inclinat ad dextram, ſub cognomine *Poculi benedictionis*, quod ad dextram refertur, nomine אתה appellatur.

7. In Sabha autem (qui eſt locus Soharis in Miſchpatim) contrarium aſſeritur, quod nempe fundamentum appellationis אתה ſit *Malchuth*, quodque Cheſed tum demum vocetur Attah, quando unitur cum Malchuth.

8. In Sohar autem ad locum illum Jeſch. 25, 1. *Domine*

Deus

Deus meus Tu. Vox Attah refertur ad Chesed, adduciturque „ ratio ex loco Psalm. 110,4. *Tu Sacerdos in æternum.* Sed ad„ ditur: Conclusum autem est, tria dari loca, quæ singula vocentur Attah. Quibus verbis simul respiciuntur Tiphereth & & Malchuth. Atque sic in Sohar Sectione Vajeze; dicitur, Istum esse mundum revelatum, unde habeat nomen Attah. Et quidam rationem adducit dividendo vocem in אֹת & הָ (quasi dicat: Pronomen אתה est He ultimum Tetragrammati.) Mihi autem videtur id ideò fieri, quia vocatur אֹת quod est Lex,&c. ut dictum suo loco. Vel quia paragogicè bonum bono per auxesin cumulari videtur, sicut fit in נער & נערה puella; ליל & לולה nox. (sic את & אתה Tu Malchuth.) Omnia tamen sub mysterio dextræ, quia ibi est initium revelationis literarum: & ex illo loco Tiphereth vocatur Lex scripta. Ad „ hæc in Sohar Sectione Pekude ita habetur: Attah est my„ sterium speculi non lucidi, in quo apparent omnes illæ for„ mæ; hæc ibi.

9. Quidam dicit, quod & *Chochmah* vocetur *Attah.*

10. Atque alii אתה ad Binah referunt: sed ex significatione loci Deut. 33. 2. ואתה *Et venit è myriadibus sanctitatis:* quia ita dicatur Mundus venturus. De quo tamen in Sohar nihil apparet. Pardes Rimmonim Tract. 23. c. 1. h. t.

11. Vide plura de אתה in Sohar Part. II. Sect. Mischpatim fol. 47. col. 186.

Sect. Tezavveh. fol. 79. col. 313.
Sect. Pekude, fol. 99. col. 396.
Part. III. Sect. Ekebh. fol. 130. col. 518.
Sect. Heæsinu, fol. 141. col. 561.

12. In Schaare Orah verò de hoc nomine occurrunt sequentia.

אתה *Tu.* Persæpe metrum Tetragrammati hoc pronomine enunciatur. Tribus enim oraculis Adonai, Tetragrammato, & Ehjeh, tria correspondent cognomina; *Ego, Tu, Ille.* Ego

Ego competit metro Adonai, ut illud Exod. 6. ℣. 7. *Ego Dominus Deus vester.* & Deut. 32, ℣. 39. *Ego occidam & vivere faciam, vulnera inferam, & Ego Sanabo.* Levitic. 19. ℣. 14. *Et timebis à Deo tuo, Ego Dominus.* Pronomen verò *Tu*, dimensioni Tetragrammati congruit, juxta illud Psalm. 76, ℣. 8. *Tu terribilis, Tu.* Cognomen autem *terribilis* ad lineam mediam refertur. *Ille* autem accommodatur Nomini Ehjeh: hinc Mich. 7, 18. *Desiderans gratiam Ille est.* Rursus Psalm. 78. ℣. 38. *Et Ille misericors; dimittens peccata, & non disperdet.*

13. Ratio autem quare mensura Adonai sibi adsciverit pronomen *Ego*, hæc est: quia Ipsa vocatur *Congregatio Israël* & ambulat cum Iisraëlitis, ipsosque continuò monet, ne peccent in Nomen יהוה, quasi diceret: si peccaveritis coram me, *Ego* puniam vos, atque ulciscar; juxta illud Levit. 26, ℣. 24. *Si ambulaveritis mecum ex adverso; etiam Ego vobiscum ex adverso; & percutiam vos etiam Ego.* Et sæpius dicitur: *Et timebis à Deo tuo, Ego Dominus*, Levit. 19, ℣. 14. 32. & cap. 25. ℣. 17. 36. Ratio autem, quod Illa dicit *Ego*; & quod non Nos Ipsam disponimus, hæc est: quia novit spiritum figmenti nostri, atque nos disponit, & prævenit, seque Ipsam disponit, ut admoneat nos, inquiens: Cavete me; Ego enim adsto, ut vivificem & occidam, percutiam & sanem. Sicut scriptum est Deut. 32. ℣. 39. *Videte nunc, quod Ego Ego sum, & non Dii mecum; Ego mori faciam, &c.* Et notetur hanc esse constructionem & phrasin generalem per totam Legem, quod ubi reperitur vox *Ego*, ibi intelligatur attributum *Adonai*; quod nos quasi præveniendò sic alloquitur: Videte nunc, videte, quod Ego, Ego sum, & cavete. Sicut homo proximum suum admonet. Idque per totam Legem. Verbi gratiâ, in Præceptis affirmativis: Levit. 22. ℣. 31. *Et custodietis præcepta mea, & facietis ea, Ego Dominus.* In præceptis negativis: Levit. 19, ℣. 18. *Non ulcisceris te, & non servabis* (odium) *cum filiis populi tui, & diliges proximum tuum sicut te, Ego Dominus.* Quasi dixisset:

xiſſet: Ego ſum modus ille, qui præmium rependit Juſtis, & punit malos juxta illud Deut. 32, 39. Atque hoc modo quaſi in porta ſtat ſic exclamans: *Hac eſt porta Domini.* Pſalm. 118. verſ. 20.

14. Nomen autem Tetragrammaton vocatur *Tu*, quia iſtud intrinſecum eſt, nec ita invenitur in creaturis, ſicut Adonai: ſed potiùs in nomine Adonai habitat ut Rex in palatio ſuo: nec reperitur, donec quæratur. Unde dicitur Deut. 4. verſ. 29. *Et quaretis inde Dominum Deum tuum; & invenies.* Et David Rex, qui optimè noverat myſteria mundi ſuperni, Salomonem filium ſuum circa hæc ita monebat: 1. Chronic. 28, verſ. 9. *Et tu, Schlomoh fili mi, ſcito Deum patris tui, & ei ſervi, ſi quæſieris eum, invenietur tibi: & ſi dereliqueris eum, execrabitur te in æternum.* Atque hic eſt Rex ille magnus, ad quem accedere oportet omnem hominem, ut ordine diſponat laudes ejus & præconia ejus atque beneficia; dicendo: Tu dominator es in ſummis & in imis: Tu es, & nemo tibi eſt ſimilis. Et hoc eſt myſterium omnium precum, ubi homo tenetur, ordine præmittere præconia Domini; atque poſtea demum expetere, quibus opus habet. Ad Exemplum Moſcheh, qui ſic inquit: Deut. 3, verſ. 24. *Domine Deus, Tu cœpiſti oſtendere ſervo tuo magnitudinem tuam, & manum tuam validam. Nam quis Deus in cœlis & in terra, qui faciat ſecundum facta tua, & ſecundum fortitudines tuas?* Cumque ſic præmiſiſſet laudes Dei, ſub nomine אתה *Tu*, deinde ſubnectebat preces ſuas verſu 25. dicens: *Tranſeam quæſo, & videam terram illam bonam.* Atque hoc modo omnes noſtræ preces ordinatæ ſunt, ut in principio cujusque benedictionis, & in medio cujusque orationis, uſurpetur vocula אתה *Tu.* Verbi gratia: *Tu largiris homini ſcientiam.* Et in diebus feſtis, nec non Initio anni & die Expiationis: *Tu elegiſti nos.* Et in Sabbatho in veſpertinis: *Tu Sanctificaſti.* Et in pomeridianis: *Tu unus.* Sed in oratione Sabbathi, Jozer; & in additamentis, *Dei vivi* verba in veniun-

niuntur: quia duæ istæ orationes nituntur fundamento חי *El Chai*, quò etiam mysterium Sabbathi refertur. Et hoc est mysterium puncti septimi, finis nempe literæ Vav inferior. Et hîc porrò observes, quod sub initium cujusque conventûs ad preces ingredimur per Adonai, quod quasi vestibulum est, dum dicimus: *Domine, labia mea aperias.* Psalm. 51, vers. 17. Deinde autem dicimus: *Benedictus sis* אתה *Tu Domine, Deus noster.* Et in fine omnium benedictionum sic concludimus: *Benedictus sis* אתה *Tu, Domine, &c.* Sic David quoque in laudibus suis dicebat, 1. Chronic. 29. ℣. 10. *Et benedixit David Domino in oculis omnis congregationis, & dixit David: Benedictus* אתה *Domine, Deus Iisraël patris nostri à seculo & usque in seculum. Tibi, Domine, magnificentia & potentia & gloria & victoria & honor.* Pergitque versu 12. *Et divitiæ & gloria à facie tua.* ואתה *Et Tu dominaris omnibus.* Quibus innuit Tetragrammaton, qui lineam mediam occupat, vocari אתה *Tu:* quod est mysterium omnium combinationum Nominis, omniumque cognominum, quibus Ipsum est vestitum atque ornatum. Et sic אתה continet mysterium omnium exercituum mundi, & omnium vehiculorum, quæ creata sunt ex combinatione literarum, prout tradit Liber Jezirah. Ex combinatione enim viginti duorum Alphabetorum creata sunt cœlum & terra, exercitusque summi & imi, & omnia vehicula superorum & inferorum; & singula inde prodierunt secundum speciem suam & secundum naturam combinationis suæ; tam masculus quàm fœmina; sicut dicitur in libro Jezirah: Masculus in אמש & Fœmina in אשם. Omnes autem combinationes & rotationes 22. literarum, inclusæ sunt in mysterio אתה, quod quasi sigillum est, initium nempe & finis literarum & vehiculorum. Et hoc ipsum est, quod dicitur in Libro Jezirah: insertus est finis in ipsorum initio, & initium in fine; ad instar flammæ, connexæ cum prunâ. Quæ omnia continentur in 22. literis & quinque canalibus Binah, quibus formatæ sunt

omnes formæ vehiculorum, & omnes exercitus ſummorum & imorum. Et hoc quoque eſt myſterium Legis, quæ idem eſt, ac 22. literæ & quinque Libri Moſcheh; quorum omnium emblema eſt vox אתה. Et huc pertinet myſticum illud Pſalm. 93, 2. *Paratum ſolium tuum ex eo tempore: à ſeculo* אתה *Tu.*

15. Notum quoque eſt, Lineam mediam vocari nomine נורא *Terribilis*, quæ eſt Menſura Jaacobhi; quod ab utroque latere clauditur myſterio אתה *Tu* Pſalm. 76, verſ. 8. *Tu Terribilis, Tu.* Nam per 22. alphabetha creata ſunt omnia vehicula, omneſque exercitus mundi, combinante nimirum Binah, quæ præ ſe fert myſterium ה primi Tetragrammatici, quo formatæ ſunt literæ omnes, quinque ſcilicet canalibus. Omnium enim Literarum quinque ſunt Scaturigines, nempe אחהע Gutturales: בומף Labiales: גיכק Palatinæ: דטלנת Linguales: & זסצרש Dentales. Et iſti ſunt Canales Sapientiæ & Prudentiæ, unde prodierunt omnes literarum figuræ ab imo Celſitudinis, quæ Æn-Soph dicitur. Et per figuram literarum factæ ſunt omnes formæ vehiculorum, juxta ſpeciem ſuam tam ſupra quam infra.

16. Atque hæ viginti duæ literæ porrò etiam dividuntur in tres ſpecies: אמש Unde prodierunt tria Elementa, Ignis, Aër, Aqua. בגדכפרת ex quibus creati ſunt omnes ſeptenarii ſupra & infra; ſeptemque Planetæ. Et hæ dicuntur duplicatæ. Tandem duodecim ſunt ſimplices, per quas formati ſunt duodecim termini Zodiaci; cum duodecim ſignis. Suntque iſtæ:

הו זח טי לן סע צק

17. אתה Igitur pertinet ad Tiphereth lineamque mediam ſeu Tetragrammaton. Et hoc, quatenus inter creaturas operationes ſuas habet ſeque formidabile exhibet, nos per illud Nomen אתה appellamus: Quaſi quis coram aliquo conſiſtens cum eodem loqueretur.

18. Co-

18. Corona summa autem, quæ & Æn-Soph dicitur, & cui Nomen Ehjeh tributum est, planè non attingitur ab ullo Principatu vel Angelo, vel Propheta: ita ut ne Moscheh quidem, Prophetarum summus, locutus sit cum alio Nomine, quam Tetragrammato: nec ultra gradum Binah processerit; cujus ne ultimam quidem portam attingere potuit, multò minùs ulteriùs penetrare. Quinquaginta enim portas habet Binah, quæ omnes traditæ sunt Mosi, ut sapientes dicunt, exceptâ ultimâ. Quia ergò ad istam Coronam accedere nemo potest; ideò nec cum Ipsâ loqui, tanquam præsente licet; sicut quis alloquitur proximum præsentem, adhibito Pronomine *Tu.* Hic ergò adhibetur pronomen הוא *Ille*; quasi narratio sit de tertio quodam. Sicut apparet ex Exod. 16, vers. 15. *Et viderunt Filii Iisraël, & dixerunt alter alteri, Man* הוא? (quasi dicerent: *Quid* dedit nobis *Ille* qui vocatur הוא.) *Quia ignorabant quid esset.* Manna autem à Corona summa descendebat. Ubi notandum, quod dicitur: *Ignorabant quid* הוא: quia nemo in mundo novit Essentiam *Coronæ*, quæ dicitur הוא. Hinc etiam intelligi potest, quod dicitur Psalm. 78, vers. 38. *Et* הוא *est misericors, propitiatus est iniquitati & non disperdet.* Iste enim autor est miserationum perfectarum, quibus nihil immixtum est rigoris. Item Ijob 23. vers. 15. *Et* הוא *Ipse in uno est, & quis eum avertet?* Item Deuteron. 32. vers. 4. *Justus & rectus* הוא *Ipse est.*

19. Et hinc patet, quod metrum *Adonai*, quod est mysterium *Malchuth*, connectatur cum metro *Tiphereth*, quod est mysterium *Tetragrammati*: & quod Tetragrammaton benedictum uniatur cum mensurâ *Kether*, quæ est mysterium *Ehjeh*, cui & nomen Æn-Soph tribuitur. Et tres illi gradus sunt mysterium Unionis & Fidei. Hinc dicimus in precatione Novi Anni: Et תמלוך domineris nobis אתה הוא Dominus " Deus noster super omnia opera. Qui autem mysterium יי " והוא תמלוך nec non אתה יי & הוא יי intelligit, is quoque intel-

 ligit,

ligit Unionis mysterium, & mysticum illud Sachari. 14, 9. *In die illa erit Dominus unus, & nomen ejus unum.* Quare dicitur *unus* duabus vicibus? nimirum quia Malchuth connecti postulat cum Tiphereth sub mysterio sex Sephirarum: Tiphereth autem annecti necesse est Binæ sub mysterio trium Sephirarum supremarum. Hocque est mysterium illius loci: *Dominus erit unus, & nomen ejus erit unum.* Schaare Orah sub יהוה in fine.

אתנים *Fortes, fortia, robusta.* Mich. 6, 2. & 1. Reg. 8, 2. mensis *Tisri* seu Septembris. 1. R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim inquit: Nezach, Hod & Jesod vocari אתנים quod per transpositionem literarum est תנאים *Tannai:* seu Doctores Mischnici. De Tannæis autem & Amoræis dictum est in voce אמורים.

2. Sic vocem איתן: (*Fortis, robustus, validus, asper, horridus*, Deut. 21, 4. Gen. 49, 24.) R. Schimeon ben Jochai per metathesin dicit esse תניא *Doctrina Exotica;* Traditio extra Hierosolymas propagata; quam Baraitham vocant. Pardes loc. cit.

אתקפתא vide in התקפתא.

אתרוג *Citrus, malum citreum,* est *Malchuth;* estque symbolum *Cordis,* quo denotatur Schechinah. Vox אתרוג autem habet significationem *concupiscentiæ & desiderii*, juxta illud Gen. 3, 6. *Et quod desiderium esset oculis & concupiscibilis.* Ubi Targum loco נחמד *Concupiscibilis* habet מרגג, eadem significatione. Ratio est, quia Ipsa est *Desiderabilis*; prout expositum est supra; Unde eam decet omni carere macula atque defectu, juxta illud Cant. 6, 9. *Una est columba mea, perfecta mea, munda est genitrici suæ.* Dicitur autem *Citrus*, quando crevit ad rivos aquarum, ut sit vicina gradui Chochmah. Atque sic exponit R. Schimeon ben Jochai in libro Raja Mehimna. Similis enim est Arbori: unde eandem ajunt influxum recipere à tribus patribus, quæ sunt *Chesed*, gratia; *Din*; judicium;

cium; & *Rachamim*, misericordia; sicut ista arbor Tiphereth. Pardes Rimmonim Tract. 23. c. 1. tit. ultimo. Hoc nomen אתרוג, si in computum assumantur tres illæ species ad fasciculum Lulabh requisitæ, per Gematriam refert Numero תרי״ג 613. qui est numerus Præceptorum divinorum. Ser Sahab. hoc I.

ב
ב *Beth.*

L*itera Alphabethi secunda Beth.* 1. De hâc literâ Autor Libri hat-Temunah sic scribit: Nobis videtur figuram ב " resolvendam in Daleth & Vav, דו; quæ est *Domus semitarum* (Prov. 8, vers. 2.) Sapientiæ superioris & inferioris. Et " figura ejus indigitat duos modos: Ipsa enim, Domus judiciaria scilicet, Sancti benedicti, includit modum Tiphereth, &c. " hæc ille. Quibus verbis innuit, quod litera Beth referatur ad Chochmah: quod omninò ita se habet, quia resolvitur in דו *duo* quæ sunt duæ Personæ, Tiphereth scilicet & Malchuth, de quibus intelligi solet illud: In formâ duarum Personarum " creati sunt, suntque duo simul (in uno subjecto) sicut in " Chochmah reperiuntur. Tunc enim Ipsa (Malchuth) elevatur in Gradum, qui dicitur צלע Costa, (latus) quia Ipsa in Chochmâh, est Costa gradûs Tiphereth. Non enim putandum est *Decrementum Lunæ* & materiam dicti illius Gen. 2, vers. 21. *Et accepit unam de costis (lateribus) ejus, &c.* unum esse & idem. Quia hoc, *& accepit unam de costis ejus*, intelligendum est de illo statu, cum emanarunt in Chochmah; ibi enim combinati erant simul in unum compositum, sicut Adam, qui cum uxore sua constituebat duas personas (in uno subjecto.) Ibi autem extra Chochmam demissi, dividebantur in duo, cumque ingressus esset factus in Binam, adduxit ipsam ad Eum; atque ibi fiebant duo Luminaria magna, & postmodum contingebat diminutio Lunæ; quæ est materia separata

atque

atque distincta. Et quia sunt דו duo in Chochmah, ideo expletio literæ יוד, (i. e. literæ suppletoriæ in plena ejus scriptione) est וד. Nam plenitudo & imprægnatio literæ Jod est Chochmah, & semitæ ejus, quæ sunt לב duæ personæ. Jamque dictum est, quod Beth ad gradum Chochmah relatum, potissimum indigitet semitas ejus, sicut scriptum est: Proverb. 8, 2. *Supra domum semitarum constituta.* Hinc figura literæ ב emblema est duarum personarum, quæ infra sunt; duæ scilicet illæ Sephiroth. Et hoc est illud, quod Autor supra citatus inquit: Et figura ejus indigitat duos modos. Et hæc quidem latius explicuimus in Tractatu nostro de Diminutione Lunæ, 18. Quod autem porro subjungit; quod Ipsa sit Domus modi Tiphereth; hoc sensu intelligendum est; quod triginta duæ semitæ etiam sint in Tiphereth; prout exposuimus Tractatibus præcedentibus. Unde ad eundem etiam refertur לב Cor, & לולב Fasciculus festi tabernaculorum: Nomen enim Tetragrammaton assurgit in numerum 26. & sex membra addita, efficiunt 32. Unde & Malchuth est Beth; Domus enim Tiphereth ipsa est, ad instituendam mundi gubernationem sive per Judicium, sive per misericordiam.

2. Summa horum omnium hæc est, quod natura spiritualis literæ Beth respiciat sapientiam cum triginta duabus semitis ejus, quæ sunt in לב duabus personis. Quodque illa includat in se mensuram Malchuth, quatenus influxum assugit à Gebhurah. Vehementia enim judicii causa est falcaturæ ejus, & plenitudinis ejus, ut notum est. Unde regimen & dominium ejus est in hora Lunæ. Huc usque.

3. Alius vult, literam Beth esse Malchuth; ita, ut quia ipsa unita est cum marito suo, in ipsa effigurentur brachia Istius, quibus eam amplectitur, isto in medio constituto. Linea ergo summa erit sinistra; linea ima, dextra; & perpendicularis media designabit corpus Tiphereth. Idque intelligi debet juxta locum Cantic. 8, 6. *Pone me, ut signaculum;* quasi scili-

ſcilicet Iſte figuram ſuam in Ipſa relinquat Impreſſam. Caput autem (& ſummitas) literæ Beth, eſt Jod; quo innuitur, quod emanaverit è Chochmah.

4. Et Affine quid huic etiam reperimus in Tikkunim: ubi Beth dicitur habere tria Vavin, quaſi tres columnas; quæ ſunt tres illi verſiculi Exod. 14, 19. 20. 21. ויסע ויבא ויט. Tres Patres ſuffulcientes Schechinam, prout iſta explicuimus Tractatu noſtro 14. c. 3. 4. de He quod in Malchuth eſt.

5. Plurimi autem Interpretum in eo conſentiunt, quod litera Beth pertineat ad Chochmam. Et R. Moſcheh addit rationem; quod nempe ſit ſecunda; & apicem habeat, quo oſtendit, quod & in ſupernis ſit, ſed naturæ ſubtiliſſimæ omnium atque tenuiſſimæ.

6. Alius quidam de Beth ita loquitur: Litera Beth duo " habet latera in ipſa natura ſua; proditque ratione duorum " illorum laterum antrorſum & retrorſum (i. e. conſiderari " poteſt ratione partis apertæ & ratione partis clauſæ.) Eſtque " hoc modo aperta, ut recipere queat additamentum Spiritus " Sancti ex partibus Aleph, ad inſtar verborum in ore Diſci- " puli: Eſtque domus inſtar; & figura ejus apta nata eſt, ut " ſuſtinere poſſit fundamentum Unitatis, &c. Atque hæ qui- " dem Expoſitiones iſtius literæ cum rationibus adductis pronatæ ſunt è ſpeculatione ſapientiæ & ſubtilitate Intellectûs.

7. Sed R. Schimeon ben Jochai ſ. q. p. in Raja Mehimna ita de eâdem loquitur. In voce אנכי Ego: litera כ de- " notat כתר Coronam; cætera ſunt אין non Ens. Kether au- " tem denominatur reſpectu habito ad Matrem ſupremam, " cujus intuitu quinquageſies in Lege mentio fit Exitus ex " Ægypto. Hæc eſt litera בית è voce בראשית, in qua " comprehenditur י, decem Dicta (quibus facta eſt Creatio) " quæ eſt Chochmah, &c. Hæc ille. Hoc in loco Autor Ex- " plicationem inſtituit illius loci Exod. 20, 2. אנכי *Ego Dominus Deus tuus*. Dicitque vocem אנכי repræſentare gradum Co-

 ronæ

ronæ; inque eâdem reperiri Nomen אין Non Ens, quo appellitari solet Kether; sicut eadem Corona & per ג istius vocis designatur. Porrò inquit gradum Kether habere nomen hoc, respectu habito ad Binah (i. e. genere Fœminino,) ut videri potest infra sub titulo כתר. quia sc. in illo textu mentio fit exitus ex Ægypto; notumque alias est, quinquagesies in Lege mentionem fieri Exitus ex Ægypto, facta relatione ad quinquaginta Portas Binah, de quibus diximus Tractatu nostro 13. Cum autem dicit, quod Binah sit Beth ex Breschith, innuere vult quomodo dividantur Decem Verba (Decalogi) nempe ita, ut quinque referantur ad He primum, & quinque ad He ultimum; respectu habito ad י quod innuit decem verba quæ in Chochmah, & emittuntur in Binah. Et propterea dicit בית alludendo ad locum illum Prov. 24, 3. *In sapientia ædificabitur* בית *domus*. Juxta hunc discursum igitur, Beth pertineret ad Binah. Item in Cantico Canticorum R. Schi-
„ meonis ben Jochai s. q. p. dicitur: Aleph est mas, Beth est
„ fœmina. Jam verò fœminæ notio non est in Chochmah,
„ ut notum est. Et hæc omnia adversari videntur verbis Ejusdem in Locis quamplurimis aliis, ubi inquit, literam Beth perpetuò denotare Gradum Chochmah.

8. Quæ ita conciliari posse videntur, si consideretur locus Prov. 24, 3. *In sapientia ædificabitur* בית & quod alibi dicit, literam Jod esse fontem pro horto, quæ est Malchuth. Quia ergò Jod ædificat domum, ideoque necessariò datur fundamentum & radix vel Idea domus, sub conceptu subtili admodum & tenui in loco Scaturiginis ejus. Hinc duo sunt Bethim; Beth occultum in Chochmah; & Beth in Binah.

9. Aliud quoque datur Beth parvum, quod est Malchuth; ejusque Scaturigo est Tiphereth; fons autem Jesod; prout ista discuntur è verbis R. Schimeon ben Jochai. Pardes Rimmonim Tractatu 27. cap. 5.

באר *Puteus, fons.* (In Schaare Orah connectitur cum אדני bases.)

1. Nomini אדני *Dominus* cognominis instar hoc adaptatur, quia exemplum designat *Putei* vel *Fontis aquarum viventium:* in quem, (vide ברכה) influxus ac emanatio superiorum influit, juxta illud: Cant. 4. vers. 14. *Fons hortorum, Puteus aquarum viventium & destillantium de Libano.*

2. Et quamdiu justitiam sectatur Israël, ac ritè singulis diebus benidictiones centum profert, Iste puteus vivâ superni influxûs aquâ repletur, universique Iisraëlitæ vivam exinde undam ad saturitatem potantes, omni divitiarum bonorumque genere abundant. Schaare Orah sub Nomine Adonai. Sequiturque ibidem, בארשבע.

3. In Pardes sub hoc titulo reperiuntur sequentia. באר Puteus seu Fons est Malchuth. Ratio est, quia Ista est fons, scaturiens *aquas vivas* Cant. 4, vers. 14. de parte Scatebrarum atque Scaturiginis in Ipsa existentis. Pardes Rimmon. Tract. 23. c. 2. h. l. vide tit. בור.

4. De loco illo Numer. 21, vers. 18. *Puteum foderunt eum Principes, &c.* videatur Sohar Parte III. Sectione be Haalothecha. Ubi Chochmah & Binah vocantur Principes; Puteus iste autem est באר שבע *Fons septenarii.* Et hæc est Uxor Davidis nempe בת שבע *Filia septenarii*; unde Regnum Davidis ortum habebat. Et iste fons vocatur Congregatio Iisraëlis in Sohar Parte I. Sectione Vajeze, fol. 88. col. 352.

Confer plura ibidem Parte I. Sectione Toledoth. fol. 83. col. 331.

Parte II. Sectione Schemoth. fol. 6. col. 20.

Ibidem Sectione Mischpatim fol. 51. col. 203.

Parte III. Sectione Achare. fol. 28. col. 106.

Et clariùs ibid. Sectione be Chukkotai. fol. 56. col. 222.

Et ibid. Sectione be Haalothecha. Et Sectione Chukkath. fol. 88. col. 349.

Item ibid. Sectione Va-Æthchannan. fol. 127. col. 508.
Et fol. 129. col. 515.
Et ibidem Sectione Balak. fol. 93. col. 373.

5. Datur porrò & ſtella quædam, quæ appellatur באר *Puteus* de qua videatur Sohar Parte II. Sectione Trumah. fol. 77. col. 305. lin. 28. ſeqq. hæc habet Ser Sahab hoc titul.

באר שבע *Puteus ſeptenarii.* (In Schare Orah connexionem habet cum באר) 1. Eſt cognomen Nominis Adonai, quia in Ipſum per Mundi Fundamentum à ſeptem ſupernis Gradibus ſeptem ducuntur Torrentes.

2. In hujus verò Putei oppoſito alius ſordidarum turpiumque aquarum eſt Puteus, extra parietem Sephirarum; cum reliquis puteorum generibus variis; in quibus ſerpentum ſcorpionumque copia repit; qui & dici ſolent *Ciſterna aliena:* juxta illud Prov. 23, verſ. 27. *Fovea profunda eſt meretrix, & ciſterna anguſta aliena.*

3. Qui igitur omnem pravitatis nequitiam amplectitur, illi haud unquam propinabitur hauſtus de Beerſchebha, qui eſt fons aquarum viventium; ſed in diras perditionis ciſternas, quales & ipſe effodit, perpetuò irruit; juxta illud Prophetæ Jirmej. 2, verſ. 13. *Duo mala fecit populus meus: dereliquerunt me fontem aquæ vivæ, & foderunt ſibi ciſternas fractas, quæ continere aquas non valent.* Ciſternam ſcilicet alienam (perditionis) cui non eſt fundus, ſed baſis rimis undique plena, ut aquam in ſe ſervare non poſſit: quæque viperarum ſcorpionumque copia circumquaque repletur: & Cujus metu clamavit David: Pſalm. 69, verſ. 16. *Neque obturet ſuper me Puteus os ſuum.* Schaare Orah ſub Nomine primo Adonai: ubi deinde ſequitur בם׳.

בבא קמא *Porta prima.* בבא מציעא *Porta media.* בבא בתרא *Porta ultima.* Sunt tres Libri Talmudici circa res forenſes de quibus videatur Sohar Parte III. Sectione Balak fol. 92. col. 365. 366.

בגר

בגר *Vestis*. 1. Est *Schechinah*, quæ est Vestimentum Regis Mundi ut dictum est alibi. Summa numeri ejus est novem; sic enim Ipsa in se continet novem puncta. Pardes Rimmonim Tract. 23. cap. 2. hoc tit.

2. Vide plura in Sohar P. II. Sect. Pekude. f. 103. c. 411. 412. Parte III. Sectione Schlachlecha. in loco de Zizith. Fol. 83. col. 332.

בגדכפרת Septem literæ dageschabiles, quæ vocantur duplices, quia pronuntiantur fortiter & cum Dagesch, & leniter atque sine Dagesch, itaque illis imperium suum repræsentant Judicium atque rigor & miseratio atque lenitas. Vide Sohar Parte III. Sectione Pinchas fol. 119. col. 475.

בגה Est abbreviatura vocum בִּינָה גְּבוּרָה הוֹד quæ sunt tres Sephiræ in columna sive lineâ sinistrâ.

בדיל *Stannum*. In Scientia naturali hoc metallum non usque adeò magni est usus; sicut enim derivatur à separando, ita à medicina universali materia ejus separata manet. Inter Planetas eidem tribuitur Zedek, stella erratica albicans, cui Gentiles nomen Idololatricum applicarunt, quorum commemoratio prohibita Exod. 23, vers. 13. majorque extirpatio promissa est, Hosch. 2, vers. 17. Sechari. 13, 2. Inter bestias nulla meliùs huc refertur allegoria, quam ut ob stridorem dicatur חזיר מיער *Aper de Sylva* Psal. 80, 14. cujus numerus est 545. qui non tantum factus est ex 109. quinariis, sed numero quoque suo minimo quinarium refert sicut Nomen צדק 194. qui additi sunt 14, & hi iterum 5. Quod bis sumtum est 10, numerus minor vocis בדיל ex additis 46. Quinquies autem dena referunt quinquaginta portas Binah, & primam literam Sephiræ Nezach, quæ sunt Classes Sephirothicæ ad quas hoc metallum refertur. In transmutationibus particularibus natura ejus sulphurea sola non prodest, sed cum sulphuribus reliquis præsertim rubentium metallorum, aquas crassas debitè terrificatas in aurum reducit, sicut & argentum, si introducitur per

argentum vivum in aquæ tenuis naturam ſubtiliatum quod inter alia, ſat commode & per ſtannum fit. Natura ejus viſcoſa autem & aquea in aurum meliorari poteſt, ſi cum calce auri per decendium omnibus ignis gradibus pulveriſetur; & in aurum fluens ſub pilulæ formâ ſenſim immittatur; Quod & cum argento fieri edoctus ſum. Sed *non eſt ſapiens niſi Dominus experientiæ;* hinc plura non addo; qui ſapit, naturas corrigere poterit & experimentis, ubi deficiunt, ſubveniat. Æſch Mezareph. cap.4.

בהו Bohu, *informitas.* 1. Eſt Gedulah. Atque ſic explicatur illud Majorum noſtrorum de *Lapidibus humentibus*, è quibus prodeunt Aquæ: quo innuitur productio literarum è Binâh; earumque inſertio in Cheſed. Iſte autem defluxus Aquarum ſimul includitur in myſtico illo: אור מים רקיע Lux, Aqua, Firmamentum, (ubi literæ initiales efficiunt vocem אמר dixit) ubi intelliguntur Literæ.

2. Bohu autem eſt natura in quâ reperitur Aliquid. Et illa ſuperinveſtit naturam alteram, quæ dicitur Tohu; quæque eſt Binah, talis ſcilicet, in quâ nihil reperitur, quia Iſta comprehendi non poteſt; Juxta illud Deuteron. 22, verſ.7. *Dimittendo dimittes Matrem.* Res enim prodeunt è Binah, [quæ vocatur כח *potentia,*] è potentiâ in actum, [qui eſt Cheſed.] Pardes Rimmonim Tract. 23. cap. 2. hoc titul.

בהמה, *Jumentum, animal brutum, beſtia.* Per Gematriam hæc vox æquipollet numero בן 52. quem refert plenitudo Tetragrammatica quarta, hæc: יוד. הה. וו. הה Melioratio ejus verò & nobilitatio eſt Homo, juxta illud Pſalm. 36, verſ.7. *Hominem & jumentum, ſeu animal brutum ſervabis Domine.* In Syſtemate Aſiâh, Nepheſch ſeu natura Animæ infima vocatur Behemah ſeu Brutum: quæ in Jezirâh vocatur ſervus; & in Briâh Filius. Videatur Sohar Parte III. Section. Kedoſchim fol.38. col. 149. Ser Sababh. h.t.

בועז *Boas* eſt *Hod.* Nam Iſtius Sephiræ reſpectu locata erat co-

columna finistra in Templo (Salomonis.) Sensus peti potest è resolutione hujus vocis in istas duas בו עז *in ipso* (est) *robur* & *vigor* (Psalm. 68, vers. 36.) ex hoc fundamento, quia influxum assugit è Gehurâh. Hoc autem Nomine tunc vocatur, cum vigorem accipit *Potentia desiderii amorosi erga copulam Maritalem.* Pardes Rimmonim, Tractat. 23. cap. 2. hoc tit.

2. In Schaare Orah hoc nomen connectitur cum הוד, Verba ibidem sunt hæc: Respectu Metri *Hod*, Schlomoh in Sanctimonio confecit columnam secundam, quam vocavit *Boas* 1. Reg. 7, vers. 21. Nomina enim duarum columnarum erant Jachin & Boas. Et huc pertinet mysticum illud Cant. 5, vers. 15. *Crura ejus, columna marmoris, fundata super bases auri obryzi.* Crura enim sunt *Nezach* & *Hod*, ubi locum habent Nomina Jedud Zebaoth, & Elohim Zebaoth. Isti enim gradus sunt columnæ Sephirarum, & harum intuitu Schlomoh duas illas columnas Jachin & Boas fieri curavit. Illud autem, quod in loco allegato Cantici 5, 15. crura ejus dicuntur *Columna* שש id est, *marmoris*, sic intelligendum: Notum est, quod Linea media sit mysterium Modi Tiphereth, ad quem pertinet litera Vav Nominis proprii. Jam verò istæ duæ Columnæ locum habent sub illo Vav Tetragrammati; Vav enim mysticè denotatur per vocem שש (quæ & ad senarium alludit,) portatque sex Nomina, quæ sunt Gedulah, Gebhurah, Tiphereth, Nezach, Hod, Jesod. Hinc dicit textus: *Crura ejus*, quæ sunt Nezach & Hod; *sunt columna Schesch*; id est, columnæ literæ Vav. Super quo autem collocatæ sunt? super Jesod: & Jesod residet super basi seu throno, cui est nomen אדני (quæ vox præter significationem Domini, & bases denotat.) Unde mysterium illud elucidatum est. Quod enim additur: מיוסדים *fundata* symbolicè indigitat Modum Jesod: & verba על אדני פז. *super bases auri obryzi* ad Nomen Adonai respiciunt. Septem igitur Sephiræ inferiores in hoc textu innexæ sunt: nempe *Crura ejus columna Schesch* sunt quinque Sephiroth, Gedulah, Gebhu-

Gebhurah, Tiphereth, Nezach, & Hod. *Fundata*, est Jesod, fundamentum: *Super bases auri*, hæc est mensura septima quæ vocatur אדני.

3. His ita positis, scito, ex hoc loco, qui est *Gedulah*, *Gebhurah*, *Tiphereth*, *Nezach* & *Hod* & *Jesod*, qui intelligitur in verbis: *Crura ejus Columna Schesch*; creatos esse duos illos Seraphim Jeschai. 6, vers. 2. qui dicuntur *Domini* sex alarum. Illi vocantur *Seraphim*, id est, *ardentes* vel *comburentes*, quia comburunt omnes illos, qui non solliciti sunt de gloria Domini sui, dum student in opere Mercabha & occupati sunt in mysterio Chaschmal. Illi quoque comburunt omnes, qui artes exercent per Nomina Coronæ.

4. Atque hi etiam sunt fontes & scaturigines è quibus profluunt sex classes Mischnah, donec perveniatur ad metrum *Adonai*, quod vocatur *Lex oralis*. Et quia duæ illæ Columnæ sunt Columnæ Schesch, seu senarii, hinc ad illas quoque applicatur mysterium duarum tabularum, per quas connectuntur Lex scripta, quæ in duabus Tabulis, & Lex oralis quæ in sex Classibus. Signum hujus in textu sunt verba, *Crura ejus*, quæ sunt duæ columnæ: *Schesch* vel senarii, unde constituitur senarius Ordinum Mischnicorum. Sic duæ Tabulæ & sex Classes Mischnicæ simul extant, sibique invicem innectuntur. Et quicunque studet in Lege scripta & Lege orali, iste connectit Tabernaculum ut sit unum, unitque Nomen benedictum & mysterium Jachin & Boas.

5. Porrò scias, quod hæc mensura, quæ Boas dicitur, accipiat עז seu robur à Geburah; & מעוז seu vigorem à Binah: & hic est ille, *qui dat fortitudinem & robora populo* Ps. 68. vers. 36. Et ex hoc loco profluunt omnes species Potentiæ, & Emanationis & rigoris pertinentes ad Judicium & Timorem; hujusque virtute mensura Adonai residet in *Gloria Regni* (1. Paral. 29. vers. 25. Daniel. 11. vers. 21.) Noveris igitur, quod ubicunque occurrunt phrases הודאות & מודים laudandi vel confitendi,

fitendi, ibi in lucem proferenda ſint judicia. Schaare Orah ſub Zebaoth [ubi ſequitur צבאות] vide נצח.

6. Vide plura de Nomine Boas in Sohar Parte III. Sectione ki Teze. fol. 136. 137. col. 543. 546. 547. Et Sectione Achare fol. 26. Item Sectione Vaæthchannan fol. 127. col. 508. Porrò Parte II. Sect. Vajakhel fol. 98. col. 397. Et Sect. Miſchpatim fol. 47. col. 186.

בוצינא דקרדינותא *Coruſcatio vehementiſsima; ſplendor exactiſsimè dimetiens.* Vide infra titulo ניצוצין num. 25.

בוקר *Diluculum.* Duplex eſt diluculum, præter Auroram, de quo in voce שחר. Unum eſt Abrahami; cujus fortè hæc eſt ratio, quod ſicut diluculum eſt initium Lucis in mundo; ita Cheſed eſt initium Lucis manifeſtatæ: item quia Diluculum denotat initium regiminis Abraham, quæ eſt menſura Cheſed. Hinc ſcriptum extat Gen. 19. v. 27. *Et ſurrexit Abraham primo diluculo.* Alterum diluculum ad claſſem Juſti pertinet, quod eſt metrum Joſephi, de quo etiam ſcribitur Gen. 44., verſ. 3. *Diluculum illuxit & viri dimiſsi ſunt.* Fortè autem ita vocatur reſpectu Cheſed. De utroque hoc diluculo agitur in Sohar Parte III. Sectione Balak ad locum illum Pſal. 5, verſ. 4. *Domine diluculo audias vocem meam, &c.* fol. 95. col. 378. Pardes Rimmon. Tract. 23. c. 2. hoc tit.

בור *Ciſterna.* Malchuth aliquando vocatur hoc nomine, ſicut Eadem quandoque באר *Puteus* dicitur. Ciſterna autem tunc vocatur, quando in Ipſa nulla eſt ſcaturigo vel fons; ſed aquæ, quas recipit, tantum collectitiæ ſunt & intromiſſæ; & Ipſa in ſtatu paupertatis eſt. Cum autem Putei nomen habet, tunc Ipſa ſcaturit aquas per ſcatebras & fontem in ſe exiſtentem. Atque hæc ita explicantur in Sohar Parte I. Sectione Noach, ad locum illum Prov. 5, 15. *Bibe aquas de ciſterna tua* fol. 48. col. 190. quæ Verba Soharis nos adduximus atque expoſuimus Tractatu 8. libri Pardes c. 15. ubi etiam dictum eſt,

quid sibi velint verba illa loci adducti: *Illud quod scaturit in illo fonte, sunt animæ Justorum.* Et in Sohar Part. III. Section. behaalothecha, ad locum illum Numer. 21. vers. 18. *Puteus, foderunt eum Principes* fol. 71. col. 284. traditur: quod non appelletur באר *Puteus*, nisi illo tempore, quando influxum accipit à Binah per modum Gebhurah. Unde videtur, Scaturiginem illam in Ipsâ latentem esse Influentiam Binæh, introductam per Animas Justorum: quod videri potest in ipso loco allegato: materia enim æqualis est.

2. Aliquando autem loco באר adhibetur Vox בארה Cujus explicatio reperitur in Sohar Part. III. Sect. Chükkath. f. „ 88. col. 349. Verba sunt hæc: *Exinde in Beerah; Hic est Beer,* „ (sic habet textus Num. 21, vers. 16.) Quare hîc dicit Beerah, „ & deinde Beer? Nimirum, Beerah dicitur, postquam aquæ „ congregatæ sunt in Mare, descenderuntque deorsum. Beer „ autem tunc, quando Jizchak eandem replet. Hæc ibi. Explicatiùs loquendo id vult, quod vocetur Beer, quando influxum accipit à Gebhurâh. Sed nondum eundem influxum ulterius emittit; sed influentiam saltem in se suscipit: Beerah autem, quando influxum porrò emittit in Inferiora, postquam repleta est à superioribus. Hinc patet, quod Beerah sit Malchuth sola, postquam ab Ipsâ ablatus est Masculus in eam influens; unde Ipsa influxum emittit. Hæc enim manibus nostris commissa est Regula, quod nulla Mensura influxum emittat, quamdiu adhuc in receptione est: finito autem susceptionis statu, effluat; prout hæc & alibi tradidimus in Tractatibus libri Pardes. Nec obstat (prout & in loco allegato Sohar Part. III. fol. 71. col. 284. mentio fit) natura Fluvii, qui non deficit; hic enim est in Binah superiùs: atque ibi est Scaturigo Benedictionum, quatenus nempe Ista unita est cum Eden; tunc enim nunquam deficit. Sed quando indefinitè & simpliciter de sephiris sermo est, non dicuntur influere, quamdiu adhuc suscipiunt. Hinc adhibetur nomen באר masculino genere; ob

mascu-

masculum enim fœminæ non habetur ratio. Sed post susceptionem cessante jam influentiâ, tunc Ipsa emittit aquas, & vocatur בארה, sola scilicet. Ex his intelligi potest quod in ipso loco Soharis lin. 25. dicitur, his verbis: Quare priùs di- " citur Beerah, & nunc Beer. Nempe initio Fœmina consi- " deratur sola: nunc autem additur הוא, quod est concretum " Marem & Fœminam simul denotans, quibus datur nomen " Beer. Ubicunque autem reperitur Masculus, etiam centum " Fœminæ omnes masculino genere denominantur. Hæc " ibi. Quibus verbis probare vult, quod Nomen באר tunc adhibeatur, quando Ipsa est cum masculo; idque è verbis textûs: הוא הבאר *Hic est puteus.* Hinc evidentissimè patet, illa quæ supra attulimus, & quæ nunc exposuimus omninò esse conformia: Et verba R. Schimeon ben Jochai omnia eundem semper habere sensum; & verba libri Sohar concordare ubique, & ex uno quasi canali effluere.

3. Aliquando tamen etiam vocatur באר מים חיים Fons aquarum viventium (Gen. 26, vers. 19.) quatenus nempe influxum assugit ab eo, qui influentiam largitur ab aquis supernis. Vel ex eâdem ratione, quam attulimus sub titulo אלהים חיים.

4. Porrò vocatur באר לחי ראי *Puteus viventis videntis me.* Gen. 16, vers. 14. quando observat & respicit Gradum Jesod, qui vocatur חי vivens, ut ab illo accipiat quæ solet.

5. Ulteriùs etiam vocatur באר שבע, Puteus septenarii, quando continet septem sephiras supernas. Quanquam & Binah vocatur Beerscheba, quia influxum demittit in septem; ipsa autem Fons est, è quo omnia influentiam suam hauriunt. Atque talis explicatio etiam reperitur in Sohar Parte I. Sectione Vajeze. At in Sohar Sectione Toledoth Jizchak apparet, quod per nomen באר מים חיים *Puteus aquarum viventium*, intelligatur Malchuth respectu Gebhurah; ratio est, quia inde גבורות seu vigores pluviarum.

6. Datur tamen & בור *cisterna*, & באר *puteus* inter adversantia. Et de cisterna dicitur Gen. 37, vers. 24. *Et cisterna „ erat vacua, nec aquæ erant in eâ.* Quod ita exposuerunt Ma- „ jores nostri: Aqua non erat in eâ, sed serpentes & scorpio- „ nes in eâ erant. Et de hâc intelligendum illud Exod. 21, vers. 33. *Vel cum effoderit quispiam cisternam, & ceciderit illuc bos vel asinus.* Item Psalm. 40, 3. *Et ascendere fecit me è cisterna strepitûs.* Atque sic quoque vocatur Proverb. 23, vers. 27. *Puteus angustus aliena:* de hoc quoque dicitur Psalm. 69, 16. *Neque obturet super me puteus os suum.* Masculus igitur inter Cortices vocatur בור *Bur*, vel *Bor*, unde illud: (Pirke Abhoth c. 2.) *Nullus bardus metuit peccare.* Uxor autem istius Bor, vel Bur vocatur בורה, Borah, & huc pertinet illud Gen. 37, vers. 24. *Projecerunt eum in Borah*, de qua ℣. 22. dicitur, quod sit *in deserto:* à quâ Deus miserator nos custodiat! Pardes Rimm. Tract. 23. c. 2. hoc tit. Vide plura de voce בור in Sohar Parte I. Sectione Vajechi. fol. 125. col. 497.

בטן *Venter.* Est *Binah:* sicut scriptum est Ijobh 38. vers. 29. *De ventre* מִן (illius qui vocatur Mi;) *quis egressum est gelu*, מי autem est Binah, prout exponetur loco congruo. Non tamen est ipsa Binah, sed intelligitur Venter Binæh: uterus autem Binah est *Malchuth*, quando superiùs est: ista vocatur ventris nomine. Et de hâc dicitur Cant. 7. vers. 2. *Venter tuus acervus tritici.* Non datur autem venter absque corpore, quia venter cum corpore unitus est: Hoc autem est Tiphereth. At omnia hæc ita sunt per modum Binah, quatenus nempe ibi occultantur. R. Moscheh hanc vocem quidem applicat ad Tiphereth, sed absque fundamento. Pardes Tract. 23. c. 2. h. t. Vide in Sohar Parte II. Section. Mischpatim fol. 50. col. 197. 198.

ביטול *Corruptio, destructio, eversio.* Vide titulos מות n. 3. נוקבה מ״ב 4. 5. 6. De eversione & extirpatione Idololatriæ autem videatur Sohar Part. II. Sect. Ba. fol. 18. col. 71. lin. 51.

בינה

בינה *Prudentia* vel Intellectus practicus, ad differentiam תבונה quæ Intelligentia dici poteſt. Vide titulos ניצוצות. טנתא. דעת. n.15.

2. In Schaare Orah connectitur cum Nomine יהוה Verba ſunt hæc. Menſuræ octavæ ab imis aſcendendo cognomen *Prudentiæ* plerumque inditur; quia Ipſa velut Interpres & Orator eſt inter eminentiores & inferiores Sephiras. Hæc enim influxum demittit, atque benedictionem à Corona ſumma in omnes reliquas Sephiras. Et Binah dicitur, quia per eam homo intelligit omnium radicum radicem, omniumque fundamentorum Fundamentum. Hæc enim nî foret, ſcientia de anterioritate Altiſſimi benedicti nullâ adiri poſſet viâ. Hæc quoque oratori vel advocato ſimilis eſt, ſicut & Moſcheh inquit, Deut. 5, verſ. 5. *Ego ſtabam inter Dominum & inter vos.* Et de Sabbathi die, quæ quaſi eſt interpres inferior, dicitur: Exod. 31, ℣. 17. Inter me & inter filios Iiſraël, ſignum Ipſa eſt in ſeculum. Jamque conventum eſt inter Kabbaliſtas, quod Binah ſe habeat iſtar Linguæ in ore: quod verum eſt multas ob cauſas. Primò enim Iſta eſt myſterium Coronæ tertiæ. Secundò Ipſa eſt vinculum trium Sephirarum ſupremarum, Earumque influxum ſuper ſeptem inferiores demittit. Tertiò niſi Binah eſſet, nemo hominum aditum haberet ad cognitionem Illius, qui primus eſt in mundo. Et Moſcheh quidem, qui fidelis erat internuncius, in Binah aſſecutus eſt 49. portas. Sic enim dixerunt Magiſtri noſtri: 50. Portæ gradus Binah creatæ ſunt in mundo, quæ omnes traditæ ſunt Moſi, exceptâ unâ, &c. Alia quoque ratio eſt, quare hic Modus nominetur Binah, quia nempe in Ipsâ latet myſterium generationis בנים filiorum, & בנות filiarum, in myſterio בינה *Prudentiæ*; & תבונה Intelligentiæ. Et quia propter peccatum Votorum filii moriuntur, propter Vota etiam uxor hominis moritur. Et hæc omnia de modo in modum, quia Tebhunah eſt locus Voti, prout nôrunt Kabbaliſtæ. Et qui novit diſpoſitionem

membrorum, ille intelliget id, quod dixerunt Magg. Cerebrum filii derivatur à cerebro Patris. Quæ omnia intelliguntur ex myſterio *Binah* & *Daath*, *Prudentia & Scientia*. Hæc enim derivatio fit è loco Binah è cerebro per viam Daath, tranſeundo medullam ſpinalem, donec perveniat ad locum deſtinatum. Quod myſterium latet in textu Pſalm. 51, 17. *Domine labia mea aperias, & os meum annunciabit Laudem tuam.* In Libro Jezirah enim ita jam dictum eſt: *Excîdit ſibi Fœdus inter decem digitos manuum: quod eſt Fœdus oris. Et excîdit ſibi Fœdus inter decem & digitos pedum, quod eſt Fœdus circumciſionis.* Et pro ſymbolo ſubjicitur, *quod hic notandum ſit vocabulum linguæ, & vocabulum nuditatis.* Et qui hæc fundamentaliter intelligit, is quoque ſciet, quare hic Modus vocetur Binah: & explicatio horum peti poteſt e loco Hoſch. 14, 10. *Quis eſt* חכם *ſapiens;* ויבן *& intelliget iſta? intelligens,* וידעם *& ſciet iſta, quia rectæ viæ Domini.* Binah enim conſiſtit inter Chochmah & Daath; quæ omnia unita ſunt, ita, ut unum contingat alterum. Myſterium ergò latet in Chochmah & Tebhunah & Daath omnia ſymbolicè. Et hoc eſt myſterium unionis ſive nexûs Sephirarum cum inferioribus. Schaare Orah Nomine octavo: ubi ſequitur יובל.

2. De Binah R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim ita loquitur: *Binah vocatur in ſupernis, quando eſt cum marito ſuo.* Et alio in loco ita inquit: *In Binah eſt* יה *Pater & Mater & Filius intra ipſos, columna medietatis vicina ipſi, &c.* Hæc ibi. Ex his omnibus patet, quod quando unitur Chochmah cum Binah per Tiphereth, ſub myſterio Daath, prout expoſitum à nobis eſt Tract. 8. libri Pardes, tunc Ipſa vocetur Binah, ut indicentur omnes Tres; Et combinatio eorum eſt in voce בניה *Benajah*, quaſi filius Jah. Pardes Tract. 23. c. 2. h. t. Vide plura in Sohar Part. II. Sect. Miſchpatim fol. 54. col. 213. Et Sect. Trumah fol. 78. col. 310.

ביעור *Expurgatio.* De expurgatione fermenti videatur Sohar Part. III. Sect. Balak. fol. 90. col. 360.

ביצה *Ovum.* In materia, de benedictione cibi, ubi de eâ quantitate, quâ est oliva & ovum, R. Schimeon ben Jochai in Raja Mehimna de Ovo dicit, quod sit Jod Tetragrammati, quod est in Chochmah. Sed in Tikkunim interpretatio talis reperitur, quod omnes Sephiroth vocentur ova, ex parte Malchuth. Verba sunt hæc, in Discursu illo R. Bar bar Chana de illa Ave, quæ in mari stetisse dicitur ad talos usque: *Ovorum nomen ex parte Matris inferioris locum habet; Ista enim est ovum.* Hæc ibi. Sephiræ autem ova vocantur ex Istius intuitu, sub mysterio Lucis reflexæ ab imo sursum. Et fortè per Jod illud, (in materia supra dicta, ubi dicitur esse Jod Tetragrammati,) intelligitur Jod inferius ex parte lucis reflexæ, quæ est in Malchuth. Atque hæc verè ovum est. Pardes Rimmon. Tract. 23. cap. 2. h.t. Vide plura de hac voce in Raja mehimna ab initio Section. Pinchas.

בישל *Coctio.* De coctione carnis in lacte videatur Sohar Parte II. Sect. Mischpatim fol. 55. col. 220. Et Part. III. Section. Pinchas, in fine Raja Mehimna. Et fol. 114. col. 455.

בית *Domus.* Refertur ad *Malchuth* & ad *Binah.* Ratio est, quia ambæ habitacula sunt; nempe Binah modi Chochmah, qui Istius maritus est, sicut notum est; unde ambo dicuntur *Pater & Mater inferiorum.* Deinde sub alia quoque notione appellantur Domûs; quia Binah Domus est totius systematis Aziluthici infra se constituti: in Ipsâ enim fuerunt illæ Sephiræ, & ab Eâ exierunt, & in eam revertuntur. Malchuth autem illarum domus est, quatenus ad Illam eunt & redeunt. Notum enim est, quod omnes in Illam influxum demittant, omnesque in eam ingrediantur. Alia porrò & tertio ratio est in Malchuth: quia sicut Domus multas in se continet res, & vasa diversissima: ita Malchuth pariter multa in

argentum vivum in aquæ tenuis naturam ſubtiliatum quod inter alia, ſat commode & per ſtannum fit. Natura ejus viſcoſa autem & aquea in aurum meliorari poteſt, ſi cum calce auri per decendium omnibus ignis gradibus pulveriſetur; & in aurum fluens ſub pilulæ formâ ſenſim immittatur; Quod & cum argento fieri edoctus ſum. Sed *non eſt ſapiens niſi Dominus experientiæ*; hinc plura non addo; qui ſapit, naturas corrigere poterit & experimentis, ubi deficiunt, ſubveniat. Æſch Mezareph. cap. 4.

בהו Bohu, *informitas*. 1. Eſt Gedulah. Atque ſic explicatur illud Majorum noſtrorum de *Lapidibus humentibus*, è quibus prodeunt Aquæ: quo innuitur productio literarum è Binâh; earumque inſertio in Cheſed. Iſte autem defluxus Aquarum ſimul includitur in myſtico illo: אור מים רקיע Lux, Aqua, Firmamentum, (ubi literæ initiales efficiunt vocem אמר dixit) ubi intelliguntur Literæ.

2. Bohu autem eſt natura in quâ reperitur Aliquid. Et illa ſuperinveſtit naturam alteram, quæ dicitur Tohu; quæque eſt Binah, talis ſcilicet, in quâ nihil reperitur, quia Iſta comprehendi non poteſt; Juxta illud Deuteron. 22, verſ. 7. *Dimittendo dimittes Matrem*. Res enim prodeunt è Binah, [quæ vocatur כח *potentia*,] è potentiâ in actum, [qui eſt Cheſed.] Pardes Rimmonim Tract. 23. cap. 2. hoc titul.

בהמה *Jumentum, animal brutum, beſtia*. Per Gematriam hæc vox æquipollet numero בן 52. quem refert plenitudo Tetragrammatica quarta, hæc: יוד. הה. וו. הה Melioratio ejus verò & nobilitatio eſt Homo, juxta illud Pſalm. 36, verſ. 7. *Hominem & jumentum, ſeu animal brutum ſervabis Domine*. In Syſtemate Aſiâh, Nepheſch ſeu natura Animæ infima vocatur Behemah ſeu Brutum: quæ in Jezirâh vocatur ſervus; & in Briâh Filius. Videatur Sohar Parte III. Section. Kedoſchim fol. 38. col. 149. Ser Sababh. h. t.

בועז *Boas* eſt *Hod*. Nam Iſtius Sephiræ reſpectu locata erat co-

columna finiſtra in Templo (Salomonis.) Senſus peti poteſt è reſolutione hujus vocis in iſtas duas בו עז *in ipſo* (eſt) *robur* & *vigor* (Pſalm.68, verſ.36.) ex hoc fundamento, quia influxum affugit è Gehurâh. Hoc autem Nomine tunc vocatur, cum vigorem accipit *Potentia deſiderii amoroſi erga copulam Maritalem.* Pardes Rimmonim, Tractat. 23. cap.2. hoc tit.

2. In Schaare Orah hoc nomen connectitur cum הוד, Verba ibidem ſunt hæc: Reſpectu Metri *Hod*, Schlomoh in Sanctimonio confecit columnam ſecundam, quam vocavit *Boas* 1.Reg.7, verſ. 21. Nomina enim duarum columnarum erant Jachin & Boas. Et huc pertinet myſticum illud Cant. 5, verſ. 15. *Crura ejus, columnæ marmoris, fundatæ ſuper baſes auri obryzi.* Crura enim ſunt *Nezach* & *Hod*, ubi locum habent Nomina Jedud Zebaoth, & Elohim Zebaoth. Iſti enim gradus ſunt columnæ Sephirarum, & harum intuitu Schlomoh duas illas columnas Jachin & Boas fieri curavit. Illud autem, quod in loco allegato Cantici 5, 15. crura ejus dicuntur *Columnæ* שש id eſt, *marmoris*, ſic intelligendum: Notum eſt, quod Linea media ſit myſterium Modi Tiphereth, ad quem pertinet litera Vav Nominis proprii. Jam verò iſtæ duæ Columnæ locum habent ſub illo Vav Tetragrammati; Vav enim myſticè denotatur per vocem שש (quæ & ad ſenarium alludit,) portatque ſex Nomina, quæ ſunt Gedulah, Gebhurah, Tiphereth, Nezach, Hod, Jeſod. Hinc dicit textus: *Crura ejus*, quæ ſunt Nezach & Hod; *ſunt columnæ Schesch*; id eſt, columnæ literæ Vav. Super quo autem collocatæ ſunt? ſuper Jeſod: & Jeſod reſidet ſuper baſi ſeu throno, cui eſt nomen ארני (quæ vox præter ſignificationem Domini, & baſes denotat.) Unde myſterium illud elucidatum eſt. Quod enim additur: מיוסרים *fundatæ* ſymbolicè indigitat Modum Jeſod: & verba על ארני פז. *ſuper baſes auri obryzi* ad Nomen Adonai reſpiciunt. Septem igitur Sephiræ inferiores in hoc textu innexæ ſunt: nempe *Crura ejus columnæ Schesch* ſunt quinque Sephiroth, Gedulah, Gebhu-

Gebhurah, Tiphereth, Nezach, & Hod. *Fundata*, est Jesod, fundamentum: *Super bases auri*, hæc est mensura septima quæ vocatur אדני.

3. His ita positis, scito, ex hoc loco, qui est *Gedulah, Gebhurah, Tiphereth, Nezach & Hod & Jesod*, qui intelligitur in verbis: *Crura ejus Columna Schesch*; creatos esse duos illos Seraphim Jeschai. 6, vers. 2. qui dicuntur *Domini* sex alarum. Illi vocantur *Seraphim*, id est, *ardentes* vel *comburentes*, quia comburunt omnes illos, qui non solliciti sunt de gloria Domini sui, dum student in opere Mercabha & occupati sunt in mysterio Chaschmal. Illi quoque comburunt omnes, qui artes exercent per Nomina Coronæ.

4. Atque hi etiam sunt fontes & scaturigines è quibus profluunt sex classes Mischnah, donec perveniatur ad metrum *Adonai*, quod vocatur *Lex oralis*. Et quia duæ illæ Columnæ sunt Columnæ Schesch, seu senarii, hinc ad illas quoque applicatur mysterium duarum tabularum, per quas connectuntur Lex scripta, quæ in duabus Tabulis, & Lex oralis quæ in sex Classibus. Signum hujus in textu sunt verba, *Crura ejus*, quæ sunt duæ columnæ: *Schesch* vel senarii, unde constituitur senarius Ordinum Mischnicorum. Sic duæ Tabulæ & sex Classes Mischnicæ simul extant, sibique invicem innectuntur. Et quicunque studet in Lege scripta & Lege orali, iste connectit Tabernaculum ut sit unum, unitque Nomen benedictum & mysterium Jachin & Boas.

5. Porrò scias, quod hæc mensura, quæ Boas dicitur, accipiat עז seu robur à Geburah; & מעוז seu vigorem à Binah: & hic est ille, *qui dat fortitudinem & robora populo* Ps. 68. vers. 36. Et ex hoc loco profluunt omnes species Potentiæ, & Emanationis & rigoris pertinentes ad Judicium & Timorem; hujusque virtute mensura Adonai residet in *Gloria Regni* (1. Paral. 29. vers. 25. Daniel. 11. vers. 21.) Noveris igitur, quod ubicunque occurrunt phrases הוראות & מודים laudandi vel confitendi,

fitendi, ibi in lucem proferenda ſint judicia. Schaare Orah ſub Zebaoth [ubi ſequitur שחקים] vide נצח.

6. Vide plura de Nomine Boas in Sohar Parte III. Sectione ki Teze. fol. 136. 137. col. 543. 546. 547. Et Sectione Achare fol. 26. Item Sectione Vaæthchannan fol. 127. col. 508. Porrò Parte II. Sect. Vajakhel fol. 98. col. 397. Et Sect. Miſchpatim fol. 47. col. 186.

בוצינא דקרדינותא *Coruſcatio vehementiſsima; ſplendor exactiſsimè dimetiens.* Vide infra titulo ניצוצין num. 25.

בוקר *Diluculum.* Duplex eſt diluculum, præter Auroram, de quo in voce שחר. Unum eſt Abrahami; cujus fortè hæc eſt ratio, quod ſicut diluculum eſt initium Lucis in mundo; ita Cheſed eſt initium Lucis manifeſtatæ: item quia Diluculum denotat initium regiminis Abraham, quæ eſt menſura Cheſed. Hinc ſcriptum extat Gen. 19. v. 27. *Et ſurrexit Abraham primo diluculo.* Alterum diluculum ad claſſem Juſti pertinet, quod eſt metrum Joſephi, de quo etiam ſcribitur Gen. 44., verſ. 3. *Diluculum illuxit & viri dimiſsi ſunt.* Fortè autem ita vocatur reſpectu Cheſed. De utroque hoc diluculo agitur in Sohar Parte III. Sectione Balak ad locum illum Pſal. 5, verſ. 4. *Domine diluculo audias vocem meam, &c.* fol. 95. col. 378. Pardes Rimmon. Tract. 23. c. 2. hoc tit.

בור *Ciſterna.* Malchuth aliquando vocatur hoc nomine, ſicut Eadem quandoque באר *Puteus* dicitur. Ciſterna autem tunc vocatur, quando in Ipſa nulla eſt ſcaturigo vel fons; ſed aquæ, quas recipit, tantum collectitiæ ſunt & intromiſſæ; & Ipſa in ſtatu paupertatis eſt. Cum autem Putei nomen habet, tunc Ipſa ſcaturit aquas per ſcatebras & fontem in ſe exiſtentem. Atque hæc ita explicantur in Sohar Parte I. Sectione Noach, ad locum illum Prov. 5, 15. *Bibe aquas de ciſterna tua* fol. 48. col. 190. quæ Verba Soharis nos adduximus atque expoſuimus Tractatu 8. libri Pardes c. 15. ubi etiam dictum eſt,

quid sibi velint verba illa loci adducti: *Illud quod scaturit in illo fonte, sunt animæ Justorum.* Et in Sohar Part. III. Section. behaalothecha, ad locum illum Numer. 21. vers. 18. *Puteus, foderunt eum Principes* fol. 71. col. 284. traditur: quod non appelletur באר *Puteus*, nisi illo tempore, quando influxum accipit à Binah per modum Gebhurah. Unde videtur, Scaturiginem illam in Ipsâ latentem esse Influentiam Binæh, introductam per Animas Justorum: quod videri potest in ipso loco allegato: materia enim æqualis est.

2. Aliquando autem loco באר adhibetur Vox בארה Cujus explicatio reperitur in Sohar Part. III. Sect. Chükkath. f. „ 88. col. 349. Verba sunt hæc: *Exinde in Beerah; Hic est Beer,* „ (sic habet textus Num. 21, vers. 16.) Quare hîc dicit Beerah, „ & deinde Beer? Nimirum, Beerah dicitur, postquam aquæ „ congregatæ sunt in Mare, descenderuntque deorsum. Beer „ autem tunc, quando Jizchak eandem replet. Hæc ibi. Explicatiùs loquendo id vult, quod vocetur Beer, quando influxum accipit à Gebhurâh. Sed nondum eundem influxum ulterius emittit; sed influentiam saltem in se suscipit: Beerah autem, quando influxum porrò emittit in Inferiora, postquam repleta est à superioribus. Hinc patet, quod Beerah sit Malchuth sola, postquam ab Ipsâ ablatus est Masculus in eam influens; unde Ipsa influxum emittit. Hæc enim manibus nostris commissa est Regula, quod nulla Mensura influxum emittat, quamdiu adhuc in receptione est: finito autem susceptionis statu, effluat; prout hæc & alibi tradidimus in Tractatibus libri Pardes. Nec obstat (prout & in loco allegato Sohar Part. III. fol. 71. col. 284. mentio fit) natura Fluvii, qui non deficit; hic enim est in Binah superiùs: atque ibi est Scaturigo Benedictionum, quatenus nempe Ista unita est cum Eden; tunc enim nunquam deficit. Sed quando indefinitè & simpliciter de sephiris sermo est, non dicuntur influere, quamdiu adhuc suscipiunt. Hinc adhibetur nomen באר masculino genere; ob mascu-

masculum enim fœminæ non habetur ratio. Sed post susceptionem cessante jam influentiâ, tunc Ipsa emittit aquas, & vocatur בארה, sola scilicet. Ex his intelligi potest quod in ipso loco Soharis lin. 25. dicitur, his verbis: Quare priùs dicitur Beerah, & nunc Beer. Nempe initio Fœmina consideratur sola: nunc autem additur הוא, quod est concretum Marem & Fœminam simul denotans, quibus datur nomen Beer. Ubicunque autem reperitur Masculus, etiam centum Fœminæ omnes masculino genere denominantur. Hæc ibi. Quibus verbis probare vult, quod Nomen באר tunc adhibeatur, quando Ipsa est cum masculo; idque è verbis textûs: הוא הבאר *Hic est puteus.* Hinc evidentissimè patet, illa quæ supra attulimus, & quæ nunc exposuimus omninò esse conformia: Et verba R. Schimeon ben Jochai omnia eundem semper habere sensum; & verba libri Sohar concordare ubique, & ex uno quasi canali effluere.

3. Aliquandò tamen etiam vocatur באר מיים חיים *Fons aquarum viventium* (Gen. 26, vers. 19.) quatenus nempe influxum assugit ab eo, qui influentiam largitur ab aquis supernis. Vel ex eâdem ratione, quam attulimus sub titulo אלהים חיים.

4. Porrò vocatur באר לחי ראי *Puteus viventis videntis me.* Gen. 16, vers. 14. quando observat & respicit Gradum Jesod, qui vocatur חי vivens, ut ab illo accipiat quæ solet.

5. Ulteriùs etiam vocatur באר שבע, Puteus septenarii, quando continet septem sephiras supernas. Quanquam & Binah vocatur Beerscheba, quia influxum demittit in septem; ipsa autem Fons est, è quo omnia influentiam suam hauriunt. Atque talis explicatio etiam reperitur in Sohar Parte I. Sectione Vajeze. At in Sohar Sectione Toledoth Jizchak apparet, quod per nomen באר מיים חיים *Puteus aquarum viventium*, intelligatur Malchuth respectu Gebhurah; ratio est, quia inde גבורות seu vigores pluviarum.

6. Datur tamen & בור *cisterna*, & באר *puteus* inter adversantia. Et de cisterna dicitur Gen. 37, vers. 24. *Et cisterna* „ *erat vacua, nec aquæ erant in eâ.* Quod ita exposuerunt Ma- „ jores nostri: Aqua non erat in eâ, sed serpentes & scorpio- „ nes in eâ erant. Et de hâc intelligendum illud Exod. 21, vers. 33. *Vel cum effoderit quispiam cisternam, & ceciderit illuc bos vel asinus.* Item Psalm. 40, 3. *Et ascendere fecit me è cisterna strepitûs.* Atque sic quoque vocatur Proverb. 23, vers. 27. *Puteus angustus aliena:* de hoc quoque dicitur Psalm. 69, 16. *Neque obturet super me puteus os suum.* Masculus igitur inter Cortices vocatur בור *Bur*, vel *Bor*, unde illud: (Pirke Abhoth c. 2.) *Nullus bardus metuit peccare.* Uxor autem istius Bor, vel Bur vocatur בורה, Borah, & huc pertinet illud Gen. 37, vers. 24. *Projecerunt eum in Borah*, de qua ℣. 22. dicitur, quod sit *in deserto:* à quâ Deus miserator nos custodiat! Pardes Rimm. Tract. 23. c. 2. hoc tit. Vide plura de voce בור in Sohar Parte I. Sectione Vajechi. fol. 125. col. 497.

בטן *Venter.* Est *Binah:* sicut scriptum est Ijobh 38. vers. 29. *De ventre* מִן (illius qui vocatur Mi;) *quis egressum est gelu*, מי autem est Binah, prout exponetur loco congruo. Non tamen est ipsa Binah, sed intelligitur Venter Binæh: uterus autem Binah est *Malchuth*, quando superiùs est: ista vocatur ventris nomine. Et de hâc dicitur Cant. 7. vers. 2. *Venter tuus acervus tritici.* Non datur autem venter absque corpore, quia venter cum corpore unitus est: Hoc autem est Tiphereth. At omnia hæc ita sunt per modum Binah, quatenus nempe ibi occultantur. R. Moscheh hanc vocem quidem applicat ad Tiphereth, sed absque fundamento. Pardes Tract. 23. c. 2. h. t. Vide in Sohar Parte II. Section. Mischpatim fol. 50. col. 197. 198.

ביטול *Corruptio, destructio, eversio.* Vide titulos מות n. 3. נוקבה מב 4. 5. 6. De eversione & extirpatione Idololatriæ autem videatur Sohar Part. II. Sect. Ba. fol. 18. col. 71. lin. 51.

בינה

בינה *Prudentia* vel Intellectus practicus, ad differentiam תבונה quæ Intelligentia dici potest. Vide titulos .ניצוצות טנתא. דעת. n.15.

2. In Schaare Orah connectitur cum Nomine יהוה Verba sunt hæc. Mensuræ octavæ ab imis ascendendo cognomen *Prudentia* plerumque inditur; quia Ipsa velut Interpres & Orator est inter eminentiores & inferiores Sephiras. Hæc enim influxum demittit, atque benedictionem à Corona summa in omnes reliquas Sephiras. Et Binah dicitur, quia per eam homo intelligit omnium radicum radicem, omniumque fundamentorum Fundamentum. Hæc enim nî foret, scientia de anterioritate Altissimi benedicti nullâ adiri posset viâ. Hæc quoque oratori vel advocato similis est, sicut & Moscheh inquit, Deut. 5, vers. 5. *Ego stabam inter Dominum & inter vos.* Et de Sabbathi die, quæ quasi est interpres inferior, dicitur: Exod. 31, ℣. 17. Inter me & inter filios Iisraël, signum Ipsa est in seculum. Jamque conventum est inter Kabbalistas, quod Binah se habeat istar Linguæ in ore: quod verum est multas ob causas. Primò enim Ista est mysterium Coronæ tertiæ. Secundò Ipsa est vinculum trium Sephirarum supremarum, Earumque influxum super septem inferiores demittit. Tertiò nisi Binah esset, nemo hominum aditum haberet ad cognitionem Illius, qui primus est in mundo. Et Moscheh quidem, qui fidelis erat internuncius, in Binah assecutus est 49. portas. Sic enim dixerunt Magistri nostri: 50. Portæ gradus Binah creatæ sunt in mundo, quæ omnes traditæ sunt Mosi, exceptâ unâ, &c. Alia quoque ratio est, quare hic Modus nominetur Binah, quia nempe in Ipsâ latet mysterium generationis בנים filiorum, & בנות filiarum, in mysterio בינה *Prudentiæ*; & תבונה Intelligentiæ. Et quia propter peccatum Votorum filii moriuntur, propter Vota etiam uxor hominis moritur. Et hæc omnia de modo in modum, quia Tebhunah est locus Voti, prout nôrunt Kabbalistæ. Et qui novit dispositionem

membrorum, ille intelliget id, quod dixerunt Magg. Cerebrum filii derivatur à cerebro Patris. Quæ omnia intelliguntur ex mysterio *Binah* & *Daath*, *Prudentia & Scientia.* Hæc enim derivatio fit è loco Binah è cerebro per viam Daath, transeundo medullam spinalem, donec perveniat ad locum destinatum. Quod mysterium latet in textu Psalm. 51,17. *Domine labia mea aperias, & os meum annunciabit Laudem tuam.* In Libro Jezirah enim ita jam dictum est: *Excîdit sibi Fœdus inter decem digitos manuum: quod est Fœdus oris. Et excîdit sibi Fœdus inter decem & digitos pedum, quod est Fœdus circumcisionis.* Et pro symbolo subjicitur, *quod hic notandum sit vocabulum linguæ, & vocabulum nuditatis.* Et qui hæc fundamentaliter intelligit, is quoque sciet, quare hic Modus vocetur Binah: & explicatio horum peti potest e loco Hosch. 14,10. *Quis est* חכם *sapiens;* ויבן *& intelliget ista? intelligens,* וידעם *& sciet ista, quia recta via Domini.* Binah enim consistit inter Chochmah & Daath; quæ omnia unita sunt, ita, ut unum contingat alterum. Mysterium ergò latet in Chochmah & Tebhunah & Daath omnia symbolicè. Et hoc est mysterium unionis sive nexûs Sephirarum cum inferioribus. Schaare Orah Nomine octavo: ubi sequitur יובל.

2. De Binah R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim ita loquitur: *Binah vocatur in supernis, quando est cum marito suo.* Et alio in loco ita inquit: *In Binah est* יה *Pater & Mater & Filius intra ipsos, columna medietatis vicina ipsi, &c.* Hæc ibi. Ex his omnibus patet, quod quando unitur Chochmah cum Binah per Tiphereth, sub mysterio Daath, prout expositum à nobis est Tract. 8. libri Pardes, tunc Ipsa vocetur Binah, ut indicentur omnes Tres; Et combinatio eorum est in voce בניה *Benajah*, quasi filius Jah. Pardes Tract. 23. c. 2. h. t. Vide plura in Sohar Part. II. Sect. Mischpatim fol. 54. col. 213. Et Sect. Trumah fol. 78. col. 310.

בִּיעוּר *Expurgatio.* De expurgatione fermenti videatur Sohar Part. III. Sect. Balak. fol. 90. col. 360.

ביצה *Ovum.* In materia, de benedictione cibi, ubi de ea quantitate, quâ est oliva & ovum, R. Schimeon ben Jochai in Raja Mehimna de Ovo dicit, quod sit Jod Tetragrammati, quod est in Chochmah. Sed in Tikkunim interpretatio talis reperitur, quod omnes Sephiroth vocentur ova, ex parte Malchuth. Verba sunt hæc, in Discursu illo R. Bar bar Chana de illa Ave, quæ in mari stetisse dicitur ad talos usque: *Ovorum nomen ex parte Matris inferioris locum habet; ista enim est ovum.* Hæc ibi. Sephiræ autem ova vocantur ex Istius intuitu, sub mysterio Lucis reflexæ ab imo sursum. Et fortè per Jod illud, (in materia supra dicta, ubi dicitur esse Jod Tetragrammati,) intelligitur Jod inferius ex parte lucis reflexæ, quæ est in Malchuth. Atque hæc verè ovum est. Pardes Rimmon. Tract. 23. cap. 2. h.t. Vide plura de hac voce in Raja mehimna ab initio Section. Pinchas.

בישל *Coctio.* De coctione carnis in lacte videatur Sohar Parte II. Sect. Mischpatim fol. 55. col. 220. Et Part. III. Section. Pinchas, in fine Raja Mehimna. Et fol. 114. col. 455.

בית *Domus.* Refertur ad *Malchuth* & ad *Binah.* Ratio est, quia ambæ habitacula sunt; nempe Binah modi Chochmah, qui Istius maritus est, sicut notum est; unde ambo dicuntur *Pater & Mater inferiorum.* Deinde sub alia quoque notione appellantur Domûs; quia Binah Domus est totius systematis Aziluthici infra se constituti: in Ipsâ enim fuerunt illæ Sephiræ, & ab Eâ exierunt, & in eam revertuntur. Malchuth autem illarum domus est, quatenus ad Illam eunt & redeunt. Notum enim est, quod omnes in Illam influxum demittant, omnesque in eam ingrediantur. Alia porrò & tertio ratio est in Malchuth: quia sicut Domus multas in se continet res, & vasa diversissima: ita Malchuth pariter multa in

se

ſe continet, multasque notiones, atque Virtutes infinitas. Atque hoc quidem aliquantum etiam ad Binam quadrat: cæteræ autem duæ rationes diverſimodè ad ambos iſtos modos accommodantur. Binah enim vel reſpectû habet ad Chochmah, quippe cujus Palatium eſt: vel ad totam Aziluth, quatenus in eâ recondita fuit. Sic Malchuth quoque iſtos duos reſpectus admittit, vel enim relationem habet ad totum ſyſtema Aziluthicum ſupernum, quod totum in Eâ occultatur: vel ad Tiphereth tantùm. Ipſa quoque alias præ ſe fert domos, præter iſtas; nempe reſpectu Potentiarum in ipſa exiſtentium, quæ reſpectum habent ad inferiora, Creata, Formata, & Facta per Illam; quæ intelligi poſſunt ex ratione tertia ſub titulo בהו Pardes Rimm. Tract. 23. cap. 2. h. t.

Vide plura de hac materia in Sohar Part. II. Sect. Jethro fol. 40. col. 160. Et Trumah fol. 58. col. 232. Et Section. Pekude fol. 112. col. 448. Et Parte III. Section. Schophetim fol. 132. col. 526. Et Part. I. Section. Vajechi fol. 123. col. 489.

2. Aliquando huic voci adjunguntur Epithetha quædam alia; ex. gr. בית אל *Domus El.* Quo nomine vocitatur Malchuth, quando influxum accipit â parte dextrâ, quæ vocatur אל. Unde omnia *itinera Abrahami*, qui eſt Poſſeſſor dextræ, fuerunt *à Kedem ſeu ortu*, quod eſt myſterium Kether & Chochmah, quæ ambæ anteriores ſunt (ſicut ortus eſt prima pars diei) prout infra explicabitur; *Loci Bethel*, Gen. 12, 8. quod eſt myſterium Malchuth. Et ſic in verbis ſequentibus: *Et tetendit tentorium ſuum ut Bethel ab occidente eſſet:* ubi involvitur myſterium Meridiei. Atque hoc modo omnes actiones Ejus (id intenderunt,) ut influxu repleret & debitè inſtrueret Menſuram hanc, ſub myſterio Fili à Cheſed deſcendentis.

3. Eâdem ratione Jizchak influxum demiſit in ſiniſtram, unde vocatur בית אלהים *Domus Elohim.* Quod cum videre

videret Jaacobh, sic dicebat, Gen. 28, ℣. 17. *Non est hîc, nisi domus Elohim:* ex parte scilicet Jizchak, juxta mysticum illud Cant. 2, 6. *Sinistra ejus sub capite meo.* Talis explicatio quoque reperitur in Sohar, P.I.Sect. Vajeze. Quamvis & aliter ibidem hæc explicet R.Schimeon ben Jochai, quod scil. hoc Nomen respectum involvat ad Binah, quæ pariter *Elohim* vocatur ut notum est. In Sohar autem Part. I. Sect. Vajischlach videtur Binah vocitari nomine Beth-El. Cujus fortè hæc est ratio, quod ab Istâ alimentum & influxus derivetur in Chesed, quæ El dicitur. Ubi Beth-El, idem esset, ac Gazophylacium, seu Promptuarium, è quo nutritur Modus El; qui est Chesed. Sub quâ notione sic vocari potest. Pardes ibid.

4. בית אמי *Domus Matris meæ.* Cant. 3, 4. Domus Sancti Sanctorum. Vid. Sohar P. II. Sect. Pekude fol. 116. col. 463. 464.
Part. III. Sect. Vajikra. fol. 1.
Item sub initium Section. Schmini.

5. בית דין *Domus judicii, Curia, Consistorium judiciale.* Hoc nomen simpliciter adhibitum pertinet ad *Malchuth.* Et hæc vocatur Consistorium Triumvirale. Atque sic explicationem instituit R. Schimeon ben Jochai in libro Raja mehimna. Verba sunt hæc: *Beth Din est Schechinah, sub Triumviratu, quæ sunt Tria animalia Vehiculi ejus.* Sensus est, quod Ipsa contineat tres facies; faciem Leonis, faciem Bovis, & faciem Aquilæ. Homo enim est qui insidet; quamvis ita quoque & Ipsa vocetur, prout dictum est sub Titulo אדם. Atque tunc, quando in se habet tres illas facies, vocatur Consistorium Trium; quo innuitur, quod influxum accipiat à Dextrâ, & â sinistrâ, & è medio. Porrò quoque *Beth-Din* seu *Tribunal* item *Curiâ*, vel est superior, vel inferior: quæ sunt Mensura judicii laxioris, & mensura Judicii accuratioris. Sic occurrunt Beth-Din seu Consistorium majus & Consistorium minus. Consistorium tamen גדול seu magnum tunc dicitur,

quando Gebhurah repletur benè meritis à גדולה seu Magnificentia; quod fit, quando Binah descendit in Gebhuram; tunc enim repletur à Gedulah. Et tunc Illa vocatur Beth-Din hag-Gadol seu Consistorium magnum. Quæ explicatio occurrit inter Verba R. Schimeon ben Jochai: f. q. p. Pardes ibid. Videatur & Sohar Part. III. Sect. Schophetim fol. 132. col. 527.

6. בית זבול *Domus habitaculi.* 1. Reg. 8, 13. Ita vocatur Malchuth, quod exponitur in Sohar Parte III. Section. behaalothecha, his verbis: *Quando committuntur in manum ejus omnes thesauri pretiosi Regis, & ipsa regimen habet in eos, tunc vocatur Domus Habitaculi. Ratio est, quia hæc est etymologia Nominis* בית זבול seu *Domus habitaculi; quia in eâ habitat & residet tota familia superna.* Pardes ibid.

7. בית הכנסת *Domus Congregationis, Ecclesia, Synagoga.* Ita quoque vocatur Malchuth, quando intra se colligit, & coacervat benedictiones & influxum ab omnibus Præceptis supernis, supra Ipsam collocatis. Et hæc in Tikkunim proponuntur: Beth-hac-Cneseth seu *Domus Congregationis est Collectio omnium Benedictionum.* Hæc ibi. Pardes eodem loco. Vide tamen & de Binah sic vocata in Sohar Part. III. initium Section. ki Tabho. & Sect. Tasria fol. 22. col. 88.

8. בית המקדש *Domus Sanctuarii;* sic Eadem Malchuth vocitatur. Ratio hæc est, quod Ipsa sit ædes pro Illo Mikdasch seu Sanctuario, quod est Tiphereth. Domus enim ista Sanctuarii, quæ citò reædificetur in diebus nostris! erat in similitudine Domûs Sanctuarii superioris, quæ est Malchuth, quæ etiam in hâc habitabat. Nomen tamen hoc Beth ham-Mikdasch specialius est quam Jeruschalaim: & in se continet Atria & Exedras, &c. prout dictum est Tract. 14. hujus libri Pardes. Vid. Tract. 23. c. 2. hoc tit. In Schaare Orah hoc Nomen connectitur cum אבן, Verba ibidem sunt hæc: Multoties Dimensio Adonai Domus Sanctuarii vocatur: quoniam Hæc Domicilium

cilium eſt, in quo Altiſſimi Nomen peculiare degit. Cum enim montem Morijah ſibi elegiſſet, & ſanctificaſſet Altiſſimus, in ipſo *ſanctuarii domum* ſtrui voluit: juxta illud Exod. 15, 17. *Sanctuarium, Adonai, firmaverunt manus tuæ.* Id ſingulare hoſpitium ſibi ipſe ſtatuit, unde cœnaculorum, porticuum, cellariorum, totiusque Domûs forma ad formæ Adonai ſimilitudinem ſtructa erat. Cum verò peccaſſet Iiſraël, cohabitans Gloria diſceſſit, domusque prorſus vaſta & deſolata facta eſt. Cumque Daniel Deum ſupplex imploraret, ut Sanctuarii reſtaurarentur Ædes, in hanc menſuram ſe mente convertens: *Oſtende* (inquit Dan. 9, verſ. 17.) *faciem tuam Sanctuario tuo, quod deſertum eſt, propter Adonai* ita ſcriptum: אלף. דלת. נון. יוד Id eſt: Sanctuarii rurſus conſtrue Domum, quod Templum & Sedes exiſtit Nominis Adonai. Id verò, quod Libro Brachoth in hujus explanationem Majores noſtri enunciant, ſcil. *Propter Abraham, qui te primus nomine Adonai vocavit:* à veritate utique diſſonum non eſt: Dimenſio enim hæc Cuſtos erat Abrahami, atque pro eo bella geſſit, juxta illud Gen. 14, 15. *Irruit ſuper eos noctu.* Et illud Jeſchai 41, verſ. 2. *Quis concitavit de Oriente Juſtitiam? Vocavit eum ad pedem ſuum, & dedit in conſpectu ejus gentes, &c. dedit ut pulverem gladium ejus, &c.* [Schaare Orah ſub Nomine Adonai, ubi ſequitur שכינה.]

9. בית המלך *Domus Regis.* Ita ulteriùs vocatur Malchuth; cujus denominationis hanc exponit rationem R. Moſcheh: quod nempe Illa ſit Domus Regis ſuperni, id eſt Gradûs Binah: ſed citra neceſſitatem. Non enim alterius Regis Ipſa Domus eſt, quàm Modi Tiphereth; cui etiam Regis nomen tribuitur. Et Ipſa (notoriè) eſt Domus ejus. Pardes Rimmon. ibid.

10. בית העולם *Domus mundi.* R. Moſcheh hoc nomen refert ad Chochmah. Iſta enim receptaculum eſt omnium, quæ emanarunt, & creata ſunt. Et Ipſe (Dominus) eſt

locus mundi, non verò mundus locus ejus. Pardes ibidem.

11. בית הרחם *Uterus.* Videatur Sohar Parte III. Sect. Heæsinu fol. 144. col. 574.

בכור *Primogenitus.* R. Moscheh scribit, per Primogenitum intelligi Coronam: quia huic tribuenda sit primogenitura præ totâ Aziluth; ut notum est. Alii hoc nomen de Chochmah exponunt. Sed in Pekudin, Præcepto de *Tphillin,* seu Phylacteriis R. Schimeon ben Jochai scribit: *Quod Primogenitus sit Tiphereth: quia hic Modus sit Filius Primogenitus, constans sex Extremis.* In Raja Mehimna R. Schimeon ben Jochai ita tradit: *Quod Primogeniti appellatio pertineat ad Tiphereth ex parte Chesed. Unde lytron Primogeniti fuerunt quinque Sicli argenti:* Numerus quinarius autem analogiam habet cum illo He, quod insertum est in Nomen Abraham, quod est He Gradûs Binah.

2. Attamen & R. Moscheh *Primogeniti* nomen ad Chochmah refert & ad Malchuth. Conciliatio autem peti potest ex eo, quod traditur in Tikkunim: Quod nempe de Chochmah dicatur Exod. 13, 2. *Sanctifica mihi omne Primogenitum.* Unde omnia בכורות primogenita ad Chochmah pertinent. Malchuth autem vocatur בכורה *Primogenita.* Et Modi Nezachici, qui à parte Chochmah, vocantur בכורים Primitiæ intuitu Malchuth, sicut scriptum est Exod. 23, 19. *Primitivorum Terræ tuæ adduces, &c.* Imò ex parte Chochmah Nomen בכורים *Primitiæ, Primitiva,* etiam adhibetur intuitu Jesod, & propterea dicitur Jechesk. 44. 30. *Et principium omnium primitivorum Col.* Unde dicendum, quod fundamentum Primogenituræ sit Chochmah. Sed quando adhibetur Nomen Masculinum intelligatur Tiphereth; qui tamen cum Bechor dicitur & primogenitus locum habet ad partes Chochmah, quæ Ipsum in Jus Primogenituræ constituit (tanquam Pater) Malchuth autem cum hoc Nomine compellatur,

latur, Fœminino genere בכורה *Primogenita* dicitur; propter Notionem literæ Jod, quam habet de parte Ejus, (Chochmæ scilicet.) Quod autem in Raja Mehimna dicitur: Tiphereth dici primogenitum, ex parte Chesed; id saltem fit ob argenti naturam, respectu autem naturæ Primogeniti in se considerati, ad partem Chochmah referendus est. Ratio hæc est, quia Modus Chochmah est Primogenitus inter omnia, quæ sub Classem Emanantium pertinent. Et quamvis Kether prior sit quam Chochmah, Ratio tamen hic eadem militat, quam protulimus Tractatu 3. hujus libri Pardes. In quo hæc eadem traduntur Tract. 23. c. 2. h. t. Vide plura de hac Voce in Sohar Sectione Beschallach fol. 25. col. 99. Vajechi fol. 124. col. 494. Kedoschim fol. 38. col. 145. Trumah fol. 61. col. 242. Balak col. 352. Ba. col. 72.

בכייה *Fletus*. De fletu vide in Sohar Schemoth col. 1. Vaæra col. 51. Beschallach col. 98.

בכל *In omni, ex omni.* Vide Sohar ki Teze c. 534. Vaæthchannan c. 510.

בכן *In sic. Tunc.* Est *Chesed:* eodem enim gaudet numero (72.) Et in Tikkunim traditur omnem phrasin ובכן Esth. 4, 16. Eccl. 8, 10. *Et tunc*, referri ad Chesed. Pardes Rimm. Tract. 23. c. 2. h. t.

בלעם *Bileam.* De Bileam & Balak videatur Sohar Vajera col. 302. Naso col. 279. Balak. c. 358. & fol. 92. 98. c. 392. Achare c. 113. sq. Bechükkothai. c. 217. 218.

במות *Excelsa.* Sunt Patres. Et ita exponit R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim ad locum illum 2. Schmu. 22, 34. Psal. 18, 34. *Et super excelsa mea statuit me.* Verba sunt hæc; *Excelsa mea* sunt Patres. Et R. Moscheh, *Excelsa Terræ*, Deut. 32, 13. de Binah explicat, quæ altissima sit omnium Terrarum. Sed non apposite: Quia במותי *Excelsa* est numeri pluralis. Sed Binah vocatur *Super Excelsa Terræ:* unde rectius intelligitur Textus: *Et residere fecit Eum super Excelsa*

Terra. Terra enim est Malchuth; Et Excelsa ejus sunt Patres: Et super Excelsis est Binah. Sunt tamen etiam *Excelsa extranea*; & de illis dicitur Deut. 33, 29. *Et tu super excelsa eorum calcabis.* Qui sunt Cortices infra sanctitatem constituti. Pardes Tract. 23. c. 2. h. t.

בן *Filius.* Clarissimum est, quod ad Tiphereth pertineat: Atque sic quoque locatur in Sohar & Tikkunim locis ferè innumerabilibus.

2. Idem Modus quoque בן ישי Filius Jischai. Quod Nomen ita resolvitur, quasi diceretur; בן יש׳ *Filius Jesch*, (qui est) *Jod.* Quia Chochmah vocatur Jesch, prout tradetur suo loco; Et idem modus etiam est Jod, sicut notum. Et Tiphereth est Filius ejus, & Ille Pater hujus; sicut expositum est.

3. Idem ulterius vocatur בן חורין *Filius Liberorum*, seu *Nobilium.* Conf. Eccl. 10, 17.) Ratio proponitur in Sohar Sectione Lech lecha; quia nimirum influxum assugit à duobus Liberis seu Nobilibus; qui sunt Binah & Chochmah; quando sunt simul. Porrò

4. Idem vocatur בן חירות *Filius Libertatis*, quod est nomen singularis numeri; quando influxum assugit à Binah solâ, sub mysterio Jobel. Cujus ulteriorem explicationem vide loco proximè allegato. Ubi quoque adducitur explicatio quare vocetur

5. בן שמן *Filius olei.* Quod nomen ita se habet ut *Filius Liberorum:* quia nempe influxum assugit ab Oleo; quod denotat Influentiam illam supernam, quæ defluit à dextra, dum scilicet Chochmah prævalet Binæ. Et hæc est differentia inter hæc Nomina Filius Liberorum, & Filius Olei: Quia agnominatio Liberorum tunc usurpatur, quando prædominatur Binah; unde tunc omnia sub mysterio miserationum Binah, quæ denotat Libertatem. Olei autem cognominatio adhibetur, quando prædominatur Chochmah Binæ; quia à dextra procedit mysterium *Olei.* Idem ulteriùs vocatur

6.

6. בין בית *Filius Domûs.* Respectu Binæ, quæ est Domus Chochmæ. Atque hoc loco Moscheh erat vehiculum; & ex parte Istius vocatur Filius Domus: & hæc est notio Daath. Pardes Rimmon. Tr. 23. c. 2. h. t.

7. Porrò בן quoque denotat unam è quatuor illis Plenitudinibus Tetragammaticis, nempe hanc: יוד·הה. וו. הה· de qua videantur Tituli מלוי item מה n. 1. item מנחא item נוקבה n. 1. 5. 6. 7. item ניצוצות n. 9. 11. 12. 16. 20. 21.

8. In Sohar Par. Lech lecha, qui filium non habet dicitur Arbor arida, de qua materia vid. sect. Vajeschebh fol. 105. col. 420. & Mischpatim fol. 49. & 50. Et cum voce בן numeris æquipollet יבם Levir. Ab anno vigesimo Filius hominis vocatur Filius Dei vid. Mischpatim 44, 175. & Trumah 71. col. 282.

בנגינות *In Neginoth.* vide tit. נגון.

בנות ירושלים *Filiæ Jeruschalaim.* Explicatio hujus occurrit in Sohar sectione vajechi. Et primò quidem quod intelligantur Animæ Justorum, quibus hoc nomen tribuatur propterea, quia effluxum suum habuerunt à Jeruschalaima supernâ, quæ est Malchuth. Secundò, quod sint duodecim, Boves quibus impositum erat Mare Templi; qui sint duodecim limites vel termini inferiores, qui Ipsi (Malchuth sc.) tribuuntur; & super quibus Ipsa recubat; qui dicantur *Filiæ Jeruschalaim.* Mihi autem dubium manet, quare non fiat explicatio, quod sint septem illæ Puellæ, quæ Ipsi dandæ fuerunt; quod consideratione opus habet. Pardes h. l.

בניהו *Benajahu* filius Johojada. De hoc vid. Sohar Bereschith fol. 7. col. 27.

בנים *Filii, Liberi,* Pluralis numeri, duas habet expositiones: vel enim intelliguntur sex dies operis; nempe sex Filii & Filia una: vel Tiphereth & Malchuth, Filius & Filia, nomen Liberorum habent: vide Tit. אם Quidam applicat hoc nomen ad Nezach & Hod, ex duplici causa, primò, quia ille qui de-

desiderat Liberos, oret & quærat ab initio exhinc, & porrò ascendat ad Influentem supremum, prout exposuimus Tractat. 8. libri Pard. Deinde ex significatione struendi, quia hi modi exstruunt partem inferiorem, & emanando producunt Zebaoth supra & infra. Pardes Tr. 23. c. 2. h. t.

בני ישראל *Filii Israël.* Isti sic vocantur ex eo, quia Filii sunt modi Tiphereth, & ab eo influxum assugunt. Unde ob illud momentum, quo hujus Influxûs participes fiunt, Filii vocantur. Pardes ib.

בנין *Structura.* De structura sanctuarii videatur Sohar Pekude. f. 100. c. 398. 399. f. 108. c. 429.

בקר Videatur Sohar Mikkez f. 112. c. 449. Achare f. 29. c. 115. Vajechi. f. 131. c. 520. Trumah f. 58. c. 232. Vajikra f. 95. c. 397.

בר *Filius.* In Tikkunim R. Schimeon ben Jochai ad Locum Ps. 2, 12. *osculamini filium;* hoc nomen ita exponit: quod Justus, quando exulat, deque loco suo descendit, vocetur בר, ex significatione בר״תא Extraneitatis, quod nempe sit quasi extraneus, exulans è loco suo. Quasi nimirum Justus perierit, & fluvius exaruerit, & in exilio sit Halacha seu Jus ordinarium. Pard. l. c.

בר מצוה *Filius Præcepti.* Usque ad annum decimum tertium vocantur anni præputii; quia Jezer hara statim accedit, dominiumque exercet in hominem usque ad annum decimum tertium. In Arbore autem usque ad tertium tantum annum dominatur, unde Præputiú habere dicitur per trienniú, ut de fructibus ejus vesci non liceat, si quis enim inde comederit, assumet quædam & cibabitur de aliqua parte Concupiscentiæ pravæ. Vid. Initium sect. Vajischlach f. 95. c. 372. Et in fin. sect. Tezaveh. Item Lechlecha ad locum Gen. 22, 13. *Et ivit Abraham* &c. it. Mischpatim f. 44. 45. Vajechi f. 121. c. 481. & 494. 495. & f. 128. c. 480. Pinchas. f. 114. c. 455. & Trumah f. 70. c. 280. Ser Sahabh. h. l. בראשית

In

In principio. Vid. Sohar hoc loco. Et Vajechi 123. item Schlachlecha 79. c. 313.

ברד *Grando.* R. Moscheh Naturam Grandinis refert ad Chesed. Fundamentum enim naturæ ejus est Aqua; sed mutatur in Ignem. Attamen in Sohar alia occurrit explicatio, quod nempe per Geburam congelentur Aquæ influxûs, ut ad inferiora defluere nequeant. Sic quoque reperimus, quod natura venti Septentrionalis sit frigus inducere & congelare. Unde arguere licet, quod grando sit Potentia Gedulæ, proximè accedens ad Gebhuram. Et hoc est quod dicitur Exod. 9, 24. *Et Ignis comprehendens se in medio grandinis.* Item quod Psal. 18, 13. 14. *Grando & Carbones Ignis* combinantur. Pardes Tract. 23. c. 2. h. l.

בָּרוּךְ *Benedictus.* Multæ sunt istius vocis Expositiones, in ipsis etiam verbis R. Schimeon ben Jochai. Daturque differentia quædam inter benedictionem rerum usualium, & cæteras Benedictiones, de qua tamen hîc non est locus. Ut autem brevis sim; hæc tradit R. Schimeon ben Jochai: quod nempe vocula ברוך benedictus, contineat omnes decem Sephiroth. Verba ejus sunt hæc in Tikkunim: *In voce* ברוך *litera Beth refert duas Schechinas, superiorem & inferiorem: Vau refert sex latera: Resch est* ראשית *principium, quod est Chochmah: & Caph respectum habet ad* כתר *Coronam.* Ibidem aliam profert explicationem: *Quod nempe literæ vocis* ברוך *sint initiales istarum vocum* ראש ומקור כל ברכות, *Caput & scaturigo omnium benedictionum, quia ille* (modus hac voce significatus) *est Caput & Scaturigo omnium benedictionum. Et propterea Beth est Chochmah, simul tamen indigitans Kether; quippe qui modus est Caput & principium & scatebra omnium benedictionum.* Hæc ibi. Quibus verbis vocem ברוך applicat ad Chochmah, indigitata tamen simul Coronâ. In Pekudin autem, Præcepto de Benedictionibus; inquit, quod ברוך referendum sit ad Binah, verba sunt hæc: ברוך *hoc est*

mysterium & scaturies suprema omnium, quæ exhauriri possit & effluere, ut illuminari queant omnes Lucernæ: & Ipsa benedicta est semper, ita ut non cessent Aquæ ejus. Et ex illo loco provenit illud principium, quod vocatur Mundus qui venit. Quâ in commentatione id vult, quod Baruch sit Binah; sed alio in loco inquit: *Quicunque se incurvat, incurvat se ad Baruch* &c. ubi in explicatione horum verborum vocem Baruch refert ad Malchuth; Et hanc ob causam incurvationes fiunt ad Baruch. In Tikknium autem hoc idem Nomen refert ad Jesod; & sic quoque applicat hoc. Quicunque se incurvat incurvat se ad Baruch: Quia istuc descendunt sephiræ ad influendum. Hanc autem materiam ulterius explicare proposui in Commentario super Tikkunim, si Deus concesserit. Pardes Rim. Tr. 23. c. 2. h. t.

ברזל *Ferrum.* In Sohar expositio ejus talis est, quod sit Malchuth. Sed alio quodam in loco videtur referri ad Tiphereth. Fortè tamen de utroque loquitur locus ille Prov. 27, 15. Ferrum ferro acuitur. Quicquid autem sit, Nomen hoc pertinet ad Judicium atque bellum, & applicatio est plana: (Et huc pertinet illud: *nullum Instrumentum ferreum auditum est in Domo sanctuarii.* (1. Reg. 6, 7.) usque adeò ut eidem sese applicent Exteriora. Quod ita etiam explicatur in Sohar Cantici Canticorum. Pardes ibid.

2. In scientia naturali hoc metallum est linea media, pertingens ab uno extremo ad alterum. Hic est masculus ille & sponsus, sine quo non imprægnatur virgo. Hic est Sol sapientum, sine quo luna perpetuo erit in Tenebris. Qui novit radios ejus, in die operatur; cæteri noctu palpitant. פרזלא autem cujus numerus minor est 12. eundem valorem habet ac nomen sanguinolenti illius animalis דוב ursus, cujus numerus 12. pariter. Atque hoc est mysticum illud, quod scriptum extat Dan. 7, 5. *Et ecce bestia alia secunda, similis urso, ad latus unum stetit, & tres extantia in ore ejus, inter dentes ejus: & sic dicebant ei: Surge, comede carnem multam.* Sensus est;

ſus eſt; quod ad conſtituendum Regnum metallicum ſecundo loco aſſumendum ſit ferrum; in cujus ore vel apertura quæ in catino fit trinæ ſcoriæ, inter albicantem ejus naturam protruduntur. Comedat autem בשר carnem cujus numerus minor 7. id eſt פוך ſtibium cujus numerus minor itidem eſt 7. Et quidem carnem multam, quia major eſt proportio hujus, quam illius & quidem qualis eſt פוך i. e. 106. ad ברזל i. e. 239. talis erit ferri ad Puch. Intellige autem *carnem Leonis*, quod eſt animal primum; cujus *alæ aquilinæ* & quod nimis volatile eſt ipſi, nunc *evulſa* erunt: & *elevata erit* atque purificando ſeparata *à ter ra* ſeu ſcoriis; & *ſuper pedes ſtabit*, i. e. in cono conſiſtentiam accipiet, *tanquam homo* erecto vultu & radiante; ut Moſcheh, אנש enim & משה plenâ ſcriptione per gematriam 351. *Et cor* id eſt ferrum, nam לב & ברזל numeris minimis exhibent 5. *hominis* Tiphereth mineralis, *datum erit ei.* Nam & nomen ſtellæ huc pertinentis eſt אדום quod habet connotationem hominis rufi. His factis accipi debet beſtia tertia, *quæ velut Pardus:* nempe Aqua non madefaciens, Jarden ſapientum; Nam נמרא Pardus & ירדן numero parvo efficiunt eandem ſummam nempe 12. Ea quoque eſt hujus undæ velocitas, ut pardo ex hâc ratione non ſit abſimilis. *Et ei alæ quatuor avis ſuper dorſo ejus;* quatuor alæ ſunt duæ aves, quæ pennis ſuis exaſperant hanc beſtiam, ut intrare & pugnare queat cum urſo & leone. Quamvis & per ſe ſatis ſit volatilis & ſerpentis alati atque baſiliſci inſtar mordax & venenata. *Et quatuor capita beſtiæ;* quibus verbis intelliguntur quatuor naturæ in hoc compoſito latentes, alba ſcilicet, rubra, viridis & aquea. *Et poteſtas data eſt ei* ſuper cæteras beſtias leonem nempe & urſum, ut eaſdem vincat, ſanguinemque illarum glutinoſum extrahat. Nam ex his omnibus fit una beſtia quarta; verſ. 7. quæ *formidoloſa terribilis & fortis abundanter.* Tantos enim crepat fumos, ut periculum aliquando mortis ſubſit, ſi tempore locisque indebitis tractetur.

Et dentes ferri habet magnos, quia hæc est una ex partibus & materiis ipsam componentibus. *Comedens & comminuens* se ipsam & alia: *& residuum pedibus suis conculcans*; id est natura tam violenta ut iterum multis contritionibus & conculcationibus quasi demum dometur. *Et decem cornua ei.* Nam naturam omnium numerationum metallicarum habet. *Cornu parvum*, &c. ex hac enim extrahitur Rex iste minor, naturam habens Tiphereth, quæ hominis, sed de parte Geburah; est enim aurum illud prædominans in operatione sapientium. Hactenus præparatoria, & nunc *interficienda est bestia & perdendum corpus ejus & tradendum ad ignis combustionem* &c. Jam enim sequitur ipsum regimen ignis, de quo alibi. Hæc commentari volui ex occasione Gladii Naamani Illustris, quem hoc nomen exprimit. Æsch mezareph. c. 3.

בריאה *Creatio.* vide infra tit. נתוצית n. 1. 17. 18. De Creatione hominis, & quod spiritus ejus provenerit à sancto i. q. b. s. Neschamah s. mens ejus, ab arbore, quæ est arbor vitæ; Ossa & membra à Mercavâ; caro verò sit portio Pravæ concupiscentiæ vid. Sohar schophetim f. 132. c. 526. Et quod ossa carne sint præstantiora. Et Pinchas f. 101. c. 403. Quodque in eo sint particulæ de cœlo & de terra & aqua: & compositus sit ab omnibus his; quodque purificandus sit sicut argentum à scoriis suis, Vajera f. 70. Confer plura è locis ad textum נעשה.

2. De Creatione mundi factâ per conversiones & rotationes literarum אלכם & אתבש Et per 231. portas seu modos combi natorios, qui sunt אב &c. בג גד & porrò, &c. הו. גה. בד. אג & &c. גו. בה. אד Deinde, &c. הד. דג. גב. בא. item, &c. וד. הג. דב. גא & &c. זו. וג. הב. דא qui modi facto computo omnes sunt 231. Item quod in combinationibus literarum residua est litera Teth ט, unde illud כי טוב, quod bonum, &c. Vid. Ser Sahabh hoc titulo.

בריחים *Vectes.* De hac voce jam quædam prolata sunt sub

sub titulo אצבעות, cum actum est de quinque vectibus, & de vecte medio, qui symbolum est lineæ mediæ. Vectes enim erant quinque ad dextram, & quinque ad sinistram. Ibique diximus, quod intelligantur Gedulah, Gebhurah, Tiphereth, Nezach, Hod. Apparet autem è verbis R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim, quod quinque Sephiræ supradictæ vocentur Vectes, propter Vectem medium, qui est Tiphereth qui (juxta Exod. 26, 28.) *Penetrat ab extremo ad extremum*, id est, ab uno cœli extremo, quod est He supernum, ad alterum cœli extremum, quod est He inferius. Pardes Tract. 23.c.2. h.t.

ברייתא *Baraitha*, *Doctrina Extranea*, *Conclusio extra Jeruschalem facta.* Hoc nomine appellatur Malchuth, illâ nimirum horâ, quâ recessit & exulat è loco suo; nempe Exilii causa sic vocatur, quasi diceretur Extranea & forensis, quia est extra locum suum. Alio autem in loco in Tikkunim hæc occurrit explicatio, quod scilicet ita vocetur ex parte Gebhurah; quia ob rigorem Judicii Ipsa exilium patitur & loco se movit. Pardes ib.

ברית *Fœdus.* Hæc vox simpliciter posita ad tria refertur Loca, quæ sunt Malchuth, & Jesod, & Tiphereth; quæ omnia sæpè occurrunt in Discursibus Sohar. Cùm autem constructa est cum adjuncto quodam alio, tum variat; prout dicetur. Nimirum occurrit

2, ברית לשון *Fœdus Linguæ*; Quod refertur ad Binah, fundamento tamen existente in Tiphereth; prout exposuimus in Tractatu libri Pardes I. In libro Orah autem, Binah dicitur appellari *Fœdus linguæ*, *& Fœdus oris*, *& Fœdus labiorum.*

3. Jesod autem vocatur ברית המעור *Fœdus nuditatis*: *Fœdus Sabbathi*, *Fœdus Arcus.*

4. Et Malchuth, quando locata & alligata est inter Jesod & Binah etiam vocatur Fœdus. Et hoc est mysterium הפריעה Denudationis: quia Circumcisio refertur ad Jesod &

Denudatio ad Malchuth. Et propterea dicitur: Qui circumcisus est, & non denudatus, idem est, ac si circumcisus non esset: quia fodicat Portam ingressus, quæ est Malchuth, & Ista est denudatio. Hæc contracta sunt è Libro Orah, quamvis non omninò sint ejus verba.

5. Ulteriùs Jesod vocatur ברית שלום *Fœdus Pacis.* Et jam patebit quid sint omnia illa Fœdera de quibus diximus: Nempe Fœdus Linguæ, de quo diximus, quodque, ut patet è ratione Tract. 1. adducta, etiam vocatur Fœdus oris, & Fœdus labiorum: item Fœdus nuditatis, & Fœdus Carnis, & Fœdus circumcisionis, omnia sunt unum idemq;. Fœdus Pacis autem, seu perfectionis propterea dicitur, quia Iste modus pacis & perfectionis autor est inter Tiphereth & Malchuth, ita ut de eo dicatur 1. Par. 29, 11. *Quia* כל, i. e. modus ille, qui vocatur *Col, est in cælo & in terra*, ubi Targum hâc utitur paraphrasi, quod uniatur cum cœlo & cum terra. Fœdus circumcisionis autem propterea dicitur, quia exscindit præputium, illudque extirpat è mundo. Pardes ib.

6. In Schaare Orah de hoc Nomine hæc extant, post מלאך הגואל: Metrum El chai in Lege aliquando vocatur *Fœdus.* Ubicunque autem in Lege occurrit *Fœderis* nomen, ibi una è tribus hujus vocis significationibus locum habet, quæ omnia tamen unum sunt in combinatione. Et tres istæ significationes distribuuntur secundum tria Nomina, *Adonai, El-chai, Binah.* At fœdus Binah, est Fœdus oris, & Fœdus Linguæ, & Fœdus Labiorum; sicut scribitur Ex. 34, 27. *Secundum os verborum istorum pepigi fœdus tecum.* Fœdus El-chai autem vocatur Fœdus pacis, Fœdus Sabbathi, & Fœdus arcus. Instituit enim nobiscum Deus benedictus Fœdus circumcisionis, ut per ipsum consortes efficiamur modi El-chai. Fœdus autem Adonai, concernit Fœdus Legis, quæ juncta consistit inter Fœdus El-chai, & inter Fœdus Binah. Quia enim Adonai adhæret modis El-chai & Binah, hinc & idipsum sibi *Fœderis* cogno-

cognomen adaptat, ob duo illa. Et huc pertinet mysticum illud (Libri Jezirah) *Fœdus Linguæ & Fœdus Nuditatis* (effusorii.) Item mysterium illud, quod Fœdus Circumcisionis consistat in Detectione; juxta id, quod dixerunt Majores: *Si circumciderit & circumcisi membri præputium Coronam membri genitalis non patefecerit, circumcisio pro nihilo reputabitur.* Quibus verbis insinuant, quod Denudatio sit mysterium Adonai; si quis ergo non denudet, ille defectum Sephiræ primæ infert, per quam introitus patet ad Palatium Tetragrammati benedicti. Nam ab Adonai intramus ad El-chai; & ab El-chai ad Nomen Tetragrammaton benedictum. Si itaque non denudat, etiam ad El-chai non intrat deficiente mysterio Detectionis quæ est Nomen Adonai. Quia igitur Deus benedictus perfectum reddere volebat Abrahamum juxta omnes Sephiras, hinc dicebat ad ipsum: ambula coram me, & sis perfectus Gen. 17, 1.2. Et ut applicari queas & inseri sellæ meæ curuli, Ego signum ponam in carne tua; quod vocatur *Fœdus carnis*, prout pergit textus alleg. ℣. 2. *Et dabo fœdus meum inter me & inter te.* Unde etiam dicitur Gen. 17, 13. *Et erit fœdus meum in carne vestra in Berith Olam seu fœdus æternum.* In quibus verbis τὸ *fœdus meum in carne vestra* est fœdus carnis: *In fœdus Olam* verò, est fœdus Linguæ, quod est mysterium Legis, quæ ortum habet à Binah, juxta analogiam numeri quinquaginta dierum, & numeri quinquaginta annorum Jobel. Nisi igitur Iisraëlitæ suscepissent fœdus carnis, nunquam capaces fuissent accipere Legem, quæ est *Fœdus linguæ.* Et hoc ipsum est, quod dicitur in Libro Jezirah: *Cum venit Abraham Pater noster, & respexit, & investigavit, & intellexit, & exaravit, & cogitavit, & adeptus est, apparuit ei Dominus universi, & vocavit eum dilectum suum, & pepigit cum ipso fœdus inter decem digitos manuum ejus*, & hoc est Fœdus Linguæ, *& inter decem digitos pedum ejus*; & hoc est fœdus circumcisionis. Quod si dicis, Denudationem non datam fuisse Abrahamo, scito hanc mensu-

ram jam antea omninò Ipsius fuisse; est enim modus Adonai, quia ille primus fuit, qui hoc nomen adhibuit. Ex his patet, quod duæ sint species Fœderis: *Fœdus* scil. *Lingua*, quod est fœdus oris, quo nomine intelligitur fœdus Legis, quod est fœdus Olam, quod est Fœdus Binah. Alterum est fœdus circumcisionis, quod est fœdus carnis, fœdus arcus, fœdus Sabbathi. Et inter duo fœdera hæc comprehensum est Fœdus Adonai, quod est Fœdus Legis oralis, quod est Fœdus denudationis. Et in hunc sensum dicitur Ex. 34,27. *Secundum os verborum istorum, pepigi tecum fœdus*: quod est Fœdus Legis scriptæ, & Legis oralis. Tria igitur sunt fœdera, primum in Binah, יהוה: ultimum in Malchuth Adonai: medium in El-chai, est Fœdus Sabbathi, quod ligamen & unionem instituit inter Adonai & יהוה. Et nisi foret circumcisionis fœdus, quod est Fœdus Sabbathi, non fuissemus digni Lege nec scriptâ, nec orali, quæ sunt mysterium Nominum יהוה אדני. Scias autem, Nomen El-chai, quod vocatur Fœdus, esse Vestibulum ubi intratur ad modum Tiphereth, quæ est mysterium Legis scriptæ, quæ emanat à Binah, juxta mysterium quinquaginta dierum, sicut diximus. Si igitur homo non ingreditur per hanc portam, quæ est fœdus, quomodo assequetur Legem, quæ interiùs est & in supernis. Et quia Fœdus circumcisionis est mysterium El-chai, & est mysterium Sabbathi, hinc Majores nostri b. m. in benedictionem circumcisionis inseruerunt sequentia: *El-chai, portio nostra, petra nostra, præcipe, &c. propter fœdus, quod positum est in carne nostra. Benedictus sis tu Domine, qui pangis fœdus.* Ex quibus apparet, quod nomen El-chai insertum sit Benedictioni fœderis circumcisionis. Et propterea dictum est Deut. 4,4. *Et vos adhærentes Domino Deo vestro, vivi estis omnes hodie.* Scito autem, quod Fœdus circumcisionis sit mysterium Sabbathi, juxta mysterium Circumcisionis & Denudationis, & juxta mysterium *memento* diem Sabbathi; & custodi; ubi זכור *memento* ad diem applicatur, & שמור custodi ad noctem, re-

spectu

ſpectu Nominum El-chai & Adonai. Et quia Fœdus circumciſionis complectitur duarum iſtarum Sephirarum fœdus, hinc Scriptura inquit Jirmej. 33,25. *Si non eſſet pactum meum cum die & nocte, ſtatuta cæli & terræ non poſuiſſem.* Ubi in voce חקות ſtatuta, continentur nomina El-chai & Adonai; ob myſticum ſenſum vocum חק maſculini, & חקה fœminini generis, quæ ambo *ſtatuti* ſignificationem habent; ejus ſymbolum occurrit in textu Lev. 18, 4. את חקותי *ſtatuta mea ſervabitis.* Ubi in voce חקותי *ſtatuta mea* latent nomina El-chai & Adonai. Scito igitur, quod fœdus, quod dicitur diei & noctis, ſit myſterium circumciſionis & denudationis, præceptorum memento & cuſtodi, El-chai & Adonai, Legis ſcriptæ & legis oralis, quæ ſunt myſterium ſtatutorum cœli & terræ, ita ut alterum correſpondeat alteri. Et huc pertinet myſticum illud Pſal. 1, 2. *Et in lege eius meditabitur die ac nocte:* ubi vocula *die* denotat legem ſcriptam, & myſterium El-chai, & myſticum ſenſum præcepti, memento, & myſterium circumciſionis: Vocula autem *& nocte* eſt myſterium legis oralis; myſterium Adonai; myſterium præcepti *cuſtodi*; & myſterium Denudationis. Et propterea Lex non tradita eſt niſi illi, qui ſuſcepit fœdus carnis, & per fœdus carnis homo intrat in fœdus Linguæ, quæ eſt Lectio Legis. Atque jam oſtendam tibi, quomodo Deus benedictus ſignaverit nomen ſuum magnum Tetragrammaton in Abrahamum, & in ſemine ejus illo, quod recepit Legem. Exempli gratia, in Libro Jezirah dicitur; *Exſcidit ipſi Fœdus in decem digitis manuum ejus; & hoc eſt Fœdus Linguæ;* hoc eſt ſignaculum יה, ubi Jod myſticè denotatur per decem digitos; He autem deſignat quinque ſcaturigines in Lingua Legis, quæ ſunt אחהע *Gutturales;* בומף *labiales;* גיכק *Palatinæ;* דטלנת *Linguales;* זסשרץ *dentales.* Unde patet, quod ſigillum יה ſit fœdus linguæ, quod eſt fœdus oris. Mox ſequitur: *Et exſcidit ipſi Fœdus inter decem digitos pedum ejus,* hoc eſt fœdus circumciſionis, & ſigillum יה, altera

ra medietas Tetragrammati, ubi notandus numerus decem digitorum, & fœdus circumcisionis, quod est unitatis nota, ambo autem efficiunt undecim, qui est numerus literarum וה: ubi Vav denotat Legem scriptam; He Legem oralem. Omnia autem dependent à fœdere Circumcisionis, quæ est radix ima literarum וה, nempe lex oralis, & mysterium Denudationis. Unde Lex non est tradita gentili, quia præputiatus est. Et hoc ipsum est, quod dictum est in benedictione cibi; præmittendam scil. esse mentionem fœderis, mentioni Legis, ita ut dicatur: *Qui possidere fecisti Patres nostros, &c. Propter Fœdus tuum, quod consignasti in carne nostra, & propter Legem tuam, quam docuisti nos.* Unde etiam scriptura Psal. 147, 19. *Qui annunciat verbum suum Jaacobo*, i. e. illi, qui circumcisus est in Jaacob. Gentilis autem, præputiatus, qui Legis studio occupatur, obnoxius est morti. Et quia Fœdus circumcisionis & Denudationis est mysterium Sabbathi & præceptorum memento, & custodi; hinc circumcisio pellit Sabbathum. Eadem porrò fit die octavâ, quod est mysterium Adonai, quod est mysterium denudationis, post circumcisionem instituendæ, totumque mysterium consistit in Nominibus אדני יהוה. Apparet ergo, quod fœdus circumcisionis propterea pellat Sabbathum, quia Illa eadem Ipsa dimensio est. Jam itaque intelliges, inventâ phrasi Fœderis, qua significatione illa accipienda sit: Utrum de Fœdere Linguæ, an de fœdere carnis, an de denudatione. His autem præmissis, cavendum omninò tibi est, ne ex illorum sis numero, qui polluunt fœdus sanctum; omnes enim textus, qui scripti sunt de Nuditatibus in tota Lege, ab istis duabus Sephiris dependent, ab El-chai, sc. & Adonai: & quidem illorum aliqui simul à duabus proximè sequentibus quæ vocantur Elohim Zebaoth, & יהוה Zebaoth. Et sic quoque intelligere poteris, quæ sint jura de retectione Nuditatum, item de eo, qui apprehenso membro, urinam reddit; & similia, &c. Schaare Orah sub Nomine El-chai. (Ibidemq; sequitur אור.)

7. Vi-

7. Vide plura de Fœdere in Sohar Noach f. 47. c. 188. f. 51. c. 202. Lech lecha f. 81. 82. 84. Vajechi 121. c. 481. Achare 26. c. 102. f. 33. c. 131. & in fine bechükkothai 56. c. 253. & Balak f. 95. c. 377. Pinch. 100. c. 397. 398. f. 110. c. 437. Conf. Jesod.

בְּרֵכָה *Stagnum, Piſcina.* Eſt Malchuth. Illa enim receptaculum illud eſt, quod colligit omnem influentiam ab omnibus locis ſupernis. Quandoque tamen & Binah vocatur ſtagni nomine. Scaturigo autem ſtagni inferioris eſt Tiphereth, per fontem, qui eſt Jeſod. Et ſcaturigo ſtagni ſuperioris eſt Kether per fontem, qui eſt Chochmah. Pardes Tr. 23. c. 2. h. t.

2. In Schaare Orah de hoc nomine reperiuntur ſequentia, (quæ connectuntur cum Diſcurſu de אדני.) Piſcinæ cognomẽ numeratur inter Nomina divina, & reſpondet τῷ Adonai. Nomẽ Tetragrammaton enim, quamlibet inundationẽ & immanationẽ, Nomini Adonai infundit, ita ut in hoc opulentiſſima Regis confluant bona, in eoque reponantur. Hoc autem eadem porrò transmittit, & implet, quicquid creaturarum neceſſitas exigit, Piſcinæ vel ſtagni inſtar, in quam derivatur flumen, quo hortus & cætera irrigentur. Hinc meritò ipſum Nomen Adonai in Lege Brecha nominari ſolet. Nam בריכה i.e. ſtagnum vel piſcina, ejuſdem eſt originis ac ברכה benedictio. Et hoc eſt nomen illud, quo filiis ſuis benedixit Jaacobh, illudque in hæreditatem ſuſcepit ab Iſaak, & iſte ab Abraham; Abraham verò à Domino altiſſimo, ut (ejus ope) reſeraret portas Adonai, & pro ſe, & aliis omnibus accipere poſſet, quæcunque poſtularet uſus. Hac itaque benedictione Deus eum donavit, juxta illud Geneſ. 12, 2. *Et ſis* ברכה *benedictio*, vel piſcina; quia Ipſa Brechah piſcina ſcil. tuæ poteſtati committitur, quam ſuſcipe, non prò te ſaltem, ſed & pro arbitrio cujusvis hominum impertiaris. In quod vergit illud l. c. ℣. 3. *Et benedicentur in te univerſæ cognationes Terræ:* ac ſi dixerit: quicunque hujus piſcinæ quippiam exoptaverit, id uno te duce expleri poterit: hanc ſi quidem tuam, tuæq; ditioni ſubditam

 ſtatui.

ſtatui. Quare arbitrati ſunt Majores, primum eorum, qui Altiſſimum nomine Adonai vocarunt, extitiſſe Abraham, qui clamabat Gen. 15, 2. אדני ידוִ *Quid dabis mihi, &c.* Ab hoc etenim nomine ſua requiſivit commoda. In hujus hæreditatem poſt Abraham ſucceſſit Iſaac, juxta illud Gen. 25, 11. *Poſt obitum Abraham benedixit Deus Iſaaco filio ejus.* Hujus inſuper piſcinæ cauſa inter Eſau & Jacob acerrima longævaque emerſit contentio. Hæc ipſa primogenitura eſt, quam Eſau venalem expoſuit Jaacobo; cujus venditionis contractui acquievit rurſus & Iſaac, dum in Meſopotamiam Syriæ mittebat Jaacobum Gen. 28, 2. 3. Iſtiusque ſemini in hæreditatem donata eſt hæc Piſcina ſeu benedictio l. c. ℣. 3. Ideo cùm Jaacobh morti appropinquaſſet, hanc duodecim Tribubus piſcinam aperuit, ut quævis tribuum hæreditariam ſuam portionem ſuſciperet juxta illud Gen. 49, 28. *Omnes hæ tribus Iiſraël duodecim. Et hoc quod locutus eſt eis pater eorum, & benedixit eis, unicuique ſecundum benedictionem ſuam benedixit eis.* ubi additur: ſingulis ſecundum propriam benedictionem, ne fortè exiſtimes, quod pro lubitu cuique benedictionem impertiverit; Verum quod ex hac piſcinâ peculiare condecensque unicuique tribuum conveniebat, id (non proprio, ſed ipſius piſcinæ dictamine,) ſingulis exhibebat. Sic & Moſcheh Mag. n. benedixit Iiſraëli, antequam in promiſſionis Terram tranſirent, juxta illud Deuter. 33, 1. *Et* וזאת *hac eſt benedictio, qua benedixit Moſcheh vir Dei filiis Iiſraël.* Nomen itaque Adonai myſterium benedictionis exponit; Benedictionem, inquam, quæ ei adhærentes, (omni afflictione ſollicitudineque ablata) divites conſtituit, juxta illud Prov. 10, 22. *Benedictio Domini ditat, & non adjicit dolorem ſecum.* Hæc ibi. Sequitur vox אדני *baſes.*

ברכה *Benedictio.* Itidem Malchuth eſt; ſed tunc temporis, quando influxum aſſugit à dextra; quod ita traditur in Libro Raja Mehimna, locisque aliis. Attamen & Binah vocatur Benedictio, prout dicitur in Tikkunim, ubi allegatur

gatur textus Prov. 10, 22. *Benedictio Domini ipsa ditabit*, quem explicant ex mystico illo: qui dives fieri vult, ad septentrionem se convertat. Differunt ergò Brechah & Brachah; Et Brechah tunc locum habet, quando Ipsa receptaculum est influentiæ descendentis. Brachah autem, quando Ipsa influendo benedictionem demittit. Pardes Tr. 23. c. 2. h. t.

2. Vide plura de materia Benedictionis in Sohar Vajiggasch 114. c. 457. Vajechi 121. c. 481. 494. 495. fol. 128. c. 497. Vajera 66. c. 264. Jethro 39. c. 156. Bemidbar 57. c. 227. Pekude 102. c. 407. Balak 97. c. 388. 389. Trumah 70. c. 280. Naso 69. c. 274. Pinchas 114. c. 455. fol. 122. c. 487. 488. Initio Ekebh f. 130. c. 517. Vaæthchannan 126. c. 504. f. 127. 508. Ekebh 131. c. 521. Lech lecha 61. c. 241. Trumah 70. c. 280. f. 72. c. 286. f. 75. c. 297. sq. Vajakhel 98. c. 390. Trumah 59. c. 233. sq. Pekude in Hechalos 118. c. 469. Jethro 39. c. 126.

ברקים *Fulgura.* In Tikkunim R. Schimeon ben Jochai docet, quod fulgura, quæ apparuerunt in promulgatione *Legis* Ex. 19, 16. sint de parte Jesod; quia iste modus vocatur ברק fulgur. Verba sunt hæc: Fulgura sunt de parte Justi, de quo dicitur Sechari. 9, 14. *Exivit ut fulgur jaculum ejus.* Ubi sensus est, quod Justus sit sagitta, sitque & arcus, exspuens semen, quod ejaculatur ut sagittam. Pardes Tract. 23. cap. 2.

ברר *Selegit, secrevit.* Alibi dictum est, quod Vasa septem Regum delapsa quidem sint, sed etiam restituta. Notandum tamen, Restitutionem nondum factam esse plenariam: relictæ enim adhuc sunt quædam scintillæ sanctitatis in Klippoth. Et diebus communibus extra Sabbathum, Schechinah, quæ est Uxor Seir, exulat inter Klippoth, & secernit, quæ seligenda restant è scoriis; eademque elevat, sub notione Aquarum fœmininarum; atque sic restituuntur. Etz Chajim. Part. Ozaroth Chajim. Tract. Injan Ibbur muchin.

בשגם *Eò quod etiam.* Gen. 6, 3. eſt משה numeris æquipollentibus videatur Gemar. Maſſ. Cholin. in fin. & Sohar Pinchas 99. c. 396.

בשכמלו Eſt abbreviatura. ברוך שם כבוד מלכותו לעולם ועד Benedictum ſit Nomen Gloriæ Regni ejus in ſeculum & perennitatem, de hoc videatur Sohar Trumah 60. c. 237. Pinchas 121. c. 481. Vajikra 2. c. 7. Vaæthannan 127. Et in MSS. R. Jizchak Lorja traditur; כד 24. literas iſtius benedictionis deſignari per כַּד ſeu hydriam Ribkah, &c. Ser Sahabh h. l.

בשמים *Aromata* Exod. 25, 6. Cant. 4, 15. ſunt ſeptem ſephiroth. Et tres Patres vocantur ראשי בשמים *Capita aromatum* Cant. 4, 13. Tiphereth autem ſub myſterio Daath vocatur Caput aromatis Jechesk. 27, 22. Pardes. Tr. 23. c. 2. h. t. Videatur Sohar Zav. 15. c. 60. ubi nota, quod vox נשמה mens, eaſdem habet literas quas השמן oleum. Item quod voces iſtæ לריח שמן in odorem olei numeris æquipollent cum vocibus iſtarum Patrum: אברהם יצחק יעקב nempe 638. Ser Sahabh. h. l.

בשר *Caro.* Ut plurimum eſt Malchuth; unde illud Gen. 2, 23. *Et caro de carne mea.* Duplex autem eſt caro. Primò in Tiphereth, & deinde in Diminutione, unde Gen. 2. 21. *Et reclusit carnem pro ea:* Ubi reperitur Notio Malchuth in Ipſo: Alia autem eſt caro, Notio nempe Ejuſdem infra: unde illud: Gen. 2, 24. *Et erunt in carnem unam.* Hinc de Moſcheh quoque intuitu vehiculi ejus dicitur Gen. 6, 3. *eò quod etiam Ipſe caro.* Ubi vox בשגם æquipollet voci משה. Et iſta omnia adducuntur in Tikkunim. Porrò etiam datur caro ex parte Judicii, quò pertinet illud Num. 11, 33. *Caro adhuc erat inter dentes eorum.* Unde & vox בשר caro, per metatheſin literarum eſt שבר confractio: Nam Schechinah ex parte judicii exiſtens vocatur בשר Caro; eſt enim rubra. Sed coruſcat flammis ob amorem erga maritum ſuum de latere

tère septentrionis, ut uniatur. Et quando non completur benedictio & copula nulla datur ob iniquitatem istius ætatis, tunc Ipsa est שבר confractio. Et famis tempore, cum nulla extat copula, locum habet textus Gen. 42, 19. *de fractione famis* & sic v. 1. *fractio in Ægypto.* Et hæc erat transgressio Concupiscentium, qui requirebant carnem, & rejiciebant panem de cœlo; (quo denotatur copula: Panis enim est Schechinah, & cœlum Tiphereth,) & volebant carnem. Unde illud Num. 11, 33. *Et furor Domini iratus est in populum &c.* Caro autem in homine pertinet ad partem sinistram, & putrescit, ut notum, de quo plura sub titulo עצם. Pardes Tr. 23. c. 2. h. v. Carnem autem in lacte coquere prohibitum, vide בישול, quia Lac est symbolum misericordiæ, caro autem judicii. Duo autem sunt canales, judicii sc. è quo sanguis, & miserationum, è quo Lac effluunt. Et quando lactent filii, qui sunt Iisraëlitæ, sanguis vi ignis mutatur in Lac, & è canali judicii & sanguinis fit Lac. Ser Sahabh. h. l.

בת *Filia.* Nomen hoc nudè positum refertur ad Malchuth, sed juxta hanc illius notionem, qua vocatur Jod, prout docuimus Tract. Pard. 14. Ista notio etiam vocatur filia vel pupilla oculi. Et quando vocatur pupilla oculi, tunc requiritur ut illam ambiant tres colores, qui sunt Patres, ut notum est ex natura oculi, & expositum Tract. cit. & Tr. 31. Jod autem vocatur Filia ad relationem Chochmah. Sed respectu Binah, notio He vocatur filia; vel pupilla oculi; Nam Uxor seu mulier, & filia ejus sunt duo Hehin, Binah & Malchuth. Quandoque tamen componitur, e. g.

בת קול Filia vocis, Echo. De qua R. Moscheh docet, quod per Vocem intelligatur Binah, & per Filiam, Malchuth. Et quamvis ista rectè se habeant, aliter tamen tradit R. Schimeon ben Jochai in libro Raja mehimna: verba sunt hæc: *Et Ipsa est Filia vocis ex parte columnæ mediæ, quæ vocatur Vox Tubæ: item, Vox, vox est Jaacobi* Gen. 27, 22. hæc ibi. Quibus in-

indicat, quod Filia vocis nomen habeat propter Tiphereth. Sed notandum, quod Tiphereth tunc dicatur vox Tubæ, quando appropinquat Binæ & ab Ista prodit. Ipsa autem Ejusdem vocatur Filia, ad eundem modum quo dixerunt Magistri nostri ad locum 1. Sam. 12, 3. *Et erat illi sicut filia.* Ne dicas לבת ut filia, sed לבית ut domus. Omnis tamen Uxor quasi filia est mariti sui. Eadem porrò

בת מלך *Filia Regis* dicitur, cujus nominis hanc rationem proponit R. Moscheh, quod Illa nempe Filia sit Regis superni, cui nomen est Binah: quod fortè applicari poterit ad Chochmah, qui modus etiam vocatur Rex, prout dicetur suo loco. Ob notionem autem literæ Jod, quæ in Ipsa est, ex parte Chochmah, dicitur Psal. 45, 14. *Tota gloriosa filia Regis intrinsecus*: quia illa notio est occultata in medio structuræ ejus, quæ est ה: sicut expositum est Tractatu Pard. 14. Porrò etiam dicitur

בת זוג *Compar.* Ratio est, quia est uxor & compar Modi Tiphereth. Et fortè tunc ita vocatur, quando est copulata cum marito suo. Vid. Sohar Schemoth f. 5. c. 18. & Mischpatim 44. 45. 46. c. 173. 175. KiTeze 137. c. 541. ubi & de בת קול. Dicitur etiam

בת גלים Jeschai. 10, 30. *Filia scaturiginum*: quod ita exponitur in Tikkunim, quod sit Filia decem rotationum vel orbium, quæ sunt decem sephiroth, quatenus in Ipsâ continentur. Unde Nomen hoc respicit Complexum ejus. Hoc Nomen tamen etiam tunc habet, quando influxum assugit à Binah, vel à Chesed; quamvis & alia detur ratio, de qua sub tit. גלים. Dicitur porrò &

בת שבע *Filia septenarii*, quando composita est è septem. Quod non est intelligendum de eo statu, quo aliquid accipiat à septem, quia tunc vocatur Beerscheba: Sed Bathschebha tunc dicitur, quando septem sephiræ intra ipsam naturam ejus lucent. In Sohar autem sectione schemini Bath schebha appellari dicitur ex parte Gebhurah, de quo dictum sub nomine

mine אלישבע. Fortè tamen ita quoque appellari poſſet Binah, prout Eadem & Beer-ſchebha dicitur; ut dictum eſt ſuo loco. vid. Sohar Noach 54. c. 216. ſchemini 16. c. 64. f. 17. c. 66. Quandoque etiam vocatur

בת נדיב Filia Principis Cant. 7, 1. ex myſtico illo, quod Filia fuerit Abrahamo. Quando enim unita eſt, & ab eo accipit filum Benignitatis, in Ipſam derivatú, tunc vocatur Filia Principis: quia Abraham & Cheſed vocatur נדיב Princeps. vid. & Sohar init. Chükkath f. 86. c. 343. ſq. Ulteriùs etiam vocatur

בת רבים Filii Magnatum Cant. 7, 4. Cujus explicatio occurrit in Sohar S. Pinchas. Ratio fortè hæc eſt, quia influxum ſuſcipit à tribus Patribus, qui vocantur Magnates, prout dicitur tit. רבים Pard. Tr. 23. c. 2. Et Sohar vajechi f. 126. c. 501. Schemoth f. 6. c. 22.

בתי גוואי/או בראי *Domus interna vel externa.* Internæ ſunt tres ſephiræ primæ occultæ: externæ autem ſunt ſeptem Sephiroth, ſeptem dies ſtructuræ. vid Tract. 8. libri Pardes & Tract. 23. c. 2. h. l.

ג

ג *Ghimel.*

IN Libro Temunah traditur, quod vis iſtius literæ ſit in Binah, ut iſta eſt tertia. Vocatur autem Ghimel à benefaciendo, quia benefacit omnibus, reducendo extrema ad medium. Reducit enim judicium & miſericordiam ad æqualitatem, & per illam citò producunt operationes. Alludit tamen etiam ad phraſin illam Num. 17, 8. ויגמל & maturabat vel proferebat amygdala. Quæ ambo plana ſunt ſatis; ab Illa enim Gebhurah accipit miſerationes, & lavatur lacte Matris. Cum igitur Eadem judicium ſuſcipit, tum pax reperitur inter Judicium & & Benignitatem. Atque hoc modo omnes ſeptem Sephiroth ſtructuræ ab Illâ influxus ſuſcipiunt, & per illam promtas edunt operationes. Figura autem hujus literæ refert Vav &

 Sain;

Sain; Sain autem alludit ad Nezach, & Vav ad Tiphereth. Unde natura ſpiritualis hujus literæ hoc indicat, quod fundamentaliter influxum aſſugit à Binah, & formata ſit per Tiphereth & Nezach, unde dominium ejus per ſolem, qui eſt Tiphereth. Hæc & alia plura reperies in Pardes Tract. 27. c. 6. Quod autem figura ejus repræſentet corpus & fœdus, vid. Sohar init. Tezavveh. 79. c. 316. Et Gemara Tractat. Megillah f. 15. & Cholin 104. Ser Sahabh.

גאולה *Redemptio, Liberatio;* eſt Binah, quippe quæ fundamentum eſt Liberationis juxta illud Lev. 25, 31. *Redemptio erit ei, & in Jobel egredietur.* Judicia enim accuſantia non ulterius adſcendunt, quam uſque ad Binah. Ab hoc autem modo Redemtionem haurit Jeſod, qui vocatur Goël redemtor ex parte Binah, derivatque redemtionem in Malchuth; & huc pertinet illud: Ruth. 3, 13. *Si redemerit te, bonum,* ſicut dicitur: *Elevate Juſtum, quia bonus.* Jeſch. 3, 10. *Si noluerit redimere te, ſi vires deſunt, & redimam te Ego, Binah,* ut dictum ſuo loco: ita tradit R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim. In Sohar autem Sect. Æmor dicitur, quod Malchuth vocetur Goël Redemtor per Jeſod, qui modus influxum immittit in eam per Nezach & Hod, qui ſunt auxiliatores ad copulam, prout notum eſt, quod ſint duo teſticuli maſculini. Diciturque quod reſpectu iſtorum quatuor, ſimul ſumtorum, qui ſunt Nezach, Hod, Jeſod, Malchuth, vocentur quatuor Redemptiones. Pard. Tract. 23. c. 3. h. t.

2. Redemtio & precatio combinandæ ſunt: Redemtio enim eſt modus Jeſod, qui combinandus eſt cum precatione, quæ eſt Malchuth (Literæ enim initiales סגל denotant voces סמיכת גאולה לתפלה applicatio Redemtionis ad precationem) Tunc enim combinantur duo nomina ידוד ארני h. m. יאקדונקי. Quod ſi quis hanc intentionem prætermittat, idem eſt ac ſi Amhaarez atque idiota foret. Vide Sohar Chaje Sarah 79. c. 314. & init. Vajiggaſch. & Trumah 57. c. 227. f. 62. c. 245.

c. 245. f. 70. c. 277. Achare. 34. c. 135. Mischpatim 53. c. 211. Vajakhel. 88. c. 351. & f. 97. c. 388. & Tasria in fin. 23. c. 92. & Naso 59. Pinchas 112. c. 448. Ser Sahabh. h. l.

גאות *Elatio, superbia.* vid. Sohar Mischpatim 46. c. 81.

גאון *Excellentia, sublimitas, Celsitudo.* Hoc Nomen R. Moscheh ad Tiphereth refert. Verba ejus sunt hæc: גאון Explicari potest ex Textu Psal. 47, 5. *Excellentiam Jaacobh, &c.* item Exod. 15, 1. *Cantabo* ליהוה *Domino, quia* גאה גאה *excellenter magnificatus est.* Quod tamen non plenè probat. Videtur autem Nomen hoc Excellentiæ tunc adhiberi, quando Ipse influxus hanc notionem habet, ut per illum magnificetur Sephirah, & quasi vestiatur Excellentiâ & Majestate: in quem sensum analoga quædam & in Sohar occurrunt. Pardes Tr. 23. c. 3.

גאות הים *Elatio Maris,* Ps. 89, 10. In Sohar Par. Noach traditur, quod filum Chesed, protractum usque ad Malchuth, vocetur *Elatio maris.* Ratio est, quia illud extollit mare & elevat istud in sublime, ut uniatur cum marito suo; juxta illud Cant. 2, 6. *Et dextra ejus amplexetur me.* Pard. ib.

גבוה *Altus, elatus, excelsus.* Hoc nomen nudè positum, refertur ad Æn-Soph seu Infinitum, quippe qui Excelsus est super omnia in infinitum usque. Aliquando tamen accidentaliter etiam alii modi sic appellantur, sicut scribitur Eccl. 5, 7. *Quia Excelsus desuper excelsum custodit, & excelsi super eos.* Pard. ib.

גבול *Terminus.* In Tikkunim traditur, quod Malchuth Termini nomine vocetur, quia Illa est terminus Nominis Tetragrammati, quod ad Ipsam usque pertingit, nec ulterius. Ipsa enim est He ultimum; & Ipsa postremum & finis totius Aziluth. Ipsa autem sic vocatur respectu Modorum Binah & Chochmah. Nam respectu Principii emanativi Ipsa ascendit ad interminabilitatem usque. Principium autem emanativum reconditur & unionem habet in Kether. Pard. ib.

גבורה *Fortitudo, Robur, Rigor, exactitudo, severitas.* Est mensura Jizchak, mensura scilicet Judicii duri & rigorosi. Et in libro Schaare Zedek ratio hæc datur, quia nulla creatura consistere potest hoc in loco propter vehementiam judicii, & vim exactæ severitatis, exceptis Heroibus illis rigorosis qui terrent & subigunt concupiscentiam suam. Unde etiam dicitur: quis est גבור heros fortis? qui domat & subigit concupiscentiam suam. Quorum verborum hic est sensus, quod talis Gibbor & Heros sit thronus & sedes Gebhuræ, dignusque qui ingrediatur in palatium ejus. Et quia etiam Pluviæ descendunt vi judicii, hinc dicitur Gebhurah, seu exactitudo pluviarum (primum enim exactè inquiritur, utrum mundus illis sit dignus, an minus.) Unde Majores nostri dixerunt: Tam rigorosa est dies pluviæ, quàm dies judicii. In Libro Schem autem R. Moscheh hanc adducit rationem, nominis Gebhurah, quia Ista prævalet & evincit ut exerceatur judicium atque ultio prout fas est, erga superos & inferos. In libro Orah autem pulchrè de his scribitur; verba hæc sunt: (sub Nomine Elohim, post discursum de Nomine ipso אלהים) Hæc mensura prævalet ut judicium exerceatur contra flagitiosos atque peccatores, & vindictam sumit ab impiis & rebellibus erga Deum benedictum. Et quia Ipsa est Tribunal supernum, omnibusque retribuit prout promeriti sunt, hinc vocatur Gebhurah, ob vim & potentiam & dominium suum, quo potestatem habet judicandi & ulciscendi, & subjugandi omnia, ita ut coram eâ nihil queat subsistere. Unde Propheta inquit Jeschai. 51, 9. *Suscita te, suscita te, indue robur, brachium Domini, &c. Nonne tu es* (brachium illud,) *quod exscidit superbam* (Ægyptum,) *& vulneravit Draconem.* Nisi enim Hujus robora forent, nulla esset judiciorum executio, nec punirentur pertinaces. Sed quia severitas hæc tam robusta est & prædominatur omnibus, judiciorum in Tribunali ejus pronunciatorum datur executio. Cum autem peccant Iisraëlitæ, Gebhurah debilitatur per peccata

cata eorum, & aliquatenus abſumitur. Id quod eſt quod dicit Propheta Jeſchai. 63, 15. *Ubi Zelus tuus, & fortitudines tuæ.* Ubi Gebhurah reſpondet & dicit Deut. 32, 18. *Petram, quæ genuit te, oblivi ſceris; & oblivioni tradis Deum, qui parturivit te.* Ob peccata ergò debilitatur Gebhurah, & dextra retrorſum trahitur: unde Thren. 2, 3. *Reduxit retrorſum dextram ſuam.* Supra Gebhuram autem eſt Scaturigo è qua Gebhurah influentiam haurit, cui nomen eſt Binah; & ex Iſta multæ ſpecies potentiarum Gebhuræ ſcaturiunt, quæ vocantur Gebhuroth; id quod ipſum eſt quod dicitur Pſal, 106, 2. *Quis eloquetur fortitudines Domini?* (Per Quis autem intelligitur Binah.) Cum autem Iſraëlitæ juſti ſunt, Iſtæ Gebhuroth virtutes ſuas infundunt in Gebhuram, & tunc Iiſraëlitæ prævalent Gentibus. Et cum Gebhurah eſt in robore ſuo, tunc præliatur cum Gentibus, & vindictam Iiſraëlis ſumit ab hoſte. Hæc ibi. (ſequitur ibidem בית דין של מעלה) In Schaare Zedek autem ſub nomine גבורות in Binah, dicitur, quod Binah vocetur Gebhuroth, quia Gebhuroth enervent vim Gebhurah ſicut dicitur Jeſchai. 14, 27. *Et manus ejus extenſa, &* מי *quis redire faciet eam.* Hæc ibi. De Gebhura porrò R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim hæc tradit: quod פחד *Timor* vocetur Gibbor, validus genere maſculino: Malchuth autem fœminino genere Valida; ſicut dicetur in גדולה. At Tiphereth ex parte Gebhurah etiam vocatur Gibbor. Et ſic Gabriel Angelus, quatenus influxum aſſugit ab hoc, dicitur operari Gebhuroth. De his in Sohar Sect. Jethro f. 37. c. 148. habentur hæc: Pſal. 106, 2. *Quis eloquetur.* Quid eſt ימלל? dici debebat ידבר: Dixit R. Chija. Scriptum eſt Deut. 23, 25. & " decerpes מלילות ſpicas manu tua. *Gebhuroth Domini?* Hæ " multæ ſunt, & ab una Gebhurâ prodeunt. Et traditum eſt; " Gebhurah illa una ſuperna eſt corona coronarum circumdans eas: & ab ea prodeunt quinquaginta Portæ, ad dextram " aliquæ, & aliquæ ad ſiniſtram: & quælibet dicitur Gebhu- "

„ rah; & quælibet circundata eſt ſtipatoribus robuſtis, propriá
„ figuram habentibus & fulgidis: Omnes autem vocantur *Ge-*
„ *bhuroth Domini*. R. Chija reponebat: Vox illa גברות For-
„ titudines defectivè ſcripta eſt; omnia enim in Illa compre-
„ henſa ſunt. Hæc ibi. In hoc diſcurſu formatur objectio;
dicendum nempe fuiſſe וידבר, quod propriè eſſet phraſis lo-
quendi: Vox enim ימלל eſt Chaldaica, quæ in lingua Sancta
non eſt in uſu. Reſpondet autem R. Chija, quod vox ימלל,
non habeat ſignificationé eloquendi, ſed colligendi & congre-
gandi juxta ſenſum textus Deut. 23, 25. Decerpes meliloth,
quod habet ſignificationem manipulorum, collectionis ſpica-
rum; Unde ſenſus dicti ſit hic: Mi, id eſt Binah, (ut ſuo loco
dicetur) colligit & comprehendit omnes Gebhuroth. Id enim
vult, cum dicit: Multæ ſunt Gebhuroth; & ille prodeunt at-
que emanant à Gebhurâ una, quæ eſt מי quis. Intentio hæc
eſt, quod etiam Binah dicatur Gebhurah: in quem finem eti-
am probationem adducit, dicens: Traditio ſic habet: Datur
Gebhurah una ſuperna, hæc eſt Binah; hanc vocat Coronam
Coronarum; quia datur & alia Gebhurah, nempe Ipſa Sephi-
rah & menſura, quæ Gebhurah dicitur abſolutè & per ſe. Quia
autem hæc etiam vocatur Gebhurah ſuperna, eò quod etiam
detur Gebhurah inferior, quæ eſt Malchuth; ideò illam vo-
cat Coronam Coronarum, ut intelligatur Binah, quæ eſt Co-
rona ſuper Caput Aziluth, quæ etiam ſunt Coronæ ſuper cæte-
ra omnia. De hâc dicit, quod Coronet eas, id eſt, quod cir-
cumdet & contineat Sephiras in ſe; ita ut in eâ comprehen-
dantur quinquaginta portæ; quæ ſunt quinque Sephiroth,
quælibet è decade conſiſtens; prout expoſuimus Tractatu de
50. portis. Illarum quædam ad dextram, quædam ad ſiniſtram
ſunt, ut ibidem dictum eſt: Iſtarum quælibet vocatur Gebhu-
rah: quia enim ſunt progenies Gebhuræ magnæ ſupernæ, quæ
eſt Binah, mater omnium, hinc juxta iſtius nomen vocantur
Gebhuroth. Quælibet autem iſtarum coronatur ſtipatori-
bus

bus figuratis fulgidis, id est, quælibet istarum Gebhurarum virtutes habet sub se infinitas, intra quas ipsa protenditur; quarum omnium sylloge & congeries appellatur Gebhuroth Domini. Et propterea de illis dicitur: Mi, i.e. Binah, colliget & comprehendet Gebhuroth Domini; Ista enim continet illas. Ad quæ R. Chija inquit: Omnia in Ipsâ continentur. Sensus est hîc: quia in additione non dicitur verbotenus, quod etiam ipsa vocetur Gebhurah, sed illa tantum vocatur מִי quis, & comprehendit omnes Sephiras: hinc R. Chija annotat, quod vox גברת scribatur defe&ivè, ut ostendatur, quod omnes contineantur in Gebhurâ unâ, quæ omninò Binah est, & de illâ intelligenda sit vox גבורת; defectivè scripta, (quasi in singulari, Fortitudinem Domini,) Unde discimus, quod & Binah vocetur Gebhurah Domini, & in eâ contineantur quinque Gebhuræ; quarum quælibet extendatur in multas Gebhuras alias. Nullatenus autem sic exponendus est locus iste, ut vox ימלל sensum habeat succidendi, vel exscindendi, quia intentio loci id planè non admitteret. Pardes Tr. 23. c. 3.

2. In re metallicâ Gebhurah est classis ad quam aurum refertur, quæ suam iterum habet Decadem, ita ut ad ipsius Kether referatur כתם aurum insigne primarium, quod Cant. 5, 11. ad Caput refertur. Ad Chochmah בצר aurum quasi intra munitiones reconditum; Ijob, 22, 24. 25. c. 36, 19. Ad Binah חרוץ Prov. 8, 10. ab effossione, quod nomen ad genus fœmininum spectat. Ad Chesed, זהב שחוט aurum ductum 2. Par. 9, 5. quia habet analogiam Fili Chesed. Ad Gebhurah זהב nudè, quia ab aquilone aurum venit Ijobh 37, 22. Ad Tiphereth זהב מופז & פז 1. Reg. 10, 18. Psal. 21, 4. Ps. 19, 11. Dan. 10, 5. sic enim componuntur Tiphereth & Malchuth, in Throno deaurato 1. Reg. 10, 18. item cum dicitur Vas auri Ijobh 28, 17. Corona auri Psal. 21, 4. bases auri Cant. 5, 15. Ad Nezach זהב סגור aurum inclusum 1. Reg. 6, 20, 21. Ijobh 28, 15. nempe ad seminificandum. Ad Hod זהב פרוים, 2. Par. 3, 6.

3,6. 1.Reg. 6, 20. à similitudine sanguinis juvencorum; hic modus autem ad sinistram rubet. Ad Jesod זהב טוב aurum bonum, Gen. 2,12. Hic enim modus, cum Justi nomine & bonus dicitur. Ad Malchuth autem זהב אופיר Ijobh 22, 24. 1. Par. 29, 4. est enim Terræ nomen, quasi à cinere dictæ. Æsch Mezareph c. 2.

גבורות *Robora.* Ita vocatur Binah, juxta textum Psal. 106,2. *Quis eloquetur robora Domini.* Mensura enim illa, quæ Gebhurah dicitur, estque *Timor Jizchak* Gen. 31,42. Gebhurah dicitur in singulari, non verò in plurali Gebhuroth, quia multi angustiatores (satellitum instar) circa ipsam consistunt: & si Iisraëlitæ peccant, ipsa non prævalet; quia Principibus illis circa illam constitutis tunc facultas datur obloquendi, Ipsâ interim debilitatâ. Idque juxta mysterium locorum Deut. 32,18. & Jeschaj. 51, 9. & c. 63, 15. Omnia autem hæc contingunt, quia Præfecti & Principes populorum mundanorum mensuræ Gebhurah adversantur, qui sunt Angustiatores. Unde Propheta exclamat de modo Gebhurah Thren. 1, 3. *Transmigravit Jehudah præ afflictione, ipsa habitavit inter gentes, omnes persecutores ejus apprehenderunt eam inter angustiatores.* Ubi notetur vox בין המצרים inter angustiatores; omnia enim intelliguntur de Modis Gedulah & Gebhurah, qui angustiatores habent; ut dictum est. Sed Sephirah Binah, quæ superior est omnibus Præfectis Populorum, nec Mezarim vel adversarios habet, Illa vocatur Gebhuroth, quia omnia subigit subter se. Inque hoc consistit mysterium Tubæ magnæ, nimirum ad Redemtionem & Libertatem. Quia igitur ipsa prævalet omnibus Fortibus, ita ut nemo ex omnibus Principibus supernis ad Ipsam sese applicare queat, hinc textus exclamat: Ille qui vocatur Mi, eloquetur Gebhuroth Domini. Et huc pertinet locus Jirmei. 4, 2. *Et benedicent se in eo Gentes & in eo laudabunt se.* Quod probè notandum; unde etiam intelligi potest, quare precationi illi inserta sit hæc clausula: *Quis sicut*

Tu,

Tu, Magister Gebhurarum; & quis Tibi similis? Schaare Orah in Binah post nomen שופר גדול; sequiturque nomen תהילה.

גבירה *Heroina, Augusta, Domina.* Ita vocatur Malchuth, quia Ista est גברת *Hera.* Datur tamen & ancilla, sicut dicitur Prov. 30, 23. *Et ancilla cum hæres fit hera sua;* de qua dictum in Tract. de adversantibus.

גבעות *Colles.* Binah & Malchuth singulæ vocantur Collis nomine, prout & in Sohar declaratur. Hoc tamen nomen etiam tribuitur Virginibus post eam, sociabus ejus (Ps. 45, 15.) & quidem in Sohar ad locum illum Jeschai. 2, 2. *Et erit in novissimo dierum; præparatus erit mons domus Domini in capite montium, & elevabit se præ collibus:* ubi dicitur, quod Colles sint Virgines post eam, sociæ ejus, quibus illa est superior. In Sohar autem Sect. Vajechi dicitur Collium appellationem denotare magnificentiam, & sic vocari modos Binah & Malchuth. Et explicationis istius fundamentum in eo consistit, quia collium instar sunt excelsæ & elevatæ super id, quod infra eas est. Malchuth enim sublimior est omnibus copiis & exercitibus suis inferioribus. Binah autem sublimior est totâ structurâ. Quod autem idem nomen alibi Virginibus tribuitur, ob contextum fit; quia enim *Domus Domini* est Malchuth, & textus dicit, quod ista se elevatura sit præ collibus; fieri non potuit, ut ibi collium nomine intelligeretur Binah & Malchuth, unde exponitur de Virginibus, &c. Fundamentalis autem explicatio nominis Collium est de Binah & Malchuth.

2. Porrò Malchuth etiam vocatur גבעת הלבונה *Collis thuris,* Cant. 4, 6. ob analogiam hujus vocis cum לבנה Luna, de quo suo loco. Pardes Tr. 23. h. l.

גבר *Vir.* Vid. Sohar Schlachlecha 82. c. 325.

גבריאל *Gabriel Angelus.* Vid. Talmud Tract. Schabbath c. 5. in f. fol. 50. c. 2. ubi invenies, quando hic Angelus baculum mari inseruerit, pro formandâ ex colluvie ejus Terra, in quâ deinde condita est Roma. & c. 1. f. 12. in Additamentis, ubi

dicitur, Angelos cognoſcere cogitationes hominum, & callere omnes linguas, Aramæa vel Syriacâ excepta: Gabrielem autem eandem ſcire, quia Joſephum docuerit 70. linguas. Iſte eſt qui Animam (deſcendentem) deducit ad loca hæc inferiora. Et cantiones ad ipſum pertinent, quia dici poteſt Gebher Vir è domo Levi, quæ eſt menſura Geburah. Sub ipſo eſt Angelus quidam, cui nomen eſt Lailah, qui præfectus eſt conceptionibus vid. Tr. Niddah f. 16. & iſte interrogat, de hâc vel illâ guttâ, quæ futura ſint ejus accidentia. Ejusque miniſterium & ablegatio ſimul comprehendit Judicium & miſericordiam. Nomen גבריאל cum duplici (volatu, quo emetitur univerſum) per Gematr. æquipollet voci רחם· Idemq; in Hechaloth ſeu Palatiis Jezirah locum habet ad latus ſeptentrionale. Conſiſtit ex igne & aquâ Vajakhel 117. & 114. c.440. & Schemoth 5. c. 18. Et vocatur איש *Vir* Dan. 9, 21. quia componit Virum ex corpore & anima; efficitque ut tempore futuro pervenire queat Anima in Terram Iiſraël ſub horam ſc. Vivificationis mortuorum. Chaje Sarah 77. c. 308. Idem quoque præfectus eſt maturationi fructuum, quæ ſunt Animæ illæ, quarum ſors permanens eſt (uſque ad vitam futuram, quamvis intereſſe hîc ipſis perpetuò detur.) Tr. Sanhedrin. f. 95. Idemque eſt ſpiritus ſententias promulgans, vid. Commentar. in Libr. Zeniutha & Sanhedrin f. 44. Tria autem habet nomina פסקון / אטמון / סגרון. Et de ipſo ſcriptum extat Ijobh 38, 36. Quis dedit לשכוי Gallo (qui Geber dicitur) intelligentiam. Idem quoque factus eſt ſerpens coram Moſcheh. Hic ipſe quoque eſt ſcriba, v. Tr. Megillah, ubi Schimſchi delevit (Mardochæi memoriam in Chronicis contentam) Gabriel autem iterum ſcripſit. Ser Sahabh h. l.

גג החופה *Tectum cæli fabrilis ſub quo deſponſationes conjugum fiunt.* Ita vocatur Corona Summa, ex eo, quia eſt celſiſſima totius Aziluth, ad inſtar Tecti: ſuperintegit enim eandem tanquam Appirjon ſeu Umbella nuptialis & cœlum deſponſatorium, prout dicetur tit. חופה Pard. ib.

גד Communiter *Turma*. Eſt nomen Schechinæ, quatenus reſpectum habet ad dextram: atque ſic exponitur in Tikkunim. Ubi etiam ſequentia: Quare vocatur גָּד? quia conſtat è ſeptem Sephiris, quarum numerus æquipollet voci גָּד (cujus numerus eſt 7.) Hæc ibi. At in Sohar Par. Vajechi hæc occurrunt: גָּד *reſolvitur in Gimel, & Daleth.* Gimel eſt Binah, influens in Daleth, i.e. Malchuth, quæ pauper eſt ut notum. Et quia hæc vox ſeptenarium refert, per eandem etiam intelligi poſſunt tres Patres, Gedulah, Gebhurah, Tiphereth: & quatuor mox infra ſequentes, quæ ſunt Nezach, Hod, Jeſod, Malchuth; quia per iſtas deſcendit influentia. Ratio autem, quod Iſta vocetur Gad ex parte Cheſed, hæc eſt; quia Binah dicitur גומלת חסד benefaciens, in quo conſiſtit natura Literæ Gimel, cujus petiolus inferior ad dextram tendit. In Tikkunim autem alibi ſic traditur: גד repræſentat dextram & ſiniſtram, beneficium pro pauperibus. Hæc ibi. Ubi per dextram, cui correſpondet nomen beneficii, intelligitur Binah, quæ benefacit & inclinat ad dextram: Per pauperes autem intelligitur Malchuth, qui eſt locus Pauperum, qui inclinat ad ſiniſtram ob myſterium egeſtatis. Pardes Tr. 23. c. 3. Vid. Sohar Vajechi 125. c. 496. behaalothecha 74. c. 295.

גדולה *Magnificentia, magnitudo.* Ita vocatur Cheſed, quia (ut ait unus Interpretum) omnes Sephiræ, atque potentiæ incrementum capiunt ab illâ, imò ipſi etiam accuſatores, prout ait ſcriptura Pſal. 104, 21. *Leunculi rugiunt ad prædam, & ad quærendum ab El eſcam ſuam.* Ubi per Leunculos intelliguntur Accuſatores (Diaboli) hi rugiunt, ut ſcilicet in medium proferant calumnias, rumoreſque infames, utque accuſent mundum inferiorem. Et quamvis emanaverint è parte ſiniſtra, tamen ab El quærunt eſcam ſuam: El autem eſt menſura Cheſed, unde iſti quærunt influxum ſuum. Et propterea Cheſed vocatur Gedulah. Hæc ille. In Tikkunim autem traditur, quod Cheſed vocetur גדול magnus; Malchuth autem

ab istius parte, appelletur גדולה magna; sicut & in modo Gebhurah, Timor גבור robustus, & Malchuth ab illius parte גבורה robusta dicitur, verba sunt hæc: Ex parte trium Patrum, quorum Nomina sunt אל, אלהים, & יהוה, qui sunt Deus magnus, fortis & terribilis, Illa vocatur, magna, fortis, pulchra. Hæc ibi. Vox autem גדולה cum de Malchuth dicitur, etiam sic resolvi potest, quasi diceretur גדול ה׳ quasi Litera He voce גדול per quam intelligitur Chesed ceu veste vestiretur. Sic & in Tiphereth, ubi He eodem pariter modo Tiphereth vocatur sed fœminino genere; de quo suo loco. Pardes l.c.

גווני *Colores*. Vid. Sohar Trumah 57. c. 227. Balak 96. c. 386.

גויה *Corpus*. Interpretes & in specie R. Moscheh hoc nomen referunt ad Jesod; sed hoc è longinquo petitum est. Et verum quidem est, quod Jesod, Fœdus circumcisionis vocetur ראש גויה caput vel principium corporis in compositione. Sed in Tikkunim nomen גויה exponitur de Tiphereth his verbis: Jechesk. 1, 11. *Et duæ tegebant corpora eorum*, hæc est columna media, quæ est corpus. Hæc ibi. Et res plana est. Pardes Tr. 23. c. 3.

גולגלת *Cranium, Calvaria*. Est cognomen trium priorum simul sumtarum. In specie autem in Cranio sunt tres auræ seu spiritus; & tria cerebra; quæ sunt יוד הי ואו הי Tria Jodin in Kether: & יוד. הא ואו הא tria Alephin in Chochmah (quasi mille fœminæ) auræ autem seu Spiritus qui in eis, occultant illa Jodin, quæ sunt guttæ cerebrinæ (seminales) occultæ. Et sicut occultantur Guttæ intra spiritus inibi existentes supra dictos, ita Kether occultatur intra Chochmah. Et hæc omnia allegoriam capitis referunt. Sed קרקפתא os cranii in specie vocatur Kether; quia sicut os illud superimminet cerebro & omnibus; ita Kether est super omnes Sephiras, easque coronat. Pard. ib.

גולות הכותרות *Rotunditates, seu vasa rotunda capitellorum,*

rum. Capitella rotunda. Notum est ex 1. Reg. 7, 41. quod in opere Salomonis in Sanctuario hæc fabricata fuerint super caput columnarum, quibus imposita fuerunt nomina Jachin & & Boas, respectu habito ad Nezach & Hod. Capitella igitur hæc respectum habuerunt ad Gedulah & Gebhurah, ad dextram sc. & ad sinistram, ita ut Gedulah vocari possit Capitulum dextrum; & Gebhurah Capitulum sinistrum.

2. Sed Jesod vocatur גולת הזהב Eccles. 12, 6. Sechari. 4, 2. *Capitulum rotundum aureum, lecythi instar,* quod emittit oleum pretiosum in summitatem candelabri. Aurum autem purum ad partem judicii refertur, prout dictum Tractatu Pardes 21. ad nomen Elohim, & l. c.

גוף *Corpus.* Ita vocatur Tiphereth. Ratio est, quia sicut corpus à se exserit manus & pedes in quatuor latera; ita Tiphereth habet duo brachia, quæ sunt Gedulah & Gebhurah, illa ad dextram, hæc ad sinistram; & duo crura Nezach & Hod; Ipse autem repræsentat corpus in medio. Et sicut è corpore prominet membrum inter crura; ita è Tiphereth producitur Jesod. Et sicut corpus supra se habet caput; ita supra Tiphereth sunt tres primæ. Porrò sicut corpus habet ventrem; ita Schechinah venter est modi Tiphereth. Ita enim tradit R. Schimeon ben Jochai: Schechinah est Venter, corpus Ejus autẽ est columna media. Ubi intelligitur ea Ipsius notio, qua in domo mariti est, ante diminutionem. Et ex his intelligi potest, quod scribit R. Moscheh in Libro Schem: quod sc. Tiphereth appelletur corpus Schechinæ; nempe juxta acceptionem modò dictam. Quamvis Ipse etiam aliter explicet dum inquit: Dum dicitur Corpus Schechinæ, sciendum quod tota structura simul sumta vocetur Schechinah; sicut & Malchuth Schechinah vocatur. Si ergò tota Aziluth simul sumitur, Tiphereth est corpus, tres autem primæ, sunt Caput, &c. si autem sermo est è textu Gen. 2, 18. *Adjutorium ex adverso ejus:* ibi Adam intelligitur integer, sicut dicitur: *Masculum & fœminam creavit*

vit eos, &c. Gen. 5, 1. Hæc ille. Quæ fundamentalia sunt, concordantia cum verbis R. Schimeon ben Jochai. Pardes l. c.

גזילה *Rapina.* Vid. Sohar Vajikra 7. c. 25. 26. Kedoschim 42. c. 166.

גזירה שוה *Decisio æqualis*, aliàs *argumentum vel locus à Pari.* In Tikkunim autem dicitur, quod ita vocetur Tiphereth; quia iste modus abscindit & separat Klippoth seu cortices, ne associentur, & aduniantur, sed separati maneant. Vocatur autem *æqualis*, quia Ipse æqualitatem inducit inter duo extrema quæ in Sanctitate, sub mysterio Conciliationis. Pardes Tr. 23. c. 3. h.t.

גזריא Est ille qui suscipit preces Iisraëlitarum. Vid. Sohar Vajakhel f. 89.

גחלת *Pruna.* Ita vocatur Chochmah, quando vestita est mysterio Gebhurah. Atque sic & Malchuth vocatur Pruna, dum ab illo loco influxum accipit, quamvis Ignis magnitudine differant. Et huc pertinet commune illud simile; de *flammâ quæ cohæret cum prunâ.* Sicut enim pruna è potentiâ suâ educit flammam, quæ aliquid novi est in eâ; (quamvis flamma fundamentaliter fuerit in potentiâ prunæ, nec aliquid ipsi addatur, nisi quod flamma ex occulto producatur in manifestum:) Ita Jod de se emittit literas He, Vav, He: ita ut Jod sit instar prunæ, Vav autem flamma: He primum autem sunt quinque lumina fulgentia quinque coloribus He ultimi; sicut diximus Tractatu de coloribus 10. Deinde etiam exposuimus Tractatu de ordine ab imo ascendendi, 15. quod, sicut Jod est Chochmah à Summis descendendo, atque pruna cum flammâ: ita etiam detur Jod tanquam pruna & flamma ab imis ascendendo; juxta mysticum illud: *Ego primus, & Ego novissimus.* Jesch. 44, 6. cujus symbolum quoque reperitur in figura literæ א. Pardes Tr. 23. c. 3.

2. Vox גחלת per gematr. æquipollet voci אמת 441. quæ

quæ est mensura Moscheh. Vox שלהבת *flamma* autem resolvitur in has שת הבל Ser Sahab. h.l.

גט *Libellus, instrumentum*, in specie *libellus repudii.* Vid. Sohar Vajechi 126. c. 501. Pinchas 113. c. 454. & fol. 115. c. c. 459. Conf. גירושין it. דמעורת & Achare 34. c. 135. & Vajikra 2. c. 7.

גיד הנשה *Nervus luxatus, Vena Ischiatica.* Gen. 32, 32. R. Schimeon ben Jochai tradit hoc nomen tribui Schechinæ cum Justo. Schechinah enim vocatur גד ut dictum suo loco: assumto autem Jod Justi, inde fit גיד de loco autem Gen. 32, 25. *Et movit se acetabulum femoris Jaacobh*, dictum est Tr. 17. de femore Jaacobh. Pard. Tr. 23. c. 3. h. t.

2. Cum voce הנשה correspondet numeris vox שׂטָן & per metathesin הַשָּׁנָה annus in quo 365. dies, ut in homine qui est microcosmus, 365. nervi. Sohar Vajischlach 97. c. 390. & Ba f. 18. c. 72. Ser Sahabh.

גיהנם *Gehenna.* Omnes Interpretes in eo consentiunt, quod hæc vox sit sub Gebhurah. Rationem dat R. Moscheh, quia pertinet ad latus Accusatorum ab intra & ab extra. Et hic est Ignis ille non exsufflatus Ijobh 20, 26. seu qui non extinguitur. Estque figura significans vim judicii rigorosi. Hæc ille. Et huic tribuitur color niger vid. Tr. de coloribus 10. Vocatur autem Vallis, à connotatione profunditatis; nam *fovea profunda os alienarum.* Prov. 20, 14. Pardes l. c.

גיחזי *Gechasi famulus Elischa*, figura vulgarium naturæ studiosorum, qui *contemplationes* quidem instituunt circa *vallem* & profunditates Naturæ, sed ad abdita ejus non descendunt, unde frustra laborant & famuli sunt in æternum. Illi consilia suppeditant de procurando Filio Sapientum, cujus generatio naturæ impossibilis est 2. Reg. 4, 14. Sed ipsi ad hanc generationem, (ad quam requiritur Vir Elischæo similis,) nihil conferre possunt. Natura etiam ipsis arcana sua non aperit Conf. vers. 26. eosque contemnit vers. 30. & resuscitatio

tio mortui in vitam, ipsis est impossibilis ℣. 31. Unde avari sunt c. 5, 20. & mendaces atque deceptores vers. 22. 25. & garruli, narratores gestorum alienorum 2. Reg. 8, 4. 5. & divitiarum loco lepram sibi contrahunt, id est, morbos, contemtum, paupertatem c. 5. vers. 27. Vox autem גיחזי & vox חל profanus, communis, utraq; eundem habent numerum. Æsch Mezareph c. 1.

גי חזיון *Vallis visionis.* Jeschai. 22, 1. 5. Ita vocatur Malchuth, prout exponitur in Sohar Sect. Mikkez. Hæc enim est illa visio, quam omnes Prophetæ speculando observant. Sic autem vocatur, quando influxum affugit à Videntibus, qui dicuntur Prophetæ, nempe Nezach & Hod. Et vocatur Vallis, quod est nomen profunditatem denotans. Unde apud Magistros phrasis *descendendi in Mercabham*, qua denotatur profunditas rerum occultarum. Hinc & Malchuth est profunditas Prophetiæ. Pardes Tr. 23.

גלגולים *Revolutiones Animarum.* Vid. Sohar Breschith 39. c. 154. seq. fol. 33. c. 129. fol. 40. c. 159. fol. 41. c. 164 fol. 43. c. 170. fol. 44. 45. 47. Mischpatim 43. c. 170. in Sabha.

גלגל *Rota, rotatio.* Est cognomen Schechinæ, quia istius beneficio fiunt rotationes animarum, de quibus in Raja Mehimna. Pardes Tract. 23. Vid. Sohar Pinchas 99. c. 395. Vajechi 125. c. 495.

גלגלי המר כבדה *Rota Mercabha seu sella curulis.* R. Moscheh de Nezach & Hod exponit: ex eo, quod Vehiculum seu Thronus ipse sit facies leonis Chesed; facies bovis, Gebhurah; facies hominis, vel Aquilæ Tiphereth; facies Aquilæ vel hominis Malchuth: unde per rotas vehiculi intelligi debeant Nezach & Hod. Pard. Tr. 23.

2. De orbibus firmamenti, eorumque cantu vid. Sohar Vajechi in Tosiphta. f. 125. c. 495. Balak 97. c. 387. Schlechlecha 82. c. 323.

גלורת

גלות *Exilium.* de Exilio Schechinæ vid. Soh. Schemoth in pr. Vajechi 119. c. 473. seq. f. 129. c. 514. Mischpatim 53. c. 212. Vajakhel 97. c. 388. Vajikra 2. c. 7. Bammidbar 56. 57. Bechükkothai & Naso 70. c. 279. Balak 91. c. 364. Pinchas 112. 118. c. 467. Vææthchannan 128. c. 509. f. 129. c. 515.

גלים *Fluctus.* In Sohar Sect. Noach ad locum Jesch. 10, 30. *Intona vocem tuam, Filia Fluctuum*; ibidem intelligenda dicitur Filia Abrahami, verba sunt: Ita conclusum est, Filia גלים Fluctuum exponatur è loco Cant. 4, 12. Fons obseratus. גלים enim sunt rivi qui confluunt, & profluunt, influuntque in eam (Malchuth) eamque implent, sicut dicitur Cant. 4, 12. *Irrigationes tuæ Paradisus malorum Punicorum.* Per Filiam Fluctuum ergò intelligitur Malchuth; quæ dicitur Filia Abrahami, quia sugit filum Chesed, ad ipsam demissum. Per Fluctus autem intelliguntur Sephiroth, quatenus omnes uniuntur ut influxum demittant in Malchuth. Istius ergò respectu vocantur Fluctus, quatenus illuc influunt; Illa enim vocatur גל Fons, & Illæ גלים fluenta ex ipsius nomine. Et cum Ipsa plena est illis, tunc manifestat notionem suam, quod nempe repleta sit aquis; & diffluit scaturigo ejus. Adducit autem rationem, quare dixerit, quod influant in eam, & repleant eam è loco Cant. 4, 12. *Irrigationes tuæ Paradisus malorum Granatorum:* ubi per שלחיך intelliguntur rivi, quasi dicat: rivuli, qui ad te derivantur, faciunt ex te Paradisum seu hortum malo-granatorum, ita ut tu tam plena sis, ac pomariũ malorum punicorũ, juxta phrasin, qua Magistri nostri dicunt ad Cant. 4. 13. & Cant. 6, 10. pleni sunt præceptis divinis (adolescentes) sicut malogranata. Ex quibus patet, quod septem sephiroth ceu septem fluvii vocentur גלים fluenta, quando sunt in גל seu scaturigine vel fonte, quæ est Malchuth.

2. Sed in Sect. Vajechi R. Schimeon ben Jochai tradit, quod Binah vocetur גלים cumuli acervi; verba sunt hæc:

3, 6. 1. Reg. 6, 20. à similitudine sanguinis juvencorum; hic modus autem ad sinistram rubet. Ad Jesod זהב טוב aurum bonum, Gen. 2, 12. Hic enim modus, cum Justi nomine & bonus dicitur. Ad Malchuth autem זהב אופיר Ijobh 22, 24. 1. Par. 29, 4. est enim Terræ nomen, quasi à cinere dictæ. Æsch Mezareph c. 2.

גבורות *Robora.* Ita vocatur Binah, juxta textum Psal. 106, 2. *Quis eloquetur robora Domini.* Mensura enim illa, quæ Gebhurah dicitur, estque *Timor Jizchak* Gen. 31, 42. Gebhurah dicitur in singulari, non verò in plurali Gebhuroth, quia multi angustiatores (satellitum instar) circa ipsam consistunt: & si Iisraëlitæ peccant, ipsa non prævalet; quia Principibus illis circa illam constitutis tunc facultas datur obloquendi, Ipsâ interim debilitatâ. Idque juxta mysterium locorum Deut. 32, 18. & Jeschaj. 51, 9. & c. 63, 15. Omnia autem hæc contingunt, quia Præfecti & Principes populorum mundanorum mensuræ Gebhurah adversantur, qui sunt Angustiatores. Unde Propheta exclamat de modo Gebhurah Thren. 1, 3. *Transmigravit Jehudah præ afflictione, ipsa habitavit inter gentes, omnes persecutores ejus apprehenderunt eam inter angustiatores.* Ubi notetur vox בין המצרים inter angustiatores; omnia enim intelliguntur de Modis Gedulah & Gebhurah, qui angustiatores habent; ut dictum est. Sed Sephirah Binah, quæ superior est omnibus Præfectis Populorum, nec Mezarim vel adversarios habet, Illa vocatur Gebhuroth, quia omnia subigit subter se. Inque hoc consistit mysterium Tubæ magnæ, nimirum ad Redemtionem & Libertatem. Quia igitur ipsa prævalet omnibus Fortibus, ita ut nemo ex omnibus Principibus supernis ad Ipsam sese applicare queat, hinc textus exclamat: Ille qui vocatur Mi, eloquetur Gebhuroth Domini. Et huc pertinet locus Jirmei. 4, 2. *Et benedicent se in eo Gentes & in eo laudabunt se.* Quod probè notandum; unde etiam intelligi potest, quare precationi illi inserta sit hæc clausula: *Quis sicut*

Tu,

Tu, Magister Gebhurarum; & quis Tibi similis? Schaare Orah in Binah post nomen שופר גרול; sequiturque nomen תהילה.

גבירה *Heroina, Augusta, Domina.* Ita vocatur Malchuth, quia Ista est גברת *Hera.* Datur tamen & ancilla, sicut dicitur Prov. 30, 23. *Et ancilla cum hæres fit hera sua;* de qua dictum in Tract. de adversantibus.

גבעות *Colles.* Binah & Malchuth singulæ vocantur Collis nomine, prout & in Sohar declaratur. Hoc tamen nomen etiam tribuitur Virginibus post eam, sociabus ejus (Ps. 45, 15.) & quidem in Sohar ad locum illum Jeschai. 2, 2. *Et erit in novissimo dierum; præparatus erit mons domus Domini in capite montium, & elevabit se præ collibus:* ubi dicitur, quod Colles sint Virgines post eam, sociæ ejus, quibus illa est superior. In Sohar autem Sect. Vajechi dicitur Collium appellationem denotare magnificentiam, & sic vocari modos Binah & Malchuth. Et explicationis istius fundamentum in eo consistit, quia collium instar sunt excelsæ & elevatæ super id, quod infra eas est. Malchuth enim sublimior est omnibus copiis & exercitibus suis inferioribus. Binah autem sublimior est totâ structurâ. Quod autem idem nomen alibi Virginibus tribuitur, ob contextum fit; quia enim *Domus Domini* est Malchuth, & textus dicit, quod ista se elevatura sit præ collibus; fieri non potuit, ut ibi collium nomine intelligeretur Binah & Malchuth, unde exponitur de Virginibus, &c. Fundamentalis autem explicatio nominis Collium est de Binah & Malchuth.

2. Porrò Malchuth etiam vocatur גבעת הלבונה *Collis thuris,* Cant. 4, 6. ob analogiam hujus vocis cum לבנה Luna, de quo suo loco. Pardes Tr. 23. h. l.

גבר *Vir.* Vid. Sohar Schlachlecha 82. c. 325.

גבריאל *Gabriel Angelus.* Vid. Talmud Tract. Schabbath c. 5. in f. fol. 50. c. 2. ubi invenies, quando hic Angelus baculum mari inseruerit, pro formandâ ex colluvie ejus Terra, in quâ deinde condita est Roma. & c. 1. f. 12. in Additamentis, ubi

dicitur, Angelos cognoſcere cogitationes hominum, & callere omnes linguas, Aramæa vel Syriacâ excepta: Gabrielem autem eandem ſcire, quia Joſephum docuerit 70. linguas. Iſte eſt qui Animam (deſcendentem) deducit ad loca hæc inferiora. Et cantiones ad ipſum pertinent, quia dici poteſt Gebher Vir è domo Levi, quæ eſt menſura Geburah. Sub ipſo eſt Angelus quidam, cui nomen eſt Lailah, qui præfectus eſt conceptionibus vid. Tr. Niddah f. 16. & iſte interrogat, de hâc vel illâ guttâ, quæ futura ſint ejus accidentia. Ejusque miniſterium & ablegatio ſimul comprehendit Judicium & miſericordiam. Nomen גבריאל cum duplici (volatu, quo emetitur univerſum) per Gematr. æquipollet voci רחם· Idemq; in Hechaloth ſeu Palatiis Jezirah locum habet ad latus ſeptentrionale. Conſiſtit ex igne & aquâ Vajakhel 117. & 114. c.440. & Schemoth 5.c.18. Et vocatur איש *Vir* Dan. 9, 21. quia componit Virum ex corpore & anima; efficitque ut tempore futuro pervenire queat Anima in Terram Iiſraël ſub horam ſc. Vivificationis mortuorum. Chaje Sarah 77. c. 308. Idem quoque præfectus eſt maturationi fructuum, quæ ſunt Animæ illæ, quarum ſors permanens eſt (uſque ad vitam futuram, quamvis intereſſe hîc ipſis perpetuò detur.) Tr. Sanhedrin. f. 95. Idemque eſt ſpiritus ſententias promulgans, vid. Commentar. in Libr. Zeniutha & Sanhedrin f. 44. Tria autem habet nomina פסקון / אטמון / סגרון. Et de ipſo ſcriptum extat Ijobh 38, 36. Quis dedit לשכוי Gallo (qui Geber dicitur) intelligentiam. Idem quoque factus eſt ſerpens coram Moſcheh. Hic ipſe quoque eſt ſcriba, v. Tr. Megillah, ubi Schimſchi delevit (Mardochæi memoriam in Chronicis contentam) Gabriel autem iterum ſcripſit. Ser Sahabh h. l.

גג החופה *Tectum cœli fabrilis ſub quo deſponſationes conjugum fiunt.* Ita vocatur Corona Summa, ex eo, quia eſt celſiſſima totius Aziluth, ad inſtar Tecti: ſuperintegit enim eandem tanquam Appirjon ſeu Umbella nuptialis & cœlum deſponſatorium, prout dicetur tit. חופה Pard. ib.

גד

גד Communiter *Turma.* Eſt nomen Schechinæ, quatenus reſpectum habet ad dextram: atque ſic exponitur in Tikkunim. Ubi etiam ſequentia: Quare vocatur גָּד? quia conſtat è ſeptem Sephiris, quarum numerus æquipollet voci גָּד (cujus numerus eſt 7.) Hæc ibi. At in Sohar Par. Vajechi hæc occurrunt: גָּד *reſolvitur in Gimel, & Daleth.* Gimel eſt Binah, influens in Daleth, i.e. Malchuth, quæ pauper eſt ut notum. Et quia hæc vox ſeptenarium refert, per eandem etiam intelligi poſſunt tres Patres, Gedulah, Gebhurah, Tiphereth: & quatuor mox infra ſequentes, quæ ſunt Nezach, Hod, Jeſod, Malchuth; quia per iſtas deſcendit influentia. Ratio autem, quod Iſta vocetur Gad ex parte Cheſed, hæc eſt; quia Binah dicitur גומלת חסד benefaciens, in quo conſiſtit natura Literæ Gimel, cujus petiolus inferior ad dextram tendit. In Tikkunim autem alibi ſic traditur: גד repræſentat dextram & ſiniſtram, beneficium pro pauperibus. Hæc ibi. Ubi per dextram, cui correſpondet nomen beneficii, intelligitur Binah, quæ benefacit & inclinat ad dextram: Per pauperes autem intelligitur Malchuth, qui eſt locus Pauperum, qui inclinat ad ſiniſtram ob myſterium egeſtatis. Pardes Tr. 23. c. 3. Vid. Sohar Vajechi 125. c. 496. behaalothecha 74. c. 295.

גדולה *Magnificentia, magnitudo.* Ita vocatur Cheſed, quia (ut ait unus Interpretum) omnes Sephiræ, atque potentiæ incrementum capiunt ab illâ, imò ipſi etiam accuſatores, prout ait ſcriptura Pſal. 104, 21. *Leunculi rugiunt ad prædam, & ad quærendum ab El eſcam ſuam.* Ubi per Leunculos intelliguntur Accuſatores (Diaboli) hi rugiunt, ut ſcilicet in medium proferant calumnias, rumoresque infames, utque accuſent mundum inferiorem. Et quamvis emanaverint è parte ſiniſtra, tamen ab El quærunt eſcam ſuam: El autem eſt menſura Cheſed, unde iſti quærunt influxum ſuum. Et propterea Cheſed vocatur Gedulah. Hæc ille. In Tikkunim autem traditur, quod Cheſed vocetur גדול magnus; Malchuth autem

ab iſtius parte, appelletur גדולה magna; ſicut & in modo Gebhurah, Timor גבור robuſtus, & Malchuth ab illius parte גבורה robuſta dicitur, verba ſunt hæc: Ex parte trium Patrum, quorum Nomina ſunt אל, אלהים, & יהוה, qui ſunt Deus magnus, fortis & terribilis, Illa vocatur, magna, fortis, pulchra. Hæc ibi. Vox autem גדולה cum de Malchuth dicitur, etiam ſic reſolvi poteſt, quaſi diceretur גדול ה quaſi Litera He voce גדול per quam intelligitur Cheſed ceu veſte veſtiretur. Sic & in Tiphereth, ubi He eodem pariter modo Tiphereth vocatur ſed fœminino genere; de quo ſuo loco. Pardes l.c.

גווני *Colores.* Vid. Sohar Trumah 57. c. 227. Balak 96. c. 386.

גויה *Corpus.* Interpretes & in ſpecie R. Moſcheh hoc nomen referunt ad Jeſod; ſed hoc è longinquo petitum eſt. Et verum quidem eſt, quod Jeſod, Fœdus circumciſionis vocetur ראש גויה caput vel principium corporis in compoſitione. Sed in Tikkunim nomen גויה exponitur de Tiphereth his verbis: Jecheſk. 1, 11. *Et duæ tegebant corpora eorum*, hæc eſt columna media, quæ eſt corpus. Hæc ibi. Et res plana eſt. Pardes Tr. 23. c. 3.

גולגלתא *Cranium, Calvaria.* Eſt cognomen trium priorum ſimul ſumtarum. In ſpecie autem in Cranio ſunt tres auræ ſeu ſpiritus; & tria cerebra; quæ ſunt יוד הי ואו הי Tria Jodin in Kether: & יוד. הא. ואו הא. tria Alephin in Chochmah (quaſi mille fœminæ) auræ autem ſeu Spiritus qui in eis, occultant illa Jodin, quæ ſunt guttæ cerebrinæ (ſeminales) occultæ. Et ſicut occultantur Guttæ intra ſpiritus inibi exiſtentes ſupra dictos, ita Kether occultatur intra Chochmah. Et hæc omnia allegoriam capitis referunt. Sed קרקפתא os cranii in ſpecie vocatur Kether; quia ſicut os illud ſuperimminet cerebro & omnibus; ita Kether eſt ſuper omnes Sephiras, easque coronat. Pard. ib.

גולות הכותרות *Rotunditates, ſeu vaſa rotunda capitellorum,*

rum. Capitella rotunda. Notum est ex 1.Reg.7,41. quod in opere Salomonis in Sanctuario hæc fabricata fuerint super caput columnarum, quibus imposita fuerunt nomina Jachin & &Boas, respectu habito ad Nezach & Hod. Capitella igitur hæc respectum habuerunt ad Gedulah & Gebhurah, ad dextram sc. & ad sinistram, ita ut Gedulah vocari possit Capitulum dextrum; & Gebhurah Capitulum sinistrum.

2. Sed Jesod vocatur גולת הזהב Eccles. 12, 6. Sechari. 4,2. *Capitulum rotundum aureum, lecythi instar*, quod emittit oleum pretiosum in summitatem candelabri. Aurum autem purum ad partem judicii refertur, prout dictum Tractatu Pardes 21. ad nomen Elohim, & l. c.

גוף *Corpus.* Ita vocatur Tiphereth. Ratio est, quia sicut corpus à se exserit manus & pedes in quatuor latera; ita Tiphereth habet duo brachia, quæ sunt Gedulah & Gebhurah, illa ad dextram, hæc ad sinistram; & duo crura Nezach &Hod; Ipse autem repræsentat corpus in medio. Et sicut è corpore prominet membrum inter crura; ita è Tiphereth producitur Jesod. Et sicut corpus supra se habet caput; ita supra Tiphereth sunt tres primæ. Porrò sicut corpus habet ventrem; ita Schechinah venter est modi Tiphereth. Ita enim tradit R. Schimeon ben Jochai: Schechinah est Venter, corpus Ejus auté est columna media. Ubi intelligitur ea Ipsius notio, qua in domo mariti est, ante diminutionem. Et ex his intelligi potest, quod scribit R. Moscheh in Libro Schem: quod sc. Tiphereth appelletur corpus Schechinæ; nempe juxta acceptionem modò dictam. Quamvis Ipse etiam aliter explicet dum inquit: Dum dicitur Corpus Schechinæ, sciendum quod tota structura simul sumta vocetur Schechinah; sicut & Malchuth Schechinah vocatur. Si ergò tota Aziluth simul sumitur, Tiphereth est corpus, tres autem primæ, sunt Caput, &c. si autem sermo est è textu Gen.2,18. *Adjutorium ex adverso ejus:* ibi Adam intelligitur integer, sicut dicitur: *Masculum & fœminam creavit*

ab istius parte, appelletur גדולה magna; sicut & in modo Gebhurah, Timor גבור robustus, & Malchuth ab illius parte גבורה robusta dicitur, verba sunt hæc: Ex parte trium Patrum, quorum Nomina sunt אל, אלהים, & יהוה, qui sunt Deus magnus, fortis & terribilis, Illa vocatur, magna, fortis, pulchra. Hæc ibi. Vox autem גדולה cum de Malchuth dicitur, etiam sic resolvi potest, quasi diceretur גדול ה quasi Litera He voce גדול per quam intelligitur Chesed ceu veste vestiretur. Sic & in Tiphereth, ubi He eodem pariter modo Tiphereth vocatur sed fœminino genere; de quo suo loco. Pardes l.c.

גווני *Colores*. Vid. Sohar Trumah 57. c. 227. Balak 96. c. 386.

גויה *Corpus*. Interpretes & in specie R. Moscheh hoc nomen referunt ad Jesod; sed hoc è longinquo petitum est. Et verum quidem est, quod Jesod, Fœdus circumcisionis vocetur ראש גויה caput vel principium corporis in compositione. Sed in Tikkunim nomen גויה exponitur de Tiphereth his verbis: Jechesk. 1, 11. *Et duæ tegebant corpora eorum*, hæc est columna media, quæ est corpus. Hæc ibi. Et res plana est. Pardes Tr. 23. c. 3.

גולגולת *Cranium, Calvaria*. Est cognomen trium priorum simul sumtarum. In specie autem in Cranio sunt tres auræ seu spiritus; & tria cerebra; quæ sunt יוד הי ואו הי Tria Jodin in Kether: & יוד. הא ואו הא tria Alephin in Chochmah (quasi mille fœminæ) auræ autem seu Spiritus qui in eis, occultant illa Jodin, quæ sunt guttæ cerebrinæ (seminales) occultæ. Et sicut occultantur Guttæ intra spiritus inibi existentes supra dictos, ita Kether occultatur intra Chochmah. Et hæc omnia allegoriam capitis referunt. Sed קרקפתא os cranii in specie vocatur Kether; quia sicut os illud superimminet cerebro & omnibus; ita Kether est super omnes Sephiras, easque coronat. Pard. ib.

גולות הכותרות *Rotunditates, seu vasa rotunda capitellorum,*

rum. Capitella rotunda. Notum est ex 1.Reg.7,41. quod in opere Salomonis in Sanctuario hæc fabricata fuerint super caput columnarum, quibus imposita fuerunt nomina Jachin & & Boas, respectu habito ad Nezach & Hod. Capitella igitur hæc respectum habuerunt ad Gedulah & Gebhurah, ad dextram sc. & ad sinistram, ita ut Gedulah vocari possit Capitulum dextrum; & Gebhurah Capitulum sinistrum.

2. Sed Jesod vocatur גולת הזהב Eccles. 12, 6. Sechari. 4,2. *Capitulum rotundum aureum, lecythi instar,* quod emittit oleum pretiosum in summitatem candelabri. Aurum autem purum ad partem judicii refertur, prout dictum Tractatu Pardes 21. ad nomen Elohim, & l. c.

גוף *Corpus.* Ita vocatur Tiphereth. Ratio est, quia sicut corpus à se exserit manus & pedes in quatuor latera; ita Tiphereth habet duo brachia, quæ sunt Gedulah & Gebhurah, illa ad dextram, hæc ad sinistram; & duo crura Nezach & Hod; Ipse autem repræsentat corpus in medio. Et sicut è corpore prominet membrum inter crura; ita è Tiphereth producitur Jesod. Et sicut corpus supra se habet caput; ita supra Tiphereth sunt tres primæ. Porrò sicut corpus habet ventrem; ita Schechinah venter est modi Tiphereth. Ita enim tradit R. Schimeon ben Jochai: Schechinah est Venter, corpus Ejus autē est columna media. Ubi intelligitur ea Ipsius notio, qua in domo mariti est, ante diminutionem. Et ex his intelligi potest, quod scribit R. Moscheh in Libro Schem: quod sc. Tiphereth appelletur corpus Schechinæ; nempe juxta acceptionem modò dictam. Quamvis Ipse etiam aliter explicet dum inquit: Dum dicitur Corpus Schechinæ, sciendum quod tota structura simul sumta vocetur Schechinah; sicut & Malchuth Schechinah vocatur. Si ergò tota Aziluth simul sumitur, Tiphereth est corpus, tres autem primæ, sunt Caput, &c. si autem sermo est è textu Gen.2,18. *Adjutorium ex adverso ejus:* ibi Adam intelligitur integer, sicut dicitur: *Masculum & fœminam creavit*

vit eos, &c. Gen. 5, 1. Hæc ille. Quæ fundamentalia sunt, concordantia cum verbis R. Schimeon ben Jochai. Pardes l. c.

גזילה *Rapina.* Vid. Sohar Vajikra 7. c. 25. 26. Kedoschim 42. c. 166.

גזירה שוה *Decisio æqualis*, aliàs *argumentum vel locus à Pari.* In Tikkunim autem dicitur, quod ita vocetur Tiphereth; quia iste modus abscindit & separat Klippoth seu cortices, ne associentur, & aduniantur, sed separati maneant. Vocatur autem *æqualis*, quia Ipse æqualitatem inducit inter duo extrema quæ in Sanctitate, sub mysterio Conciliationis. Pardes Tr. 23. c. 3. h. t.

גזרדיא Est ille qui suscipit preces Iisraëlitarum. Vid. Sohar Vajakhel f. 89.

גחלת *Pruna.* Ita vocatur Chochmah, quando vestita est mysterio Gebhurah. Atque sic & Malchuth vocatur Pruna, dum ab illo loco influxum accipit, quamvis Ignis magnitudine differant. Et huc pertinet commune illud simile; *de flammâ quæ cohæret cum prunâ.* Sicut enim pruna è potentiâ suâ educit flammam, quæ aliquid novi est in eâ; (quamvis flamma fundamentaliter fuerit in potentiâ prunæ, nec aliquid ipsi addatur, nisi quod flamma ex occulto producatur in manifestum:) Ita Jod de se emittit literas He, Vav, He: ita ut Jod sit instar prunæ, Vav autem flamma: He primum autem sunt quinque lumina fulgentia quinque coloribus He ultimi; sicut diximus Tractatu de coloribus 10. Deinde etiam exposuimus Tractatu de ordine ab imo ascendendi, 15. quod, sicut Jod est Chochmah à Summis descendendo, atque pruna cum flammâ: ita etiam detur Jod tanquam pruna & flamma ab imis ascendendo; juxta mysticum illud: *Ego primus, & Ego novissimus.* Jesch. 44, 6. cujus symbolum quoque reperitur in figura literæ א. Pardes Tr. 23. c. 3.

2. Vox גחלת per gematr. æquipollet voci אמת 441. quæ

quæ est mensura Moscheh. Vox שלהבת *flamma* autem resolvitur in has שת הבל Ser Sahab. h.l.

גט *Libellus, instrumentum*, in specie *libellus repudii*. Vid. Sohar Vajechi 126. c. 501. Pinchas 113. c. 454. & fol. 115. c. c. 459. Conf. גירושין it. דמעורת & Achare 34. c. 135. & Vajikra 2. c. 7.

גיד הנשה *Nervus luxatus, Vena Ischiatica*. Gen. 32, 32. R. Schimeon ben Jochai tradit hoc nomen tribui Schechinæ cum Justo. Schechinah enim vocatur גו ut dictum suo loco: assumto autem Jod Justi, inde fit גיד de loco autem Gen. 32, 25. *Et movit se acetabulum femoris Jaacobh*, dictum est Tr. 17. de femore Jaacobh. Pard. Tr. 23. c. 3. h. t.

2. Cum voce הנשה correspondet numeris vox שטן & per metathesin השנה annus in quo 365. dies, ut in homine qui est microcosmus, 365. nervi. Sohar Vajischlach 97. c. 390. & Ba f. 18. c. 72. Ser Sahabh.

גיהנם *Gehenna*. Omnes Interpretes in eo consentiunt, quod hæc vox sit sub Gebhurah. Rationem dat R. Moscheh, quia pertinet ad latus Accusatorum ab intra & ab extra. Et hic est Ignis ille non exsufflatus Ijobh 20, 26. seu qui non extinguitur. Estque figura significans vim judicii rigorosi. Hæc ille. Et huic tribuitur color niger vid. Tr. de coloribus 10. Vocatur autem Vallis, à connotatione profunditatis; nam *fovea profunda os alienarum*. Prov. 20, 14. Pardes l. c.

גיחזי *Gechasi famulus Elischa*, figura vulgarium naturæ studiosorum, qui *contemplationes* quidem instituunt circa *vallem* & profunditates Naturæ, sed ad abdita ejus non descendunt, unde frustra laborant & famuli sunt in æternum. Illi consilia suppeditant de procurando Filio Sapientum, cujus generatio naturæ impossibilis est 2. Reg. 4, 14. Sed ipsi ad hanc generationem, (ad quam requiritur Vir Elischæo similis,) nihil conferre possunt. Natura etiam ipsis arcana sua non aperit Conf. vers. 26. eosque contemnit vers. 30. & resuscitatio

tio mortui in vitam, ipsis est impossibilis ℣. 31. Unde avari sunt c. 5, 20. & mendaces atque deceptores vers. 22. 25. & garruli, narratores gestorum alienorum 2. Reg. 8, 4. 5. & divitiarum loco lepram sibi contrahunt, id est, morbos, contemtum, paupertatem c. 5. vers. 27. Vox autem גיחזי & vox חל profanus, communis, utraq; eundem habent numerum. Æsch Mezareph c. 1.

גי חזיון *Vallis visionis.* Jeschai. 22, 1. 5. Ita vocatur Malchuth, prout exponitur in Sohar Sect. Mikkez. Hæc enim est illa visio, quam omnes Prophetæ speculando observant. Sic autem vocatur, quando influxum assugit à Videntibus, qui dicuntur Prophetæ, nempe Nezach & Hod. Et vocatur Vallis, quod est nomen profunditatem denotans. Unde apud Magistros phrasis *descendendi in Mercabham*, qua denotatur profunditas rerum occultarum. Hinc & Malchuth est profunditas Prophetiæ. Pardes Tr. 23.

גלגולים *Revolutiones Animarum.* Vid. Sohar Breschith 39. c. 154. seq. fol. 33. c. 129. fol. 40. c. 159. fol. 41. c. 164 fol. 43. c. 170. fol. 44. 45. 47. Mischpatim 43. c. 170. in Sabha.

גלגל *Rota, rotatio.* Est cognomen Schechinæ, quia istius beneficio fiunt rotationes animarum, de quibus in Raja Mehimna. Pardes Tract. 23. Vid. Sohar Pinchas 99. c. 395. Vajechi 125. c. 495.

גלגלי המר כבה *Rota Mercabha seu sella curulis.* R. Moscheh de Nezach & Hod exponit: ex eo, quod Vehiculum seu Thronus ipse sit facies leonis Chesed; facies bovis, Gebhurah; facies hominis, vel Aquilæ Tiphereth; facies Aquilæ vel hominis Malchuth: unde per rotas vehiculi intelligi debeant Nezach & Hod. Pard. Tr. 23.

2. De orbibus firmamenti, eorumque cantu vid. Sohar Vajechi in Tosiphta. f. 125. c. 495. Balak 97. c. 387. Schlechlecha 82. c. 323.

גלות *Exilium.* de Exilio Schechinæ vid. Soh. Schemoth in pr. Vajechi 119. c. 473. seq. f. 129. c. 514. Mischpatim 53. c. 212. Vajakhel 97. c. 388. Vajikra 2. c. 7. Bammidbar 56. 57. Bechükkothai & Naso 70. c. 279. Balak 91. c. 364. Pinchas 112. 118. c. 467. Vææthchannan 128. c. 509. f. 129. c. 515.

גלים *Fluctus.* In Sohar Sect. Noach ad locum Jesch. 10, 30. *Intona vocem tuam, Filia Fluctuum*; ibidem intelligenda dicitur Filia Abrahami, verba sunt: Ita conclusum est, Filia גלים Fluctuum exponatur è loco Cant. 4, 12. Fons obseratus. גלים enim sunt rivi qui confluunt, & profluunt, influuntque in eam (Malchuth) eamque implent, sicut dicitur Cant. 4, 12. *Irrigationes tuæ Paradisus malorum Punicorum.* Per Filiam Fluctuum ergò intelligitur Malchuth; quæ dicitur Filia Abrahami, quia sugit filum Chesed, ad ipsam demissum. Per Fluctus autem intelliguntur Sephiroth, quatenus omnes uniuntur ut influxum demittant in Malchuth. Istius ergò respectu vocantur Fluctus, quatenus illuc influunt; Illa enim vocatur גל Fons, & Illæ גלים fluenta ex ipsius nomine. Et cum Ipsa plena est illis, tunc manifestat notionem suam, quod nempe repleta sit aquis; & diffluit scaturigo ejus. Adducit autem rationem, quare dixerit, quod influant in eam, & repleant eam è loco Cant. 4, 12. *Irrigationes tuæ Paradisus malorum Granatorum:* ubi per שלחיך intelliguntur rivi, quasi dicat: rivuli, qui ad te derivantur, faciunt ex te Paradisum seu hortum malo-granatorum, ita ut tu tam plena sis, ac pomariũ malorum punicorũ, juxta phrasin, qua Magistri nostri dicunt ad Cant. 4. 13. & Cant. 6, 10. pleni sunt præceptis divinis (adolescentes) sicut malogranata. Ex quibus patet, quod septem sephiroth ceu septem fluvii vocentur גלים fluenta, quando sunt in גל seu scaturigine vel fonte, quæ est Malchuth.

2. Sed in Sect. Vajechi R. Schimeon ben Jochai tradit, quod Binah vocetur גלים cumuli acervi; verba sunt hæc:

Mundus, qui venit, vocatur Gallim, acervi, quia omnia in Ea consistunt & comprehenduntur cumulatim, & ab eâ procedunt in omnia. Hæc ibi. Unde hæc elucescit ratio, quia nempe influentia omnibus sephiris debita pro singularum naturâ, tota cumulatim in Binah consistit, & ex illa in omnia distribuitur. Et hoc modo ex eâdem ratione qua Malchuth Gallim dicitur, eodem nomine & Binah vocabitur, sed hæc ob influxum suum, Illa autem ob receptionem suam. Ibidem tamen & alia traditur expositio quare Binah vocetur Gallim; quod nempe Gallim sint septem sephiroth, quæ è Binah prodeunt, & in Malchuth conveniunt, sicut fluctus maris, quibus nulla unquam est quies. In omnibus igitur his expositionibus tam de Binah quam de Malchuth propositis, vox Gallim respectum habet ad illas sephiras, quarum ibi facta est mentio quæque ita dicuntur. In Sect. Noach autem de Fluctibus maris dicitur, quod sint Potestates quæ in Malchuth, quæ quasi rugiunt, & postulant prædari prædam, quæque elevantur vehementiâ judicii; & de quibus dicitur Ps. 104, 21. *Leunculi rugiunt ad prædam.* Fortè tamen etiam hîc intelliguntur fluctus illi, qui devolvuntur in Eam, à fluentis supernis. Quæ omnia tamen ad idem redeunt. Pard. Tr. 23.

גל נעול *Fons obseratus*, Cant. 4. 11. Ita vocatur Schechinah, quatenus adhùc virgo est, nec ullus vir eam cognovit; sub mysterio Costæ seu lateris scilicet; quæ est notio ejus occulta; quia tum temporis Vir nondum cognovit eam: prout explicuimus Tract. de diminutione 18. & in Tikkunim similia traduntur.

גמטריא *Gematria* figura Kabbalistica circa æquipollentiam numerorum in dictionibus occupata, vid. Sohar Pinchas 102. & Naso c. 1. in Rabboth.

גמל *Camelus.* In Sohar Section. Pekude ad locum illum Gen. 24, 64. *Et cecidit de camelo.* f. 109. c. 423. hæc habentur: Quare desiliit à camelo? hîc mysterium latet. Veni observa! Et

Et videbat Jizchakum: unde nôrat, iſtum eſſe Jizchak? nempe illo tempore videbat, quod nondum ſciverat: videbat illum in Iracundia Judicii rigoroſi, pariterque videbat, quod Camelus, hîc infra, eſſet Iracundia graviſſima in extremo gradu, hoc enim eſt myſterium mortis: Hinc deſiliebat & demittebat ſe ab illo Camelo. Cum enim videret judicium rigoroſum, camelus iſte majores accipiebat vires; hinc decidebat, nec ibi ſedebat ulteriùs. Veni obſerva! Camelus hic denotat myſterium illud de quo ſcribitur Prov. 19, 17. *Et retributionem ejus* גמולו *reddet ei.* hæc eſt retributio illorum impiorum. Et iſte eſt camelus, qui conſtitutus eſt, ut devoret omnia, & diſperdat omnia, quique paratus eſt ſemper adverſus homines. Unde quicunque in ſomnio videt Camelum, eidem repræſentatur mors, quæ decreta fuerat in ipſum, ſed è quâ liberatus eſt. Veni obſerva! Pars illa impuritatis ita vocatur, quæ mortem introduxit in mundum; & hic fuit ille, qui ſeduxit Adamum & uxorem ejus; & ille qui inſeſſor ejus fuit, eſt Samaël; hic enim venit ut ſeduceret mundum, & cauſa fuit mortis omnibus. Venit autem & dominatur omnibus. Adam quidem eundem ad ſe attraxit, quo facto illos inſequebatur, donec illos ſeduceret. Unde dicit Schlomoh Prov. 5, 8. *Nec appropinques ad oſtium domus ejus.* Quandocunque enim quis ad illam appropinquat, ſtatim illa prodit, exornata, & hic ad illam inclinatur. Unde Ribhkah, cum videret, accedendum ſibi eſſe ad partes Judicii rigoroſi, quia videbat Jizchak, qui eſt emblema Judicii duri: & ſimul percipiebat, quod ab illis partibus aliud prodiret judicium vehemens, nempe è ſcoriis auri, iſto viſo, ſtatim decidebat à camelo, ut relaxaretur à judicio, & ab illa impuritate. Hæc ibi. Vid. & Breſchith 19. c. 74. Pard. Tr. 23.

גמילות חסדים *Retributio beneficiorum, beneficentia.* Ita vocatur Malchuth, ex parte Cheſed, prout traditur in Tikkunim.

גן *Hortus*. Ita vocantur Binah & Malchuth. Binah autem est hortus pro plantis, dum adhuc sunt instar cornuum locustarum; at Malchuth est hortus plantarum inferiorum. Quicquid enim producere voluit Emanationis autor, sive animæ sint, sive aliud quid, id omne venit in hortum inferiorem. In Sohar Sect. Schemoth de horto hæc occurrunt, Dixit R. Eleasar: quid de horto? sarriendus, custodiendus & irrigandus est. Hæc ibi. Ubi sensus custodiendi idem est, qui in loco Jesch. 62, 6. *Super muros tuos Jeruschalem constitui custodes, &c.* item Cant. 3, 8. *Uniuscujusque gladius super femore ejus, &c.* In Tikkunim autem R. Schimeon ben Jochai inquit, quod גן propterea dicatur, quod consistat è 53. ordinibus Legis scriptæ; ad innuendum, quod Ipsa influxum assugat & plantas horti producat, quæ sunt mariti ejus: Iste enim irrigat eas, ut crescant.

2. Deinde dantur & horti, quæ sunt quinque Sephiroth, quia quælibet illarum producit fructum secundum speciem suam. Atque sic etiam fontem habent, qui irrigat eas; Iste est Hortus Binah, è quo deinde fit fons, quo irrigantur horti. Ita etiam de Malchuth dicendum, quæ est hortus inferior, hæc etiam ex horto fit fons, qui irrigat hortos sub ipsa locatos, Virgines quæ post ipsam, sociæque ejus. sic commentatur R. Pinchas ben Jair in Sohar ad locum Cant. 4, 15. *Fons hortorum.* Vid. Soh. Balak 53. c. 372.

3. Atque sic Binah & Malchuth singulæ vocantur Gan Eden.

4. Et in Sohar Sect. Toledoth. dicitur: quod Malchuth vocetur גן רוה hortus irriguus Jesch. 58, 11. quando Jesod in Ipsa est, eamque adimplet, atque irrigat aquis supernis, prout solet Bonus ille.

5. Eadem ulteriùs vocatur *Hortus nucis*, Cant. 6, 11. quia consita est nuce, mystica. Pard. Tr. 23. c. 3.

גן עדן *Paradisus, Hortus Eden.* Vid. Sohar Breschith 37. c. 147. l. 48. Mischpatim 44. c. 176. Vajakhel 55. c. 379. Balak

lak 53. c. 372. Vajechi 120. Lechlecha 58. c. 230. Ubi dicitur, quod Gan Eden ſit in ſyſtemate Aſiah. Et quod veſtiantur veſtibus lucis in forma tamen hujus mundi. Schlachlecha 81. c. 323. de diverſis locis Horti Eden Chukkath 87. c. 346.

גפן *Vitis.* Ita vocatur Schechinah; iſta enim eſt Vitis fructificans Jeſch. 32, 12. Vitis *ex Ægypto translata.* Pſal. 80, 9. per exitum ipſorum ab exilio, & de ea dicitur: Ib. verſ. 15. *Reſpice è cœlis & vide, & viſita vitem* זאת *iſtam.* Ubi particula זאת explicanda eſt juxta ſenſum phraſium זאת *hac eſt Lex.* Lev. 7, 37. c. 14. 53. Num. 19, 14. Deut. 4, 44. Ratio autem denominationis hæc eſt: quia ſicut Vitis non patitur inſertionem, vel inoculationem ab alia ſpecie; ita Malchuth nihil ſuſcipit niſi à marito ſuo. Sohar Vajechi; ad locum Gen. 49, 11. In ipſa autem ſunt tres palmites, qui ſunt botri de quibus in אשכלות. Hæc influxum accipit à Vino aſſervato in uvis, quæ ſunt uvæ pulchræ pro ſomnio; influentia ſcil. quæ demittitur à Binah. vid. יין.

2. Datur tamen & vitis alia quæ fructifera dicitur, cujus uvæ ſunt uvæ veneni, & botri amari eis Deut. 32, 32. Iſti ſunt Cortices.

3. Attamen & medii generis vitis occurrit, cujus uvæ non ſunt pulchræ pro ſomnio; quia ſunt de partibus judicii. Pard. Tract. 23. Vid. Sohar Vajechi 197. c. 556. Trumah 76. c. 320. Pinchas 115. c. 457. Debharim 123. c. 490.

גפרית *Sulphur.* In ſcientia de mineralibus hoc principium refertur ad Binah, ad ſiniſtram, propter colorem; & ad illud latus etiam Aurum referri ſolet. Et חרוץ ſpecies auri ad claſſem Binah relata; numero minore 7. concordat cum גופריתא. Aurum igitur Prudentiæ naturalis debet eſſe charuz effoſſum, vel ſimile; non excoctum. Et hoc eſt ſulphur illud, quod colorem dat igneum, penetrantem, & mutantem terras impuras. Sulphur nempe cum ſale, Deut. 29, 23. Sulphur cum igne, pluens ſuper impios, i.e. metalla immunda Pſ. 11, 6.

Hoc sulphur fodiendum tibi est; effodias autem illud ex aqua, ut habeas ignem ex aqua: & si recta fuerit via tua coram Domino, ferrum tibi natabit super aquam 2. Reg. 6,6. Abi igitur ad Jordanum cum Elischa ib. vers. 4. Sed quis eloquetur Gebhuroth Domini Psalm. 106, 2. Multi alia conquirunt sulphura; & qui ingressus est *domum semitarum* particularium, Pr. 8, 2. intelliget. Nam sulphura auri & ferri, quorum extractio à multis docetur & facilis est; item auri, ferri & æris, item auri, ferri, cupri, stibii; quæ post fulmina per acetum colliguntur ex lixivio, mutata in oleum rubrum cum hydragyro madido, argentum tingunt. Sed *thesaurus desiderabilis & oleum in habitaculo sapientis.* Prov. 21, 20. Æsch mezareph. c. 8.

גר *Peregrinus.* Aliquando Tiphereth est extra locum suum, & exulat, propter peccata, ut notum: *Nam sicut avis vagatur à nido suo, sic vir vagatur à loco suo.* Pr. 27, 8. ubi, si fas est dicere, influxum præbet Extraneis. Et tunc vocatur Peregrinus; Et propterea Moscheh, cujus gradus est Tiphereth inquit Exod. 2, 22. *Quia peregrinus fui in terra aliena.* Propterea autem peregrinus dicitur, quia hactenus versatus fuerat in loco Corticis, in terra aliena, influxum assugens vini libaminum, influentiam è sarmentis vitis alienæ. Jirm. 2, 21. quam Deus avertat! Pard. Tr. 23. c. 3. h. t.

גרים *Proselyti.* Vid. Sohar Breschith 10. c. 1. & 25. c. 2. Vajikra 6. c. 22. De loco Paradisi, in quem veniunt Iisraëlitæ. Jethro 31. c. 123. Ki Tissa 84. c. 335. Mischpatim 43. c. 170. f. 45. c. 179. de loco Proselytarum, qui dicitur sub aliàs Schechinæ Sclachlecha 80. c. 318. Ki teze 135. c. 537.

ד

ד *Daleth.*

IN Libro Temunah dicitur, quod referatur ad Chesed, unde quarta est numero simplici: Quodque figura ejus sit simplex, nec

neccompofita cum alio quopiam. Item quod refpiciat ad Tiphereth, quod eft Vav. Non autem dicitur, quod refpiciat ad He, quia etiam in הֿ eft דֿ. Ex quo patet, quod natura fpiritualis hujus literæ influxum accipiat à Chefed & Rachamim mifericordia, qui eft modus Tiphereth. Ibidem dicitur, quod vocetur דלת à phrafi illa Cant. 7, 5. ודלת *& implexum capitis tui ficut purpura:* quæ vox habeat fignificationem feparandi, quafi dicatur fingularitas, vel portio capitis feparata ab altera. Sic enim fingularis eft litera hæc in figura fuâ, ut non componatur cum figura quadam alia. Ubi etiam additur, quod dominium ejus fit in horâ Mercurii.

2. In Sohar aliquando Schechinah vocatur Daleth, quia *eft* דלת exhaufta & tenuis præ paupertate. Linea autem ejufdem literæ refertur ad Jefod, quo unitur cum Tiphereth, juxta illud 1. Chron. 29, 11. *Quia Col eft in Cœlis & in Terra;* quod ita exponitur in Raja mehimna.

3. Multis tamen in locis eadem etiam refertur ad Binah. Hæc enim funt verba R. Schimeon ben Jochai: *He fuit* דֿ; *cum autem mafculus unitur cum eâ, tum prægnans fit & vocatur* הֿ. Vid. Tr. de Nominibus 21. c. 4. quæ de Binah dicuntur: ubi tamen non à paupertate dicitur, fed è loco Jefchai. 38, 14. דלו *Elevati erant oculi mei ad excelfum:* quò etiam pertinet vox in Mifchnah occurrens דלית vitis in altum fufpenfa. Pard. Tr. 27. c. 7.

4. De Daleth magno & parvo Vid. Sohar Æmor 44. c. 175.

דבור *Loquela.* Ita vocatur Schechinah Malchuth. Ratio eft, quia Tiphereth vocatur Vox: ergò Malchuth *loquela* vel *elocutio.* Sicut enim locutio difcriminat voces, & fonos fyllabæ, ita Malchuth eft manifeftatio Tiphereth, & confpectus fonorum ejus. Ita autem vocatur ex parte Gebhurah: quia locutio femper duritiem refert, quamvis non excludantur cæteri gradus. Sic enim traditur in Sohar Sect. Lechlecha ad locum

cum illum Jeschai. 45,19. *Ego Dominus, loquens justitiam, annuncians recta.* Verba sunt hæc: Dixit R. Eleasar: distinctæ sunt phrases: ויגר & annunciavit, וידבר & locutus est, ויאמר & dixit. Nam וידבר & locutus est, denotat manifestationem gradûs ab extra; nec est gradus internus sicut gradus superiores: unde textus inquit: *Loquens justitiam.* ויגר autem denotat gradum internum supernum, qui prædominatur locutioni, unde textus: *Et annuncians recta.* Quid intelligitur per משרים *Recta?* hic est gradus superior Jaacobi, seu in quo Jaacobh residet: unde dictum est: Psal. 99,4. *Tu parasti rectitudines.* Et propterea dicit, *annuncians* & non *loquens.* Dixit R. Jizchak: Atqui scriptum est Deut. 4, 13. *Et nunciavit vobis pactum suum.* Respondit ei: Hîc omninò ille gradus intelligitur, qui dominatur in inferiorem, qui est *loquens justitiam:* Et in hoc omnia considerationem merentur. (Veni, vide!) Quamvis enim *Locutio* sit inferius quid, non tamen dicendum, illam propterea non esse aliquid superius: nam Illa omninò plena est omnibus, & simul quoque gradus quidam superior: juxta illud Deut. 32,47. *Quia non* דבר *verbum inane ipsum est à vobis.* Hæc ibi. Hic docetur quod ויגר pertineat ad Chochmah: vid. הגדה. Sed ויאמר Malchuth ex parte Tiphereth, vid. suo loco. Et וידבר in Malchuth in se considerâ. Unde textus loci propositi non dicit: loquens justitiam & recta: vel nuncians justitiam & recta: sed *loquens justitiam & nuncians recta.* Nam Justitiæ, quæ est Malchuth tribuitur phrasis *loquendi*; quæ ipsi propria est. Rectitudinibus autem, quæ sunt Tiphereth, tribuitur phrasis *nunciandi*, quæ propria est Scaturigini unde emanant Recta. In responsione autem ad objectionem id innuitur: quod intelligatur aliquid superius quam Malchuth, quod potest esse Jesod; cui fœderi, quia est gradus superior quam Zedek, non incongruè tribui queat phrasis *nunciandi*; quæ de Zedek nullatenus inveniatur. Additque omnia loca probè contemplanda esse, quia phrases quan-

quandoque non inveniuntur in locis ſuis, certas ob cauſas; prout nempe hæc vel illa notio occurrit. Nihilominus certum manet, quod *Locutio* ſemper pertineat ad Malchuth, quamvis fortè in gradu altiore inveniatur, qui in Malchuth tum manifeſtatur; in Ipsâ enim apparent omnes modi. Unde Deut. 32, 47. id inſinuatur, quod vox *loquendi* (ſeu Malchuth) non ſit vacua à menſura illa alterâ, quæ eſt Tiphereth. Pard. Tr. 23. c. 4. h. t.

2. De hac materia vide plura in Sohar Trumah 71. c. 284. Lechlecha 60. c. 239. Schemoth. Gemara Menachoth f. 103. quod omne verbum, prodiens ex ore Dei dividatur in 70. linguas; id eſt, dependeat à ſeptem menſuris, quarum ſingulæ conſtant è Decade. Item Bammidbar in pr. Et Naſo 63. c. 251. & Vaæra 11. c. 44. Tr. Trumah f. 14. De angelis dijudicantibus omnia verba Sect. Lechlecha 62. c. & hæc eſt *incumbens ſinui tuo.* Mich. 7, 5. & Mikkez 109. c. 435. Bammidbar 57. c. 225. Naſo, & Vaæra 11. c. 44. Mezora 25. c. 97. SerSahabh. vid. titulos פה. & אמירה.

דבקות *Adhæſio, Cohæſio.* Vide נפל n. 8. Potiſſimum tribuitur Patri & Matri, deque illa notanda ſequentia. Cum deſcenderent *Chaſadim & Gebhuroth*, ſeu Benignitates & ſeveritates (quæ ſunt veluti principia ſeminalia ad illuminationes, ſeu generationes inferiores perficiendas) è capite *Parentum ſupernorum* in corpus eorundem; hinc neceſſariò ſequebatur defectus aliquis Lucis: quamvis non omninò ſecederent à ſtatu *oppoſitarum facierum.* Defectus autem iſte oriebatur ex eo, quod *Pater & Mater* non amplius ſeſe intuerentur *oculis* ſuis. Et ſic porrò. Etz Chajim. Parte Ozaroth Chajim. Tract. Olam han-Nekudim.

דבר *Verbum.* Eſt Malchuth. Et huc pertinet illud Pſal. 103, 20. *Fortes robore, facientes verbum ejus.* de quo vid. Sohar & Tikkunim. Sic quoque locus ille Pſal. 110, 4. *Secundum verbum meum Malchizedek*: quæ eſt Schechinah; quæ voca-

tur *Verbum meum*, quia erat menſura Davidis. Et R. Moſcheh tradit, quod eadem etiam vocetur דָּבֶר *Peſtis*, juxta illud Chabk. 3, 4. *Ad facies ejus ivit peſtis*. Ipſa enim eſt *Manus Domini*, 2. Schmu. 24, 14. Idemque dicit, quod aliqui Peſtem ad Jeſod referant, quia ibi intermiſcetur Aër. Nam etiam Jeſod non conſtat è meris miſerationibus, quia eſt ſylloge omnium ſephirarum. Pard. Tr. 23. c. 4.

דברים *Verba, Geſta*. In Sohar Sect. de Ligatione (Jizchak) dicitur, quod Malchuth etiam vocetur Debharim. Et videtur tunc ita appellari, quando ad Ipſam applicantur ſeptem puellæ ejus, quæ ſingulæ vocantur *Dabhar*, & omnes ſimul *Debharim*; quæ ex hoc loco manifeſtantur. Klippah enim dicitur illud quod eſt אחר הדברים *Poſt verba* vel *geſta*. Cortex enim venit poſt Debharim, id eſt, à parte poſteriore omnium puellarum, vid. Tr. de Adverſantibus 25. & 26. Pard. Tr. 23. c. 4.

דבש *Mel*. Pertinet ad latus ſiniſtrum, ad vim Gebhurah; Color enim illius ad ruborem tendit. Et quamvis ſit dulce; tamen de eo dicitur Pr. 25, 16. *Mel inveniſti, comede ſufficientiam tuam*. Atque ſic exponitur in Tikkunim his verbis *ſicut lagani cum melle* (Exod. 16, 32.) ad partem ſiniſtræ pertinet: Hæc ibi. Hinc dicitur Lev. 2, 11. *Omne fermentum & omne mel, &c.* Quia mel affine eſt fermento: niſi quod fermentum penitus eſt ad ſiniſtram ſub natura Klippæ ſeu Corticis; mel autem vehementiam judicii tantum deſignat. In Sohar autem Sectione Vajechi dicitur, quod Malchuth, Lex oralis vocetur *Mel*: quæ omnia tamen ad idem recurrunt; quia tunc Ipſi hoc nomen competit, quando ad partem ſiniſtram inclinat. Pard. Tr. 23. c. 4. Vid. Sohar Vajechi 121. c. 507. Per Gematr. numeris æquipollent דבש & אשה nempe 306. Ser Sahabh.

דג *Piſcis*. Vid. Sohar Schemini in fin: 19. c. 79. Debharim in pr. 122. c. 487. Ki Teze 135. c. 539. Chald. dicitur נון, quæ

quæ vox alludit ad נ 50. portas Binah, & ad Patrem Jehoſchua cui nomen Nun. Ser Sahabh.

רגלים *Vexilla.* Vid. Sohar Breſchith f. 16. & 17.

דו פרצופין *Duæ Perſonæ.* Hæc phraſis dicitur de Tiphereth & Malchuth: quia hi ambo emanarunt ſimul ut unus; juxta naturam Adam & Chavah, qui erant duæ Perſonæ (in uno ſubjecto.) Vid. Tr. de Diminutione 18. Hæc tamen denominatio tunc ſaltem ipſis tribuitur, quando ſunt ſub notione illa occulta, in qua fuerunt ante diſſectionem, prout expoſitum. Pard. Tr. 23. c. 4.

דוד נאמן *Amicus fidelis* (Conf. 1. Schmu. 22, 14.) In Sohar, in hiſtoria Illius Puelli, dicitur, quod Juſtus vocetur Amicus fidelis, ad locum Cant. 7, 10. *Vadens ad dilectum meum ad rectitudines.* Procul dubio, quia eſt Amicus menſuræ Malchuth: In ipſo enim conſiſtit myſterium combinandi Redemtionem cum precatione. Et in Sohar Sect. Vajikra, dicitur, quod Tiphereth & Malchuth vocentur Amici, Dilecti, de quo latè Tr. 8. Et hinc Jeſod dicitur Amicus, quia unit duos dilectos, & amicos: quia per Ipſum fit unio Tiphereth & Malchuth. Et in Schemini dicitur, quod vox דוד Amicus nudè poſita, ſit Gebhurah; & ſic etiam in Cantico Canticorum explicatur. Ratio, quia amor excitatur per Ignem Gebhuræ. Tres ergò ſunt ſignificationes: דוד נאמן Amicus fidelis eſt Jeſod: דודים Amici, ſunt Tiphereth & Malchuth: & דודי Dilectus meus eſt Gebhurah; & fortè Jeſod, inclinans ad Gebhurah. Pard. ib.

דוד *David.* Ita vocatur Malchuth, quia David fuit vehiculũ iſtius metri, Illudque condecoravit & donavit canticis ſuis: ad Ipſam enim ſpectant omnes laudes ejus. Illa tamẽ fuit metrum ejus, quatenus inclinat ad Hod; unde דוד cum voce æquipollet numero vocis הוד qui eſt 15. Et ſic in Raja mehimna, traditur, quod Metrum Davidis ſit Hod. Ibi autem firmarunt ſtationem Klippoth, ideoque bellis provocatus fuit

à re-

à rebellibus; & ob דוד nomine דוד compellatur. Pardes ibidem.

2. De 70. ejus annis. Vid. Sohar Brefchith f. 8. c. 31. f. 26. c. 4. Et quod ipfi deftinata fuerit Bathfcheba, qui funt fex modi, fex extremitates, vid. Achare 36. c. 141. Pinchas 102. c. 408. f. 103. c. 409. Mifchpatim 48. c. 190. 191. De peccato ejus Noach 54. c. 216, 17. Vaæra 12. c. 47. f. 13. c. 50. Vajechi 14. c. 56. Brefcith 20. c. 74. fol. 8. c. 31. f. 44. c. 174. Quod fit pes quartus Mercavæ Gem. Succah f. 47. 48. Sohar Vajera 66. c. 263. Vajifchlach 96. c. 384. f. 101. c. 404. Vajiggafch 114. c. 457. feq. Similia in Kedofchim 38. c. 152. f. 39, c. 155. Schemini in pr. Trumah 65. c. 257. Quod adhæferit literæ He ultimæ Tetragrammati, & f. 27. c. 106. f. 33. c. 131. & Bechükkotai in pr. Huc pertinent allegoriæ de Quartâ parte Hin; de Chebron: de Kirjath arba; vid. Mezora in f. & Vajikra f. 10. c. 40. Pekude 106. c. 421. Kedofchim 38. c. 152. Ser Sahabh.

דומרח Nomen Angeli cujufdam in Sohar Schemoth 5. c. 18.

דור *Generatio, Ætas.* Refertur ad Tiphereth, inclinantem ad Jefod, quæ funt fex extremitates; quæ in Tiphereth, qui plura continet, ob multitudinem Lucis ejus, afcendunt ad fummam fexagenarii. Et hoc eft illud Gen. 46, 26. *Omnes animæ, quæ venerant cum Jaacobh, &c. Sexaginta & fex:* nempe fexaginta refpectu Tiphereth; fex autem refpectu Jefod. Cumque afcendit ad Aleph, evadunt fexaginta millia; & fi ulterius afcendit ad Coronam fummam, evadunt fexaginta myriades. Ita tradit R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim. Omnes autem iftæ Generationes revolutiones fuas habent in Malchuth; & Ipfa eft rotatio omnium. Et hoc eft illud Ecclef. 1, 4. *Generatio vadit, & Generatio venit; Terra autem,* quæ eft Malchuth, *in feculum ftat.* Ex quo patet, quod Tiphereth & Jefod ambo vocentur Dor, Generatio. Et huc pertinet illud

lud Psalm. 145,4. *Generatio generationi celebrabit opera tua* Nam *Opus* est Malchuth. Et de generatione in generationem influxum demittunt; hæc enim est significatio phraseos שבח ubicunque reperitur. Quidam tamen vocem דור applicat ad Binah, quia Jobel est דרור, libertas & liberationis locus. Altera autem דור seu generatio est Malchuth, quia duorum Hehin eadem est ratio. Pardes Tr. 23.

2. De ætate seu generatione Filii David. Vid. Sohar Pinchas 116. c. 462. De loco Eccl. 1,4. Ekebh 131. c. 521.

די *Atramentum.* Est Binah; quia sicut atramentum nigrum est, & occultum; ita Mundus, qui venit, Binah, occultus est, nec apprehenditur, nisi homo se ipsum denigret in hoc mundo. Et hæc vox exprimit unam de combinationibus Literæ יוד, quæ refertur ad Chochmah. Hæc R. Schimeon ben Jochai in Raja mehimna Trumah f. 71. c. 282. in fin. Pard. Tr. 23. c. 4.

דיין *Judex.* Communi Interpretum consensu hoc est cognomen Gebhurah. Sed in Raja mehimna sæpe dicitur, quod Tiphereth inclinans ad Malchuth vocetur Judex; Iste enim est Judex veritatis, quia ipse vocatur Æmeth veritas. Quis autem in doctrina cognominum fide dignior est, quam R. Schimeon ben Jochai? Ratio autem est, quia Malchuth est Din seu *judicium*, sicut dicunt majores: Judicium Regni, judicium est. Sic enim & inter combinationes אדני occurrunt דינא judicium. Et ab ista parte Ille vocatur Judex. Pard. ib.

דין תורה ודין אמת *Judicium Legis & judicium veritatis.* Est Schechinah. Illa enim vocatur Judicium, ut dictum; veritatis autem & Legis nomen habet ex parte Tiphereth, de quibus suo loco. Vid. Raja mehimna ad Præceptum Exod. 23,2. Pardes l. c. Vid. plura de judicio, & quod Gentes duro, Iisraëlitæ leni judicio judicentur Mikkez 111, c. 445. Schemoth 3. & f. 9. c. 33. f. 66. c. 265. Trumah 62. c. 246. Vajakhel 88. c. 350. Vajera 71. c. 281. Pekude 116. c. 462. Breschith

46. c. 182. Korach. 84. c. 336. Mischpatim 54. c. 215. Ex 32. Semitis prodeunt 320. judicia, quæ sunt 32. decies; quæ mitigantur per Nomen Ehjeh. Item 280. judicia æquipollet numero literarum מנצפך, quæ descendunt è 50. portis Binah. Porrò æquipollent numeris הוא דיין & אלהים: item דיון & אכדטם: de quo in אחוריים. Ser Sahabh. Vide Titulos אחור, it. חור. it. הכאה. it. טנחא. it. נוקבה. & ניצוצות num. 6. 23. 24.

דך *Pauper.* In Tikkunim Jesod vocatur דך, quia continet כד 24. literas benedictionis illius בשכמלו: (vid. suo loco.) Et quando in ipso est Influentia, & aquæ benedictionis, tunc vocatur כד hydria, aquis plena; quando autem exsiccatus est fluvius, vocatur דך pauper, & de eo dicitur Ps. 74, 21. *Ne recedat pauper pudore affectus.* Malchuth autem vocatur דכה egena, quando defectu laborat; & כדה Genes. 24, 16. quando plena est. Pardes Tr. 23. c. 4.

דכורא *Masculus.* Vid. נוקבה n. 5. 6. 7.

דכים *Attriti pauperes.* In Tikkunim hæc vox refertur ad Malchuth ex parte Jesod, quasi diceretur דך ים, egenum est mare, quando nimirum influxu caret, Ipsa enim infra illum consistit, nec in manu ejus est sufficienti benedictione repleri. Deinde in Illa quoque sunt כד 24. literæ benedictionis בשכמלו, quæ sunt in Jesod, de quo Tr. 13. de 50. Portis. Pardes Tr. 23.

דל *Pauper.* Ita vocatur *justus*; hic enim pauper est respectu Tiphereth, qui est dives. Item, quia per se nihil habet, exilii tempore, juxta illud Jesch. 57, 1. *Justus periit.* vid. עני. Hæc habentur in Raja mehimna. Atque tunc Malchuth vocatur דלה. Pard. ib.

דם *Sanguis.* In Sohar Schir haschirim hæc vox refertur ad Binah, quatenus clausa est ad instar Mem clausi, ut non influat; Tunc enim Malchuth existit sub figura ד. Ex his rationibus sanguis denotat Judicium; ambæ enim nota sunt judicii. Pard. ibid.

2. De

2. De sanguine circumcisionis vid. Sohar Vajikra 6, c. 22. Breschith, 47. c. 63. Zav. 15. c. 57. de quinque speciebus sanguinis. Et æquipollent plenitudo Tetragrammati hæc: יוד.הא.וו.הא. & דם. Et quinquies דם fit חרב gladius. Conf. Tasria 19. Æmor 44. c. 175. Ser Sahabh.

דמדומי חמה *Occubitus, occasus solis.* Dicitur de Malchuth, quia influxum accipit à sole, qui est, Tiphereth; vel aliter, quia ibi occultatur & silet (דומם) Sol, nec auditur. Vel quod ibi locum habeat copula Solis, nempe concubitus in secreto. Pardes Tr. 23. c. 4.

דמות אדם *Similitudo hominis*, est Malchuth. Sic traditur in Tikkunim f. 21. He parvum est similitudo hominis, in illo enim perficitur Tetragrammaton. Pard. ib.

דמיון *similitudo.* Est Malchuth. Ita autem appellatur, quatenus sedet in *Throno Gloriæ*, v. Tr. אבִּיע. Tunc enim quando continet omnes species & repræsentationes Prophetarum, דמיון vocatur. Ita enim R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim: ***Omnes repræsentationes Prophetarum in Ipsa exhibentur, & vocatur*** דמיון. Sensus est hic: quod in Eâ manifestentur omnia, quorum similia occurrunt in Prophetis Veritatis, Nezach & Hod. R. Moscheh autem hanc vocem refert ad Nezach ex eâdem ratione. Pard. l. c. Vid. Sohar Ba 19. c. 73. Ki Teze 137. c. 542.

דמעה *Lachryma.* In Sohar Schemoth, ubi dicitur: Deum emittere duas lachrymas in mare magnum, &c. f. 8, c. 32. hæc extant: ***Didicimus. In decem Coronis Regis sunt duæ lachrymæ, quæ sunt duo modi Judicii; Judicium enim provenit ab ambabus. Sicut scriptum est Jesch. 51, 19.*** Duo hæc conveniunt tibi, &c. ***Et quando Sanctus i. q. b. s.! recordatur filiorum suorum, tunc demittit eas in mare magnum, quod est mare sapientiæ, ut edulcorentur, & convertat mensuram judicii, in mensuram miserandi, & miseretur eorum. Dixit R. Jehudah: Duæ sunt lachrymæ, à quibus venit judicium, à quibus veniunt lachrymæ.*** Hæc ibi.

ibi. Ubi per decem Coronas, Sephiræ, & per duas mensuras judicii Gebhurah & Hod intelligi possunt; quæ ambæ judicium referunt; ut alibi dictum: Vel Gebhurah & Malchuth; prius tamen fundamentum est. Et cum induitur judicio Deus, reminiscitur filiorum suorum, id est, miseriæ illius, quam Israëlitæ sufferunt in exilio propter Legem. Dimittit autem eas in mare Chochmah, i.e. elevat eas; sicut dicitur, hunc vel illum descendere in Mercavam, ubi ob tenuitatem nostram, & profunditatem illius, ascensus & elevatio descensus appellatur. Et sic, qui descendit coram arca; it. hic vel ille descendit in finem scientiæ, &c. ubi semper ascensus denotatur; & similia plura. Per mare autem magnum, & mare Sapientiæ intelligitur Binah; quæ vocatur Mare ob rationes notas: sed Gadol, magnum, quia influit in Gedulah: Mare Chochma autem, quatenus unita est cum Chochmah, quæ miserationes magnas in Ipsam immittit; atque tum repleta est lacte, ob albedinem supernam; hinc influxus & suctio conceditur duobus illis metris ex istis miserationibus, & tunc oculi flammantes lavantur lacte Cant. 5, 12. Vid. Tr. 8. c. 10. Et cum oculi Gebhurah lavantur lacte, tum mater convertitur ad misericordiam, & judicium tollitur, ut dictum l. c. Pardes Tract. 23. c. 4. Vid. Sohar Chaje Sarah 79. c. 314. Vajechi 118. c. 470. Pekude in f. 111. c. 441. Schemoth 9. c. 34. Vajikra 9. c. 33.

דעת *Cognitio, scientia:* nudè posita, est *Tiphereth.* Sic tamen & *Justus* vocatur: Unde illud 1. Schmu. 2, 3. *Quia Deus cognitionum vel scientiarum Dominus.* Ubi duæ intelliguntur דעות. Et sic per metathesin eadem vox est עדות testimonium, quod ad minimum est duorum. Dicitur autem דעת juxta sensum 1. Schmu. 1. 19. *Et cognovit Elcanah Channah uxorem suam.* it. Gen. 4, 1. *Et Adam cognovit Chavvah uxorem suam.* Item Ps. 89, 16. *Beatitudines populi scientium jubilationem.* Denotat enim conjunctionem & copulam istorum. Tiphereth enim unit Chochmah & Binah sub mysterio דעת, v.

Tr. 3.

Tr. 3. Atque sic Jesod unit & copulat Tiphereth & Malchuth. Utrique ergò competit hoc nomen, cuilibet nempe juxta naturam propriam. Affinia his profert R. Moscheh & Autor Schaare Zedek. Pard. Tr. 23. c. 4.

2. דעת Ergò est modus divinarum Repræsentationum post Binah insertus systemati Sephirothico; non tamen constituens sephiram per sese. De qua notentur sequentia. (1.) Ratio, quare Daath non numeretur inter sephiras hæc est: quia ista est *Neschamah* seu *mens* atque *internum* ratione sex membrorum (corporis sephirothici.) In Decadem Sephirothicam autem nihil refertur, nisi quod habet *Vas* suum: quale non habet Daath per se, utpote conceptum habens Neschamæ absque *Vase*. Idque etiam locum habet in systemate Aziluthico generali: ita ut Daath dicatur Neschamah totius Aziluth, ubi etiam *Vasis* notio cessat. Hæc autem intelligenda sunt de statu *Restitutionis*; quoniam ante hunc etiam *Daath* suum habebat *Vas*. Vid. מלכים n. 2. item שבירה n. 6. item נפילה seu נפל n. 7. In statu *Tikkun* seu *Restitutionis* autem notionem Neschamæ saltem habet respectu *sex Extremitatum*. (2.) Alibi tamen (ex eâdem analogiâ) etiam ante Restitutionem Daath excluditur è numero Sephirothico, & *mors Regum*, initium sumsisse dicitur à *Chesed*. Etz Chajim. Parte Ozaroth Chajim. Tract. Olam han-Nekudim. Vid. מלכים n. 2.

3. In Schaare Orah sub יוד post תפארת habentur sequentia: Sephirah Tetragrammati in Lege vocatur דעת, juxta textum Prov. 3, 19. *Dominus in* Chochmah, seu *sapientia fundavit terram*; *stabilivit cœlos in* Tebhunah, seu *intelligentia*, בדעתו *In scientia ejus abyssi ruptæ sunt*. Quo in loco mentio fit trium sephirarum productarum à Kether; ab apice Jod; quæ sunt Chochmah, Binah, Daath. Mysterium autem Daath est linea media; estque Vav Tetragrammati, quod sustinet duo brachia, El ad dextram; Elohim ad sinistram, ipsum autem in medio: unde locus cit. *In scientia ejus abyssi fissæ sunt*.

Fiſſio autem inter duo exiſtit: Daath enim, quæ eſt linea media, conſiſtit inter Dextram & ſiniſtram; ipſas quaſi diffindens, & concilians. Et hæc eſt Regula generalis: Ubicunque invenitur Daath, ibi tertium quid denotatur, quod reliqua conciliat. Ita cum l.c. enumerantur Chochmah, Tebhunah & Daath, idem obſervandum ac cum dicitur Abraham, Jizchak Jaacobh, ubi Jaacobh tertius eſt & concilians: Sic enim Daath eſt tertia & conciliatrix. Si autem objicias: quomodo Daath tertia eſt inter Chochmah & Binah, quia non datur tertium niſi inter Gedulah & Gebhurah; cum enumerantur El, Elohim & Tetragrammaton: vel Abraham, Jizchak & Jaacobh, vel Gedulah, Gebhurah, Tiphereth? Scito myſterium hîc latere magnum. Nam linea media quamvis attingat dextrum & ſiniſtrum, tamen etiam aſcendit, & ſola quidem, attingitque Coronam; juxta myſterium literæ ו Vav, quæ pervadit totum Nomen; Gedulah autem & Gebhurah remanent ſuis in locis, nec ulteriùs aſcendunt. Linea autem media aſcendit uſque ad Æn-Soph. Sic quoque omnes 70. Principes populorum, qui ambiunt modos, Gedulah & Gebhurah, ut iſti, non poſſunt aſcendere ultra locum cui adhærent. Iſraëlitæ autem qui applicìti ſunt ad lineam mediam, ad Æn-Soph uſque aſcendere poſſunt, ſicut Illa: juxta illud Deut. 32, 13. *Reſidere fecit Eam ſuper excelſa terræ.* Id quod & Moſcheh prænunciat Iſraëli Deut. 33, 29. *Et mentientur inimici tui tibi, & tu ſuper excelſa eorum calcabis*, quaſi diceret: Quamvis populi omnes ſurſum aſcendant, terminum tamen & metam habent aſcenſûs ſui, quem tranſcendere nequeunt, qui eſt Gedulah & Gebhurah; Iiſraëlitæ autem, lineæ mediæ adhærentes, quæ eſt Tiphereth, atque Daath, cum iſta ad Infinitum uſque aſcendunt. Et huc pertinet locus Jeſchai. 49, 3. *Iiſraël, quia tecum* אתפאר *ornabor.* q. d. ſicut Tiphereth aſcendit uſque ad Æn-Soph & induitur veſtibus Coronæ iiſque ornatur; ita Iiſraëlitæ cum illo aſcendunt. Cum vero peccant Iiſraëlitæ, & à Daath, quæ eſt linea

media

media, recedunt, non amplius aſcendere poſſunt, ſed traduntur in manum 70. Principum, populorumque mundi, in exilium. Id quod patet è loco illo Jeſchai. 5, 13. *Propterea migravit populus meus ob defectum ſcientiæ*, i. e. dum ſeparantur à Daath, quæ aſcendit uſque ad Kether, in poteſtatem Principum populorum cadunt. Et hoc eſt illud Hoſch. 4, 6. *Succiſi ſunt populus meus, ob defectum Daath, quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te à Sacerdotio meo, & oblitus es Legis Dei tui, obliviſcar filiorum tuorum etiam Ego.* Jam igitur reſpondebo ad objectionem ſupra dictam: Nempe ſi Daath tantum aſcenderet uſque ad terminum Gedulah & Gebhurah, nec ulterius, dicendum eſſet, quod Eaſdem tantum conciliaret; nec intercederet tertium quid inter Chochmah & Binah. Sed quia Daath, quæ eſt linea media, aſcendit uſque ad extremitatem graduum, nempe ad Æn-Soph, hinc Ipſa mediatrix & conciliatrix eſt inter omnes Sephiras ſupernas & infernas; nempe inter Chochmah & Binah, inter Gedulah & Gebhurah; inter Nezach & Hod, quia eſt media, ultro citroque means. Et myſterium conſiſtit in nomine Tetragrammato, quod medium eſt inter omnia nomina, & cognomina, ſupra & infra, & ex omni parte, & omnia applicantur ad ipſum. Daath ergò tranſit per medium ſicut ſtirps arboris, & ſic Tetragrammaton. Jam quoque quæritur, quare ſeptuaginta Principes adhæreant Abrahamo & Jizchaco, quæ ſunt nomina El, & Elohim; non autem Jacobo, qui eſt Tetragrammaton? Nota igitur ſequentia: Cum peccaret Adam primus, corruptela ipſi ſuperveniebat inſignis; Corpusque ejus fiebat ut maſſa farinacea pro omnibus Principibus, quin & pro Poteſtatibus immundis exterioribus; unde fermentum ſuum in ipſum projiciebant: & hoc eſt inquinamentum illud, quod ſerpens immiſit in Chavvam. Hæc impuritas non tollitur è corpore hominis, quamvis inſigniter attenuetur in Juſtis nunc vel tunc in Generationibus viventibus; ad inſtar argenti, quod conflatur in catino. Exempli gratia

Seth, aliquantum purificatus erat, ficut dicitur Gen. 5, 3. *Et genuit in fimilitudine fua, in imagine fua, & vocavit nomen ejus Scheth.* Chanoch cum veniret, iterum aliquantum purgabatur ab ifta impuritate, ficut dicitur: Gen. 5, 22. *Et ambulavit Chanoch cum Elohim.* Noach veniens, magis purificabatur, unde dicitur Gen. 6, 9. *Cum Elohim ambulavit Noach.* Succedebat Schem, & ulterius defæcabatur, unde Gen. 9, 27. *Et habitet in tabernaculis Schem.* Dein veniebat Abraham, & magis expurgabatur, quamvis aliqua impuritas de ipfo prodiret, nempe Jifchmaël: Succedebat Jizchak adhuc expurgatior, quamvis & ex ipfo aliqua proveniret immunditie Efau fcilicet. Tandem Jaacobh purgatiffimus & totus defæcatus, absque omni macula, ut & formam habebat Adami primi; unde Iifraëlitæ Jirmei. 2, 3. dicuntur *primitiæ frugum Domini*, & Exod. 4, 22. Primogenitus, quia funt initium creationis. Jaacob ergò forma erat perfecta omni macula carens. Unde moriturus filios fuos monebat, ne fortè in ipfis effet macula quædam, ut in Abraham & Jizchak: ubi omnes refpondentes dicebant: Audi Iifraël, Dominus Deus nofter, Dominus unus eft; ficut in corde tuo, non eft nifi unus, ita & in corde noftro, non nifi unus eft. Jaacobh ergò & filii ejus, omnes erant femen legitimum, defectu carens; in Abraham autem & Jizchak macula fuerat, unde ab ipfis prodierunt Jifchmaël & Efau. Ob hanc igitur impuritatem Principes dicti fuperni iftos ambiebant per omnem circuitum; quod nifi fuiffet, his nullus inibi fuiffet locus. At verò, ficut inter Nomina & cognomina nullum reperitur, quod omninò fimplex foret, & in quo nulla mixtura, femper enim aliquid habent admixti, unde etiam adhærent & uniuntur invicem: fic in Abraham & Jizchak omninò neceffum erat, fi rectè difponi debebat Mercava & Principes illi, ut aliquid inquinamenti in his effet, ut locus effet Principibus fupernis ad aliquantulam illam particulam impuritatis applicari. Si enim Patres illi omninò fuiffent mundi, feptuaginta illi

Prin-

Principes ipsis non potuissent adhærere, unde Mercava habuisset hiatum, & Principes fuissent separati, nec locum habuissent quo unirentur. Hinc Abraham & Jizchak ad utrumque latus locati sunt, versus Principes; Jaacobh autem cum filiis in medio, unitus cum Tetragrammato; in quo nullam habent portionem Principes. Huc pertinet illud quod dixerunt Majores: Dixit ad illum Deus: Gen. 28, 14. *Et erit semen tuum sicut pulvis terræ & erumpes ad occidentem & ad orientem, ad aquilonem & ad meridiem.* Quid est פרצת perrumpes? non enim ita huic, ut Abrahamo dixit: Gen. 13, 14. *Leva oculos tuos, & vide à loco ubi es, ad aquilonem ad meridiem, & ad orientem & ad mare.* Ecce, termini dabantur Abrahamo, septentrio & meridies, & oriens & occidens; & sic quoque Jizchako; sed Jaacobo dicitur: Perrumpes, &c. quasi diceret: Hæreditas tua non habebit angustiatores, quales Abrahamo & Jizchako sunt 70. Principes, qui circundant, & premunt & obsident eos. Tales Jaacobh non habet, sed perrumpit omnes obsidentes, & ascendit usque ad Kether. Unde Propheta Jeschai. 58, 14. *Tum delectaberis in Domino, & residere faciam te super excelsa terræ, & comedere faciam te hæreditatem Jaacobh patris tui, &c.* i. e. Vos domus Israël, in hæreditatem accipietis Eden supernum, quæ est Binah; & porrò sursum, ad locum ubi nulli obsidentes, qui vocatur רחובות Amplitudines: Excelsa autem Terræ sunt Principes populorum, qui ascendunt usque ad excelsa terræ, locum nempe Gedulah & Gebhurah. Hinc intelligere poteris mysterium Daath, quæ est Sephirah, continens omnes Sephiras, quoniam radix est & fons fine carens atque termino. Et quia Sephirah Daath incipit à Malchuth & pertingit usque ad Æn-Soph, hinc duo de ea occurrunt loca. Locus primus, quod Daath incipiat à Malchuth, cui nomen Adonai competit, est de arbore Daath, seu cognitionis: Nam Malchuth est arbor, quam Daath nutrit. Locus alter, quod nempe pertingat usque ad Kether est Psal. 139, 6. פלאיה דעת *Mirabilis est*

ſcientia præ me, excelſa eſt, non potero ei. i. e. Sephiroth Daath, quamvis inveniatur in omnibus ſephiris, tamen elevatur uſque ad Æn-Soph, quod eſt myſterium Kether, quæ fine caret. Hic autem annectimus quædam de 12. tribubus Iiſraël, qui ſunt 12. limites Zodiaci, appliciti ad nomen Tetragrammaton; id quod ſcriptum extat Deut. 32, 8. *Statuit terminos populorum ad numerum filiorum Iiſraël.* Sicut enim Tetragrammaton refert totam Mercavam, dum locatur inter El, & Elohim, quæ utrinque ipſi adhærent; Ita in Jaacob reperiuntur tria genera, iſtis correſpondentia, qui ſunt, Sacerdos ad El, Levita ad Elohim, & Iiſraëlita ad Tetragrammaton pertinens. Unde patet, quod Deus Jaacobum & filios ejus ita diſpoſuerit, ut diſpoſita eſt ipſa Mercava ſuperior perfecta, nempe Abraham, Jizchak & Jaacobh. Sunt ergò duodecim ſigna cœleſtia, quæ vires ſuas exerunt in duodecim menſes anni; ſingulis autem ſignis & menſibus vires, ut perſiſtere queant, tribuuntur à Tetragrammato & duodecim ejus variationibus & ſignis; quæ diſtribuuntur in quatuor vexilla, correſpondentia 4. anni temporibus, & quatuor vexillis 12. tribuum, idque ſecundum quatuor literas Nominis, in vexillis ſemper præfixas:

Duodecim ergò ſignacula Tetragrammati & 4. vexilla eorum ſunt hæc:

Vexillum primum: ידוד. ידדו. יודד.
Vexillum ſecundum: דודי. דויד. דדיו.
Vexillum tertium: ודיד. ודדי. וידד.
Vexillum quartum: דידו. דיוד. דדוי.

Duodecim autem Tribus in hæc vexilla diſtribuuntur:

Vexillum 1. Jehudah, Jiſſaſcar, Sebulon.
Vexillum 2. Reuben, Schimeon, Gad.
Vexillum 3. Ephraim, Menaſche, Binjamin.
Vexillum 4. Dan, Aſſer, Naphthali.

Duodecim verò menſes cum 12. Signis & limitibus Zodiaci in 4. Quadrantibus anni ita locantur;

Qua-

Quadrans 1. Niſan, Ijar, Sivan.
Quadrans 2. Tamus, Abh, Elul.
Quadrans 3. Tiſri, Marcheſuan, Chasleu.
Quadrans 4. Tebeth, Schebath, Adar.

Et huc pertinet illud Dan. 9, 19. *Quia nomen tuum vocatum eſt ſuper civitatem tuam, & ſuper populum tuum.* Huc applicanda quoque ſunt 12. ſigna Zodiaci, quæ ſingula vires ſuas accipiunt à ſingulis ſigillis ſupradictis Tetragrammaticis, ſuntque

1. טלה Aries. שור Taurus. תאומים gemini, quæ vires accipiunt à יהוה. יההו. יוהה.
Et iſte anni quadrans influxum habet à litera Jod.

2. סרטן Cancer. אריה Leo. בתולה Virgo, accipiunt vires ab ה & à הודי. הדיו. הויד.

3. מאזנים Libra. עקרב Scorpius. קשת Sagittarius. Vires accipiunt à ו & והיד. והדי. ויהד.

4. גדי Capricornus. דלי Amphora. דגים Piſces, ab ה ultimo & à דיהו. דיוה. דהוי.

Et huc pertinet illud ad ſtellas applicandum Num. 9, 17. *ſecundum* יהוה *proficiſcebantur & ſecundum* יהוה *caſtra metabantur.* Unde apparet, quod omnia ſubjecta ſint Nomini huic magno. Et ſecundum ſigilla hæc Nominis etiam Jaacobh moriturus benedicebat filiis Gen. 49, 28. Et huc quoque pertinent duodecim gemmæ Ephod, in memoriam filiorum Iiſraël, eodem ordine diſpertitæ. Hinc vides quomodo Jaacob, linea media aſcendat uſque ad Æn-ſoph; ubi nulli obſidentes. Schaare orah ſub Tetragrammato, ubi ſequitur נורא.

דר *Incola inhabitans.* Omnium Interpretum conſenſu ita vocatur Malchuth. Et in Schaare Zedek additur ratio, quod ſit דירה hoſpitium Tetragrammati Tiphereth. vel quod habitet inter nos ſicut ſcriptum eſt: Lev. 16, 16. *qui commoratur cum eis in medio immunditiarum eorum.* R. Moſcheh autem dicit, דר eſſe nomen Lapidis pretioſi: item ſpinarum

narum & tribulorum. Atque ſic & hæc menſura ſe habet, quippe à qua provenit bonum & malum. Dicitque quod à דר veniat vox דרום meridies. Ipſe autem R. Moſcheh hanc vocent applicat ad Binah, in Malchuth ergò Illius reſpectu erit. Pard. Tr. 23. c. 4.

דרום *Meridies.* Eſt Cheſed; unde Majores noſtri: Quicunque vult ſapiens fieri, convertat ſe ad meridiem; i. e. ad Cheſed, illuc enim tendit ſapientiæ decurſus ut notum. Alii vocem דרום referunt ad Tiphereth; & ſic quoque R. Moſcheh utramque interpretationem retinet, fundamento tamen in Cheſed poſito. vid. tit. נגבה Pard. ib.

דרור *Hirundo. Libertas.* R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim ad locum Pſ. 84, 4. hanc vocem applicat ad Binah, ob myſterium Jobel, in quo Libertas Lev. 25, 10. Pard. ib.

דרך *Via.* In Gemara Kidduſchin f. 4. hoc nomine vocatur fœmina juxta Pr. 30, 19. ubi mundus Fœmininus intelligitur. vid. Sohar Breſchith 35. c. 139. ad locum Gen. 2, 23. vid. plura de via Pecude 117, c. 467. f. 110. c. 439. Ser Sahabh.

דרכים *Via.* In Sohar ſect. Mikkez, *via* vocantur canales illi per quos Gedulah Gebhurah & Tiphereth influxum demittunt in Malchuth, quando eundem accipiunt à Binah. Sic autem propterea vocantur, quia cuilibet patent, ad inſtar viæ, in qua quilibet ambulat; cum נתיבות ſemitæ ſint occultæ. In Tikkunim autem dicitur, quod דרך nudè poſitum ſpectet ad Tiphereth adducto loco Num. 24, 17. דרך *Inceſſit ſtella ex Jaacobh.* Quo etiam pertinet locus Pr. 30, 19. *Viam aquilæ in cœlis.* Et quamvis multa ſint argumenta, quod Derech ſit Fœmina, v. g. Gen. 31. 35. *Via mulierum mihi*; ut quod in Kidduſchin affertur. Tamen ſenſus eò tendit, quod à viris applicetur ad fœminas; prout dicitur Pr. 30, 19. *Via viri in puella.*

רתי eſt abbreviatura vocum דעג. תפארת. יסוד.

ה *He.*

ה
הה *He.*

DE Litera He in Libro Temunah traditur, quod fundamentum ejus ſit in Gebhura; quamvis etiam ſit in Malchuth, ut notum ex natura Tetragrammati, quo denotetur, quod Judicii operatio vel ſit gravior vel lenior: & quod hæc omnia fiant virtute Binah. Et verum eſt, per iſtam relaxari rigorem vel intendi. Unde etiam Symbolum eſt Binæh. Et figura ejus repræſentat literas יד i. e. *manus.* Reperitur autem manus ad bonum, ut Ex. 14, 8. *Per manum excelſam* quæ eſt manus Gedulah: & manus ad judicium ut Deut. 2, 15. *Et etiam manus Domini fuit contra eos.* Natura ergò ſpiritualis iſtius literæ fundamentum ſuum accipit à Gebhurah, ſed influxum accipit à Binah ut ſupra dictum. Et dominium ejus eſt in hora Lunæ; unde ad Malchuth refertur, quæ eſt vis Lunæ. Alius dicit, quod Daleth iſtius literæ ſit Malchuth, & Vav minutum Metatron filius Schechinæ lactens inter ubera matris ſuæ. vid. Tr. 20. in ידוד. Item, quod ה ſit Schechinah conſiſtens ſuper 4. animantia Mercavæ, quæ ſunt .א. ב. ג. ד. *Alibi nempe* Tr. 19. & 13. diximus, quod ה ſit in Binah & Malchuth, & conſtet è tribus Vavin, quæ ſunt ויסע. ויבא. ויט, Ex. 14, 19. 20. 21. nempe Tres patres: in Malchuth autem Nezach, Hod & Jeſod. Qui modi in Binah ſunt, quatenus per illam emanarunt: & in Malchuth, quia in illam influunt, & Ipſa per illos exornatur ad myſterium congreſſus vid. Tr. 5. Malchuth enim eſt Daleth pauper, cum influxum capit à duabus tantum partibus, dextra nempe & ſiniſtra, tunc enim ſerpens ſugere quærit; donec Illa inundetur è medio, & maritus in Ipſa formetur, quod eſt Vav; ſive ſit ipſum Vav Tiphereticum, ſive Jeſodicum tantum; tunc repletur omni bono. Pard. Tr. 27. c. 8.

2. Differentia eſt, quando ה reperitur ab initio vocis, & quando in fine. Vid. Sohar Sect. Chaje Sarah. Initiale enim

ad Binah, Finale ad Malchuth spectat. Hoc tamen non est perpetuum: sic enim dicitur in Sohar Sect. Trumah, ad locum Jesch. 40.26. המוציא educens: *Quare dicitur* המוציא *& non* מוציא, *cum dicatur* בורא qui creat cœlos. Jesch. 42,5. *Et non* הבורא *item* Jir. 10,12. עושה faciens terram, *& non* העושה *quare hîc* המוציא*? Nempe: quandocunque voces pertinent ad mysterium mundi superni, occulti, tunc* ה *reticetur, nec apparet, quia de mundo recondito & occulto sermo est. Quando autem spectant ad mundum manifestiorem,* הַ *adscribitur. Unde hîc* המוציא qui educit in numero exercitum eorum. Et Amos 5,8. הקורא vocans aquas maris: *Quæ omnia de mysterio mundi inferioris loquuntur. Si autem occurrit Nomen aliquod, in illo exprimitur* הַ, *ut* האל הגדול. *Hîc autem via occulta exprimitur, & ad mundum inferiorem pertinet.* Hæc ibi. Hæc manifesto pugnare videntur cum iis quæ supra dicta sunt. Imò si accuratè procedatur, in hoc ipso loco pars una contradicere videtur alteri. Primò enim dicit, He demonstrativum referre mundum manifestum, qui est Malchuth: In fine autem concludit: *Hîc autem via occulta exprimitur, & ad mundum inferiorem pertinet.* Ad hæc ita respondemus, quod duæ sint species manifesti & occulti. Manifestum nempe vel manifestat operationem, e. g. הקורא vocans, האומר dicens: ubi He demonstrativum præsupponit notam aliquam operationem: Vel manifestat ipsum aliquod Nomen per He demonstrativum, ut האל דגדול Deus ille magnus; ubi He demonstrat notum illum El, qui magnus, ut notum. In manifesto ergo primi generis, ubi manifestatur operatio, occultum aliquid latet, quia ibi non fit mentio, quis operetur: e. g. הקורא qui vocat: האומר qui dicit: העושה qui facit. Ubi nō additur quis dicat, quis faciat, quis vocet. Hic ergò semper subintelligitur Malchuth, quia enim hic est mundus manifestus, ideo operatio ejus manifestò profertur, cum demonstratione rei cujusdam notæ. Cum enim non deceat fœminam proprio gaudere nomine:

nam

nam omnis gloria filiæ Regis interna Psal. 45, 14. hinc nomen ejus reticetur, cum manifesta sit operatio. Tribuitur ergò ipsi tam manifestum, quam occultum: manifestum, quia ipsa nota est: occultum, quia non decet efferre illam nomine. Cùm autem mentiò fit operationis cujusdam mensuræ Binah, id tecto quoque fit nomine, sine He demonstrativo, ut ostendatur illam esse mundum occultum. Unde dicitur בורא qui creat; עושה qui facit. Binah enim creavit cœlos, id est Tiphereth: & fecit terram, i.e. Malchuth, atque sic quoque habetur in Sohar Sect. Vajera, ad locum Jeschai. 38, 5. *Ecce, ego addens diebus tuis.* Quare dicit, יוסיף addens, & non אוסיף addam, prout dicendum erat, quia nempe additio annorum provenit à Binah, hæc autem occulta est, &c. Similia occurrunt in Sohar Sect. Pekude ad locum illum Ex. 40, 17. *Erectum est Tabernaculum*, his verbis: *Quare non additur per quem? nimirum, quia à nemine erectum est, nisi à mysterio mundi superni, qui occultus est & reconditus.* Hæc ibi. Circa Nomen ipsum autem, contrarium obtinet; istud enim efferendum est nominetenus, quod circa Malchuth non evenit. Cum igitur Nomen occurrit cum He demonstrativo, illud simul Binah indigitat, tunc enim He illud, hanc repræsentat, & non Malchuth, quam non decet efferre nomine; multò minus He demonstrativo, quod magnificentiæ & celsitudinis est symbolum. His præmissis, facilè conciliantur contrarietates illæ apparentes. Nempe id ibidem intenditur, quod omnes voces, id est omnia verba, operationem denotantia, (non enim dicit, omnia Nomina vel cognomina, quia ad operationes respicit) quæ habent He demonstrativum, vel non habent illud, e. g. מוציא & המוציא pro ducens: עושה & העושה faciens, &c. ad Binah pertineant vel ad Malchuth. Nomina autem ut ההוד item היום &c. proprium genus constituunt: Si enim He demonstrativum apponitur Nomini, ex adverso Binah repræsentabitur. In hoc loco autem tecto nomine dicitur המוציא, & non apponitur

 quis

quis produxerit. Atque ſic in הקורא &c. ubi ſemper Malchuth intelligitur, ſicut & ויקרא. Et vocavit Moſi Lev. 1, 1. non addito quis, ubi Malchuth, docente Sohare ſæpiùs. Quod autem uxor non efferatur ſuo nomine etiam patet è loco Prov. 31, 23. ubi de uxore virtutis dicitur, quod *maritus ejus ſit notus in portis*: ipſa verò non nominatur. Quamvis operationes ejus ſatis innoteſcant. Vel etiam, quod Binah non opus habeat, ut occultetur & obtegatur propter Cortices: Illa enim vocatur Aquila, quaſi, aquilæ inſtar, nullas extimeſcens aves quæ in mundo; unde nomina ejus cum He demonſtrativo ſcribuntur, ut oſtendatur, quod non metuat Klippoth. Malchuth autem vocatur Columba, quæ occultatione opus habet: ſicut ſcribitur Pſal. 68, 14. *Ala Columbæ tecta argento.* Unde non decet, ut nomen ejus ſcribatur cum He demonſtrativo, quò nempe contegatur & occultetur, ne Dominium in ipſam acquirant Klippoth. Columba enim timere ſolet aves perſecutrices. Hæc omnia latiùs explicantur in Tikkunim. Summa huc redit: quod He Finale ad Malchuth, Initiale autem operationem denotans notam, ut המוציא ad Malchuth pariter; (quia operationes occultæ ut עושה ad Binah ſpectant;) Sed He demonſtrativum Nomini cuidam præfixum, non intercedente operatione, ad Binah pertineat & non ad Malchuth. Pard. Tr. 23. c. 5.

3. De He primo vid. Sohar Lechlecha 63. c. 250. Pinchas 108. c. 430. Æmor 44. c. 175. Kedoſchim 41. c. 164. De He Mappikato Chaje Sarah 79. c. 314. De He hin duplicatis Vajechi 123. c. 487. Naſo 65. 66. Literæ He Sanctæ ad ſiniſtram opponitur litera ק pede propendente, nam pes ejus deſcendit ad mortem Prov. 5, 5. Nam literæ ק adhærent Principes populorum. Ser Sahabh.

4. De He magno & parvo in Sohar Sect. Lechlecha hæc occurrunt: *He magnum eſt in Binah, parvum verò in Malchuth.* Item: He magnum ſpectat ad Malchuth, quando influxum imbibit

bibit à Jesod. Hinc magna est, ut ostendatur, quod perfectè compleatur à sole. Cum autem parvum est, Luna in decremento & defectu esse denotatur, bibens à judicio: nondum tamen eo gradu, ac cum vocatur nomine Daleth, ubi omninò egena est. Ibidemque dicitur, posteriorem hanc expositionem fundamentalem esse. Pard. Tr. 23. c. 5.

הבדלה *Secretio* in specie exitus Sabbathi à nocte sequente profestâ vid. Sohar Brescith 11. Pekude 14. c. 42. f. 23. c. 52. f. 25. c. 98. Vajakhel fol. 93. c. 372. fol. 94. & de inspectione unguium Breschith f. 36. c. 141. 143. Ser Sahabh.

הבל *Tenuitas, Halitus*, communiter *Vanitas*. Septem sunt Vanitates, quarum fit mentio in loco Eccles. 1, 2. qui communiter vertitur, *Vanitas vanitatũ, dixit Coheleth, vanitas vanitatum & omnia vanitas*; ubi per pluralem eadem vox bis repeti censetur, unde septies numeratur. Et sunt septem Sephiroth. Interpretatio autem sumitur juxta phrasin illam Schab. fol. 119. 2. הבל *Halitus oris puerorum, &c.* ubi intelligitur Neschamah, sicut scriptum est Ps. 33, 6. *In spiritu oris ejus omnis exercitus eorum*. Hinc datur Habal ascendens & Habal descendens, quæ sunt Binah & Malchuth; nam Binah ascendit ut adhæreat gradui Chochmah; Malchuth autem descendit ut applicetur ad Tiphereth vid. Tr. 21. c. 10. Per metathesin autem הבל est להב flamma ad sensum Ps. 29, 7. *Succidens flammas Ignis*. Et sic vocatur ex parte Binah, per modum Gebhurah. Pard. Tr. 23. c. 5.

2. De halitu qui progreditur ex ore hominis, vid. Sohar Beschallach 26. c. 104. Ba 18. c. 69. Vajeze in pr. 86. Breschith 38. c. 107. f. 39. & f. 41. c. 162. & Schemoth 5. c. 18. Pekude 115. c. 457. Tasria 21. c. 81. Et 7. Habalim sunt nomina אבגיתץ Ser Sahabh. Conf. titulos פה. item מצח.

הבל דגרמי Halitus seu unctuositas ossium. Vid. Titul. ניצוצות n. 1.

ה״ג Est abbreviatura vocum ה׳ גבורות quinq; Gebhuroth

 seu

ſeu ſeveritates: quæ ſunt Binah, Gebhurah, Hod, Jeſod, Malchuth. Sicut 5. Chaſadim ſunt Kether, Chochmah, Cheſed, Tiphereth, Nezach.

הגדה *Narratio, Hiſtoria, Diſcurſus ſubtilis.* Fundamentum ejus eſt in Chochmah. Atque ſic omnis phraſis ויגד item ותגד & ſimilis ad Chochmah refertur prout traditur in Medraſch Schir ha-Schirim è Sohar ad locum illum: Cant. 1, 7. *Indica mihi, &c.* Et in Sohar atque Tikkunim multoties dicitur, quod Chochmah inferior ex parte Chochmæ ſuperioris appelletur הגדה; atque huc etiam pertinet omne fœmininum iſtius radicis. Alibi autem dicitur, quod Malchuth tunc appelletur Haggadah, quando in Ipſa reſidet Tetragrammaton maritus Ejus: procul dubio propterea, quia nulla fieri poteſt unio, niſi cum influxum accipit à Chochmah, ut dictum Tr. 8. Pard. Tr. 23. c. 5. Vid. Sohar Miſchpatim 45. c. 177. & Balak 94. c. 373.

הגר *Hagar.* Vid. Sohar Vajera 73. c. 290. 291. Chaje Sarah 79. c. 316. & הגר per Gematr. æquipollet voci יצחק referunt enim 208. Unde dixit Sarah, Geneſ. 18, 13. האף *Num etiam verè pariam.* Quæ vox refertur ad metrum Judicii, exhibet etiam numerum vocis אלהים 86. Conf. Chaje Sarah in pr. & Vajera 73. c. 290. quod Hagar pertineat ad Judicium. Sar Sahabh.

הדום *Scabellum,* R. Moſcheh de hoc ita: Quidam hoc referunt ad Hod ex Jeſchai. 66, 1. *Scabellum pedum meorum.* Magis tamen convenire videtur menſuræ Malchuth. Hæc ille. Quæ poſteriora placent: ſic enim ſcribitur: l. c. *Terra ſcabellum pedum meorum;* quod etiam R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim refert ad Malchuth. Ibidem autem additur ratio, quod ſcabellum pedum vocetur, quando continet decem, tunc enim eſt ſcabellum & ſedes omnium. Vox enim רגלי exponenda eſt ad ſenſum loci, Numer. 20, 19. ברגלי *Pedibus meis tranſibo*, ubi connotatur collectio. Pard. Tr. 23. c. 5.

הדיוט

הדיוט *Idiota.* Vid. Sohar Sect. Naso f. 59. c. 239. Ki Teze 133. c. 532.

הדס *Myrtus.* Ex omnibus dictis R. Schimeon ben Jochai in Sohar & in Tikkunim patet, quod tres myrti sint tres Patres. Et ab istorum parte constituta Malchuth vocetur Hadassah, quasi ה׳ הדס Myrtus quinarii. Et fortè ex hac parte Estheræ flavedo: myrtus enim flavescit & amara est ex parte Judicii, ex parte illa, qua Binah coronat lineam flavam ut dict. Tr. 10. Pardes Tr. 23. c. 5. h. t. vid. Soh. Schemoth 9. c. 34. Zav 15. c. 1. Breschith f. 20. c. 80.

הדר *Honor, Gloria, Decor.* Videtur spectare ad Hod. Sed in Tikkunim ad locum Ps. 29, 4. Hadar refertur ad Tiphereth qui ibi Israël senex dicitur, ex loco Lev. 19, 32. *Et honorabis faciē senis.* In Libro Orjakar autem prolixè hoc nomen accommodavimus ad Nezach, adductis multis scripturæ locis. Atque sic etiam reperitur in Sohar in historia de sene ad locum Psal. 104. 1. *Gloriam & decorem indutus es:* quod Hadar ad Nezach pertineat. Et fortè huc etiam respicit locus ille in Tikkunim de *Iisraële* sene; quia Nezach est thronus & sedes gradûs Tiphereth. Pardes Tr. 23. c. 5. h. t.

הוא *Ipse.* Est cognomen Gradus Kether. Quo innuitur, Sephiram istam occultam esse & absconditam ab omnium oculis; unde etiam cognominetur tali phrasi, quæ occultum quid & absconditum involvit. Sed in Sohar Sect. Vajera ad locum Gen. 18, 1. *Et* הוא *Ipse sedebat in ostio tentorii.* Vox הוא refertur ad Binah. Eodemque modo Sect. Vajeze, ubi hæc: Mundus supernus, qui est Jobel vocatur הוא, totus enim occultus est. Vid. Tr. 14. ad locum, *& erit in die* ההוא *illa.* Ratio videtur esse, quia Ipsa aliquando occultatur, dum elevatur in notionem Jod, quod in Chochmah.

2. Quando autem dicitur ההוא cum He demonstrativo, ad Malchuth refertur. Denotatque duas illius notiones, quarum una Ipsam repræsentat ut י quæ occulta est: altera ut

א,

אִ, quæ manifesta. Scribitur autem cum He demonstrativo, ob rationem contrariam iis, quæ supra diximus sub initium capituli: quia הוא est nomen occultum; & Istius notio pariter occulta est in notione Jod.

3. Aliquando R. Schimeon ben Jochai hoc nomen refert ad Tiphereth, nec mirum hoc: הוא enim semper denotat occultum quid; Jam verò & modus Tiphereth occultus est, respectu eorum, quæ infra Ipsum.

4. Quandoque Ipsa quoque Malchuth vocatur הוא, quando sc. occultatur, ut diximus.

5. De Illis autem locis, ubi scriptum est הוּא & legitur הִיא in Sohar traditur, quod tunc designetur connexio Masculi cum Fœmina. Verba sunt hæc Sect. Chukkath. *Ubicunque scriptum est* הוא *& legitur* הי׳א, *ibi mas & fœmina simul sunt sub unione superna. Nam* הָ, *est uxor*; וּ *est vir*; אִ *autem est corona omnium*; *nam Aleph in perfectione residet.* Ubi sensus est, tunc denotari Regem in palatio suo: Quamvis etiam in ipso הוא per se notabile quid lateat: quod nempe Malchuth intelligatur per הָ; Tiphereth per וּ; אִ autem superius referatur ad Kether: eò quod Kether non habitet, nisi in loco integro, sicut dicitur mas & fœmina simul constituunt hominem integrum; juxta textum Gen. 5, 1. *Masculum & fœminam creavit eos, & vocavit nomen eorum Adam:* amborum scil. simul. Pardes Tr. 23. c. 5.

6. Vide de הוא plura in Sohar Sect. Vaæra 12. c. 46. & Schlachlecha 32. c. 324. Conf. Tit. אחה.

הוד *Decus, Gloria.* In Schaare Zedek de hac Sephirâ dicitur, quod hoc vocetur Nomine, quatenus vestita est metro Gebhurah ad supplantandos hostes & victoriam belli reportandam, & liberandum Dilectos Altissimi: allegato loco Dan. 10, 8. *Et decor meus versus est in me in corruptionem.* Et quod omnes laudes quas David cecinit in Libro Psalmorum ad hanc mensuram pertineant. Hæc ibi, & similiter in Libro Orah, & Libro

Libro Schem: ubi R. Moscheh de concurrente hic Gebhurâ rationem profert ex Psal. 45,4. *Accinge te gladio tuo super femur, Gibbor,* הודך *gloria tua, & decore tuo.* Et in Tikkunim R. Schimeon ben Jochai pariter tradit, ubicunque occurrit הוד, ut Ps. 148, 13. &c. Ibi hanc Sephiram intelligi. Pardes Tr. 23. c. 5. Confer Tit. יוק. item מורה. item מלכים n. 2.

2. In Schaare Orah post Nomen אלהים צבאות sequuntur de hoc nomine hæc: Metrum Elohim Zebaoth vocatur Hod in loco illo 1. Chron. 29, 11. *Tibi, Domine, Gedulah, & Gebhurah, & Tiphereth, & Nezach & Hod, &c.* Vocatur autem Hod, quia induta est metro Gebhurah, roboris & potentiæ ad subigendum hostes, & vincendum in bellis, & eripiendum Amicos Domini. Unde mysticum illud. Dan. 10,8. *Et meus Hod versus est in me in corruptionem, &c.* Et quia hic est locus victoriarum bellicarum, & unde fiunt signa & miracula, hinc ad eundem referuntur Laudes: & omnes celebrationum species, quas decantavit David in Psalmis ad duas has mensuras spectant. Carmina etiam super signis & miraculis ad locum hunc alligantur. Unde toties in Psalm. 107, 8. 15. 21. 31. יודו *Confiteantur Domino misericordiam ejus, & mirabilia ejus* (exhibita) *filiis hominum.* Et huc pertinet etiam illud: Quatuor tenentur dicere laudes: nempe, ægrotus, qui convaluit; Vinctus, qui prodit è carcere; qui discesserunt per maria, & qui iter faciunt per deserta, ad hunc locum se convertant, qui peccatoribus bonum retribuit. Duæ enim hæ mensuræ sunt loca, quibus præfecti sunt Angeli quidam, ut rescindant decreta judicialia hujus vel illius hominis, cum decreta ipsi est pœna mortis vel alia. Unde dixerunt sapientes nostri: rescindunt decretum ejus judiciale, etiam septuaginta annorum. Nam septuaginta sunt Principes, qui assistunt Tribunali superno; unus autem mediator est. Imò dum sententia illa jam subsignatur, tamen hoc in loco adhuc remedium contra illam est. Hinc quatuor obligati sunt להודות ad celebrandum: Hic

enim locus est laudum, & huc pertinet mysterium de beneficiorum collatione. Unde dicimus, qui peccatoribus bonum retribuit. Mysteria quoque Incurvationis & Precationis *Modim*, ad hæc loca affixa sunt: cujus symbolum est textus Jesch. 45,22. *Quia tibi incurvabitur omne genu.* Etiam Precatio *Modim* Rabbinica ad hunc locum pertinet; quia Tetragrammaton Zebaoth & Elohim Zebaoth sunt metra Discipulorum sapientum, qui multiplicant pacem in mundo; & huc pertinet illud Ecclesi. 9, 11. quod *scientium* sit *gratia;* quia hi sunt qui cumulant pacem. Unde etiam dicitur Sechari 8,12. *Nam semen pacis: vitis dabit fructum suum, & terra dabit germen suum, & cæli dabunt rorem suum.* Notum autem est, quod Ros Hermon descendat super montes Zijon Psal. 133,3. qui sunt Nezach & Hod. Et quia hi locus sunt Laudum, & ad eos pertinet mysticum illud: *Tibi incurvabitur omne genu;* hinc dixerunt sapientes nostri: Oportere incurvationes fieri ad precationem & vocem *Modim*: Et omnis benedictio, quæ mundo contingit, per istos modos affluit. Hinc, qui se non incurvat ad precationem *Modim*, ex illius spina dorsi fit serpens post septuaginta annos. Mysterium autem 70. annorum, sunt septuaginta principes, qui in forma circuli locantur, serpens autem extrinsecus adstat, ad instar insidiatoris circa Nezach & Hod. Et quicunque non cautè agit, cum discipulis sapientum, vel cum Nezach & Hod, dignus est, ut pungatur à serpente. Et hoc est illud quod dixerunt: quicunque transgreditur verba sapientum, dignus est morte, & meretur ut pungat eum serpens. Scito igitur, quod Nomen Adonai cum induitur veste Hod, victoriam reportet in omni bello Iisraëlis, eosque vindicet ab inimicis eorum, & retribuat omnibus hostibus vitæ eorum. Unde gratias agere tenemur illi, qui vestitur veste Hod, & vincit in bello: & mysterium latet in illo Ps. 104, 1. Gloriam & decorem es indutus. Unde dicitur *Deus Laudum, Dominus mirabilium.* Hæc ibi: sequitur ibidem בזעו.

3. In

3. In sapientiâ Naturæ הוד est Classis æris; Color enim naturam Gebhurah exprimit, quam habet hæc sephirah; nec alienus fuit æris usus ab instrumentis laudandi & musicis, 1. Chron. 15, 19. & in bello habebantur ænei arcus 2. Schmu. 22, 35. Ijob. 20, 24. & similia. 1. Schmu 17, 5. 6. 38. Sicut autem Hod cingitur à serpente, ita nomen נחשת *æris* nomen נחש *serpentis* in fundamento refert; & septuaginta talenta æris oblationis Exod. 38, 29. repræsentant 70. principes. Circa hunc locum enim maxima adhuc est vis corticum; unde sicut Hod est gradus repræsentationum propheticarum; ita à radice נחש veniunt נחשים *incantationes* Num. 23, 23. c. 24, 1. Qui autem accuratus esse voluerit, ille, sicut Hod decadem suam habet specialem, ita quoque in æris historia ex lege facile colligere poterit Decadem. Nonne enim oblatio illa æris, in genere, ex qua deinde fiebant vasa ad tabernaculum Ex. 38, 29. referri poterit ad Kether, cum ex hac cæteri gradus omnes sint orti? Nonne Concha æris, Ex. 30, 18. refert naturam Chochmah, è qua influxus demittitur ad omnia inferiora? Istius autem basis, quæ etiam ærea ibid. est Binah: in hac enim Chochmah residet. Deinde altare æneum Ex. 27, 2. cum apparatu suo, refert sex extremitates; duo enim vectes ib. vers. 6. ære obducti, sunt quasi duo brachia, Gedulah & Gebhurah: corpus ipsum altaris, Tiphereth: quatuor annuli æris ib. 4. ad dextram & sinistram; Nezach & Hod, & rette æneum, quod fundamenti loco ib. 4. Jesod. Et si dicis Altare referendum ad Malchuth, juxta consensum quasi communem, quod Altare repræsentet notionem fœminæ: respondetur, id verum esse in generali distributione Tabernaculi & Templi. Sed inter classes æris speciales, ubi omnia jam antea ad fœminam inclinant, atque sic etiam Tiphereth, notio masculi non adeò erit remota: sunt enim adhuc ארני bases æneæ Exod. 26, 37. c. 27, 10. quæ tanquam imum tabernaculi non incongruè naturam Malchuth habent. Qui hîc mysteria ipsa prolixius di-

ducere vellet, orationem facile poſſet prolongare: ſed in brevitate quoque ſapiens intelliget fundamenta. Kameæ mirabiles ad claſſem æris pertinentes, omnes continent retia quadrata è ſeptenario, quorum omnes columnæ verticales & horizontales & diagoniales eandem referunt ſummam; quarum innumeræ fieri poſſunt; v. g.

כב	מז	טז	מא	י	לה	ד
ה	כג	מח	יז	מב	יא	כט
ל	ו	כד	מט	יח	לו	יב
יג	לא	ז	כה	מג	יט	לז
לח	יד	לב	א	כו	מד	כ
כא	לט	ח	לג	ב	כז	מה
מו	טו	מ	ט	לד	ג	כח

Hîc omnes columnæ, vel claſſes referunt ſummam צפה, 175. quod nempe ſpeculandum ſit deſuper: nam columna ad dextram prima nempe 4. 29. 12. 37. 20. 45. 28. efficiunt 175. & ſic reliquæ ad extremam uſque verſus ſiniſtram. Eodem modo ordo ſupremus 22. (ubi nota myſterium 22. literarum) 47. 16. 41. 10. 35. 4. (ubi nota myſterium Tetragrammati) & ſic omnes uſque ad imam. Tandem in transverſum ab angulo inter orientem & auſtrum uſque ad angulum inter occidentem & ſeptentrionem 4. 11. 18. 25. 32. 39. 46. ſunt 175. & ab angulo inter orientem & ſeptentrionem uſque ad angulum inter occidentem & auſtrum nempe 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. pariter ſunt 175. ſpeculare ergò hæc & videbis abyſſum profunditatis; niſi mavis alludere ad *obductiones*, ad quas adhibitum fuit æs Exod. 27, 2. 6. &c. Ita ſi negligatur א & initium fiat à ב occurrit tibi in ſummis בצץ 1. Sam. 14, 4. defectivè ſcriptum. Si incipias à ג habebis ſummas ſimiles numeri 189.

ſi à

ſi à ד : 206. ſi à ה 213. & ſic aſcendunt ſeptenario ſeſe invicem ſuperantes. Quin etiam ſi per ſaltus diſponas numeros, א & ג & ה & ז & ט &c. à quocunque fiat initium, modo eandem obſerves proportionem. Item א & ד, & ז & י & יג &c. Item א & ה, & ט, & יג, ſemper rete hoc ſeptenarium eandem ab omni facie tibi repræſentabit ſummã. Cujus uſum ulteriorem alibi aperire potero. Æſch mezareph c. 5.

הוה *Verbum Subſtantivum.* In Sohar ad locum illum Gen. 27, 29. *Eſto Dominus fratribus tuis.* Sect. Toledoth Jizchak hæc habentur: *Literæ iſtæ ſunt myſterium veritatis:* ה *eſt ſupernum;* ו *medium,* ה *ultimum: unde etiam dicitur:* הוה *eſto Dominus fratribus tuis, &c.* Hæc ibi. Quibus innuitur, hâc voce repræſentari myſterium Binah, Tiphereth & Malchuth, quia ſanctitas prævalere debebat Cortici ad exterminium uſque. Pard. Tract. 23. c. 5.

הוי *Eheu, ah!* R. Schimeon ben Jochai in Sectione Acharè Moth ſic ait: Cum aufertur & elevatur Tiphereth, quod eſt ו; cum tractu ejuſdem ו, quod eſt caput Vav parvi, quod in Jeſod, nempe י; inde fit וי: & dum præterea & Binah tollitur, ut nulla ab Eâ deſcendat influentia, adeoque impediantur benedictiones, & canalis Tiphereth, unde influxum habet tota Aziluth, obturetur: tunc dicitur הוי *Eheu.* Eſtque differentia aliqua inter אוי & הוי quæ alias idem ſignificant. Ubi enim dicitur אוי, ibi ſententia non reſcinditur ob converſionem: quia ibi deficit ה, *converſionis* nota. Cum autem dicitur הוי; ibi negotium adhuc dependet à converſione, quæ decretum reſcindere poteſt. Vide Tit. אוי. Pard. Tr. 23. c. 5. hoc tit.

הודה vide Tit. מלוי. item טנחא item ניצוצות num. 14. 15. 16.

הושענה *Hoſchanah.* Vid. in Sohar Breſchith 16. c. 60. עב cui æquipollet חסר ter ſumtum eſt רין & hoc bis ſumtum הושענה nempe 432. vide Ser Sahabh.

הח est abbreviatura vocum ה חסדים *Quinque Benignitates.* Vid. הג.

היא *Ipsa* est Cognomen Malchuth, sed in notione Ipsius occulta, quâ æquiparatur gradui Chochmah, prout dictum Tract. 14. Atque sic quoque sentit R. Schimeon ben Jochai in Raja mehimna. Vid. Tit. הוא. Pardes Tr. 23. c. 5.

היכל *Templum, Palatium.* Ita vocatur Malchuth, quia est Palatium Gradûs Tiphereth, qui reconditur in Eâ. Sic enim & nomen אדני cum היכל numeris æquipollet; quia illud est Palatium Tetragrammati, quod & demonstrat istius prolatio alterius loco instituta:

2. Est tamen & Binah Hechal seu Palatium, quippe in quâ Idem reconditur, proditque è Palatio in Turrim, quæ est Arca, nempe Malchuth; vid. מגדל sic habet Sohar.

3. Ibidem autem Sect. Lechlecha Hechal dicitur esse Kether. Nam היכל nil aliud est, quam Locus in quo continentur הכל omnia. Atque sic Kether, quatenus includit totam Aziluth. Nihilominus tamen היכל & alias Sephiras denotat, quatenus nempe quædam ibi recondita habentur, unde omnibus sephiris competere potest. De Kether autem propterea dicitur, quia in Eâ omnia delituerunt sub notione צחצחות seu subtilitatum idealium, vid. Tract. 11. Pard. Tr. 32. c. 5.

4. היכלות *Palatia.* Sunt Rami Sephirarum in mundis inferioribus. De iis quæ in Jezirah vid. Sohar Breschith f. 29. Vajakhel f. 89. 90. 91. Pinchas 116. c. 465. & fol. 111. היכל quoque & מזוזה *Postis* eodem gaudent numero. Hechal Sancti Sanctorum correspondet tribus supernis; Et versus Hechal Lapidis Sapphirini & Ipsius cœli Animæ descendunt. Ser Sahabh.

הכאה *Percussio, collisio.* Tria sunt luminum genera. Vel enim est Lux prima directa in *Akudim*: vel Lux *Vestigii*, quæ est Rachamim seu *miserationes*: vel Lux *Achurajim* seu Partium aver-

averfarum, quæ eft Din feu *Rigor*. Cum autem Lux hæc tertia feu *Rigoris*, & Lux veftigii feu mifericordiæ fibi invicem occurrunt, tunc invicem colliduntur. Lux enim veftigii afcendere defiderat ad fcaturiginem fuam, quamvis non penitus dimoveatur: Et Lux *Pofteriorum* defcendere nititur. Unde naturæ funt diverfæ & inæqualis, hinc *collifio*. *Collifionis* autem notio inæqualitatem luminum fecum fert. Atque tum Nizuzoth feu *fcintillæ* decidunt à luce defcendente, quæ eft Rigor. Et hæc eft infirmior luce veftigii; eftque lux quædam quarta. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tr. Olam han-Nekudim vid. מנחא item כלים n. 5.

הלכה *Traditio, Conftitutio.* Eft Schechina, quæ ita vocatur in notione fua tenui, qua vocatur Filia vel pupilla oculi. Et huc pertinet Nomen illud הלכה *Traditio Mofis in Sinai*; cujus fenfus hic eft, quod Ipfa fit כלה Sponfa Mofcheh, fub notione ejus, quâ dicitur Jod, vid. Tr. 14. Et fic traditur in Tikkunim. Sed in Raja mehimna dicitur, quod Illa ex parte Gebhurah dicatur הלכה; ibi enim locum habent י Ex יצחק & ל ex אברהם ה ex אלהים: Ea quoque dicitur הלכה כרבים communiter *Conftitutio juxta plures*; quia accipit influxum à tribus Patribus, qui vocantur רבים vid. fuo loco. In Tikkunim alibi dicitur, quod Ipfa vocetur Halacha, quando exiftit inter Nezach & Hod, quafi vadens ut uniatur cum marito fuo. Et fortè differentia aliqua eft inter הלכה fimpliciter; & הלכה למשה מסיני Traditio Mofcheh è Sinai. Pard. Tract. 23. c. 5. Vid. Sohar Pinchas 99. c. 396. Trumah 52. c. 206.

הלל *Hymnus.* Aliud eft הלל גמור Hallel *integrum*, & aliud *non integrum*. Quidam illud quod *integrum* dicitur applicat ad Binah; quia ifta plena eft: & quod *non integrum* ad Malchuth; ob myfterium decrefcentis Lunæ. Pard. Tr. 23. c. 5. h. t. Vid. Sohar Æmor 47. c. 178. Nafo 66. c. 263. Vajechi 128. c. 495.

הלל

הלל Hillel & Schammai. Vid. Sohar in Pinchas 114. c. 453.

הללויה Hallelu-Jah. Est una è decem Tikkunim seu Dispositionibus quæ tribuuntur Malchuth è decem sephiris; Ex parte enim Tiphereth competit Ipsi Hallelu-Jah, quod habet significationem laudandi. Sic reperitur in Tikkunim. In Sohar autem Sect. Vajischlach dicitur, quod Hallelu-Jah sit collaudatio illa, quâ Schechinah laudat gradum Tiphereth. Quæ ambo in hac voce concurrunt: quippe quæ resolvitur in הלל יהו, ubi הלל est Schechinah Malchuth, quæ vocatur Hallel, quia semper collaudat Sanctum illum, q. b. s.! sed יהו est Tiphereth. Ratio autem quare hæ literæ hoc locentur ordine ויה, hæc est, quia Ipsa laudat Tiphereth, qui est ו, quando unitus est cum Chochmah & Binah, & ab his influxum accipit, huc enim respiciunt literæ יה. Pardes Tr. 23. c. 5. h. tit. Vid. Sohar Pekude 104. c. 416. Vajechi 124. c. 493.

המוציא *Producens*. Nomen in benedictione cibi usitatum. v. Sohar Breschith 5. c. 17. Trumah 75. c. 297. Pinchas 113. c. 452. Ekebh 131. c. 521. Alludit etiam ad ה quinque productiones oris, quæ sunt literæ Gutturales, Labiales, &c.

המן *Haman*. Eundem numerum exhibet ac vox חלבנה Galbanum Exod. 30, 34. & refertur inter Klippoth systemati Jezirathico oppositos. Literæ מן autem dicuntur esse è מנצפך in opposito sc. istarum, quæ sanctæ sunt. Ser Sahabh.

הנני *Ecce ego*. Est Malchuth, considerata ut sola, non assumtâ ullâ notione aliâ de cæteris sephiris. Designat ergo Judicium; & aliquid quod manifestum & præsens est. Sic explicatur in Sohar Section. Noach ad locum illum: ואני הנני Genes. 6, 17. Interpretes paulò aliter. Pardes Tract. 23. c. 5.

הספד *Planctus*. Vid. Sohar Breschith 46. c. 184. Korach 84. c. 336. Vajechi 124. c. 492. Ki Teze 133. c. 530.

הסתכלות Intuitus, aspectus. Vid. מצח.

הר *Mons.* Montes ſunt multi. Sed Nomen hoc nudè poſitum quidam ad Jeſod referunt, ut Liber Orah, & R. Moſcheh in Libro Schem: qui etiam nomen הר ה׳ *Mons Domini*, ad Jeſod refert. Sed in Sohar ad locum Jeſchai. 2, 2. R. Chija ſic commentatur: *Mons Domini eſt Bonum ſine ullo malo; quia parti adverſæ nullus ibi eſt locus, &c.* Diſcurrit autem de Malchuth, ut docet contextus.

2. Deinde Malchuth etiam vocatur הר המוריה *Mons Morijah.* 2. Chron. 3, 1. Item הר המור Mons myrrhæ Cant. 4, 6. *Ibo mihi ad montem myrrhæ.* Dicitque R. Moſcheh, quod in voce מוריה contineatur nomen יה juxta 32. ſemitas: quodque ſimul ſubſit ſignificatio oſtendendi, item myrrhæ, quæ ad ſuffitum pertinet.

3. Notum autem quod Jeruſchalem ſit Malchuth; circa illam autem montes multi: inter quos Mons Seir; Jechesk. 35, 15. Item Mons Eſau; Obad. 1, 21. Montes נשף caliginoſi Jirmæi. 13, 16. quæ ſunt cognomina Corticum.

4. Quidam ſcribit montem Zijon, eſſe Jeruſchalaim. Mons Zion autem eſt Jeſod, unde etiam vocatur הר טוב *Mons bonus*; Deut. 3, 25. quia bonus eſt, & benefacit omnibus, juxta illud Jeſchai. 3, 10. *Prædicate juſtum quia bonus.* Atque etiam vocatur *Mons Sanctitatis.* Jer. 31, 23.

5. Porrò etiam dantur הררי ציון *Montes Zijon* Pſal. 133, 3. Qui ſunt Nezach & Hod; qui ſunt montes circa montem Zijon ſupra dictum; quia influunt in Jeſod, ut notum.

6. Nobis autem in hac materia videtur, per *Montis* nomen nudè poſitum intelligi Malchuth; & ſic quoque exponitur in Sohar Sect. Jethro fol. 31. c. 122. ſeq. his verbis: Jeſchai. 2, 3. dicitur: & ibunt populi multi, & dicent: agite & aſcendamus ad montem Domini. *Hic eſt Abraham,* ſicut dicitur Gen. 22, 14. quod dicitur hodie: In monte (ubi) Dominus videbitur. *Abraham enim Ipſam vocabat montem; quid eſt mons? Locus publicus communis omnibus quicunque cupiunt in*

mundo: Atque sic etiam Locus hic Sanctus communis est omnibus quicunque desiderant in mundo. Quibus verbis innuitur, quod Malchuth ex parte Chesed vocetur Mons, quia nempe publicè prostat & communis est, & ab illius parte accessus est proselytis, subintrantibus subter alas Schechinæ. Unde Abrahami tempore multas recepit animas sicut scriptum est: Gen. 12, 5. *Et animas quas fecerant in Charan.* Ibidem porrò similia quædam proferuntur, his verbis: *Mons est pro reliquis populis, cum veniunt ut ingrediantur subter alas ejus.* Ibidemque exponitur quod propterea, גר *proselytus*, dicatur גר הצדק proselytus justitiæ, quia intrat subter alas Schechinæ, quæ vocatur צדק *justitia.* Et quod dicatur גָר *peregrinus*, quod deserat locum suum, & veniat committens se tutelæ. In alio autem loco Sohar Sect. Lechlecha ad locum Gen. 12,8. *Et transtulit se inde ad montem* hæc extant: *Exinde cognoscitur mons Domini, & omnes gradus, qui plantantur hoc in loco.* Unde patet, quod Malchuth tunc vocetur Mons, quando continet omnes copias suas inferiores, ad instar montis, in quo plantæ plurimæ. Atque hoc & alibi sæpiùs repetitur. Hæc omnia autem ostendunt, quod Malchuth vocetur Montis nomine.

7. Omnes tamen etiam Sephiroth vocantur Montes, sicut in Tikkunim dicitur: Mich. 6, 2. Audite montes litem Domini. *Montes isti sunt Patres.* Nam Gedulah, Gebhurah & Tiphereth vocantur montes; atque sic vocantur propter Ipsam, quia Ipsa fundamentum montium est. Montis autem denominatio connotat altitudinem; Ipsi enim alti atque excelsi sunt.

8. הרי בשמים *Montes aromatum.* Cant. 8, 14. Vocantur omnia sex membra superna, quia se invicem quasi aromaticis liquoribus perfundunt & mitigant.

9. Sed sex illæ *Virgines post eam, amicæ ejus* de quibus Psal. 45, 15. Vocantur הרי בתר montes separationis Cant. 2, 17. quia abhinc & porrò deorsum separatio fit; & illæ sunt

mons

mons divisionis, atque segregationis. Sic explicatur hoc in Sohar Sect. Vajeze.

10. Sed הר המוריה Mons Morijah sic vocatur ex parte Chesed, sic docet R. Schimeon ben Jochai ad locum illum Cant. 5, 1. collegi מורי myrrham meam: nam Myrrha ad Abraham pertinet, ut suo loco dicetur. Vocatur autem מוריה quatenus Chesed unita est tribus prioribus, comprehensis in יה, ut notum. Atque sic quoque Kether vocatur מור, ut tradit R. Schimeon ben Jochai ad locum illum Cant. 4, 6. *Ibo mihi ad montem Mor*, seu myrrhæ. Unde fortè ex istius parte Gedulah sic appellatur; & omnes quatuor simul, quando effundunt benedictionem & influentiam in montem istum, propter opus illud, quod ligaret Jizchak filium suum, nomine suo vocantur Mons Morijah.

11. Illa autem vocatur הר הקדש *Mons Sanctitatis*, quatenus influxum assugit à loco Sanctitatis, qui est Chochmah, ut suo loco dicetur.

12. Eadem dicitur הר ציון Mons Zijon juxta hanc illius notionem, quatenus cum ipsa unitur punctum Zijon, quæ est notio puncti Jod, in quo Tabernaculum pro Jesod. Vid. ציון. Ex quibus sanum sensum capiunt, quæ R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim dicit: quod Mons Zijon sit Jesod: cum alibi dicat, quod Malchuth sit Mons Zion; adducto etiam textu.

13. Eadem dicitur הר גריזים והר עיבל Mons Gærisim & mons Ebal: Deut. 11, 29. nempe ad partem dextram unde benedictio, mons Grisim; & ad partem sinistram mons Ebal, ibi enim rigor judicii.

14. Eadem vocatur הר הטוב *Mons bonus*. Deut. 3, 25. quatenus influxum accipit à Chesed, atque hac ejusdem notione, quâ vocatur טוב, de quo s. l. Sensus hic autem illustratur ex eo, quod phrasis טוב significationem illuminandi secum vehat, juxta mysterium Lucis Chesed.

15. Item datur הר העברים Num. 27,12. *Mons Abarim*, vel Transitus: qui participat ab utroque latere. Et pariter ad Jesod refertur.

16. Dum autem Malchuth nudè & simpliciter dicitur *Mons*, ipsa ejus natura denotatur; prout etiam eandem designat Nomen הר ה׳ *Mons Domini*, ita ut intelligatur sola, non admixtis montibus peregrinis. Dicitur autem, montes esse circa Illam, quorum quidam sunt boni, quidam mali. Boni sunt Virgines eam sequentes, sociæ ejus, ut dictum supra: quæ dicuntur montes Zijon. Malorum quidam vocantur montes caliginosi, montes חשך tenebrarum, &c. qui omnes ad Cortices & latus sinistrum pertinent. Ut & in Tikkunim הרי אררט *Montes Ararat*; montes maledictionis, montes Kardu, (Armeniæ) montes tenebrosi in exilio, maledicti in exilio; in illis quievit arca, Gen. 8,4. ut in illos instituat judicium. Ex quibus apparet, quod Klippoth vocentur montes Ararat, i.e. maledictionis. Pard. Tr. 23. c. 5. h.t.

17. In Schaare Orah post Nomen חוק sub El-chai circa hanc materiam occurrunt sequentia. Mensura El-chai in Scriptura aliquando vocatur הר *Mons*. Quod nomen tamen plura significat, unde cum inveneris הר vel הרים, sciendum tibi, quid quovis in loco sit intelligendum. Modus El-chai igitur in scriptura vocatur הר ציון *Mons Zijon*: sicut Metrũ Adonai, *Mons Morijah* dicitur. *Mons Esau* autem est mensura, quæ accusat Jisraëlitas, iisque adversatur. *Mons Zijon* igitur ubique est Jesod & El-chai. Nam mons Zijon est locus unde prodiit mensura prima ad creationem mundi, unde dicitur Psal. 50. 2. *Ex Zijon, ex universitate decoris, Elohim effulsit.* Nec objicies, quod Adonai sit vestibulum primum, vicinum creaturis: quia, nisi promanatio influentiæ Montis Zijon, qui est El-chai, pervenerit ad montem Morijah, quæ est Jeruschalem, cui nomen Adonai; Adonai nihil potest efficere: quicquid enim operatur Adonai, ex eo est, quod influxum habet ex El-chai, & ex

Zijon.

Zijon. Unde dicitur Psal. 135,21. *Benedictus sit Dominus ex Zijon, qui inhabitat Jeruschalem.* Cujus loci hic est sensus, quod propter Zijon & per Zijon Ille habitet in Jeruschalem. Nulla enim unquam descendit benedictio, nisi per Zijon, quando scilicet iste effundit benedictiones suas in Jeruschalem. Unde dicitur Psalm. 133, 3. *Sicut ros Chermon, qui descendit super montes Zijon, quia ibi præcepit Dominus Benedictionem & vitam usque in seculum.* Sed הררי ציון *Montes Zion* sunt Nezach & Hod; exhinc enim oleum pretiosum profluit super Zion, & exinde descendit in Jeruschalem. Cujus symbolum sunt duo Cherubim de ligno oleæ, quos fecit Schlomoh in Sancto Sanctorum 1. Reg. 6,23. Et è montibus istis exscinduntur lapides æris juxta illud Deut. 8,9. *Terram, cujus lapides ferrum, & de montibus ejus excides æs.* ubi intelligitur mysterium Judicii, rubentis; juxta illud Sechari 6, 1. *Montes autem, montes æris.* Sicut igitur Mons Zijon est El-chai, ita Morijah est mysterium Sanctuarii & Jeruschalem in genere. Mons Esau autem est pars adversa accusans, sinistram versus extrinsecus, de quo dicitur Ex. 17,16. *Bellum Domini in Amalek à generatione in generationem.* Hic enim est, qui impedit structuram montis Zion, & structuram altaris in monte Morijah, donec veniat tempus ultionis Edom atque pœnæ ejus, quod tunc eveniet, quando montes Zijon i. e. Tetragrammaton Zebaoth, & Elohim Zebaoth, assumserint vestitum vindictæ, & residebunt super monte Zijon. Nam isti sunt, qui vocantur Salvatores de quibus Obadi 1,21. *Et ascendent Salvatores in montem Zijon, ad judicandum montem Esau.* Ubi per Salvatores Nezach & Hod, per Zijon, El-chai, per montem Esau Amalek intelligitur, qui est filius Esau, contra quem bellum Domini. Iste enim est adversarius montis Zijon, estque Samaël, præfectus Esau; qui & pacis fœdus dirumpere conatur. Unde loco citato sequitur: *Et erit Domino regnum:* quod est mysterium Malchuth; quæ per montem Morijah & Jeruschalem intelligitur & voca-

tur Adonai. Scito autem, quod ſub regimine Adonai, ſeu Jeruſchalem, quæ eſt Schechinah & Malchuth; quatuor ſint Turmæ, quæ ſuſtinent thronum Adonai. His nomen eſt *Montium Ararat:* Iſti portant ſedem vehiculi ejus, unde dicitur: Jeſch. 2, 2. *Et erit in noviſsimo dierum præparatus erit mons domus Domini in capite montium:* id eſt, in capite quatuor iſtorum exercituum. Et huc pertinet quod dicitur Jeſchai. 18, 3. *Omnes habitatores orbis, & incolæ terræ cum elevari vexillum in montibus videbitis, &c.* Stabit enim vexillum Adonai; quod eſt myſterium Altaris illius, quod fabricavit Moſcheh propter bellum cum Amalek: hoc vexillum ſtabit in capite montium notorum, quæ ſunt quatuor Animantia quatuor exercituum. Deinde quoque multi dantur montes alii, inter quos גבננים gibboſi Pſal. 68, 17. item הרי נשף Jirmæi 13, 16. montes caliginoſi, & plures alii externi, qui omnes montem Morijah & nomen Adonai ambiunt; Et huc pertinet illud Cant. 6, 8. *Sexaginta ſunt reginæ & octoginta pellices, & adoleſcentularum non eſt numerus, una eſt columba mea, perfecta mea.* Unde etiam dicitur Pſal. 125, 2. *Circa Jeruſchalem montes ſunt, & Dominus circa populum ſuum.* Inter hos ſunt montes caliginoſi & ſimiles, cum ergò Iiſraëlitæ exeunt de monte Zijon, pedes eorum alliduntur ad montes obſcuritatis: nulla enim illis eſt ſtatio, niſi in monte Zijon, & monte Morijah. Ex hoc fundamento Deus dixit Iiſraëli, ſe dediſſe Eſavo montem Seir in hæreditatem, cujus hæc eſt ratio; quia mons Seir immundus eſt, & in eo habitant Hirſuti dæmones, poſt quos illi ſcortantur; & Seir ſeu Satyrus (juxta Jeſch. 34, 14.) ad ſocium ſuum clamat. Iſte enim Seir quis ſit intelligatur è loco Gen. 27, 11. *Ecce Eſau frater meus vir* שׂעיר *piloſus:* quò etiam referendus שׂעיר *hircus emiſſorius.* Lev. 16, 22. item *mons Seir,* item locus ille Lev. 17, 7. *Et non Sacrificabunt ulterius Sacrificia ſua piloſis poſt quos fornicantur.* Eſau enim in portionem ſibi adſcivit unum è dæmonibus piloſis humilibus, terræ vicinis, prout dicitur

citur Genes. 36, ℣. 20. *Isti sunt filii Seir, Chorei, habitatores terræ.* Unde etiam de Esau dicitur ib. vers. 6. *Et ivit ad terram à facie Jaacobh fratris sui.* Et hoc est illud quod dicitur Jirmei. 49. 15. *Ecce parvum dabo te inter gentes, contemtum, &c.* Ratio hæc est, quia reliquæ gentes præfectos habent supernos, juxta illud Dan. 10, 20. *Et ecce princeps Javan venit.* Quales etiam est princeps regni Persici ibid. vers. 13. 20. & præfecti reliquorum septuaginta populorum. Et de Jismaël dicitur, quod populis illis præfuerint duodecim principes Gen. 25, 16. Portio autem & hæreditas Esau fuerunt dœmones illi pilosi, qui infimi sunt inter omnes creaturas. Unde ipsum nomen Seir: atque hinc dicitur Jehosch. 24, 4. *Et dedi Esavo montem Seir ad possidendum eum.* Quod autem Jirm. 49, 16. de Edom dicitur: cum exaltaveris veluti aquila nidum tuum, &c. id ex eo intelligitur, quia præfectum habet, qui vocatur Samaël, qui vires largitur dœmonibus pilosis; & est Nephesch sphæræ Martis: sed non est de genere septuaginta principum, qui in sua statione consistunt. Hic scriptura ait; Ex. 17, ult. *Bellum est Domino in Amalek* מדור דור *à generatione in generationem,* ubi phrasis דוֹר דוֹר idem est mysterium, quod extat Psal. 135, 13. *Domine memoria tua in generationem & generationem.* Item Ex. 3, 15. *Memoria mea in generationem & generationem.* Et iste Satan, qui accusator est in supernis Iisraëlitarum: est Samaël impius: de quo intelligendum, quod de tempore Redemtionis legitur Obad. 1, 4. *Cum exaltaveris veluti aquila, & si inter stellas posueris nidum tuum, inde descendere faciam te, dixit Dominus.* Quomodo autem deturbabit eum? cum *ascendent Salvatores*, (juxta Obad. 1, 21.) qui sunt Tetragrammaton Zebaoth, & Elohim Zebaoth, *in montem Zijon*, quod est mysterium El-chai; *ad judicandum montem Esau*, qui est mons Seir. *Et* juxta Jeschai. 24, 21. *visitabit Dominus super exercitum excelsi in excelso: & super Reges terræ in terrâ.* Tunc locum habet textus Jesch. 34, 4. *Inebriatus est in cœlis gla-*

gladius meus. Ecce Edom descendit. Quo facto, quia scribitur? Jesch. 63, 1. *Quis est iste, qui venit de Edom, rubefactus vestes de Bozrah?* אני *Ego, loquens in justitia, magnus ad servandum*, sicut scriptum est Obad. 1, 21. *Ascendent servatores in montem Zijon.* Ex his præsuppositis Mons Zijon dicitur vocari *Mons Domini*, quatenus nimirum conjunguntur *Mons Zijon, & Mons Morijah:* juxta illud Gen. 22, 14. *Et vocavit Abraham nomen loci illius* יי יראה *Dominus videbit, quod dicitur hodie, in monte Dominus videbitur.* Mons ergò Morijah subsistit per influxum montis Zijon, & immanationem benedictionis vivæ. Unde dicitur Gen. 22, 16. *Quin juravi dixit Dominus, quod pro eo, quod fecisti rem hanc, & non pepercisti filio tuo, unico tuo, benedicendo, benedicam tibi & multiplicando multiplicabo semen tuum, &c.* Hinc ubicunque reperies: *Quis ascendet in montem Domini.* Psal. 24, 3. ibi latet mysterium, montis Zijon quatenus unitur cum Jeruschalem. *Et Mons Domus Domini* Jeschai. 2, 2. est mons Morijah & Jeruschalem, quatenus in unione est. Sequitur ibidem titulus ציון. Vide plura de montibus in Sohar Mischpatim 49. c. 195. Ki Teze 83. c. 331. 332. Pekude 117. c. 468.

הרהור *Cogitatio;* Quod cogitatio bona ascendat Vid. in Sohar Vajeze 91. c. 361. Kedoschim 38. c. 152.

התקפתא *Vehementia, objectio rigorosa.* R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim ait: quod Malchuth ex parte Chesed hoc appelletur nomine, adducto loco Exod. 15, 6. *Dextra tua, Domine,* נאדרי *magnificata est* בכח *in potentia.* Ubi Targum habet בתוקפא in vehementia & rigore. Verum autem est, quod hæc vox referenda sit ad Gebhuram quæ in Gedulah. Sic enim in Sohar docemur, quod sinistra contineatur in dextra ex eodem loco. Sine dubio enim vox כח potentia, spectat ad Binah, quatenus nempe judicium pertinet ad sinistram: Exhinc autem comprehenditur Chesed in Gebhurah. Pard. Tr. 23. c. 5. h. t.

ו

ו *Vau.*

DE Litera Vav sic scribitur in Libro Temunah, quod pertineat ad Tiphereth, quod certum est. Additur autem, quod propterea sit simpliciter oblonga, ut ostendatur, istum modum esse Columnam mundi. Quod clariùs ex eo fit, quod primò mundus creatus fuit per Judicium; cum autem videret Deus, quod hoc modo subsistere non posset, adjunxit illi misericordiam: unde, quia miserationes sunt causa, ut mundus subsistat, iisdem nomen columnæ tribuitur, cui innititur mundus. Porrò dicit, Istius literæ faciem aversam esse ab He; quia *He* denotat judicium, in quo nulla misericordia; Illa igitur ad Chesed conversa est, & à Judicio faciem avertit. Porrò subjungit, illam sursum spectare ad Kether, ut abinde influxum accipiat: eam tamen etiam spectare deorsum, ut influxum demittat in Malchuth. Tandem addit, dominium ipsius esse in hora solis, juxta illud Ps. 84, 12. *Quia Sol & Scutum Dominus.* Refertur autem ad Tiphereth, quia iste compositus est è sex membris, quæ sunt, Gedulah, Gebhurah, Tiphereth, Nezach, Hod, Jesod: ו enim est nota senarii. Estque oblonga; quia est fluvius, qui occultè sub mysterio Daath, irrigat omnes plantas horti. Sicut autem Vav in Tiphereth, vocatur Vav supernum, vel Vav nudè & simpliciter loquendo: ita quandoque Jesod vocatur Vav parvum, vel Vav inferius, quia & ille modus constat è sex extremis, sicut ipse Tiphereth: nam quicquid accidit Jaacobo, accidit etiam Josepho; & corpus atque fœdus habentur pro uno; ut sæpè docet R. Schimeon ben Jochai. Datur tamen etiam aliud Vav, nempe in summitate Kether, de quo Tr. 9. in fin. Aliquando tria Vavin referuntur ad Gedulah, Gebhurah, Tiphereth, quæ sunt Vavin è textibus ויסע / ויבא / ויט Exod. 14, 19. 20. 21. Atque sic etiam Nezach, Hod, Jesod, dicuntur. Vid. Tr. 14. Hæc observat R. Moscheh

Nn de

de Leon in Libro Schem; cum loquitur de uncinis colum-
rum ex Ex. 27, 10. Pardes Tr. 27, c. 9.

2. Cum Vav occcurrit ab initio Vocis cujusdam, e. g.
ואני *& Ego*, ועתה *& nunc*, *&c.* denotatur Tiphereth. Assum-
ta autem ipsa voce, simul quoque denotatur Malchuth, ut
ועתה item ואתה, item ואני: item וזאת, quibus denotantur Ti-
phereth & Malchuth, quatenus in unione sunt; quod pro re-
gula generali haberi potest. Vid. Tit. ויוד. Pard. Tract.
c. 6. in pr.

3. Vid. plura de Vav in Sohar Sect. Achare 30. c. 11.
Bammidbar in fin. f. 58. c. 232. Vav est Arbor vitæ, id est Ti-
phereth. Et Chükkath in pr. 86. c. 342. & Vaætchanan
126. c. 501. Omnes literæ, atque sic & Vav, aspectu variant
sicut flamma oblonga: excepto Jod quod rotundum est
pruna, nec unquam mutatur; juxta illud Psal. 18, 12. Po-
tenebras latibulum suum. Cum è contrario litera Vav ma-
rem præ se ferat lucis copiam. Et anima masculi descendit
virtute literæ Vav. Item. Figura literæ ו habet corpus & ca-
put supra se; quod est Jod. Cum autem ob peccatum caput
illud separatur à corpore, inde fit וי Væ! Sect. Achare f. 34.
Lechlecha 63. c. 252. Vav parvum est Jesod Tezavveh 79. c.
315. & f. 80. & Pekude f. 102. c. 407.

והו *Et Ille.* Occurrit in illo (carmine de Hoschana ad
festum Succah appropriato) אני והו *Ego & Ille.* Ubi intelli-
guntur Tiphereth & Schechinah roboris ejus, illo nempe ca-
su, quo Tiphereth vocatur הוא. Vocula autem ista והו sine
א non ejusdem est dignitatis, ac cum plenè scribitur: quia in
pronomine integro הוא repræsentatur unio perfecta, & Glo-
ria superimminens, nempe Kether, per literam א designata.
In והו autem Aleph deficit. Nec mirum hoc est, quamvis והו
sit nomen ex 72. nominibus; sed הוא saltem particula, unde
quis objicere posset, quomodo hæc dignior erit quam Nomen
aliquod? Nam similia tradit R. Schimeon ben Jochai in

loco

co ubi agit de את שדי & אל שדי. Pardes Tract. 23. c. 6.

ויאמר *Et dixit.* Vid. אמירה.

וי *Va, eheu!* Hanc particulam R. Schimeon ben Jochai exponit, quod nempe tunc dicatur וי *Va!* quando Vav parvum, quod est in Jesod, nempe litera Jod, sustollitur in Tiphereth, ita ut influxus ibidem colligatur, & Vav Tiphereticum, quod est caput Vav Jesodici, non demittat influentiam; Confer וי & הוי. Pardes Tr. 23. c. 6.

וידוי *Confessio.* Vid. Sohar Mischpatim 53. c. 210. & Vajikra suo loco.

וידוד הוא ובית דינו *Et Dominus: Ipse & Tribunal ejus.* Idem ac Tiphereth & Malchuth. Hic autem objicitur, quod nullus plane Tribunalis adsit character symbolicus; quia Tetragrammaton refertur ad Tiphereth, & litera Vav illuc pariter spectat. Sed respondetur Malchuth, subintelligi ex interna (utriusque modi) connexione. Ubicunque enim dicitur וה' הוא ובית דינו *Et Dominus: Ipse & Domus ejus judiciaria;* ibi est mentio judicii. Non datur autem judicium nisi cum Malchuth, quæ est mensura judicii, validior est quam Tiphereth, qui est modus miserandi. Illa ergo hîc prævalet, & ex interna amborum graduum connexione nomen Ejus subintelligitur. Maritum ejus autem litera Vav designat; ut appareat Ipsum auxiliari & concurrere ad Judicium. Ratio est, quia repræsentatur judicium misericordiâ mixtum. Ubicunq; enim Tetragrammaton occurrit in materia Judicii, ibi misericordia intermixta intelligitur; cujus exemplum est hîc. Et hinc dicitur וידוד הוא. Nam Vav, quod est Tiphereth vocatur הוא: Verba autem *Tribunal ejus*, designant nomen ipsum, estque Malchuth. Aliter dictum hoc: וי' *Et Dominus*, id est, *Ipse & Tribunal ejus;* sic explicatur: quod præfixio literæ Vav id innuat, Ipsum (nempe Tiphereth) superaddi priori sensui, quo tacitè intelligitur Fœmina tecto scilicet nomine. Quæ explicatio reperitur in Sohar Sect. Trumah ad locum illum Ps. 92, 1.

his verbis: Sæpe reperimus, quod mundus inferior non efferatur nominetenus, sed tacitè subintelligatur, v.g. Et ad Mosen dixit: & vocavit Mosi; ubi semper Nomen subticetur, nec effertur, nisi accedat gradus supernus. Adhibito autem gradu superno, Illa non effertur nominetenus. Hæc ibi. Quibus verbis innuitur, quod Malchuth, quando unita est cum Tiphereth, non efferatur nomine, sed tantum subintelligatur. Unde & hoc loco, ubi Tiphereth exprimitur, Malchuth tacitè subintelligitur; unde additur Vav, quo innuitur, masculum superaddi fœminæ tecto nomine expressæ. Hoc ipsum ergò est illud, quod dixerunt: *Ipse & domus ejus judiciaria.* Nemo enim hominum potest efferre Tetragrammaton, nisi per domum Ejus judiciariam: nec judicat judex nisi in domo quadam. Per se ergò intelligitur Domus judiciaria, quod declaratur per additionem præfixi Vav, quasi nimirum fœminæ jam antea tacitè facta sit mentio. Pardes Tr. 23. c. 6. h. t. Vide plura de ויי in Sohar Ba. 17. c. 66. & Pekude 102. c. 408.

ויהי *Et factum est.* Est mensura Judicii, & Gebhurah. Unde majores nostri dixerunt: ויהי est phrasis afflictionem denotans. Ratio est, quia una pars Voculæ est וי væ! de quo supra: sicut & altera pars הי, mærentis est & lamentantis expressio, vid. Tr. 21. Quæ omnia edocent, hanc vocem exprimere vim judicii & Gebhurah. Quæ explicatio etiam occurrit in Sohar Trumah ad locum Prov. 7, 22. adducto loco ויהי אור his verbis: fol. 63. c. 249. *Et è mysterio dextræ prodiit sinistra, unde dicitur* ויהי אור & facta est Lux; *hæc est sinistra: hinc vocula* ויהי *præcedit: nam lex est à sinistra. Et propterea non est signum benedictionis; quare? quia per illam prodit ille, qui tenebris obducit faciem mundi; quod exinde cognosces. Cum manifestatur mysterium Esau, & operum ejus, tunc scribitur.* Gen. 25, 27. ויהי. Et fuit Esau vir sciens venationem. *ubi adhibetur pro confirmatione vox* ויהי; *& fuit venationem sciens, ut seducere queat mandanos, ne incedant via recta.* Hæc ibi. Ubi expresse do-

docetur, quod ויהי pertineat ad Gebhurah, sub notione tenebrarum & nigredinis, de quibus Tract. 10. Pardes Tract. 23. c. 6. h. t.

ויצר *Et formavit*. V. Soh. Naso 66. dispositione 9. c. 267. & Korach in fin. fol. 86. c. 341. præcepto de decimis.

ויכלו *Et perfecti sunt*. Habet numerum עב 72. Sohar Pinchas f. 100. c. 397.

וילון *Velum, Cortina; Nomen cœli*. Est Malchuth. Nam Ista est cœlum primum, quod nullum omninò præstat ministerium, nisi in quantum influxum accipit è supernis. Et Illa intrat manè & exit vesperi; & quotidie renovat opus creationis, prout dicitur in Chagigah cap. 2. f. 12. c. 2. Notum enim, quod Illa sit metrum Noctis. Et quotidie renovat, id est, influxum immittit in omne opus creations; quia omnia influentiam accipiunt per Illam: sicut dicitur Prov. 31, 15. *Et surgit adhuc nocte, datque prædam domui suæ, & statutum puellis suis*. Et hoc est illud quod dicitur in Raja mehimna: *Schechina inferior est* וילון *cortina illa cœlestis, de qua (dici potest:) introducit vesperi, & educit manè*. Hæc ibi. Ubi objectio occurrit, quod hæc nempe contrarium inferre videantur ejus, quod supra è Gemarâ allatum est, nempe, illam intrare manè & exire nocte. At hoc in Additamentis ita exponitur; Intrat mane in mundum hunc, ut eum illuminet: & exit vesperi ex mundo; & mundus obtenebratur. Juxta hanc expositionem Raja mehimna ita est intelligendus: introducit vesperi, i. e. lucem in receptaculum suum, ut expandantur tenebræ: eandem verò educit manè, & illuminat mundum. Juxta quæ nulla contrarietas. Sensus mysticus autem hic est: Nocte, cum Ipsa influxum assugit à Judicio, misericordia ejus absconditur, & tenebræ, atque latus sinistrum expanduntur in mundo. Manè autem Ipsa reproducit miserationes; tenebræ autem secedunt ad montes caliginis. Sic Raja mehimna. Gemara hoc vult: Intrat manè in mundum, ut è medio tollat tenebras

his verbis: Sæpe reperimus, quod mundus inferior non efferatur nominetenus, sed tacitè subintelligatur, v.g. Et ad Mosen dixit: & vocavit Mosi; ubi semper Nomen subticetur, nec effertur, nisi accedat gradus supernus. Adhibito autem gradu superno, Illa non effertur nominetenus. Hæc ibi. Quibus verbis innuitur, quod Malchuth, quando unita est cum Tiphereth, non efferatur nomine, sed tantum subintelligatur. Unde & hoc loco, ubi Tiphereth exprimitur, Malchuth tacitè subintelligitur; unde additur Vav, quo innuitur, masculum superaddi fœminæ tecto nomine expressæ. Hoc ipsum ergò est illud, quod dixerunt: *Ipse & domus ejus judiciaria.* Nemo enim hominum potest efferre Tetragrammaton, nisi per domum Ejus judiciariam: nec judicat judex nisi in domo quadam. Per se ergò intelligitur Domus judiciaria, quod declaratur per additionem præfixi Vav, quasi nimirum fœminæ jam antea tacitè facta sit mentio. Pardes Tr. 23. c. 6. h. t. Vide plura de ה׳ו in Sohar Ba. 17. c. 66. & Pekude 102. c. 408.

ויהי *Et factum est.* Est mensura Judicii, & Gebhurah. Unde majores nostri dixerunt: ויהי est phrasis afflictionem denotans. Ratio est, quia una pars Voculæ est וי væ! de quo supra: sicut & altera pars הי, mærentis est & lamentantis expressio, vid. Tr. 21. Quæ omnia edocent, hanc vocem exprimere vim judicii & Gebhurah. Quæ explicatio etiam occurrit in Sohar Trumah ad locum Prov. 7, 22. adducto loco ויהי אור his verbis: fol. 63. c. 249. *Et è mysterio dextra prodiit sinistra, unde dicitur* ויהי אור & facta est Lux; *hac est sinistra: hinc vocula* ויהי *præcedit: nam lex est à sinistra. Et propterea non est signum benedictionis; quare? quia per illam prodit ille, qui tenebris obducit faciem mundi; quod exinde cognosces. Cum manifestatur mysterium Esau, & operum ejus, tunc scribitur.* Gen. 25, 27. ויהי. Et fuit Esau vir sciens venationem. *ubi adhibetur pro confirmatione vox* ויהי; *& fuit venationem sciens, ut seducere queat mandanos, ne incedant via recta.* Hæc ibi. Ubi expresse do-

docetur, quod ויהי pertineat ad Gebhurah, ſub notione tenebrarum & nigredinis, de quibus Tract. 10. Pardes Tract. 23. c. 6. h. t.

ויצר *Et formavit.* V. Soh. Naſo 66. diſpoſitione 9. c. 267. & Korach in fin. fol. 86. c. 341. præcepto de decimis.

ויכלו *Et perfecti ſunt.* Habet numerum עב 72. Sohar Pinchas f. 100. c. 397.

וילון *Velum, Cortina; Nomen cœli.* Eſt Malchuth. Nam Iſta eſt cœlum primum, quod nullum omninò præſtat miniſterium, niſi in quantum influxum accipit è ſupernis. Et Illa intrat manè & exit veſperi; & quotidie renovat opus creationis, prout dicitur in Chagigah cap. 2. f. 12. c. 2. Notum enim, quod Illa ſit metrum Noctis. Et quotidie renovat, id eſt, influxum immittit in omne opus creations; quia omnia influentiam accipiunt per Illam: ſicut dicitur Prov. 31, 15. *Et ſurgit adhuc nocte, datque prædam domui ſuæ, & ſtatutum puellis ſuis.* Et hoc eſt illud quod dicitur in Raja mehimna: *Schechina inferior eſt* וילון *cortina illa cæleſtis, de qua (dici poteſt:) introducit veſperi, & educit manè.* Hæc ibi. Ubi objectio occurrit, quod hæc nempe contrarium inferre videantur ejus, quod ſupra è Gemarâ allatum eſt, nempe, illam intrare manè & exire nocte. At hoc in Additamentis ita exponitur; Intrat mane in mundum hunc, ut eum illuminet: & exit veſperi ex mundo; & mundus obtenebratur. Juxta hanc expoſitionem Raja mehimna ita eſt intelligendus: introducit veſperi, i. e. lucem in receptaculum ſuum, ut expandantur tenebræ: eandem verò educit manè, & illuminat mundum. Juxta quæ nulla contrarietas. Senſus myſticus autem hic eſt: Nocte, cum Ipſa influxum aſſugit à Judicio, miſericordia ejus abſconditur, & tenebræ, atque latus ſiniſtrum expanduntur in mundo. Manè autem Ipſa reproducit miſerationes; tenebræ autem ſecedunt ad montes caliginis. Sic Raja mehimna. Gemara hoc vult: Intrat manè in mundum, ut è medio tollat tenebras

tur Adonai. Scito autem, quod sub regimine Adonai, seu Jeruschalem, quæ est Schechinah & Malchuth; quatuor sint Turmæ, quæ sustinent thronum Adonai. His nomen est *Montium Ararat:* Isti portant sedem vehiculi ejus, unde dicitur: Jesch. 2, 2. *Et erit in novissimo dierum præparatus erit mons domus Domini in capite montium:* id est, in capite quatuor istorum exercituum. Et huc pertinet quod dicitur Jeschai. 18, 3. *Omnes habitatores orbis, & incolæ terræ cum elevari vexillum in montibus videbitis, &c.* Stabit enim vexillum Adonai; quod est mysterium Altaris illius, quod fabricavit Moscheh propter bellum cum Amalek: hoc vexillum stabit in capite montium notorum, quæ sunt quatuor Animantia quatuor exercituum. Deinde quoque multi dantur montes alii, inter quos גבננים gibbosi Psal. 68, 17. item הרי נשף Jirmæi 13, 16. montes caliginosi, & plures alii externi, qui omnes montem Morijah & nomen Adonai ambiunt; Et huc pertinet illud Cant. 6, 8. *Sexaginta sunt reginæ & octoginta pellices, & adolescentularum non est numerus, una est columba mea, perfecta mea.* Unde etiam dicitur Psal. 125, 2. *Circa Jeruschalem montes sunt, & Dominus circa populum suum.* Inter hos sunt montes caliginosi & similes, cum ergò Iisraëlitæ exeunt de monte Zijon, pedes eorum alliduntur ad montes obscuritatis: nulla enim illis est statio, nisi in monte Zijon, & monte Morijah. Ex hoc fundamento Deus dixit Iisraëli, se dedisse Esavo montem Seir in hæreditatem, cujus hæc est ratio; quia mons Seir immundus est, & in eo habitant Hirsuti dœmones, post quos illi scortantur; & Seir seu Satyrus (juxta Jesch. 34, 14.) ad socium suum clamat. Iste enim Seir quis sit intelligatur è loco Gen. 27, 11. *Ecce Esau frater meus vir* שעיר *pilosus:* quò etiam referendus שעיר *hircus emissorius.* Lev. 16, 22. item *mons Seir*, item locus ille Lev. 17, 7. *Et non Sacrificabunt ulterius Sacrificia sua pilosis post quos fornicantur.* Esau enim in portionem sibi adscivit unum è dœmonibus pilosis humilibus, terræ vicinis, prout dicitur

citur

citur Genes. 36, ℣. 20. *Isti sunt filii Seir, Chorei, habitatores terræ.* Unde etiam de Esau dicitur ib. vers. 6. *Et ivit ad terram à facie Jaacobh fratris sui.* Et hoc est illud quod dicitur Jirmei. 49. 15. *Ecce parvum dabo te inter gentes, contemtum, &c.* Ratio hæc est, quia reliquæ gentes præfectos habent supernos, juxta illud Dan. 10, 20. *Et ecce princeps Javan venit.* Quales etiam est princeps regni Persici ibid. vers. 13. 20. & præfecti reliquorum septuaginta populorum. Et de Jismaël dicitur, quod populis illis præfuerint duodecim principes Gen. 25, 16. Portio autem & hæreditas Esau fuerunt dœmones illi pilosi, qui infimi sunt inter omnes creaturas. Unde ipsum nomen Seir: atque hinc dicitur Jehosch. 24, 4. *Et dedi Esavo montem Seir ad possidendum eum.* Quod autem Jirm. 49, 16. de Edom dicitur: cum exaltaveris veluti aquila nidum tuum, &c. id ex eo intelligitur, quia præfectum habet, qui vocatur Samaël, qui vires largitur dœmonibus pilosis; & est Nephesch sphæræ Martis: sed non est de genere septuaginta principum, qui in sua statione consistunt. Hic scriptura ait; Ex. 17, ult. *Bellum est Domino in Amalek* מדור דור *à generatione in generationem,* ubi phrasis דוֹר דוֹר idem est mysterium, quod extat Psal. 135, 13. *Domine memoria tua in generationem & generationem:* Item Ex. 3, 15. *Memoria mea in generationem & generationem.* Et iste Satan, qui accusator est in supernis Iisraëlitarum: est Samaël impius: de quo intelligendum, quod de tempore Redemtionis legitur Obad. 1, 4. *Cum exaltaveris veluti aquila, & si inter stellas posueris nidum tuum, inde descendere faciam te, dixit Dominus.* Quomodo autem deturbabit eum? cum *ascendent Salvatores*, (juxta Obad. 1, 21.) qui sunt Tetragrammaton Zebaoth, & Elohim Zebaoth, *in montem Zijon*, quod est mysterium El-chai; *ad judicandum montem Esau*, qui est mons Seir. *Et* juxta Jeschai. 24, 21. *visitabit Dominus super exercitum excelsi in excelso: & super Reges terræ in terrâ.* Tunc locum habet textus Jesch. 34, 4. *Inebriatus est in cœlis*

gla-

gladius meus. Ecce Edom descendit. Quo facto, quid scribitur? Jesch. 63, 1. *Quis est iste, qui venit de Edom, rubefactus vestes de Bozrah?* אני *Ego, loquens in justitia, magnus ad servandum*, sicut scriptum est Obad. 1, 21. *Ascendent servatores in montem Zijon.* Ex his præsuppositis Mons Zijon dicitur vocari *Mons Domini*, quatenus nimirum conjunguntur *Mons Zijon*, & *Mons Morijah*: juxta illud Gen. 22, 14. *Et vocavit Abraham nomen loci illius* יראה יי *Dominus videbit*, *quod dicitur hodie, in monte Dominus videbitur.* Mons ergò Morijah subsistit per influxum montis Zijon, & immanationem benedictionis vivæ. Unde dicitur Gen. 22, 16. *Quin juravi dixit Dominus, quod pro eo, quod fecisti rem hanc, & non pepercisti filio tuo, unico tuo, benedicendo, benedicam tibi & multiplicando multiplicabo semen tuum, &c.* Hinc ubicunque reperies: *Quis ascendet in montem Domini.* Psal. 24, 3. ibi latet mysterium, montis Zijon quatenus unitur cum Jeruschalem. *Et Mons Domus Domini* Jeschai. 2, 2. est mons Morijah & Jeruschalem, quatenus in unione est. Sequitur ibidem titulus ציון. Vide plura de montibus in Sohar Mischpatim 49. c. 195. Ki Teze 83. c. 331. 332. Pekude 117. c. 468.

הרהור *Cogitatio*; Quod cogitatio bona ascendat Vid. in Sohar Vajeze 91. c. 361. Kedoschim 38. c. 152.

התקפתא *Vehementia, objectio rigorosa.* R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim ait: quod Malchuth ex parte Chesed hoc appelletur nomine, adducto loco Exod. 15, 6. *Dextra tua, Domine,* נאדרי *magnificata est* בכח *in potentia.* Ubi Targum habet בתוקפא in vehementia & rigore. Verum autem est, quod hæc vox referenda sit ad Gebhuram quæ in Gedulah. Sic enim in Sohar docemur, quod sinistra contineatur in dextra ex eodem loco. Sine dubio enim vox כח potentia, spectat ad Binah, quatenus nempe judicium pertinet ad sinistram: Exhinc autem comprehenditur Chesed in Gebhurah. Pard. Tr. 23. c. 5. h. t.

ו

ו *Vav*.

DE Litera Vav sic scribitur in Libro Temunah, quod pertineat ad Tiphereth, quod certum est. Additur autem, quod propterea sit simpliciter oblonga, ut ostendatur, istum modum esse Columnam mundi. Quod clariùs ex eo fit, quod primò mundus creatus fuit per Judicium; cum autem videret Deus, quod hoc modo subsistere non posset, adjunxit illi misericordiam: unde, quia miserationes sunt causa, ut mundus subsistat, iisdem nomen columnæ tribuitur, cui innititur mundus. Porrò dicit, Istius literæ faciem aversam esse ab He; quia He denotat judicium, in quo nulla misericordia; Illa igitur ad Chesed conversa est, & à Judicio faciem avertit. Porrò subjungit, illam sursum spectare ad Kether, ut abinde influxum accipiat: eam tamen etiam spectare deorsum, ut influxum demittat in Malchuth. Tandem addit, dominium ipsius esse in hora solis, juxta illud Ps. 84, 12. *Quia Sol & Scutum Dominus*. Refertur autem ad Tiphereth, quia iste compositus est è sex membris, quæ sunt, Gedulah, Gebhurah, Tiphereth, Nezach, Hod, Jesod: ו enim est nota senarii. Estque oblonga; quia est fluvius, qui occultè sub mysterio Daath, irrigat omnes plantas horti. Sicut autem Vav in Tiphereth, vocatur Vav supernum, vel Vav nudè & simpliciter loquendo: ita quandoque Jesod vocatur Vav parvum, vel Vav inferius, quia & ille modus constat è sex extremis, sicut ipse Tiphereth: nam quicquid accidit Jaacobo, accidit etiam Josepho; & corpus atque fœdus habentur pro uno; ut sæpè docet R. Schimeon ben Jochai. Datur tamen etiam aliud Vav, nempe in summitate Kether, de quo Tr. 9. in fin. Aliquando tria Vavin referuntur ad Gedulah, Gebhurah, Tiphereth, quæ sunt Vavin è textibus ויסע / ויבא / ויט Exod. 14, 19. 20. 21. Atque sic etiam Nezach, Hod, Jesod, dicuntur. Vid. Tr. 14. Hæc observat R. Moscheh

Nn de

tur Adonai. Scito autem, quod sub regimine Adonai, seu Jeruschalem, quæ est Schechinah & Malchuth; quatuor sint Turmæ, quæ sustinent thronum Adonai. His nomen est *Montium Ararat*: Isti portant sedem vehiculi ejus, unde dicitur: Jesch. 2, 2. *Et erit in novissimo dierum præparatus erit mons domus Domini in capite montium*: id est, in capite quatuor istorum exercituum. Et huc pertinet quod dicitur Jeschai. 18, 3. *Omnes habitatores orbis, & incolæ terræ cum elevari vexillum in montibus videbitis, &c.* Stabit enim vexillum Adonai; quod est mysterium Altaris illius, quod fabricavit Moscheh propter bellum cum Amalek: hoc vexillum stabit in capite montium notorum, quæ sunt quatuor Animantia quatuor exercituum. Deinde quoque multi dantur montes alii, inter quos גבננים gibbosi Psal. 68, 17. item הרי נשף Jirmæi 13, 16. montes caliginosi, & plures alii externi, qui omnes montem Morijah & nomen Adonai ambiunt; Et huc pertinet illud Cant. 6, 8. *Sexaginta sunt reginæ & octoginta pellices, & adolescentularum non est numerus, una est columba mea, perfecta mea.* Unde etiam dicitur Psal. 125, 2. *Circa Jeruschalem montes sunt, & Dominus circa populum suum.* Inter hos sunt montes caliginosi & similes, cum ergò Iisraëlitæ exeunt de monte Zijon, pedes eorum alliduntur ad montes obscuritatis: nulla enim illis est statio, nisi in monte Zijon, & monte Morijah. Ex hoc fundamento Deus dixit Iisraëli, se dedisse Esavo montem Seir in hæreditatem, cujus hæc est ratio; quia mons Seir immundus est, & in eo habitant Hirsuti dæmones, post quos illi scortantur; & Seir seu Satyrus (juxta Jesch. 34, 14.) ad socium suum clamat. Iste enim Seir quis sit intelligatur è loco Gen. 27, 11. *Ecce Esau frater meus vir* שעיר *pilosus*: quò etiam referendus שעיר *hircus emissorius*. Lev. 16, 22. item *mons Seir*, item locus ille Lev. 17, 7. *Et non Sacrificabunt ulterius Sacrificia sua pilosis post quos fornicantur.* Esau enim in portionem sibi adscivit unum è dæmonibus pilosis humilibus, terræ vicinis, prout dicitur

citur Genes. 36, ℣. 20. *Isti sunt filii Seir, Chorei, habitatores terræ.* Unde etiam de Esau dicitur ib. vers. 6. *Et ivit ad terram à facie Jaacobh fratris sui.* Et hoc est illud quod dicitur Jirmei. 49. 15. *Ecce parvum dabo te inter gentes, contemtum, &c.* Ratio hæc est, quia reliquæ gentes præfectos habent supernos, juxta illud Dan. 10, 20. *Et ecce princeps Javan venit.* Quales etiam est princeps regni Persici ibid. vers. 13. 20. & præfecti reliquorum septuaginta populorum. Et de Jisinaël dicitur, quod populis illis præfuerint duodecim principes Gen. 25, 16. Portio autem & hæreditas Esau fuerunt dæmones illi pilosi, qui infimi sunt inter omnes creaturas. Unde ipsum nomen Seir: atque hinc dicitur Jehosch. 24, 4. *Et dedi Esavo montem Seir ad possidendum eum.* Quod autem Jirm. 49, 16. de Edom dicitur: cum exaltaveris veluti aquila nidum tuum, &c. id ex eo intelligitur, quia præfectum habet, qui vocatur Samaël, qui vires largitur dæmonibus pilosis; & est Nephesch sphæræ Martis: sed non est de genere septuaginta principum, qui in sua statione consistunt. Hic scriptura ait; Ex. 17, ult. *Bellum est Domino in Amalek* מדור דור *à generatione in generationem,* ubi phrasis דוֹר דוֹר idem est mysterium, quod extat Psal. 135, 13. *Domine memoria tua in generationem & generationem.* Item Ex. 3, 15. *Memoria mea in generationem & generationem.* Et iste Satan, qui accusator est in supernis Iisraëlitarum: est Samaël impius: de quo intelligendum, quod de tempore Redemtionis legitur Obad. 1, 4. *Cum exaltaveris veluti aquila, & si inter stellas posueris nidum tuum, inde descendere faciam te, dixit Dominus.* Quomodo autem deturbabit eum? cum *ascendent Salvatores*, (juxta Obad. 1, 21.) qui sunt Tetragrammaton Zebaoth, & Elohim Zebaoth, *in montem Zijon*, quod est mysterium El-chai; *ad judicandum montem Esau*, qui est mons Seir. *Et* juxta Jeschai. 24, 21. *visitabit Dominus super exercitum excelsi in excelso: & super Reges terræ in terrâ.* Tunc locum habet textus Jesch. 34, 4. *Inebriatus est in cælis*

gla-

gladius meus. Ecce Edom descendit. Quo facto, quid scribitur? Jesch. 63, 1. *Quis est iste, qui venit de Edom, rubefactus vestes de Bozrah?* אני *Ego, loquens in justitia, magnus ad servandum*, sicut scriptum est Obad. 1, 21. *Ascendent servatores in montem Zijon.* Ex his præsuppositis Mons Zijon dicitur vocari *Mons Domini*, quatenus nimirum conjunguntur *Mons Zijon*, & *Mons Morijah*: juxta illud Gen. 22, 14. *Et vocavit Abraham nomen loci illius* יראה יי *Dominus videbit*, *quod dicitur hodie, in monte Dominus videbitur.* Mons ergò Morijah subsistit per influxum montis Zijon, & immanationem benedictionis vivæ. Unde dicitur Gen. 22, 16. *Quin juravi dixit Dominus, quod pro eo, quod fecisti rem hanc, & non pepercisti filio tuo, unico tuo, benedicendo, benedicam tibi & multiplicando multiplicabo semen tuum, &c.* Hinc ubicunque reperies: *Quis ascendet in montem Domini.* Psal. 24, 3. ibi latet mysterium, montis Zijon quatenus unitur cum Jeruschalem. *Et Mons Domus Domini* Jeschai. 2, 2. est mons Morijah & Jeruschalem, quatenus in unione est. Sequitur ibidem titulus ציון. Vide plura de montibus in Sohar Mischpatim 49. c. 195. Ki Teze 83. c. 331. 332. Pekude 117. c. 468.

הרהור *Cogitatio;* Quod cogitatio bona ascendat Vid. in Sohar Vajeze 91. c. 361. Kedoschim 38. c. 152.

התקפתא *Vehementia, objectio rigorosa.* R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim ait: quod Malchuth ex parte Chesed hoc appelletur nomine, adducto loco Exod. 15, 6. *Dextra tua, Domine,* נאדרי *magnificata est* בכח *in potentia.* Ubi Targum habet בתוקפא in vehementia & rigore. Verum autem est, quod hæc vox referenda sit ad Gebhuram quæ in Gedulah. Sic enim in Sohar docemur, quod sinistra contineatur in dextra ex eodem loco. Sine dubio enim vox כח potentia, spectat ad Binah, quatenus nempe judicium pertinet ad sinistram: Exhinc autem comprehenditur Chesed in Gebhurah. Pard. Tr. 23. c. 5. h. t.

ו *Vav.*

ו

ו *Vav.*

DE Litera Vav ſic ſcribitur in Libro Temunah, quod pertineat ad Tiphereth, quod certum eſt. Additur autem, quod propterea ſit ſimpliciter oblonga, ut oſtendatur, iſtum modum eſſe Columnam mundi. Quod clariùs ex eo fit, quod primò mundus creatus fuit per Judicium; cum autem videret Deus, quod hoc modo ſubſiſtere non poſſet, adjunxit illi miſericordiam: unde, quia miſerationes ſunt cauſa, ut mundus ſubſiſtat, iiſdem nomen columnæ tribuitur, cui innititur mundus. Porrò dicit, Iſtius literæ faciem averſam eſſe ab He; quia *He* denotat judicium, in quo nulla miſericordia; Illa igitur ad Cheſed converſa eſt, & à Judicio faciem avertit. Porrò ſubjungit, illam ſurſum ſpectare ad Kether, ut abinde influxum accipiat: eam tamen etiam ſpectare deorſum, ut influxum demittat in Malchuth. Tandem addit, dominium ipſius eſſe in hora ſolis, juxta illud Pſ. 84, 12. *Quia Sol & Scutum Dominus.* Refertur autem ad Tiphereth, quia iſte compoſitus eſt è ſex membris, quæ ſunt, Gedulah, Gebhurah, Tiphereth, Nezach, Hod, Jeſod: ו enim eſt nota ſenarii. Eſtque oblonga; quia eſt fluvius, qui occultè ſub myſterio Daath, irrigat omnes plantas horti. Sicut autem Vav in Tiphereth, vocatur Vav ſupernum, vel Vav nudè & ſimpliciter loquendo: ita quandoque Jeſod vocatur Vav parvum, vel Vav inferius, quia & ille modus conſtat è ſex extremis, ſicut ipſe Tiphereth: nam quicquid accidit Jaacobo, accidit etiam Joſepho; & corpus atque fœdus habentur pro uno; ut ſæpè docet R. Schimeon ben Jochai. Datur tamen etiam aliud Vav, nempe in ſummitate Kether, de quo Tr.9. in fin. Aliquando tria Vavin referuntur ad Gedulah, Gebhurah, Tiphereth, quæ ſunt Vavin è textibus ויסע / ויבא / ויט Exod. 14, 19. 20. 21. Atque ſic etiam Nezach, Hod, Jeſod, dicuntur. Vid. Tr. 14. Hæc obſervat R. Moſcheh

de Leon in Libro Schem; cum loquitur de uncinis columnarum ex Ex. 27, 10. Pardes Tr. 27, c. 9.

2. Cum Vav occcurrit ab initio Vocis cujusdam, e. g. ואני *& Ego*, ועתה *& nunc*, *&c.* denotatur Tiphereth. Assumta autem ipsa voce, simul quoque denotatur Malchuth, ut in ועתה item ואתה, item ואני: item וזאת, quibus denotantur Tiphereth & Malchuth, quatenus in unione sunt; quod pro regula generali haberi potest. Vid. Tit. ויחוד. Pard. Tract. 23. c. 6. in pr.

3. Vid. plura de Vav in Sohar Sect. Achare 30. c. 119. & Bammidbar in fin. f. 58. c. 232. Vav est Arbor vitæ, id est Tiphereth. Et Chükkath in pr. 86. c. 342. & Vaætchannan 126. c. 501. Omnes literæ, atque sic & Vav, aspectu variant, sicut flamma oblonga: excepto Jod quod rotundum est ut pruna, nec unquam mutatur; juxta illud Psal. 18, 12. Posuit tenebras latibulum suum. Cum è contrario litera Vav majorem præ se ferat lucis copiam. Et anima masculi descendit virtute literæ Vav. Item. Figura literæ ו habet corpus & caput supra se; quod est Jod. Cum autem ob peccatum caput illud separatur à corpore, inde fit וי Væ! Sect. Achare f. 34. & Lechlecha 63. c. 252. Vav parvum est Jesod Tezavveh 79. c. 315. & f. 80. & Pekude f. 102. c. 407.

והו *Et Ille.* Occurrit in illo (carmine de Hoschana ad festum Succah appropriato) אני והו *Ego & Ille.* Ubi intelliguntur Tiphereth & Schechinah roboris ejus, illo nempe casu, quo Tiphereth vocatur הוא. Vocula autem ista והו sine א non ejusdem est dignitatis, ac cum plenè scribitur: quia in pronomine integro הוא repræsentatur unio perfecta, & Gloria superimminens, nempe Kether, per literam א designata. In והו autem Aleph deficit. Nec mirum hoc est, quamvis והו sit nomen ex 72. nominibus; sed הוא saltem particula, unde quis objicere posset, quomodo hæc dignior erit quam Nomen aliquod? Nam similia tradit R. Schimeon ben Jochai in

loco

loco ubi agit de אל שדי & את שדי. Pardes Tract. 23. c. 6.

ויאמר *Et dixit.* Vid. אמירה.

וי *Va, eheu!* Hanc particulam R. Schimeon ben Jochai sic exponit, quod nempe tunc dicatur וי *Va!* quando Vav parvum, quod est in Jesod, nempe litera Jod, sustollitur in Tiphereth, ita ut influxus ibidem colligatur, & Vav Tiphereticum, quod est caput Vav Jesodici, non demittat influentiam; Confer אוי & הוי. Pardes Tr. 23. c. 6.

וידוי *Confessio.* Vid. Sohar Mischpatim 53. c. 210. & Vajikra suo loco.

ויהוה הוא ובית דינו *Et Dominus: Ipse & Tribunal ejus.* Idem est ac Tiphereth & Malchuth. Hic autem objicitur, quod nullus plane Tribunalis adsit character symbolicus; quia Tetragrammaton refertur ad Tiphereth, & litera Vav illuc pariter spectat. Sed respondetur Malchuth, subintelligi ex integra (utriusque modi) connexione. Ubicunque enim dicitur וה׳ הוא ובית דינו *Et Dominus: Ipse & Domus ejus judiciaria;* ibi fit mentio judicii. Non datur autem judicium nisi cum Malchuth, quæ est mensura judicii, validior est quam Tiphereth, qui est modus miserandi. Illa ergo hîc prævalet, & ex integra amborum graduum connexione nomen Ejus subintelligitur. Maritum ejus autem litera Vav designat; ut appareat Ipsum auxiliari & concurrere ad Judicium. Ratio est, quia repræsentatur judicium misericordiâ mixtum. Ubicunq; enim Tetragrammaton occurrit in materia Judicii, ibi misericordia intermixta intelligitur; cujus exemplum est hîc. Et hinc dicitur ויהוה הוא. Nam Vav, quod est Tiphereth vocatur הוא: Verba autem *Tribunal ejus*, designant nomen ipsum, estque Malchuth. Aliter dictum hoc: וה׳ *Et Dominus*, id est, *Ipse & Tribunal ejus;* sic explicatur: quod præfixio literæ Vav id innuat, Ipsum (nempe Tiphereth) superaddi priori sensui, quo tacitè intelligitur Fœmina tecto scilicet nomine. Quæ explicatio reperitur in Sohar Sect. Trumah ad locum illum Ps. 92, 1.

his verbis: Sæpe reperimus, quod mundus inferior non efferatur nominetenus, sed tacitè subintelligatur, v.g. Et ad Mosen dixit: & vocavit Mosi; ubi semper Nomen subticetur, nec effertur, nisi accedat gradus supernus. Adhibito autem gradu superno, Illa non effertur nominetenus. Hæc ibi. Quibus verbis innuitur, quod Malchuth, quando unita est cum Tiphereth, non efferatur nomine, sed tantum subintelligatur. Unde & hoc loco, ubi Tiphereth exprimitur, Malchuth tacitè subintelligitur; unde additur Vav, quo innuitur, masculum superaddi fœminæ tecto nomine expressæ. Hoc ipsum ergò est illud, quod dixerunt: *Ipse & domus ejus judiciaria.* Nemo enim hominum potest efferre Tetragrammaton, nisi per domum Ejus judiciariam: nec judicat judex nisi in domo quadam. Per se ergò intelligitur Domus judiciaria, quod declaratur per additionem præfixi Vav, quasi nimirum fœminæ jam antea tacitè facta sit mentio. Pardes Tr. 23. c. 6. h. t. Vide plura de ו״ו in Sohar Ba. 17. c. 66. & Pekude 102. c. 408.

ויהי *Et factum est.* Est mensura Judicii, & Gebhurah. Unde majores nostri dixerunt: ויהי est phrasis afflictionem denotans. Ratio est, quia una pars Voculæ est וי væ! de quo supra: sicut & altera pars הי, mærentis est & lamentantis expressio, vid. Tr. 21. Quæ omnia edocent, hanc vocem exprimere vim judicii & Gebhurah. Quæ explicatio etiam occurrit in Sohar Trumah ad locum Prov. 7, 22. adducto loco ויהי אור his verbis: fol. 63. c. 249. *Et è mysterio dextræ prodiit sinistra, unde dicitur* ויהי אור & facta est Lux; *hæc est sinistra: hinc vocula* ויהי *præcedit: nam lex est à sinistra. Et propterea non est signum benedictionis; quare? quia per illam prodit ille, qui tenebris obducit faciem mundi; quod exinde cognosces. Cum manifestatur mysterium Esau, & operum ejus, tunc scribitur.* Gen. 25, 27. ויהי. Et fuit Esau vir sciens venationem. *ubi adhibetur pro confirmatione vox* ויהי; *& fuit venationem sciens, ut seducere queat mandanos, ne incedant via recta.* Hæc ibi. Ubi expressè do-

docetur, quod ויהי pertineat ad Gebhurah, sub notione tenebrarum & nigredinis, de quibus Tract. 10. Pardes Tract. 23. c. 6. h. t.

ויצר *Et formavit.* V. Soh. Naso 66. dispositione 9. c. 267. & Korach in fin. fol. 86. c. 341. præcepto de decimis.

ויכלו *Et perfecti sunt.* Habet numerum עב 72. Sohar Pinchas f. 100. c. 397.

וילון *Velum, Cortina; Nomen cœli.* Est Malchuth. Nam Ista est cœlum primum, quod nullum omninò præstat ministerium, nisi in quantum influxum accipit è supernis. Et Illa intrat manè & exit vesperi; & quotidie renovat opus creationis, prout dicitur in Chagigah cap. 2. f. 12. c. 2. Notum enim, quod Illa sit metrum Noctis. Et quotidie renovat, id est, influxum immittit in omne opus creations; quia omnia influentiam accipiunt per Illam: sicut dicitur Prov. 31, 15. *Et surgit adhuc nocte, datque prædam domui suæ, & statutum puellis suis.* Et hoc est illud quod dicitur in Raja mehimna: *Schechina inferior est* וילון *cortina illa cœlestis, de qua (dici potest:) introducit vesperi, & educit manè.* Hæc ibi. Ubi objectio occurrit, quod hæc nempe contrarium inferre videantur ejus, quod supra è Gemarâ allatum est, nempe, illam intrare manè & exire nocte. At hoc in Additamentis ita exponitur; Intrat manè in mundum hunc, ut eum illuminet: & exit vesperi ex mundo; & mundus obtenebratur. Juxta hanc expositionem Raja mehimna ita est intelligendus: introducit vesperi, i. e. lucem in receptaculum suum, ut expandantur tenebræ: eandem verò educit manè, & illuminat mundum. Juxta quæ nulla contrarietas. Sensus mysticus autem hic est: Nocte, cum Ipsa influxum assugit à Judicio, misericordia ejus absconditur, & tenebræ, atque latus sinistrum expanduntur in mundo. Manè autem Ipsa reproducit miserationes; tenebræ autem secedunt ad montes caliginis. Sic Raja mehimna. Gemara hoc vult: Intrat manè in mundum, ut è medio tollat tenebras

& idola à terrâ: vesperi autem exit è mundo, & misericordia absconditur, ita, ut (juxta Deut. 25, 4.) non obturetur os bovi in tritura sua. Hæc juxta additamenta. רש״י autem, id est, R. Schlomoh Jarchi ibidem sic commentatur: Intrat mane in thecam atque receptaculum suum, quasi nempe וילון sit causa tenebrarum, & tenebras inducat. Juxta hanc interpretationem sensus hic erit: Intrat mane, id est, in thecam suam, & tunc lux expanditur in mundo. Et exit vesperi, & tenebris implet mundum, lux autem implicatur. Et juxta Raja mehimna: Introducit vesperi, id est tenebras in mundum hunc, eumque obtenebrat. Et educit mane, id est tenebras è mundo, ut lux dispergi queat. Sensus autem mysticus hic est: Quod nempe Malchuth sit metrum Noctis; Ista enim volens adhibet Lapidem, & petram offensionis, ut præmium distribuat & pœnam: unde illud Gen. 29, 3. *Et restituebant Lapidem illum,* על פי *super os putei.* Quem locum ita explicant in Sohar Section. Vajeze: על פי id est, secundum os, secundum verba & mandatum, Putei; quæ est Schechinah, sicut dicitur Num. 9, 18. *Secundum os Domini castra metabantur, & secundum os Domini proficiscebantur.* Unde sensus: secundum voluntatem & mandatum Schechinæ restituunt lapidem offendiculi; Nam Ipsa est causa, quod Klippoth & Cortices expandantur sub initium noctis, quando nimirum Illa imbibit rigorem judicii. Sicut Ipsa quoque Eosdem recondit in receptaculum suum, nempe in foramen abyssi magnæ, ubi quasi theca eorum, ut dictum Tract. 26. Et Illa iisdem licentiam concedit ut expandantur. Nam (juxta Eccl. 3, 11.) *Omnia fecit pulchra in tempore suo: etiam impium ad diem malum.* Prov. 16, 4. Sed in die bono esto in bono, (& in die mala, vide.) Eccl. 7, 15. Pardes Rimmon. Tr. 23. c. 6.

ויקרא *Et vocavit.* Vid. in Sohar suo loco, & Balak 98. c. 389.

ויסע ויבא ויט, sunt tres versiculi. Exod. 14, 19. 20. 21. ubi

ויסע etiam de Abraham dicitur Genes. 12, 9. c. 20, 1. sicut ויט de Jizchak Gen. 26, 25. & ויבא de Jaacobh Gen. 33, 18. Ser Sahabh.

ועד *Conventus, congregatio.* In Sohar Sect. Breschith, sic exponitur ad locum Ex. 15, 18. quod vox ועד pertineat ad Binah, quodque ibi sit congregatio, & consistentia, & perfectio omnimoda, id est, quod ibi conveniant omnia sex extrema, ut accipiant influentiam. Hæc enim vox denotat Domûm Conventus. Additurque ratio, quare ibi conventus illorum sit, quia nimirum ibidem statio perennis & perfectio datur. Hinc patet, quod Binah non vocetur ועד, nisi sub hâc significatione, quod in ea congregentur Sephiroth, ut stabilitatem nanciscantur. Pardes Tr. 23. c. 6. Vide & Sohar Trumah f. 60. c. 237.

ושט *Oesophagus, gula.* Symbolum est illarum Potestatum, quæ vocantur *Ignis Domini,* sicut dicitur in Mischnah Sevachim c. 5. *Et totum absumitur Ignibus.* Isti enim comedunt carnem & pinguedines, & odor tantùm sursum ascendit. Unde illud Levit. 1, 9. 13. 17. c. 2, 2. 9. c. 3. 8. c. 23, 13. *Ignitio odoris quietis Domino.* Ubi *Ignitio* pertinet ad gulam; at *odor* dicitur esse *quies Domino.* Iste igitur Ignis est totum illud Genus Potestatum inferiorum, quæ omnes sub Mercavoth. Nam in Sacrificiorum negotio, illæ appropinquant ad Dominum ut ibi consistentes ministrent, & benedictiones dicant in Nomine ejus. Atque sic exponit hoc R. Schimeon ben Jochai in Cantico Canticorum ad locum, Cantic. 1, 4. Trahe me post te, curremus. Hûc quoque tendit Raja mehimna, his verbis: In conjunctione prima est Gula, quæ deglutit cibum, qui exhinc abit in omnia membra. Ista est in gradu Ignium, qui statim accedunt, deglutiuntque & assumunt quod absumendum est, ex igne; quia quod totum est absumendum est pro Ignibus. Et huc pertinet illud Deut. 18, 1. *Ignitiones Domini, & hæreditatem ejus comedent.* Pardes Tr. 23. c. 6. Vid. Sohar Pinchas 109. c. 435. f. 111. c. 444.

ושתי *Vaschti.* Regina, inter Klippoth consistit ex adverso Rachel; Ser Sahabh.

ז

ז *Sain.*

DE Litera Sain in Libro Temunah traditur, quod figura & spiritualitas ejus pertineat ad Nezach, telum aliquod & armorum genus repræsentans, ad vincendum in judicio. Sic enim hæc ipsa quoque est mensura Moscheh, per quam victoriam reportavit in bello Amalek, dum quamdiu elevabat manûs suas, Iisraël vincebat. Atque hæc est elevatio manus dextræ, quæ est Nezach, supra sinistram, quæ est Hod, tunc enim prævalet vis miserationum. Unde in elevatione manuum dextram altiùs, quam sinistram extollere oportet. Ibidem additur dominium ejus esse in hora solis, quia ibi prævalet vis miserandi per Tiphereth. Alius quidã Sain refert ad Jesod, quod nempe contineat mysterium fœderis, & Sabbathi. Unde (inquit,) sicut Sabbathum est corona sex dierum creationis, ita ז coronam repræsentat super ו, quæ est corona, quæ in fœdere apparet. Et sicut Sabbathum dat מזון cibum omnibus reliquis diebus septimanæ, ita hæc litera vocatur זין quasi cibans, ob cibum ab ipso provenientem. Atque hoc est fœdus procedens è Tiphereth seu corpore, quod est Vav: adeoque post hoc sequitur Sain, fœdus; & Cheth est fœmina, quæ adaptat sese ad suscipiendum influxum masculi. Alius ita: Sain spectat ad Gebhurah, quæ accipit telum, ad impugnadum impios. Verba R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim ubi de hac litera agitur, eò tendunt, quod figura ejus referat ו & י. Illa enim distinguitur in duas vias. Nam Malchuth quando ascendit ad locum suum pristinum, in domum Patris sui, in juventute sua, nonne ascendit gradatim quasi in scala? & quando ascendit in caput Justi, tunc est Corolla in capite cujusvis Justi: Quod ex eo intelligitur, quod vestis Justorum in mundo venturo referatur

feratur ad Malchuth; quo pertinet illud Esth. 5, 1. *Et induit se Esther regno.* Nam Malchuth quando est infra, regnat in hoc mundo; quando autem ascendit ad Binah, tunc fit corolla super caput Justi, qui est Jesod & fundamentum mundi; Et huc pertinet illud: In mundo venturo, non est comestio, &c. Sed Justi sedent, & coronæ eorum in capitibus eorum. Nam Mundus Venturus est Binah. Hoc igitur est ׳ super ו, nempe litera ז. Et hoc Sain vocatur Sain parvum. Alia datur Corolla super capite Libri Legis, quæ R. Schimeoni ben Jochai dicitur: תגא דספר Apex Libri legis; quando nempe Eadem ascendit per gradus usque ad Chochmah, & tunc est Corolla mariti sui; nempe iterum ׳ super ו, quod est ז. Aliquando hoc Jod residet in capite trium Patrum, & fiunt tria Sain, ad instar ש. Atque sic etiam in Nezach Hod & Jesod. Et hæc omnia sunt spicilegium ex agro R. Schimeon ben Jochai. Pard. tract. 27. c. 10. Vid. Sohar Beschallach 24. c. 95.

זאב *Lupus.* Vid. Sohar Vajechi 131. c. 520.

זאת *Hæc.* Est Malchuth. Sic enim tradit R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim: *Quia nullus Propheta vel videns, vel sapiens aliquid assequi valet nisi ad minimum in Illâ, hinc Propheta Jirmei. dicit.* c. 9, 23. Ne glorietur sapiens in sapientia sua, &c. Sed בזאת in Hâc glorietur, &c. *Quapropter & Jaacobh Eandem docuit filios suos, deditque ipsis Traditionem seu influxum ab Ipsâ, unde sic scribitur* Gen. 49, 28. וזאת Et Hæc est illa, de quâ locutus est eis Pater eorum. *Et David, qui influxum habebat ab eâ; sic de Ipsa loquitur* Psal. 27, 3. si castrametatus fuerit contra me, exercitus, in זאת Ego confido. *Ubi hanc Corollam designat, & ad eam cogitatione sua adscendit, ut dicat:* non timebit cor meum. *Et Aharon, qui etiam influxum habebat ab Ea, non intrabat in intima, nisi ad minimum per illam; quod ipsum est, quod scribitur* Lev. 16, 3. Per זאת intrabat Aharon in Sanctum. *Sciebat enim, quod Ipsa sit fundamentum omnium. Illa enim est* Oblatio Domini Num. 9, 7. 13. c. 31,

50. holocaustum Domini Ex. 29, 18. Lev. 23, 15. 1.Schmu. 6, 14 Ignitiones Domini. Lev. 7, 30. c. 21, 6, Deut. 18, 1. *Et Iisraëlitæ, qui habent influxum ab Ea, non desiderant à Deo pignus aliud, ut liberet eos per Ipsam ab exilio, nisi* זאת, *unde scriptum est* Lev. 26, 44. Et etiam quoque וְזֹאת, quando erunt in terra inimicorum suorum, &c. *Et Propheta, cum videret angustias Iisraëlitarum in Exilio, de Istâ inquit:* Thren. 3, 21. זֹאת redire faciam ad cor meum, idcircò expectabo. *Item huc pertinet illud*, Deut. 33, 7. Et זאת ad Jehudah, & dixit, &c. Hæc ibi. Ratio autem quare dicatur זאת, est hæc; quia appellatur אֹת, ut dictum suo loco: cum autem bonum ipsi duplicatur, ita ut accipiat augmentum boni à septem lucernis candelabri puri, quod super caput ejus, tunc vocatur ז׳ אֹת. Pardes Tract. 23. c. 7.

2. In Schaare Orah sub Nomine Adonai post nomen ספר החיים de hoc cognomine reperiuntur sequentia: Ultima Sephirarum crebrò in Lege designatur dictione זֹאת, quatenus monstrat Iisraëlitas quodvis bonorum, & inundationem quamcunque benedictionemque ipsa intercedente suscipere; quà illis aditum ad nomen Tetragrammaton efficit. Quoniam igitur hanc in hæreditatem sibi vendicaverunt Iisraëlitæ, ob quam etiam portio & possessio Tetragrammati dicuntur, illaque sine interruptione cum illis habitat, hinc, quando Tetragrammati conspectum adeunt, unà cum Illis Ipsa ingreditur, & illorum singula vota prosequitur. Cernis enim Summum Sacerdotem die propitiationis, quo Sanctum Sanctorum ingredi licuit, ad veniam, indulgentiam & benedictionem assequendam, nec non, quæ totius anni cursu expetuntur commoda, nisi per זאת hanc mensuram admitti ac introire non potuisse, juxta illud Lev. 16, 3. בזאת *Per hanc introibit Aharon in Sanctuarium.* Imò & Moscheh Altissimi conspectum nunquam adivit, nisi per Hanc: juxta illud Levit. 1, 1. Et clamavit ad Mosen, & loquebatur ei Tetragrammaton de taber-

naculo

naculo Testimonii dicens: &c. Quisnam erat, qui clamavit ad Mosen? nimirum Aleph parvum dictionis ויקרא primò clamavit; & deinceps loquebatur ei ידוד. Unde autem erupit sermo? de Tabernaculo testimonii. Quid autem Tabernaculum testimonii designet & præ se ferat, vide in אהל מועד, hanc nempe mensuram, quæ est Domus conventûs Tetragrammati. Eadem quoque est protectrix Iisraëlitarum in adversis, de qua David Psal. 27, 3. *Si adversus me castrametatus fuerit exercitus, non timebit cor meum: si super me bellum insurgeret, in* זאת *Ego confido.* Hæc Iisraëlitas assidue consolatur, cum illis in captivitate permanens, juxta illud Psalm. 119, 50. זאת *Est consolatio mea in afflictione mea.* Et Ipsa connectit structuram Mercavæ seu currûs: deque eâ dicitur Cant. 7, 7. זאת *Statura tua assimilata est palmæ.* Hujus ductu, tanquam Legis oralis, Iisraëlitæ digni evadebant Lege scriptâ, prout scribitur Num. 19, 14. זאת est *Lex: Homo, qui moritur in Tabernaculo, &c.* Hujus enim dictamine assequimur scriptæ Legis intellectum; & זאת existit mysterium Legis oretenus traditæ. Per Ipsam quoque Israël hæreditavit Terram, quia Hæc est mensura illa, quæ terram eandem inhabitat, unde scribitur Num. 34, 2. זאת *Est Terra, quæ in possessionem vobis contingit.* Eadem bonorum est maximum, à quo futuri seculi vitam adipiscimur, juxta illud Jeschai 54, 17. זאת *Est possessio seu hæreditas servorum Tetragrammati.* Per hanc etiam omnis generis bonorum munera suscipit Iisraël, ad quod dicitur Gen. 49, 28. זאת *Est, quam locutus est illis Pater eorum, & benedixit eis.* Nisi enim זאת adesset, benedictio de nihilo esset. Sic & per eam Moscheh Iisraëlem benedictionis participem fecit: scribitur enim Deut. 33, 1. *Et* זאת *est benedictio,* quâ benedixit Moscheh filiis Israël. Hæc quoque est Illa mensura, quæ Regimini appropriatur, & ob quam ejusdem compos factus est Jehudah, ut ex illo elicitur Deut. 33, 7. *Et* זאת *ad Jehudah.* Monetque Altissimus & hortatur Iisraëliras, ut illam custodiant

atque observent, eamque, sordibus mundati, tractent: uti dicitur Deut. 23, 14. nec fœdum nec turpe quicquam in te appareat, ne tibi avertatur à tergo. Scriptumque est, Deut. 32, 29. *Utinam saperent, intelligerent* זאת, *praviderent novissimum eorum.* Ac si diceret: utinam de Sapientiæ fonte bonum traherent intellectum ad mensuram זאת, per Justum, qui est fundamentum mundi, tunc invenirent gratiam & intellectum bonum, & vescerentur fructu Justi, qui bonus est, prævidérentque novissimum. Nam de spatioso loco fluminis, prudentiæque metro derivarent flumina in mensuram זאת, quæ vocatur אחרית, id est, *novissimum.* Quo tendit & illud Gen. 48, 1. Congregamini, & denunciabo vobis, quid in dierum novissimo eveniet vobis. Et illud Jirmei. 31, 17. spes adest in tui novissimum. Hæc ibi. Sequiturque titulus אחרית.

3. Vide plura in Sohar Schemini 18. c. 71. Achare 26. c. 103. & f. 27. c. 108. & f. 34. c. 136. & Kedoschim 37. c. 146. Item Naso 69. c. 205. & Chükkath in princ. 86. c. 342. Item Heæsinu f. 145. c. 578. 579. Vaæthchannan 126. c. 501. & Trumah 71. c. 282.

זבול *Habitaculum.* R. Moscheh in Libro Schem hocnomen refert ad Binah, verba sunt hæc: זבול *habet significationem conjunctionis, & cohabitationis & unionis, unde scriptura ait* Gen. 30, 20. 21. Hac vice habitabit mecum vir meus; quia peperi ei sex filios. Est postea peperit filiam. *Et vox illa* Vir meus, *intelligi potest ex loco 2. Schmu. 23, 3.* Vir sapiens valde. Hæc ille. Ubi digitum intendit ad Leam, quæ est symbolum Binah; & genuit sex filios, qui sunt à Chesed usque ad Jesod: filia autem est Malchuth. Quod autem dicit: *Hac vice habitabit mecum*; id denotat unionem Chochmah & Binah. Et vox, *Vir meus*, est Chochmah. Hinc Binah vocatur Habitaculum, ob unionem gradus Chochmah cum ipsa factam.

2. Idem hanc vocem refert ad Tiphereth, his verbis: זבול *Intelligitur à loco Gen.* 30, 20. hâc vice habitabit mecum vir

vir meus. *Nempe ille qui unit & cohabitat toti structura; vir nempe & domus ejus, qui sunt sex. Et Schlomoh dicit 1. Reg. 8, 13.* ædificando ædificavi domum habitaculi tibi. *Et Hoc est unum è septem cælis; quod tamen non ita se habet, ut habitaculum Binah.* Hæc ille. Quibus verbis docet, quod Tiphereth tunc dicatur זבול, quando unitus est cum sex extremis, quia hoc nomen habet significationem unionis. Pardes Tractat. 23. c. 6. Vid. Sohar Behaalothecha. f. 71. c. 283. ubi etiam agitur de

זבולון *Sebulun.*

זה *Hic, iste.* Est Tiphereth; vocaturque hoc Nomine, quia redundat in 12. Havajoth, qui sunt duodecim termini. Hoc זה autem unitur & copulatur cum זאת, tanquam masculus cum fœminâ. Atque sic traditur in Sohar Sect. Ba; his verbis: *Didicimus. Illa Corona, quæ vocatur* זאת, *vocatur mulier. Traditum enim est, quod* זאת *vocetur fæmina. Quare? quia scriptum est* Gen. 2, 23. ex Viro sumta est זאת. *Quis est Vir? Ille qui vocatur* זה, *Iste enim est Vir, nempe masculus, sicut dicitur* Exod. 32, 1. 23. quia זה Moscheh vir. *Isch igitur est* זה, & זאת *desumta est ex* זה. Hæc ibi. Ubi alluditur ad desumtionem Costæ, seu lateris, quæ est Sponsa Moscheh. Tiphereth ergò vocatur זה sub mysterio Gradûs Moscheh, qui in illo est, sub notione Daath, ut dictum Tr. 14.

2. Sed & Jesod eodem modo vocatur זה, quia quicquid accidit Jaacobo, accidit & Josepho. Atque sic traditur in Sohar Sect. Beschallach his verbis: *Dixit R. Jehudah. Non appropinquarunt Iisraëlitæ ad montem Sinai, donec ingressi essent in portionem Justi, eademque facti essent digni. Unde hoc? quia scriptum est:* Exod. 19, 1. In die זה ingressi sunt desertum Sinai. *Ubi nota* זה. *Item scriptum est* Jeschai 25, 9. Et dicet in die illa: Ecce Deus noster זה, expectavimus eum, & servabit nos. זה Dominus, &c. *Hæc ibi.* Et in Sohar Sect. Pekude ad locum illum Exod. 32, 4. Isti sunt Dei tui Iisraël, &c. Sic commentatur R. Schimeon ben Jochai, quod in Sanctitate adhi-

 beantur

beantur voculæ זה & זאת; quia Ille ſemper reperitur cum homine ſub myſterio Fœderis, verba ſunt hæc: *At Spiritus Sanctus vocatur זאת, quod eſt myſterium Fœderis, ſignum illud, quod ſemper exiſtit cum homine. Et ſic dicitur* Jeſchai. 25, 9. זה eſt Dominus; expectavimus eum. *Hac ibi.* Nec mireris, quod זאת dicatur pertinere ad Malchuth, & זה ad Jeſod, idemque ad Tiphereth; quia omnia tria hæc metra vocantur *Fœdus*; ob myſterium ſc. circumciſionis & denudationis. Et ſic Fœdus vocatur Caput Corporis, nam corpus & fœdus habentur pro Uno. Omnia ergò tria ſemper reperiuntur præſentia cum homine, ſub myſterio Fœderis. Unde adhibetur particula præſentem deſignandi, quaſi digito demonſtraretur זה, *hic.* Pardes Tr. 23. c. 7.

זהב *Aurum.* Eſt Symbolum Gebhurah ſicut dicitur Ijobh 37, 22. *De Septentrione aurum venit.* Aliquando tamen etiam refertur ad Binah, de quo dictum eſt Tr. 10. c. 3. his verbis: Quidam colorem auri referunt ad Gebhurah, quia ad rubedinē inclinat; Et ſic reperimus in aliquibus locis libri Sohar. Quidam eundem referunt ad Binah, quod etiam in quibuſdam locis Libri Sohar invenimus. Conciliatio horum autem ita fieri poteſt: Si aurum dicitur exſuſcitatio Gradûs Binah cum Gebhurah, & utriusque unio ſub myſterio Judicii lætificantis. Cui affine eſt, quod in Sohar traditur Sect. Trumah fol. 66. c. 263. his verbis: *Dictum eſt, ſeptem eſſe auri ſpecies. Nec objicias, cum Aurum ſit Judicium, hâc ratione argentum ſupra illud elevari. Id enim ita ſe non habet; nam Auri gradus celſior eſt omnibus: ſed tunc aurum in via occulta intelligitur, quod eſt Aurum ſupernum, ſeptimum ſcilicet inter omnes auri ſpecies. Et hoc eſt aurum illud, quod ſplendet, & perſtringit oculos. Et hoc eſt tale, quod cum in mundum prodit, ab omni re, cuicunque adhæret, abſorbetur. Exinde autem procedunt & producuntur omnes auri ſpecies. Quando autem ſubjectum illud, quod auri no-*

men

men habet, vocatur זהב *? quum existit in lumine, & elevatur in dignitatem reverendam, atque in gaudio superno reperitur, ut exhilaret inferiora. Cum autem Judicium repræsentat, tum ab illo colore mutatur in hyacinthinum, nigrum & rubrum, atque tunc repræsentat judicium rigorosum.* זהב *autem gaudium refert, & summam reverentiam gaudii constantis, & exsuscitationem gaudii. Sed Argentum inferius est, mysterium brachii dextri. Nam caput supernum est Aurum, sicut scriptum est* Dan. 2, 38. *Tu es caput aureum. Pectus autem & brachia ejus de argento v. 32. infra scilicet. Quando autem perficitur argentum, tunc perficitur per aurum; quò pertinet mysticum illud* Prov. 25, 11. *Poma auri in reticulationibus argenti. Invenitur ergò, quod argentum convertitur in aurum, atque tunc perfectus redditur locus ejus, &c.* Hæc ibi. Quibus verbis docetur, quod aurum sit sublimius argento; quia sit in Binah: quod argento nulla obtingat perfectio, nisi uniatur cum auro illo cujus natura occulta est. Et quando dicit, quod aurum sit sublimius notione rubri; Color ruber enim est judiciũ, quodq; non lætificat; non generatim & propriè accipit vocabulum rubri, sed sensu minùs accurato: Nam & R. Schimeon ben Jochai ipse docet, quod color ruber & aureus unum & idem sint. Ubi id vult, quod rubrum sit notio affinis notioni auri. Verba ejus sunt hæc: *Est rubrum, nigrum & hyacinthinum. Rubrum reverà est è die secunda, ad instar coloris Ignis, & hoc est nomen* אלהים, *eique appropriatur color auri, hi enim colores unus sunt color. Hyacinthinum prodit ex illo colore rubro, & cum descendit color ruber, tunc removetur in illum usque locum, qui est Mare, & coloratur colore hyacinthino. Illud nempe rubrum intrat in mare, ejusque species debilitatur, & convertitur in hyacinthinum vel cœruleum. Et hoc etiam est* אלהים *; sed non sensu tam rigoroso ut dictum est. Nigrum quod attinet, iste color prodit è liquefactione rubri* (auri) *cum debilitatur, & inferius mutatur in liquefactione scoriarum, &c.* Hæc ibi. Ex his apparet,

ret, quod rubrum & aureum cognata ſint, quamvis unum paulò ſit ſublimius altero: Nam זהב *aurũ* denotat notionem Gebhurah, ſed cum Binah; juxta myſterium vini, quod lætificat. Et propterea aurum nobiliùs eſt argento, quia hoc infra tantum locum habet in Cheſed. De ſeptem autem ſpeciebus auri, quidam aliter loquitur, (quam conſuetum eſt;) verba ejus ſunt hæc: Tres ſunt auri ſpecies ſupra, tanquam facies ſpectabiles; & quatuor infra tanquam Lapides Sancti turbati (Sechari 9, 16.) Tres illæ autem ſunt:

זהב סגור *Aurum incluſum*, quod eſt aurum occultum, & clauſum ab omni parte ſua, quod oculus non vidit, præter te Elohim.

זהב שחוט *Aurum ductum*, quod ad myſterium ſeptentrionis ſpectat, illo tempore, quando ventus malus venit ab Aquilone, ubi tota cauſa mutatur, & totum punctum. Nam quando in mundo proceditur ſecundum judicium, tunc aurum vocatur זהב שחוט, aurum ductum; malleo diſtractum, & quaſi occiſum. Quando autem temperatur puncto dextro, tunc vocatur

זהב תרשיש *Aurum Tharſicum*; quod provenit è תריסש bis ſex, quæ ſunt duo puncta, quæ ſingula cõſtant ſex membris. Dum ergò judicium viget, dicitur aurum. שחוט. Huc pertinet aurum ירקרק flavum, quod eſt Malchuth, ſub myſterio judicii inferioris. Unde Eſther flava erat. Et Vir Meſſiæ, David influfluxum aſſugit à duobus illis Locis, nempe auro tracto & flavo. Hinc שוחט occiſor fuit, omnes facies in flavedinem convertens, juxta cauſas, è quibus influxum aſſugebat. Quatuor autem ſpecies ſunt infra:

זהב אופיר *Aurum Ophir*; Hic eſt locus judicii, quod ſequitur poſt judicium; & participat de myſterio

זהב שבא *Auri Sabai*; Pſ. 72, 15. qui pariter eſt judicii locus, occultatus ſub myſterio fœminæ, quo pertinet illud Ijobh. 1, 15. *Et delapſa eſt Scheba & abſtulit eos*; eo ſenſu, quo com-

commentatus eſt lingua Chaldaica R. Joſeph in locum hunc. Intelligendo per Schebha Lilith impiam, &c.

זהב טהור Aurum purum autem, totum eſt bonum, eſtque ſupra, juxta illud Jirmæi. 10, 9. *Argentum extenſum de Tarſchiſch affertur*; & refertur ad Aurum Tarſenſe. Et hæc materia pertinet ad partes Boni. Quod hinc ſelectum eſt, eſt infra, tanquam mixtura boni, &c. Hæc ille. Pardes Rim. Tr. 23. c. 7. & tr. 10. c. 3.

2. Vide plura de auro in Sohar Sect. Vajechi 132. c. 524. & Pekude f. 106. Ki Tiſſa f. 82. c. 328. & Jethro f. 41. c. 161, & Trumah f. 62. c. 246. f. 65. & f. 60.

3. Æſch Mezareph de Nomine זהב ita ſcribit: Jamque introducam te in Antrum materiæ occultæ, & oſtendam tibi theſauros Schelemiah (Nehem. 13, 13.) perfectionem ſcilicet Lapidum. (Ex. 27, 6.) Veni vide! Plura ſunt loca, ad quæ refertur Aurum; nempe Gebhurah, & Binah, & alia ſpecialia, ubi diſponuntur auri ſpecies, ab hoc ita, ab alio aliter. Nunc autem auri naturam tibi repræſento in Tiphereth. Nec eſt quod formes objectiones è verbis Sohar, vel Tikkunim: Scito enim, quod hoc loco intelligatur Tiphereth modi Gebhurah. Et myſterium eſt magnum, quia Tiphereth communiter ſub ſe continet ferrum, ſub quo nos aurum quærimus. Hic eſt שמש Sol naturæ & artis, cujus numerus minor eſt 10. ſymbolum totius perfectionis, quem numerum etiam per Gematriam tibi oſtendit numerus minor Iſtius gradus תפארת; & eodem pertinens Nomen אהיה minore computo. Miſce igitur ferrum & lutum, Dan. 2, 33. & habebis fundamentum ſummitatis aureæ. Hoc eſt aurum illud, cui attribuitur notio Tetragrammati Exod. 32, 5. in hiſtoria vituli, quod comminuendum & aquis inſpergendum eſt ib. verſ. 20. Ubi deinde videbis ſeptem auri ſpecies in opere ipſo ſeſe invicem inſequentes. Nempe 1. aurum ſimplex, quod זהב nudè dici poteſt, eſt enim revera aurum, quamvis è terra non effoſſum, nec

ignis violentia destructum, sed vivum, ex undis emergens, colore quandoque nigro, quandoque flavo, sæpe etiam pavonaceo; in aquas sponte retrogrediens. Atque hoc dici potest זהב שבא quasi dicas שבי aurum captivitatis, quod recenter captivatum & inclusum est carceri suo; ubi jejunium habet quadraginta dierum & noctium, ut nescias, quid sit ei, (Exod. 32, 1.) nihil enim tunc ab extra operatur; sed deinde 2. fit זהב שחוט quasi mactatum esset & occisum; moritur enim & jugulatum ibi cadaveris instar putrescit & nigricat. Ibi est sub judicio, & Cortices dominantur in ipsum, & vis nominis 42. literarum tempus suum in ipso explet. Sequitur autem 3. זהב אופיר, quasi dicas אפר, fit enim colore cinerum; quod tempus 22. literæ Alphabethi tibi determinant. 4. Fit זהב טוב, quia jam bonum est ad Colorandum, quamvis non auri sed argenti colore tantum. Hoc dici potest כתם, jam enim dici potest è Tr. 4, 1. Quomodo rubigine vel rubedine obducetur aurum, & mutabitur הכתם הטוב argentum bonum; Et tunc huc pertinet illud quod scribitur Ijobh 22, 24. *& pone super* עפר, vult dicere, עפרת *plumbum*, בצר *argentum*, id est, aurum hoc albicans; nam exinde habebis argentum. ובצור, *&* cum erit *in Lapidis statu*, adhibe נחלים torrentes aquarum metallicarum: unde habebis אופיר *aurum ophirinum* optimum. Jam habebis numerum Nominis summi אהיה nam post 21. dies hæc possidebis. Si jam vis aperire thesaurum tuum, aperi, sed tantum dabis argentum tanquam Lapides 1. Reg. 10, 27. Si verò plura expetis, sit aurum tuum porrò 5. זהב סגור aurum inclusum, maneat in carcere, in loco suæ maturationis, in visceribus terræ sapientum, totum tempus decubitus Jecheskel Jechesk. 4, 6. Et fiet 6. aurum tuum ירקרק flavum, tanquam זהב פרוים. Isti sunt triginta viri Jud. 14, 29. quos percussit Schimschon. Nam hoc facto 7. aurum erit פז, & מופז & אופז, roboratum ad colorandum & subigendum omnia imperfecta. Hoc est illud חרוץ res illa acuta, penetrans, quæ

juxta Ijobh 41, 21. *Debet ſterni ſuper lutum*, id eſt, imperfe-
ctum, quod habet כח potentiam ad aureitatem, nam טיט &
כֹּח numeris æquipollent. *Et fervere faciet veluti ollam pro-
fundum* catini; *mare* aquarum craſſarum metallicarum, *ponet
ut vas pigmenti. Poſt illud* autem *lucere faciet ſemitam.* Be-
nedictum ſit nomen gloriæ Regni ejus in ſeculum & ſem-
piternum! Hæc ſcribo Exiguus ego, pro tenuitate cognitiónis
meæ, qui quærendo quæſivi occulta; ad ſanationem creatura-
rum. Commovit autem me illud, quod traditur in Sohar
Heæſinu f. 145. c. 580. de officio medici, ut non deſiſterem à
viâ bona & rectâ, donec invenirem medicinam optimam.
Verba autem ibidem ſunt hæc: Scriptum eſt Deuter. 32, 10.
Inveniet eum in terra deſerti & in vaſtitate ululatus ſolitu- "
dinis, cauſas applicabit ei, intelligere faciet eum, &c. Rectè, "
quoniam impoſuit omnibus illis corticibus ut ſervirent ei. "
Huc uſque ſcriptum erat in Libro illo Kartanæi Medici. De- "
inde extraxerat ex hoc textu varias obſervationes ſapienti "
Medico neceſſarias, circa curam ægroti, decumbentis in cu- "
biculo morbi, ubi vincti Regis (Geneſ. 39, 20.) ut colant Do- "
minum mundi. Cum enim prudens medicus ad eum ve- "
nit, *invenit eum in terra deſerti, & in vaſtitate ejulatus ſoli-* "
tudinis, qui ſunt morbi, quibus affectus eſt: invenitque eum "
in captivitate Regis. Hic objici poſſet, quia Sanctus ille, q. "
b. ſ.! illum prehendi juſſit, non licere homini curam ejus "
habere. Sed hoc ita ſe non habet. Nam David inquit Pſ. "
41, 2. *Beatitudines ſunt ejus, qui intelligit* (curam) *circa at-* "
tenuatum. Attenuatus autem eſt ille, qui decumbit in do- "
mo morbi. Et ſi Medicus eſt ſapiens, Sanctus ille, q. b. ſ.! be- "
nedictionibus ipſum cumulat, circa eum, cujus curam ha- "
bet. Ille medicus autem invenit eum, *in terra deſerti*, id eſt, "
in loco morbi, ubi decumbit. *Et in vaſtitate, ejulatus ſolitu-* "
dinis, qui ſunt morbi affligentes eum. Quid faciendum eſt "
ipſi? &c. Dixit R. Eleaſar: Hactenus nihil audivimus de "

„ Medico hoc nec de Libro isto. Nisi quod aliquando mihi
„ narravit Mercator quidam, audivisse se à Patre suo, suo tem-
„ pore fuisse Medicum aliquem, qui viso homine ægroto, sta-
„ tim dixerit: hic vivet, ille morietur. Deq; eo famam fuisse,
„ quod fuerit Vir justus, verax, timens peccatum; quique, si
„ quis non potuerit assequi ea, quibus opus fuisset, eadem Ipse
„ emerit & de proprio suppeditaverit. Dictumque fuisse, in to-
„ to mundo tam sapientem non extitisse. Istum precibus suis
„ plura effecisse, quam manu sua. Cumque existimaremus
„ hunc ipsum fuisse eundum illum Medicum; regerebat Mer-
„ cator ille: Certè liber ejus in manu mea est, quippe quem ex
„ hæreditate Patris mei obtineo. Et omnia dicta illius Libri
„ occultata sunt mysterio Legis; inque eo profunda reperi-
„ mus arcana; & multa medicamina, deque quibus ibidem ha-
„ betur, non licere illa applicare, nisi illi, qui metuat pecca-
„ tum, &c. Dixit R. Eleasar: si liber iste est penes te, com-
„ moda eum mihi. Respondit: Faciam, modo illum osten-
„ dere vis Lucernæ Sanctæ; Et audivimus; dixit R. Eleasar:
„ Iste Liber fuit in manu mea per duodecim menses, & inveni-
„ mus in eo lumina sublimia & pretiosa, &c. Et multa gene-
„ ra medicaminum reperimus in eo, ordinata secundum re-
„ quisita Legis, & arcana profunda, &c. & diximus, Benedi-
„ ctus sit misericors ille, qui sapientiam largitur hominibus de
„ sapientia superna, &c. Hæc ibi. Ista commoverunt me, ut quærerem Libros similes bonos, & arcanos; & secundum manum Dei mei bonam super me inveni, quod te nunc edoceo. Et Camea hujus metalli est omninò mirabilis; constat enim è sexies sex loculamentis reticulationis; ut ubique elucescat virtus admiranda literæ Vav, istius nempe Tiphereth; & columnæ & lineæ omnes tam ab imo sursum, quàm à dextra ad sinistram, & ab angulo ad angulum eandem referunt summam; & variare potes eandem in infinitum; & summæ variatæ semper hunc observant tenorem, ut numerus eorum minor vel

sit

sit ternarius, vel novenarius, vel senarius, & iterum 3.9.6. & sic porrò, de quibus multa tibi possem revelare. Adscribo autem exemplum, cujus summa repræsentat numerum 216. אריה Leonis hujus nostri admirandi 14. vicibus, qui est numerus nominis זהב aurum.

יא	סג	ה	סז	סט	א
יג	כא	נג	נה	טו	נט
לז	כז	לא	כט	מה	מז
לה	לג	מג	מא	לג	כה
מט	נז	יט	יז	נא	כג
עא	ט	סה	ז	ג	סא

Computa & ditesce! Æsch mezareph cap. 2.

זו *Hic.* De hac particula videatur Sohar Schophetim 132. c. 527.

זוג *Compar.* Vid. Sohar Mischpatim f. 45. c. 180. De animabus maris & fœminæ simul prodeuntibus & deinde separatis Tasria in pr. f. 15. Et Vajelech in pr. f. 138. c. 550.

זיווג *Copula maritalis.* Item Tempus pubertatis, in quo congressus fieri potest. Ubi notandum in genere, quod זווג seu status pubertatis dependeat à Cerebris, quæ sunt Chochmah cum sequentibus. Etz Chajim. Tract. Ozaroth Chajim. Sect. Olam Ha-Aküdim. Vid. Titulos נפל n. 2. & מצח item נוקבה. Vid. Sohar Lechlecha 82. c. 245. seq. Vajeschebh 105. c. 419. Vajiggasch 114. c. 458. Vajechi 45. c. 180. Mischpatim 46. c. 182. Jethro 40. c. 159. & Zav. 15. c. 57.

זולל וסובא *Comessator & potator*, Deuter. 21, 20. Pertinent ad Corticem Nogah. Ser Sahabh.

זיקים *Catenæ: compedes.* Explicatur è loco Ijobh 36, 8. ubi verba hæc: ואם אסורים בזיקים *Et si vincti in compedibus*,

intelliguntur de Schechinah, quæ vincta dicitur in carcere. Pard. Rimm. Tr.23.c.7.

זירת *Oliva*. Est Malchuth. Notum autem, quod circa dissectionem panis ad benedicendum occurrat quantitas *ad instar olivæ*, & *ad instar ovi*. Quod ita exponitur in Raja mehimna, quod sub phrasi *ad instar ovi* intelligatur Jod primum, id est, Jod nominis ארני ab imo sursum ascendendo juxta naturam Lucis reflexæ, cui assimilatur ovum; quæque est prima ex parte nostra. Sub phrasi autem *ad instar olivæ* Jod alterum, nempe Tetragrammati, quæ est Lux directa in principio duorum horum nominum יאהדונהי, ubi per duo Jodin denotantur Chochmah superior, & Chochmah inferior. Oliva ergò reducitur ad Malchuth ex parte Chochmæ supernæ, quia ab illa prodit oleum, quod sapientem reddit. Pard. Rim. Tr.23.c.7.

זכור *Memento*. *Voces* Memento *Exod.* 20, vers. 8. *&* Custodi *referuntur ad Sanctum illum, q. b. s.! & Schechinam ejus. Beatus ille, qui illos unit die Sabbathi, qui est Jesod, &c.* Ita habet Sohar. Quibus verbis docetur, quod זכור & שמור sint Tiphereth & Malchuth. In quo consentiunt Cabbalistæ dum dicunt, quod זכור pertineat ad זכר masculum, & שמור observa, ad fœminam. Quidam tamen זכור refert ad Jesod, quod non ita fundamentale est. Ulteriùs tamen in Sohar Sect. Jethro ad locum Exod. 20, 2. Ego Dominus, Deus tuus, &c. *Masculus & fœmina simul, ambo vocantur* זכור *: quare? quia Ille suscipit fœminam, Eamque continet in se. Et propterea, non nisi Illius fit mentio tantum. Quando autem Illa maritum in se comprehendit, & Ille ad Ipsam pervenit sicut dicitur* Cant. 3,4. donec introducam Eum ad domum matris meæ, &c. *Tunc Illa effertur Nominetenus, & omnia vocantur* שמור custodi. *Quare? quia Illa eum attraxit ad se & suscepit illum. Tunc tota domus sub arbitrio & nutu fœminæ subsistit, & non nisi Ejusdem tantum fit mentio; & in æternum non separantur ab invicem.*

cem. Hæc ibi. Ut hæc rectè intelligantur, formabimus objectionem ex alio loco, ubi R. Schimeon ben Jochai in Raja mehimna sic ait: *Sanctus ille, q. b. s.! eſt* זכור *(memento) ad dextram;* & שמור, *(custodi) ad ſiniſtram:* & *Schechinah eſt Recordatio ad dextram,* & *obſervatio ad ſiniſtram. Adeoque Ipſa eſt phylacterium capitis in homine,* & *phylacterium Ejus. Atque ſic Schechinah eſt* Lex Domini perfecta (Psal. 19, 8.) *Et Præceptum Ejus. Et hoc ex parte columnæ mediæ, quæ ſimul continet Judicium* & *miſericordiam, vocatur* זכור & שמור; *Ipſa verò* זכירה & שמירה *recordatio* & *obſervatio. In omnibus præceptis (ſeu Sephiris) Ipſa æqualis eſt Illi. Sed ex parte Cheſed* & *Gebhurah, Sanctus ille benedictus dicitur* זכור, & *Schechinah* שמור, *ſicut concluſimus. Nempe* זכור *ad maſculum* & שמור *ad Sponſam refertur. Nam circa dextram* & *ſiniſtram rami dividuntur, ad inſtar loborum pulmonis, qui ſeparati ſunt in ſupernis,* & *juxta hunc archetypum in animantibus,* &c. Hæc ibi. Pro horum conciliatione notanda ſunt ea, quæ diximus Tract. 8. Quod nempe pruritus Fœminæ ad copulam ſupernam exiſtat è parte ſiniſtra; pruritus autem maſculi ex parte dextra. Ratio eſt, quia fundamentum fœminæ eſt ad ſiniſtram, maſculi autem ad dextram. Cum ergò maſculus applicatur ad fœminam, tunc Ille tantum eſt adjunctum quoddam Fœminæ; Fœmina ipſa autem eſt ſubjectum fundamentale: Maſculus autem nomine non effertur. Cumque copula eorum ita ſe habet, tunc locum habet, quod dictum eſt, quod ſcil. ambo vocentur שמור, ex parte ſiniſtra, quæ prævalet. Imo, poſito caſu, quaſi impoſſibili, licet non planè admiſceatur זכור, nec accedat pruritus aliquis in dextra etiam tendens ad copulam, (ſed maſculus proprium retineat ſtatum;) cum tamen alterum raro contingat ſine altero; tamen maſculus non effertur nomine, nec dextra; quia tantum ſunt adjuncta ſiniſtræ & ז״א שמור, quæ eſt fœmina; unde hujus manus prævalet, & fundamentum nominis ex Eâ ſumitur, ut dicatur שמור; adeoque ambo ſimul

ſunt

sunt שמור. Cum autem fœmina copulatur cum masculo, id est, cum applicatur ad latus masculi, tunc Ista fit adjunctum masculi: Masculus autem est subjectum fundamentale: Fœmina autem nominetenus non effertur. Cumque copula eorum ita se habet, tunc locum habet, quod dictum est, quod sc. ambo vocentur זכור ex parte dextræ, quæ prævalet. Imo, posito casu quasi impossibili, quamvis non plane intermisceatur vis שמור ־ﬡ nec accedat pruritus sinistræ etiam ad copulam tendens; cum tamen hoc sine illo rarò contingat; tamen fœmina non effertur nomine, nec sinistra; quia tantum sunt adjuncta dextræ, & זכור ־ﬡ, qui est masculus, & propterea hujus manus prævalet, & fundamentum denominationis ex Eo sumitur, & ambo dicuntur זכור. Rami autem dicuntur dividi in dextrum & sinistrum, nam circa Chesed & Gebhurah יהוה est ad dextram, & אדני ad sinistram; sed יאהדונהי est in Tiphereth, quippe ubi copula est æqualis. Ex his etiam intelligi potest illud: Berachoth f. 60. 1. *Si fœmina primò semen ejiciat, nascitur masculus.* Id est, si Ipsa accedat & abeat in locum mariti sui, tunc nascitur masculus, quia Ipse effertur nomine, & non Ipsa; Ipse autem est masculus, (quo pertinet illud Ps. 25, 6.) זכור *Recordare miserationum tuarum Domine.* Cum autem accedit Ipse ut abeat ad locum Illius, tunc generat fœminam; quia Ipsa profertur nomine, & non Ille, tunc locum habet phrasis שמור, quod est judicium & fœmina. Pardes Tract. 23. c. 7. Vide זכירה it. זכרון. Et in Sohar Trumah 61, c. 244 & f. 72. c. 285. Æmor 45. c. 177. Et Bechükkothai in pr. f. 55. c. 218. & Chükkath; ubi, quod זכור præceptum affirmativum & masculus, sed שמור præceptum negativum & fœmina. Ser Sahabh.

זכירה *Recordatio.* Omnes interpretes in eo consentiunt, quod recordatio sit in Jesod. Iste enim est Referendarius, qui in supernis omnia revocat in memoriam in loco Vitæ. Unde tempore Novi Anni precamur: *Memento nostri in vitā.* Et sic quoque

זכרון

זכרון תרועה *Memoriale jubilationis*, Levit. 23, 24. quando est in die Sabbathi, est Jesod. Pertinet enim & hoc ad phrasin illam Lev. 6, 15. *Suffire faciet in altari odorem quietis, suffimentum memoriale Domino.* Sicut & locus Psal. 20, 4. *Recordetur omnium oblationum tuarum.* Ubi intentio dirigitur ad Jesod, qui omnes Mensuras colligat, prout R. Schimeon ben Jochai tradit in Tikkunim his verbis: *Et omnes Rami ibidem uniuntur & colligantur & connectuntur, & implicantur sibi invicem. Et omnia sunt per Justum, & sine Justo nulla est appropinquatio nec unio, &c.* Quibus verbis docetur, nullum omninò esse nexum vel unionem Sephiris nisi per Jesod. Nam זכירה habet etiam significationem קטורה suffiendi, vel potius connectendi, prout dicitur Levit. 6, 15. *Suffimentum vel connexionem Domino.* Et huc tendit David, dum inquit Ps. 38, 1. *Canticum David ad commemorandum*, id est, ad connexionem & colligationem τῆς Malchuth cum reliquis Sephiris per Jesod. Fortè tamen vox זכירה habet significationem masculinitatis, quia per naturam masculinam, quæ est Jesod, fit unio omnium Sephirarum; Porrò in Sohar Sect. Vajeze dicitur: sicut datur זכירה ex parte masculi in Sanctitate; ita est זכירה recordatio in malum ex parte Corticum in sinistra, sicut scriptum est Psal. 78, 39. *Et recordatus est, quod caro sunt.* Et similia plura. Pardes Rimm. Tr. 23. c. 7. Vid. Sohar Sect. Jethro 41. & 42. Item Vajakhel 88, c. 350.

זכות *Meritum, dignitas; justitia.* Tribunal supernum (seu Gebhurah) ubi judicantur omnes homines in bonum & in malum; est locus, qui vocatur זכות seu *meritum*, quia ibi fit mentio omnium meritorum seu benefactorum & omnium peccatorum. Et è virtute istius Synedrii magni prodeunt tria Tribunalia alia, ubi judicantur homines ad divitias vel paupertatem; ad sanitatem vel morbum; Et quicquid judicatur in mundo, id judicatur coram Synedrio (hoc) magno, & tribus illis Ejusdem Tribunalibus. Tribus exceptis, quæ neutiquam

judicantur coram Tribunali Elohim; sed procedunt à loco, qui non nisi misericordia est. Suntque *Vita*, *& Liberi*, *& alimenta*. Et quamvis super his tribus in Consistorio Synedrii magni superni aliquid pronunciatum fuerit; si tamen homo in precibus suis intentionem suam dirigat usque ad locum beneplaciti, exaudietur petitio ejus. Et hoc ipsum est, quod dixerunt Magistri nostri: Liberi, Vita, & alimenta non dependent à זכות seu Meriti loco; sed ab Influentia. Ubi per זכות intelligitur Synedrium istud magnum, per Influentiam autem, mysterium Scaturiginis supernæ, qui est fons beneplaciti, cui nomē אהיה, unde profluunt undæ beneplaciti & bonæ voluntatis. Et hæc est Influentia illa, à qua omnia dependent, etiam Liber Legis, qui in Templo. Nullatenus etenim de stellarum influxu id dixerunt Magistri. Schaare Orah sub Nomine Elohim post Nomen גבורה, ubi deinde subsequitur Tit. צפון.

2. Quod Autor Libri Orah זכות refert ad Gebhurah, ob hanc rationem, quia ibi mentio fit omnium benefactorum & peccatorum, id rectè quidem habet; atque sic multi alii exponunt, ubi de vita & alimentis, &c. tractant. Ratio autem, quam subjungit, non usque adeò quadrat: quia è contrario in Gebhurâ est Lanx debiti, ubi mentio fit debitorum hominis. Verum enim est, quod omnia procedant rectè & juxta normam, & tamen Locus debiti, & judicii est in Gebhurah: quomodo ergò vocabitur זכות *benefactum*. Et in Tikkunim R. Schimeon ben Jochai tradit, quod Chesed vocetur זכות; Verba sunt hæc: *A Kether dependent Liberi, Vita, & Alimenta. Hæc enim est Influentia illa omnium, Ipsa verò ab Influentia alia non dependet. Unde Conclusio illa: quod Liberi, Vita & alimenta non dependeant à* זכות, *sed à* מזלא *seu Influentia. Nam Chesed est* זכות. Hæc ibi. Hoc tamen ulteriùs disquirendum. Nam in Hechaloth scribit R. Schimeon ben Jochai, quod Hechal seu Palatium Gebhuræ vocetur היכל זכות *Palatium meriti*, Prout diximus Tract. 24. c. 4. additque rationem, quod hoc

hoc in loco evertatur meritū omnium filiorum mundi. Quod omninò propendet ad verba Libri Orah. Aliter tamen ratio hæc proponitur Sect. Schemoth, ubi hæc: *Istud autem Palatium, vocatur Hechal* זכותא *meriti, quia dum judicium exercetur, primò evertunt meritum, ad instar Sanhedrin.* Semper igitur זכות pertinet ad Chesed, prout tradidit R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim. In Libro Meirath Enajim Sect. Vajera ubi de dicto illo, *non à meriti loco, &c.* dicitur, quod Tiphereth, vocetur זכות; Verba sunt hæc: זכותא est Tiphereth, qui est misericordia. Dixitque R. Abner, rationem esse hanc, quia eôdem referatur צדקה eleemosyna, justitia cui in Targum correspondet זכותא. Hæc ibi. Pard. Tr. 23. c. 7. h. t.

זכר *Masculus*, de masculo & fœmina vid. Sohar Lechlecha 60. c. 237. Vajechi 124. c. 491. Jethro 41. c. 164. Mischpatim 45. c. 180. Trumah 60. c. 244. & Chükkath in pr. f. 86. c. 342.

זכרון *Recordatio.* Mensura El-chai vocatur זכרון recordatio vel memoria: nam hoc in loco commemorantur omnes homines propter omnia opera sua in bonum, & ad benefaciendum; & secundum commemorationem ab hoc loco provenientem, judicium instruitur in omnes venientes in mundum. Unde dies Novi anni vocatur זכרון *Recordatio.* Et mysterium quidem Novi anni est mysterium Adonai; sed *dies recordationis* est mysterium El-chai. Et quia tempore Novi anni nos apparemus coram judicio, & omnia opera nostra examinantur & commemorantur coram Adonai, hinc sub mysterio dicimus; memento nostri in Vitam, Deus, Rex, qui delectaris vitâ, & scribe nos in libro vitæ, &c. El-chai, & Scutum. Et hæc mensura in memoriam revocat omnia, quæ oblivioni tradita sunt: Hinc nos concludimus die Novi anni, dicentes: qui recordatur Fœderis. Quia hîc latet mysterium recordationis & mysterium Fœderis. Cumque David vellet applicari & jungi huic mensuræ, sic incipiebat Psal. 38, 1. Psalmus Davidis

ad commemorandum. Hoc quoque est mysterium phraseos אזכרתה suffimentum in materia Oblationum. Nam mysterium oblationis est recordatio Num. 5, 26. qua commemoratur peccatum. Nam delictum commissum ab uxore declinante, ab hoc loco dependet ut puniatur: quia oblatio Zelotypiæ est ibid. vers. 25. Et hoc in loco reperitur Zelus, juxta illud 2. Reg. 19, 31. *Zelus Domini exercituum faciet hoc.* Nam visitationes sunt sicut commemorationes, nisi quod visitationes fiant per Adonai, & commemorationes per El-chai. Et quia, cum duæ hæ mensuræ, nempe El-chai, & Adonai unitæ sunt invicem, totus mundus in perfectione consistit; Hinc Dominus Benedictus Iisraëlitis diem Sabbathi dedit, correspondentem duobus his metris, juxta symbola זכור *memento*, quod diei est, & ad El-chai pertinet, & שמור *observa*, quod est noctis & ad Adonai refertur. Hinc in Decalogo Exod. 20, 8. & Deut. 5, 12. utrumq; dicitur, *memento & observa.* Credas autem, quod Locus iste, qui vocatur זכרון sit fons omnium benedictionum, in metrum Adonai descendentium, ut illis benedicatur Iisraëlitis: dictum enim: Ex. 20, 24. *In omni loco, ubi faciam commemorare nomen meum, veniam ad te & benedicam tibi.* Et scriptum est Prov. 10, 7. *Memoria Justi in benedictione:* Item Psal. 115, 12. *Dominus memor fuit nostri, benedicet.* Schaare Orah sub El-chai: ibidemque sequitur שבת.

זמירות *Cantio.* Vid. in Sohar Sect. Vajelech. 138. c. 550. seq. Lechlecha f. 63.

זמן *Tempus.* Sohar Tezavveh. 80. c. 319. Breschith 17. c. 68. Vajechi 121. c. 480. Beschallach 25. c. 116. Trumah 78. c. 282. Pekude 106. c. 423. Achare 26. c. 103.

זעיר אנפין *Microprosopus, parvam faciem habens, citò irascens.* R. Moscheh hoc nomen refert ad Tiphereth; his verbis: „ זעיר אנפין est vox è Sohar, ad sensum phrasium אנפי רברבי „ facies magnæ, & אנפי זוטרי facies parvæ. Scito enim, quod „ Kether sit principium totius Aziluth, & propterea vocatur

Caput

Caput. Chochmah autem & Binah sunt facies magnæ, & ce- "
rebrum occultum. Et Tiphereth est principium structu- "
ræ; & Ipse quoque vocatur Caput ad similitudinem figuræ "
hominis spiritualis. Et vocatur facies parvæ, quæ est facies "
Jaacobh, effigurata in Throno gloriæ. Et qui intelligit my- "
sterium illius Textus: *Faciamus hominem*, ista optimè sciet. "
Estque facies Moscheh, facies solis. Hæc ille. Sunt autem "
manifestò inconcinna. Nam Tiphereth vocatur Mundus longus, quomodo ergò ad eundem pertinebit Nomen Seir Anpin. Videtur autem quod Seir Anpin sit Malchuth, quippe quæ similitudinem habet omnium quæ supra eam sunt: & ista parva est. Id quod etiam probari posset ex aliquibus locis Libri Sohar. Nihilominus objici potest, quod in Sohar Sect. Naso dicitur: *Et ab illâ semitæ distribuuntur in 613. semitas, quæ dividuntur per Seir Anpin, de quo scribitur* Ps. 25, 10. Omnes semitæ Domini misericordia & Veritas. Sic inibi. Hæc autem sunt in Tiphereth. Ad hæc nondum respondemus sed manum relaxamus, donec perveniamus ad Commentarium in *Idram* in Libro Or Jakar, ubi exponemus. Pardes Tract. 23. c. 7.

זעיר אנפין ונוקביה seu brevius זעיר ונוקביה brevi irascens & uxor ejus, & abbrev. זון vid. אונים. אצל. חוטם. ישר. מב. מות. נהי. מלוי. נוקבה. 3. 4. 8. ניצוצות 15. 23. 24.

1. De horum formatione Vid. עתיק n. 8. Illa autem facta est sub diaphragmate אא: (nam usque ad illud pertingunt Iisraël Sabha & Tebhunah.) Usque ad finem Pedum ejusdem.

2. Quomodo verò affluxerint lumina superna, rectius intelligetur si rem ab ovo speculeris. Restitutio enim & conformatio Systematis Aziluthici facta est ad modum fœturæ humanæ (quam עיבור vocant.) Postquam enim Arich-Anpin fuisset sub mysterio Ibbur seu Embrionis, pronatus deinde descendebat in systematis Briatici locum, & quidem infra duos articulos inferiores דהיו Nezach & Hod in Attik Jomin; ibique

ſugebat è duabus illis partibus, quæ ſunt in fine pedum ejus, ad inſtar duorum uberum brutalium. Et ſic ulterius adoleſcebat & aſcendebat in Syſtema Aziluthicum, & ſuperinveſtiebat ſeptem inferiores ד׳ Attik Jomin, & ſic ſuam ſortiebatur formam.

3. Sic deinde etiam formabantur Abba ve Imma per modum fœturæ; & poſt tempus Ibbur ſeu geſtationis in utero, progenerabantur, & eodem modo deſcendebant in Syſtema Briah; infra duos illos articulos ד׳ Attik, ibique ſugebant. Deinde autem magis magisque adoleſcebant, atque aſcendentes ſuperinveſtiebant duos iſtos articulos ד׳ Attik Jomin. At porrò aſſumtâ ſtatura majore in Syſtema Aziluthicum aſcendebant ad locum ſuum, & ſuperinveſtiebant ד׳ Arich Anpin à gutture uſque ad locum ſcrobiculi pectoris.

4. Poſtmodum ſequebatur formatio Seir Anpin & Uxoris ejus; qui primò etiam erant in ſtatu Ibbur, ſeu conceptionis & geſtationis in utero Binah. Cum autem veniret tempus ut in lucem ederentur, itidem deſcendebant in Briah, ſubter illos duos articulos infimos ד׳ Nezach & Hod in Attik ibique ſugebant per totum Tempus יניקה ſive Lactationis. Cum autem adoleſcerent, adſcendebant & primò ſuperinveſtiebant duos illos articulos ד׳ Attik. Et cum ulterius creſcerent, porrò adſcendebant in Locum ſuum qui eſt ſub fovea pectoris ד׳ Arich & porrò inferius; iſtumque ſuperinveſtiebant.

5. Et iterum ulterius creſcebant adſcendebantque in Locum נה״י Tebhunæ qui erat ſtatus Infantiæ quem קטנות vocant ibique ſugebant è tribus Mediis ejuſdem, qui eſt locus pectoris. Iſta autem elevatio externa tantum erat, veluti cum Mater infantulo femoribus impoſito lac propinat inter duo Brachia ſua. Et hæc notio ſemper vocatur יניקה ſeu ſuctio atque lactatio; atque ſic triplex eſt ſtatus זו״ן ג׳, nempe עיבור ſeu geſtatio in utero, ſecundò יניקה ſeu lactatio, & tertiò, מוחין דגדלות ſeu pubertas & ſtatus perfecti cerebri in adoleſcentia. Atque hæc eſt vera illa Jenikah de qua toties in ſcriptis Cabbaliſticis

listicis fit mentio: cui etiam plures aliæ involvuntur notiones.

6. Deinde appropinquabat tempus veræ adolescentiæ, quam vocant גדלות, quo scilicet cerebra adolescentiæ intrabant in caput ejus. Tunc enim Nezach & Hod, & Jesod Tebhunæ verè intrabant in caput ejus, ut ipsi cerebrorum loco essent. Nempe jam non amplius erat tempus lactendi, ubi tantum elevabatur usque ad femora, quæ sunt Nezach & Hod & Jesod Tebhunæ, ut sugeret è mammis quæ in pectore; quæ elevatio tantum erat externa. Nunc enim reverà intra ipsum *Seir* veniebant hæc cerebra. Et hæc est Tikkun זין.

7. Jam dicendum quomodo Seir Anpin superinvestiat דא׳ Arich à fovea pectoris & porrò deorsum: quò pertinet quod dixerunt Magistri b. m. Sanctum illum q.b. s. daturum cuilibet Justo trecentos & decem mundos. Cujus dicti sensus inde elucescit, quod Arich Anpin in Generali Systemate Aziluthico sit כתר seu Corona; & in eo sunt lumina sexcenta & viginti, juxta numerum vocis כֶּתֶר, de quo in libro Bahir. Zaddik autem est *Seir* Anpin, qui accepit medietatem כתר seu Coronæ, ex eo quod superinvestiat medietatem דא׳ Arich inferiorem; medietas autem numeri כתר est 310. de quibus vide Sect. תרומה fol. 166. discursu 7.

8. Corona ergò Seir est à fovea pectoris usque ad finem corporis, quod vocatur Tiphereth; nempe usque ad initium femorum.

Et tres articuli Nezachici דא׳ Arich vestiuntur latere dextro דז׳ Seir, quod continet Chochmah, Chesed & Nezach.

Et tres articuli Hodici דא׳ Arich vestiuntur latere sinistro דז׳ Seir, quod est Binah, Gebhurah, & Hod.

Sed Jesod דא׳ Arich vestitur linea media דז׳ Seir.

9. Uxor autem Seir prodit circa locum pectoris ejus & porrò infra illud; sicut Seir prodit ex Arich. Et sic Seir superinvestit דא׳ Arich usque ad finem pedum ejus, ab omni latere;

re; & ibi quoque terminatur pedes Seir & Uxoris ejus: ibique finis est mundi Aziluthici.

10. Attik Jomin autem duas partes nempe Articulum infimum Nezach, & articulum infimum de Hod demiserat in confinia mundi Briah; [quos post factam Tikkun seu formationem reduxit, ut æquales essent pedibus Arich.]

11. Jam dicendum de tempore Ibbur qui est status Embryonis τῦ Seir & Uxoris ejus. Ille igitur formatus est ex septem inferioribus Nominis מה & 7. inferioribus nominis בן (exceptis 7. Coronis earum.) Cum ergò restituendi essent Reges, tunc Seir assumi debebat in אוא ad instar embryonis.

Primò igitur Arich Anpin sursum trahebat pedes suos, nempe נהי, qui adhuc erant nudi, idque usque ad tres suas medias חגת, quæ vestitæ erant ab אוא. Et paulò ante & Attik Jomin attraxerat duos articulos suos medios suarum Nezach & Hod in duos articulos earum supernos, ita ut duo primi ꝑ mediis vestirentur. Sed Jesod τῦ Attik non opus habebat elevatione, ipsum enim terminabatur superiùs in pectore τῦ Arich.

Dein porrò Chesed & Gebhurah & medietas superna Tipheretica τῦ Arich superinvestiebant duos articulos medios τῶν Nezach & Hod, nec non τὸ Jesod τῦ Attik Jomin. Iterum Nezach & Hod Arich vestiebant suam propriam Chesed & Gebhurah; & medietas inferior Tipheretica integebat medietatem propriam superiorem.

Item Jesod Arich deinde vestiebat medietatem inferiorem suæ Tiphereth. Et Atarah seu Corolla ejusdem Jesod pariter elevabatur & vestiebat ipsum Jesod.

12. Deinde ascendebant חגת τῦ Seir & vestiebant Nezach & Hod & Ataram Jesodicam τῦ Arich. Iterum ascendebant נהי Seiricæ & superinvestiebant suas חגת proprias.

Porro ascendebat fœmina, quæ est Malchuth sub notione Athereth seu Corollæ, & vestiebat Jesod τῦ Seir Anpin. Et

sic

ſic aſcenderant notiones Seiricæ; Et ז״א erat in ſtatu Junctarum Ternarum, quo ſcil. tres continebantur in tribus; de quo videatur Sohar Par. בשלח fol. 20. c. 1. in Toſiphtha.

13. Ratio autem ob quam ita colligebantur & colligabantur Sephiræ Seiricæ hæc erat; ut redigerentur ad perfectam unitatem, nec manerent in ſtatu Pirrud ſeu ſeparationis: quippe quæ fuerat cauſa ut morerentur omnes Reges.

14. Et inde patet quòd נ״ה״י conſtiterint in Medio, inter נה״י ד״ז א״א & inter partem internam Patris & Matris. Et ſic intra Patrem & Matrem deliteſcebant ſub myſterio Ibbur ſeu Embryonis in utero Matris detenti.

Nec dici poteſt h. m. inter א״א & Patrem & Matrem extitiſſe quaſi parietem quendam intergerinum, quia ז״א admodum erat parvulus iſtorum reſpectu: præſertim nunc cùm nondum haberet decem Sephiroth, ſed tantum ſex Extremitates, quæ & ipſæ tribus tantùm Membris incluſæ erant.

15. Locus ergo & ſtatio ד״ז ז״א major non erat niſi in medietate inferiore Tipherethica Matris, ubi locus eſt concipiendi & Embryonum.

16. Iſtud quoque ſciendum quod Nezach & Cheſed & dimidia pars Tiphereth; item medietas Jeſod & medietas Malchuth ד״ז ז״א locata fuerint ad latus dextrum intra patrem, medietas autem altera ad latus ſiniſtrum intra Matrem. Quæ tamen deinde omnes collectæ ſunt intra Matrem ſolam.

17. Ex hac autem elevatione omnium Luminum ſupra dictorum; item quod duo articuli Medii ד״א Nezach & Hod in Attik adſcendiſſent in duos articulos primos; excitata eſt lux magna & valida ita, ut Jeſod Attik Jomin eam ſuſtinere non poſſet ob nimiam ſui anguſtiam. Hinc iſtud diffindebatur per longitudinem ſuam à ſummo ad imum: Ita ut Lux foras prodiret.

18. Atque tunc Chochmah & Iiſraël Sabha, quorum locus fuerat ad dextram, jungebantur in perſonam unam: &

ſic Imma & Tebhunah ad ſiniſtram una fiebant perſona. Lumina enim Jeſod jam erant æqualia propter detectionem æqualem, nec erat pars tecta & pars nuda, unde aliàs perſonarum diſtinctio. Quod probè notandum, quia quoties Abba ve Imma jungi volunt, ut Cerebra præbeant ד״ל Seir, tunc fiunt Perſona una in uno, & una in altero latere.

19. Tres autem ſunt notiones in Seir quæ omnes requirunt Reſtaurationem per Ibbur ſeu fœturam ſupra dictam. Prima eſt notio *luminum* in illis Regibus, quæ ſublata ſunt è vaſis atque aſcenderunt, vaſis confractis & delapſis in Briah. Secunda eſt notio רפח נצוצות ſeu 288. ſcintillarum lucidarum, quæ remanſerunt in Vaſis confractis, quarum beneficio hæc poſſent revivificari & reſtitui. (& ſic cum homo moritur aliqua portio de Nepheſch ejus remanet in corpore, cujus beneficio reſurgere poſſit aliquando, de quo Sohar Par. לך לך fol. 170. it. fol. 169. col. 1. ubi de halitu Oſſium in ſepulchro relicto, quò etiam pertinet Locus Jeſa. 58, 11.) Tertia eſt *ipſorum vaſorum confractorum delapſorum* in Briah, de quibus alibi. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tractat. Seir ve-Nukbheh.

20. Alibi dictum eſt de ז״א qualis fuerit ſtatus ejus in Ibbur: nunc etiam dicendum qualis fuerit ipſius לידה ſeu nativitas: datur autem duplex nativitas, nempe vel ipſius ז״א: vel cerebrorum ſtatûs ejus adultioris quæ ſunt Neſchamah Cerebrorum ejus. Quæ duæ notiones eodem modo ſe habent. Notum enim nobis eſt, quod נה״י Matris ſemper lateant intra ipſum ז״א, & ab eo veſtiantur quocunque tempore. Primò autem dicemus de Nativitate Cerebrorum ſtatus ejus adulti. Primò enim Lumina multiplicantur in utero matris ſupernæ dū infans qui eſt ז״א pronaſci deſiderat. Quia enim uterus anguſtus eſt, ut partus prodire nequeat: tunc Lumina ſpiritualia quæ ſunt in נה״י Matris exinde tollūtur & adſcendunt in ipſū Matris Cor-

Corpus; inque eundem Locum ubi quondam fuerat Embryo: atque sic lumina augentur, quia ibi prius est lux Tiphereth maternæ item lumina dimidij Corporis ejus inferioris, nec minùs omnia lumina זון adhuc in utero existentium, unde Uterus tantam Luminum copiam sufferre non valet. Lumina ergò materna ipsa, quæ dominium ibi habent, expellunt Lumina זון tanquam peregrina: quæ etiam prodeunt aperto uterò. Duplex igitur est usus elevationis Luminum נה״י primò pro expulsione fœtus: deinde pro Cerebris זא quæ non intrant in ipsum, nisi quando vestita sunt à נה״י Maternis: unde ex istis evacuanda sunt lumina ordinaria, ut eorundem locum occupare possint Lumina Cerebrorum זא: duæ enim luminum notiones simul ibi subsistere non possent.

21. Dum autem elevantur Lumina hæc נה״י Maternorum, tunc adscendunt & subsistunt in medietate inferiore Tipherethica ipsius matris: adeoque sub loco pectoris materni, ubi existunt duo ubera fœminina. Hinc ergo usus alius tertius istius elevationis: quia enim major ibi oritur illuminatio in pectore, hinc lumina illa foràs protuberant conficiuntque loco pectoris analogiam duorum uberum quæ etiam perforantur ut prodire possit lac pro lactatione fœtus editi.

22. Jam dicendum, quomodo Cerebra זא inserta sint in vasa נה״י materorum, (quæ evacuata erant tempore partus,) ut postmodùm derivari possent in ipsum זא. Præmittendum autem quomodò Mater acceperit nova vasa נה״י. Nim. dimidia pars vasorum Maternorum superstes ipsi manserat (nec ingressa erat in Seir) & ista ampliabatur usque adeo ut etiam vestire atque involvere posset lumina & spiritualitatem נה״י Matris. Debebant autem duplicari ex hac ratione: nam זא acceperat à vasis maternis Tertiam infimam Tipherethicam & quæ sequuntur usque ad נה״י Malchuthica, ita ut ingressa essent in זא mensuræ 4. & una Tertia quæ sunt Tertia inferior Tipherethica cum Nezach, Hod, Jesod, & Malchuth Binæ.

Iſta reparari debebant in Matre. Si ergo numerentur duæ Tertiæ ultimæ Binæ maternæ, item Daath, Cheſed & Gebhurah, & duæ Tertiæ ſuperiores Tipherethicæ: jam habemus 4. menſuras & unam Tertiam. Iſtæ ſunt duplicatæ ut fierent octo Menſuræ & duæ Tertiæ; nempe duæ Tertiæ Inferiores Binæ maternæ; item Daath & חג״ת & נה״י & Malchuth Matris. Unde Mater iterum ſuam habet perfectionem.

23. Jam etiam tradenda eſt differentia quædam inter ז״א & Uxorem ejus, quod attinet ad cerebra eorum, nempe Seir incipit à Tiphereth matris & porro deſcendendo pergit; Uxor autem Seir Anpin, quæ à Tergo ipſius prodit, incipit à pectore ejuſdem & porrò. Pectus autem eſt Tertia Superior Tipherethica ז״ל Seir: finito autem pectore uſque ad finem Tiphereth adhuc reſtant duæ Tertiæ inferiores. Et iſtæ duæ Tertiæ inferiores ſunt Locus Coronæ Uxoris ז״א, quia Jeſod Tebhunæ veſtitum eſt Tertia ſuperiore Tipherethicâ ז״א, quod eſt uſque ad pectoris locum: tunc enim Chaſadim incipiunt manifeſtari, ex quarum illuminatione Kether Uxoris prodit. Et quia in ז״א derivantur Chaſadim; חסד autem numeris exprimit 72; hinc una Tertia ex 72. eſt כ״ד 24. Quia ergo Corona fœminina habet duas Tertias, hinc ipſi bis tribuitur כ״ד & huc pertinet locus Jeſ. 54, 12. Et hinc illa quoque vocatur Mulier חיל quæ vox etiam exprimit bis 24. Et quia Kether ז״א continet אור אור אור juxta numerum כת״ר, hinc Uxoris ejus Corona tantum bis habet אור אור cui æquipollet ב״רת. Hæc autem intelligenda tantùm de vaſis & corpore ז״א. De Cerebro ejus autem illa non participavit niſi dimidiam tantùm Tertiam lucis.

24. Ipſe autem ז״א aliter ſe habet. Nam & ipſe quidem Coronam ſuam accepit à Tiphereth Matris; ſed non niſi tantum ultimam Tertiam, & quidem de notione Corporis ejus. Unde Corona ejus minor eſt quàm Corona Uxoris juxta hanc æſtimationé, quamvis in rei veritate dimidia Tertia Tipherethi-

ca Binæ major ſit duabus Tertiis Tipherethicis τοῦ Seir, quas occupavit uxor ejus. Sic ergo Kether Seir Corpore quidem parva eſt, lumine autem magna: Kether autem Uxoris corpore quidem magna, ſed minuto admodum lumine. Deinde Corona uxoris non acceptat niſi ſaltem Lumen diffuſum à corpore ejus: ipſe ז״א autem ipſam accepit Lucem Matris. Tertia differentia in eo conſiſtit, quod Daath Seir contineat duo Cerebra Specialia, quæ ſunt Chaſadim & Gebhuroth (unde numerantur Cerebra 4. ſpecialia,) in Daath Uxoris autem non niſi Gebhuroth ſunt.

25. Hic etiam inſerenda eſt diſtinctio quædam Cerebrorum. Nempe Cerebra, quæ derivantur in Seir & Uxorem ejus, ſunt notio Guttarum deſcendentium à Cerebris או״א Tempore Coitus ſui. Duæ ergò guttæ ח״ב proveniunt ab ipſis Cerebris או״א nempe à Chochmah & Binah uniuscujusque. Sed gutta Daath conſtans ex Chaſadim & Gebhuroth non provenit à Daath או״א ipſa; ſed à Chaſadim & Gebhuroth deſcendentibus in Corpus או״א. Nihilominus tamen ipſe Seir propriè tria habet Cerebra: uxor autem ejus duo tantum, nempe Chochmah & Binah; ſicut docet Idra parva fol. 290. col. 1.

26. Adde quod in uxore tantùm inveniantur Gebhuroth & non Chaſadim, & ipſius Daath non habet notionem Cerebri, ſed reſidet in Tertia ſuperiore ejus Tipherethica inter humeros nempe.

27. Jam id quoque ſciendum, quod dictum eſt de Kether Seirica, illam nempe unam tantum continere tertiam (§. 24.) Matris, intelligendum ſaltem, de eo tempore, cum non niſi à parte Matris accipit Cerebra: cum autem deinceps etiam à Patre in ipſum intrant Cerebra, tunc quantitas Coronæ ejus fit duarum tertiarum, prout in uxore ejus. Ibid. Tract. Muchin de Katnuth, Jenikah ve Gadeluth.

28. Quod autem ſupra §. 20. dictum evacuata eſſe vaſa

τῶ נה״י id propterea etiam factum ut illuc intrarent Lumina Cerebrorum ז״א. Ista autem fuerunt à Chochmah usque deorsum quæ sunt 9. Sephiroth: & istæ dispertitæ sunt per 9. articulos τῶν נה״י Tebhunæ & deinde omnes immissæ sunt in ז״א, à Chochmah ejus usque deorsum.

29. In specie autem in Seir Anpin tota decas Sephirothica inde provenit: Primò habebat sex Sephiroth, quæ dicuntur sex extremitates: deinde ingrediebantur in ipsum adhuc tres Sephiroth, quæ sunt נה״י Tebhunæ quæ junctæ efficiunt 9. Sephiroth. H.m. articulus superior in Nezach Tebhunæ jungebatur duobus articulis supremis vasis Chesed Seiricæ & inde fiebat Chochmah ejus.

Et articulus secundus Vasis Nezach Tebhunicæ jungebatur articulo infimo Chesed & articulo supremo Nezach τοῦ Seir unde fiebat Chesed Seirica.

Et articulus tertius Vasis Nezach Tebhunicæ jungebatur & miscebatur articulis duobus inferioribus Vasis Nezach Seiricæ & inde fiebat Nezach τοῦ Seir.

Et sic in latere sinistro:

Nec minùs in linea media.

Et sic ipsa נה״י Tebhunæ miscebantur Vasis & corpori τοῦ Seir, & omnia fiebant Corpus unum, atque id vocatur incrementum τοῦ Seir quasi nimirum cresceret. Quia enim vasa erant vacua & lumina Cerebrorum τοῦ Seir illuc intrabant, hinc ex illis factum est corpus Seir.

30. Quod autem attinet ad Kether τοῦ Seir de illa primùm dispiciendum an pertineat ad Cerebra Seirica an non; item an pertineat ad decadem ejus Sephirothicam, an non. Nimirum Cerebra sunt חב״ד, radix autem & fundamentum trium horum Cerebrorum remanet superius ceu vestigium eorum in Kether: & illa Cerebra quæ in Kether infinitis modis majora & excellentiora sunt, quàm illa Cerebra quæ vocantur חב״ד; Unde in Idra utraque quando proponitur decas Sephirothica

thica exhauriens totam Aziluth; & אֲרִיךְ אַנְפִּין vocatur Kether, אוא autem Chochmah & Binah; tunc semper in אַא mentio fit Cranii cujusdam & Cerebri occulti: אוא autem sunt tanquam rami qui prodeunt ex Cerebro illo occulto ד״ע אַא qui est Kether. Et ita se res habet in omni Decade Sephirothica speciali cujuslibes personæ. Imò quandoque fit, ut notio quatuor Cerebrorum, quæ sunt Chochmah, Binah & Daath, continens Chasadim & Gebhuroth, omninò reperiantur in Kether. In Kether autem datur notio naturæ internæ, quæ sunt ipsa Cerebra ejus: & notio naturæ externæ, quod est cranium: ita tamen ut externum hoc nempe cranium etiam extendatur deorsum & superinvestiat Cerebra חָבַד. Ubi tamen natura radicalis Coronæ superiùs tantum est supra hæc Cerebra.

31. Ista autem Corona facta est ex medietate inferiore Tipherethica Matris quæ vocatur Tebhunah. Ut dictum jam est (§.22.) & quidem tam ex notione vasorum, quàm ex notione luminum ejus: in quo iterum differunt Corona & cerebra, quoniam Cerebrorum vasa quidem sunt à Tebhunah; Lumina autem eorum sunt ד״ע Seir: Coronæ autem tam vasa quam lumina utraque à Tebhunah. Et exhinc elucescit ratio, quare Kether non numeretur inter Sephiroth, præsertim in libro Jezirah, ubi Chochmah dicitur principium: quia nempe Cerebrorum Seiricorum, quæ sunt חָבַד lumina sunt ipsius Seir: Corona ejus autem eidem non est homogenea, nec quoad lumina, nec quoad vasa, sed tantum adjuncta est eidem & quiescit super eo ad instar serti, unde non annumeratur decem Sephiroth Seiricis. Et propterea etiam vocatur Kether Corona, nempe à Phrasi cingendi & ambiendi, prout nempe sertum cingit, ambit atque tegit Caput hominis, estque aliquod ejusdem adjunctum.

32. Ut autem adhuc major appareat differentia Cerebrorum & Coronæ, sciendum, quod vasa cerebrorum tantum fuerint vasa נה״י priorum; Vas Coronæ autem est à נה״י no-

vis

vis & à medietate inferiore Tipheretica, unde Corona major est quam omnes novem Sephiroth simul. Atque ita quoque se habent Coronæ omnium reliquarum personarum. Et ita se res etiam habet in homine hoc in mundo vivente, cujus Kether est Lux spiritualis, quæ eundem ambit in summitate ejus, oculo tamen non videtur.

33. Quia autem supra jam dictum, quod Kether א״א non consistat, nisi ex medietate inferiore Tipherethica Tebhunæ tantum, quæ verè quiescat super Cerebra Seirica חב״ד; & Kether hæc una tantum est Sephirah quæ non dispescitur in tres lineas; Videndum porrò est, quid factum sit de נה״י Tebhunicis novis quæ in tres lineas divisa sunt; & hac ratione ad Coronam seiricam non sunt assumta, cùm tamen interjaceant inter medietatem illam tipherethicam & caput ז״א Seir? Ubi sciendum, quod Tiphereth Tebhunica quæ sola tanquam Corona quiescit super Cerebra supra dicta, sit corpus latum restantibus etiam sensibus, & quidem in medio positum; & in illo est locus quasi vacuus, multò amplior reliquis Sephiris, præsertim si consideretur sub analogia matris incurvantis se super Caput infantuli sui. Hoc enim modo si dimidia illa Tiphereth concipiatur demitti super Caput Seir; tũ sanè dictũ hoc Caput sub eandẽ quasi ingreditur, & omnia ejus Cerebra ab ea cinguntur & ambiuntur. Et hac ratione quantitas ejus quasi major fit, quia aliqua ejus portio remanet superius, altera autẽ descendit, cingitq; Cerebra Seir. Tunc ergò נה״י nova Tebhunæ nõ intrant in interiora Seir, sed extenduntur descendendo versus Achurajim seu Targum ז״א Seir; haut aliter, ac si homo longior incurvatâ staturâ suâ se inclinet super Caput alterius minoris coram sese stantis aversâ facie; Tunc enim Caput longioris & medietas ejus superior erecta quidem manet; altera autem corporis ejus medietas quasi duplicatur & superimminet Capiti minoris: Pedes ejus autem à Tergo minoris consistunt. Ita se res habet in matre cujus statura respectu א״א se habet ad

insta

inſtar gigantis erga nanum. Illa ergo tunc quaſi repræſentat figuram Literæ ל: ita ut medietas ſuperior Tipherethica Tebhunæ maneat erecta; medietas autem inferior ejuſdem incurvetur ſupra Caput Seir; & נה״י nova Tebhunica deſcendant ad partem poſteriorem דז Seir. Et iſta demiſſio הלו נה״י novorum & incuravatio Tiphereth, ut inde fiat Corona דא״ז, tractu Temporis opus habuit, unde דז Seir tribui ſolent tredecim anni uſque ad tempus Pubertatis.

34. Ratio autem quare נה״י Tebhunæ nova non à parte anteriore ſed poſteriore deſcendant, hæc eſt: ut Tebhunah obverſa facie poſſit videre דז Seir, incurvato nempe capite ſuper faciem ejuſdem, qui Tergo ſuo parti illius anteriori applicatur: quo aſpectu illius facies illuminatur. Et iſta extenſio & demiſſio הלו נה״י novorum ad partem poſteriorem Seiricam pertingit uſque ad finem Tertiæ ſuperioris Tiphereth Seiricæ, quæ eſt ſub notione pectoris; quamvis נה״י priora inſerta ipſi Seir extenderentur uſque ad finem pedum ejus.

35. Et per extenſionem novorum iſtorum נה״י per partem poſticam דז Seir curvatorum uſque ad pectus ejus, omnia Achurajim דז Seir conteguntur, ut entibus externis & judicialibus nulla ſit poteſtas ſuper hæc Achurajim ſuperna Seirica.

36. Sciendum etiam, omnem illam notionem albedinis & Candoris in parte poſteriore Cervicis Seiricæ omnemque albedinem dorſi & humerorum ejus nihil eſſe aliud, quàm notionem *iſtorum* pedum matris, quæ habeat naturam Coronæ ambientis דז Seir: ſicut etiam omnis illa albedo, de qua ſermo eſt in Idra magna: quod ſit ſuperius in Cranio; ut & illa albedo quæ extenditur per partem poſteriorem, nil eſt aliud, quam Corona modò dicta, quæ cingit atque ambit דז Seir. Et ſic intelligi debet locus in Idra Magna Fol. 128. col. 2. quando de Arich Anpin dicitur: & ex iſto cranio prodit natura quædam alba, quæ deſcendit in cranium דז Seir, &c. Illa enim corona deſcendit ad poſteriora Capitis אא.

37. Istam autem albedinem, per quam denotatur Corona supra dicta pedesque Tebhunæ, tegit Coma aliqua à Capite דז״א Seir per Cervicem ejus inter humeros demissa, de qua in Idra magna Fol. 129. ut nimirum contegat Coronam hanc ejusque nuditatem albicantem: & ne contegat faciem דז״א Seir.

38. Sub ista albedine autem prodit Leah Uxor Jacob à Tergo ז״א nempe à medietate ejus versus parté supernam; cujus finis pariter est in pectore, quæ statim prodit in loco Daath è Tergo Seir, quam primùm Cerebra intrant in Seir. Et cum deinde Corona cingit Caput Seir, tunc & hæc extenditur usque ad pectus supra dictum, tegitque & vestit Leam, quæ ibi consistit facie ad Tergum Seir obversa: Kether autem vestit & tegit Tergum Leæ, ut adeo entia externa nullam habeant potestatem in illa Achurajim. Ubi simul albedo illa mitigat & temperat Severitatem & Judicia duriora, quæ in posterioribus Leæ sunt. Et hæc est Causa, quare in Sohar Lea dicatur Systema tectum; Rachel autem, quæ prodit post finem Coronæ hujus à pectore deorsum, vocetur Systema manifestum. Finis autem Coronæ hujus (quæ propriè sunt נה״י nova Tebhunæ) pertingit usque ad Caput Rachel: Et ab ista extremitate fit Corona Rachelis. Unde intelligitur, quare in utraque Idra mentio tantum fiat Uxoris inferioris Rachelis sc. quæ prodeat inter duo brachia à Tergo Seir: cum Leah contineatur sub notione Coronæ Rachel.

39. Ad hunc locum de Cerebris pertinet etiam notio צלם דז״א ז״א, quæ sunt ipsius cerebra. Nempe litera צ׳ designat cerebra ipsa דז״א Seir inserta, ל״ם autem sunt duo lumina ambientia, ל׳ infra & מ׳ supra, quæ pertinent ad notionem medietatis superioris Tebhunæ usque ad finem medietatis supernæ Tipherethicæ ejusdem. Et ל׳ quidem in specie sunt חג״ת Tebhunæ, מ׳ autem sunt Kether חב״ד Tebhunæ. In istis ambientibus Vasa sunt Corpus ipsius Tebhunæ, lumina autem composita

posita sunt, & quædam illorum pars ambit desuper quamvis paulò remotius, quam Kether Cerebra Seirica; pars illorum autem sunt lumina ipsius Tebhunæ, ibid. Tractat. Muchin de Zelem.

40. Totus autem mundus gubernatur per יי, & sicut illi sunt liberi Patris & Matris, sic Iisraëlitæ vocantur filii [illegible] יי juxta illud: Filii estis Domini Dei vestri. Et sic etiam dicitur: mundum Chesed ædificat, quod est initium Seir Anpin: & in his latet mysterium septem dierum creationis. Hinc omnis læsio (פגם) quâ inferiores pravis suis operibus lædunt divinitatem, (ita ut ibidem tollatur certus luminum numerus, pro majori vel minori peccato, sicut, verbi gratia, è cultro acuto tolluntur certæ quædam partes aciei, factis incisuris) non pertingit ad tres superiores, quæ sunt Arich Anpin & Pater atque Mater; sed ad septem Inferiores tantùm, quæ sunt Seir & Uxor ejus. Et in Uxore quidem ita, ut ab ea tolli possint portiones novem inferiores, vicinæ Corticibus; remanente non nisi unicâ; quæ est Kether ejus; In Seir autem ita, ut tolli queant tres tantum ejus supernæ; non verò sex ejus Extremitates. Ratio hæc est; quia cum primò prodiret punctum Seir; non nisi sex Extremitates prodibant, sine triade supernâ: Puncto autem uxoris ejus prodeunte, non nisi summum saltem illius punctum nempe Corona prodibat. Et hæc ideò, ut hoc in mundo præmium esset pro justis & pœna pro impiis. Quo majus enim peccatum est, eò major est læsio in יי, unde deinde exurgit æstimatio pœnæ. In Justis autem, qui lumina illa restituunt, contrarium obtinet. Datur igitur Pegam seu læsio, ob quam ab Uxore tollitur portio una; datur alia, ob quam duæ tolluntur; & sic usque ad sublationem omnium novem; (diminuto semper magis magisque Influxu) non nisi Corona superstite; quæ ipsa primò sola prodierat, (sciendum enim, læsionum tempore tolli tantum accessoria:) In Seir Anpin autem tres superiores non tolluntur singulæ, sed omnes

 simul;

simul; ne in illis ulla contingat separatio: & hæ quidem propterea tolluntur, ne ad illas accedat læsio: Et tunc læsio fit specialiter vel in Jesod, vel in Hod, vel similiter; quæ propterea quondam separatæ prodierant, ut & læsio tantum posset esse separata. Id enim minùs est malum, ut læsio contingat in Inferioribus, quam si lædendæ fuissent tres superiores: sicut & minùs malum est, ut inferiores primitus separatæ prodierint, ut deinde facta Conformatione debita, obortâ causâ læsionis, hæc separatim fieri posset, quamvis ipsæ Sephiroth tunc sint conjunctæ.

Et in Uxore si primitùs talis fuisset constitutio qualis nunc; tunc obortâ læsione, mundus omninò fuisset destruendus, quia illa vicina nimis est Corticibus, & Cortices iisdem Inferioribus ejus omninò adhæsissent, citra spem restitutionis. Unde satis patet, quare in Seir Anpin opus fuerit Ibbur, & Jenikah, nempe ut sex ejus Extremitates separatæ, combinarentur; & Ibbur hammuchin, ut nempe eidem tradi possent tres superiores. In Uxore autem, cujus novem inferiores primitùs planè non prodierunt, eædem post factam debitam conformationem, omnes simul accesserunt, & illi applicatæ sunt; unde non nisi uno Ibbur opus habet & lactatione. Etz Chajim ib. Tract. Injan ham Melachim.

זעקה *Clamor.* Est in Binah. Quod aliquatenus probari potest è Sohar Sect. Schemoth. Hinc etiam dicitur Thren. 2, 18. *Clamavit cor eorum ad Dominum.* Non datur autem Cor nisi in Binah, sicut dicitur: *Cor intelligit.* Datur ergo clamor in hoc mundo, & in mundo qui venit; vide צעקה. Pardes Tr. 23. c. 7. h. t.

זקיפה *Elevatio.* Omnis Elevatio, ut dicitur Psal. 146, 8. *Erigens incurvatos*; & similia, pertinent ad Tiphereth. Unde etiam dicitur: *Quicunque se elevat, elevet se ad Nomen*; quod est Tiphereth. Quod sic etiam interpretatur R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim sæpius. Pardes ib.

זקן

זקן *Barba.* Est Kether: quod usitatum est in Sohar. Sed

זקנים *Senes*, sunt Sephiroth. Sic tradit R. Schimeon ad Deut. 21, 19. *Et adducent eum ad seniores civitatis ejus.* Isti sunt dies priores; dies omnium maximè senes. Hæc ibi. Pard. ibid.

זרועות עולם *Brachia mundi.* Gedulah & Gebhura sunt Brachia corporis, quod est Tiphereth. Hoc nomen autem potentiam exprimit & robur, sicut dicitur Psal. 118, 16. *Dexterum Domini (brachium) operatur robur.* Item Exod. 15, 6. *Dexterum tuum Domine, magnificatum est in potentiâ.* Argumentum huc pertinens est Brachium extensum Exod. 6, 6. Deut. 7, 19. &c. quod nomen longitudinem involvit & vim, Unde corpori illi, quod Homini Aziluthico tribuitur, similiter applicantur. Pardes ib.

זרח *Ortus.* R. Moscheh id refert ad Tiphereth: cujus Sol lucet & oritur super civitatem David perruptam, sub mysterio rupturæ Lunæ, quæ singulis mensibus renovatur. Sapienti sasatis! Pard. ib.

זרקא *Sparsor.* Est Nomen accentûs, cujus hæc est figura א֮. De quo vid. Sohar Breschith 27. c. 106. Pinchas 115. Trumah 71. c. 281. Literæ ejus referunt quatuor Hechaloth זְכוּת meriti: רָצוֹן beneplaciti: קֹדֶשׁ קָדָשִׁים Sancti Sanctorum, & אַהֲבָה amoris. Confer Behaalothecha 73. c. 289. Vajera 72. c. 288.

זרת *Spithama.* De hoc R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim sic loquitur: (Jesch. 40, 12.) *Et cælos Spithama direxit.* Quid est זרת spithama? est Gebhurah. Hæc ibi. Et R. Chija in Sohar ad Jesch. 2, 2. Poculum benedictionis prehendi de- " bet dextrâ, *& elevabit se præ collibus:* Debet autem elevari " ad certam mensuram, quæ vocatur זרת spithama. Et ele- " vatur à mensa ut benedicatur Sancto illi, q. b. s.! Et hoc est " illud: *Et elevabitur præ collibus.* Quid est? Inter ipsam & " inter Virgines post eam & socias ejus est זרת. Hæc ille. Ex "

quibus patet, quod זרת sit Malchuth cum virginibus pedissequis sociabus suis. Quamvis etiam dici queat, non velle ipsum indigitare spithamam, tanquam aliquid per se; sed mensuram tantum spithamæ inter eas intercedere. Fundamentum enim זרת est Gebhurah; ut diximus è Tikkunim. Pard. 23. c. 7. Vid. Sohar Vajechi 125. c. 480. Ki Tissa 83. c. 331. Pekude 105. c. 318. 319. Vajera 73. c. 289. NB. Item Vaæthchannan 129. c. 515. Achare 35. c. 140. Balak 95. 377. & Schophetim 98. c. 389.

זתים *Olivæ.* Sunt membra superna super Jesod locum habentia, è quibus Jesod producit *Oleum olivæ purum*, Exod. 27, 20. Iste enim demittit influxum supernum è membris supernis in Malchuth. Sicut enim impulsu fœderis effusorii membra comprimuntur & motitantur, ut exundent in fœminam; ita se res habet in supernis, circa Jesod & cætera membra, ut influentia demittatur in Malchuth. Nam influentia est oleum, & membra superna sunt olivæ. Sic commentatur R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim & in Raja mehimna, ad locum Sechari. 4, 3. *Et duæ olivæ super illa.* Ubi hæc expositio: *Candelabrum* est Malchuth, ut notum est: *Et lenticula super caput ejus*, est Jesod: Iste enim est effusorium aquarum supernarum: *Et duæ olivæ super illud*, sunt Nezach & Hod, duo testiculi masculini. Ibi enim est confluxus seminis, & ibi excoquitur sicut oleum in olivis; & exinde effunditur per Jesod. Istæ tamen Sephiroth olivæ vocantur sub mysterio dextri, quia ibi locum habet oleum, ut dicetur suo loco, ad sinistrum enim latus sunt uvæ, & botri, ut suo loco. Pardes Tr. 23. c. 7. h. t.

ח

ח *Cheth.*

IN Libro Temunah hæc litera refertur ad Hod, quæ octava est, à summis descendendo. Ibidem tamen eadem quoque re-

respectum habere dicitur ad Binah, ab imis ascendendo, quæ ambo Judicii naturam habent. Et (ait) quia hoc modo pertinet ad mensuram Aharonis Summi Sacerdotis, hinc isti attribuuntur octo vestes. Aharon autem est Vir Chesed, sicut dicitur Deut. 33, 8. *Perfectiones tuæ, & illuminationes tuæ Viro* חסידך *pio tuo*; quo ostenditur, quod etiam influxum habeat à Binah, quæ est supra Chesed. Fundamentum tamen est in Hod. Porrò dicit; in figura hujus literæ repræsentari ה & ו, ut ostendatur, quod etiam influentiam accipiat à Chesed, quæ est ה. Ambæ autem hæ literæ exhibent denarium, quo indicatur, omnia contineri in Malchuth, quæ decima est. Nomen hujus literæ חית derivat à radice exhibita verbis Obadi. 1, 9. וחתו *Et frangentur fortes tui Teman*: ut indicetur judicium gradûs Hod; quæ ejus fundamentum est, Dominium ejus dicit esse in hora Lunæ, quia Luna est Kether in Malchuth. Et hæc omnia comprehenduntur in י denario ut dictum. Hæc concordant cum verbis R. Schimeon ben Jochai, sicut diximus Tr. 13. quod nempe הוד efficiat 50. multiplicando ה quinarium cum ה denario. Nam usque ad Hod extenduntur 50. portæ, &c. Summa ergo dictorum hæc est, quod natura spiritualis istius literæ influxum accipiat à Binah, & Chesed, & Tiphereth & ab Hod. Alii hic aliter differunt. Sed R. Schimeon ben Jochai hanc literam explicat in voce אחד his verbis: In voce אחד, hæ duæ א & ח, repræsentant 9. Sephiroth, nempe א primam אין quæ est Kether; & ח octo Sephiroth à Chochmah usque ad Jesod; & ד est Malchuth, &c. Alibi hæc proponit: Binah, quæ est octava inter decem Sephiroth ab imis ascendendo, &c. quod ita fortè intelligendum, quod tunc Binah vocetur חית, quando continet octo Sephiras ab imis ascendendo. Vel quia immittit חיות vitam in omnes Sephiroth à Chochmah, quæ est Scaturigo Vitæ. Pard. Rimm. Tr. 27. c. 11.

חבוש *Ligatus*. In Tikkunim refertur ad Tiphereth, quia Iste cum Malchuth vinctus & ligatus est ex parte Binah, quæ Ipsum

Ipſum ligat unà cum Malchuth in Exilio. Et de eo dicitur: Vinctus ſeipſum non liberat è carcere. Pard. Tr. 23. c. 8.

חביון *Latibulum, abditum.* De hac voce ſic R. Moſcheh: חביון idem eſt, quod מחבוא *abſconſio.* Eſtque phraſis maximam omnium occultationem & deliteſcentiam deſignans, ita ut nulla ejus rei, præter eam quam ipſa habet ſit cognitio, &c. Sed locum Chabh. 3, 4. *Abſconſio fortitudinis ejus*, exponit de Tiphereth, nulla addita ratione. Fundamentum autem hujus denominationis eſt in Kether, ob naturam occultam, & applicari poteſt ad tres ſupernas. Et ad Binah, quæ vocatur *robur ejus*; ut ſuo loco dicetur. Pard. ibid.

חבית *Dolium, Vas.* Eſt Binah. Deque hoc ſic diſſerit R. Schimeon ben Jochai in Raja mehimna (Pinchas 114. c. 454) ubi loquitur de decem requiſitis ad calicem benedictionis adhiberi ſolitis; quorum unum eſt חי quod vinum ejus debeat eſſe recens & merum. *Circa vocem* חי *concluſum eſt, quod ſit* חי *de voce* חבית*; & viâ myſticâ, Schechinah ſuperna, quæ eſt octava inter decem Sephiroth ab imo adſcendendo. Et propterea vocatur* חי *vivens. Item dicitur* Prov. 24, 3. In ſapientia ædificabitur בית domus. Hæc eſt חבית quaſi ח׳ בית, octo (Sephirarum) domus. Hæc ibi. Juxta hæc tunc vocatur חבית, quando continet octo ſephiras infra ſe conſtitutas; hoc enim oſtendit ח. Sed בית habet relationem ad Chochmah, quæ habitat in Eâ; atque tunc appellatur חבית. Nam tunc eſt magiſtra vitæ. Ipſa enim ſuſcipit & emittit. Suſcipit vitam à Chochmah, & eam demittit in liberos. Et tunc eſt vinum חי, merum & recens. Pardes ibid.

חבל *Funis, Perditio.* R. Schimeon ben Jochai in Raja mehimna tradit, quod ו Tetragrammati vocetur חבל *funis.* Verba ſunt hæc: *Samaël & compar ejus* (conſtituunt) *ſyſtema ſeparatorum per funem ſtrangulationis; cui applicantur duo* ה׳ה׳ *nempe 5. digiti dextra, & quinque ſiniſtra* (quibus fit ſtrangulatio.) *Et* ו *eſt Funis; &* ו *ſtrangulatio ipſorum, per Tetragrammaton*

maton יהוה , *quod eſt mors τῦ Samaël, &c.* Eadem ratio videtur occurrere in illo Deut. 32,9. *Jaacobh eſt funiculus hæreditatis ejus.* Niſi quod aliquando accipiatur ſub notione judicii, ut perditionem deſignet; vel etiam quod Illa litera diſperdat partes adverſas accuſantes. Aliquando autem accipitur ſub notione miſericordiæ, ut in allegato loco Deut. 32,9. Pardes Rimm. Tr. 23. c. 8.

חבלה *Perditrix.* In Tikkunim Klippah fœmina vocatur חבלה *Perditrix*; & maſculus, חובל *perditor.* Et hinc prodeunt Angeli perditricis; ſicut dantur Angeli Schechinæ. Pard. ib.

חבלי לידה *Dolores partus.* Vid. Sohar Sect. Schemoth 3. c. 11. & Pinchas 116. c. 461. 462. ubi & de doloribus Meſſiæ.

חבצלת *Roſa.* Eſt Schechinah, juxta Cant. 2,1. Ratio datur in Sohar Sect. Æmor, quod ſicut Roſa creſcit ad aquas, & emittit odorem bonum, ſic Malchuth hoc gaudeat nomine, cum influxum aſſugit à Binah, quæ bonum elevat odorem. Item: quod tunc ſic vocetur, cum copulari deſiderat cum Rege: cum verò Eidem jam adhæret per oſcula, nominatur שושנה Crinorrhodon; juxta Cant. 5, 13. Pardes Tractat. 23. c. 8.

חבר *Socius.* De Societate Angelorum vid. Sohar Trumah 58. c. 229. f. 73.

חברון *Chebron.* Vid. Sohar Schlachlecha 76. c. 304.

חג *Feſtum.* Omnia Feſta ſunt in Malchuth, ſed diverſo reſpectu. E. g. Feſto Paſchatis unitur cum Tiphereth per Cheſed; Feſto traditæ Legis, cum eodem unitur loco debito, nempe in Tiphereth: Feſto novi anni, qui eſt dies judicii, per Gebhuram, &c. Sic in Sohar & Tikkunim reperimus ſæpiſſimè. Quod autem in Raja Mehimna ad Exod. 12, 14. dicitur: verbis illis: *Celebrabitis eum* intelligitur Vav, columna media; חג autem eſt Cheſed, Gebhurah, ſic eſt intelligendum: Quod Malchuth, quamvis cum marito uniatur per quamcun-

que Sephiram aliam, semper tamen prius influxum assugat à dextra & sinistra, unde amplexus Cant. 2,6. Sensus ergo loci Exod. 12,14. hic est: וחגותם אותו consociate & unite Tiphereth cum Malchuth; חג ita tamen ut prius participet à Chesed & Gebhurah. Pardes Tr. 23. c. 8.

חֹג Est Chesed Gebhurah, חֹגת Chesed, Gebhurah, Tiphereth. חו״ג Chesed & Gebhurah.

חדוה *Gaudium.* Sohar Sect. Vajechi in pr. & f. 126. c. 506. Breschith f. 35. c. 140. & Trumah 60. c. 237. quasi diceretur: unum sunt Vav & He.

חדרים *Conclavia.* Ita vocanur sex membra, quatenus occultantur in Binah. Sensus autem loci Prov. 24,4. hic est: ובדעת hoc est mysterium Daath occultum: per hoc Ipse replet conclavia illa, & inferitur iis, & ibi occultatur. Sicut enim Tiphereth se habet ad Sephiras in locis suis existentes, ita se habet Daath ad conclavia occulta. Unde etiam vocantur Conclavia Horti Eden, quia Binah nominatur Hortus Eden.

2. Sed Conclavia animarum R. Moscheh refert ad Jesod, unde nempe illæ prodeunt in mundum. Et Istas dicit esse Animas, quæ in Conclavi Guph, de quibus dicitur, quod non veniat Filius David, antequam omnes prodierint. Sed & R. Schimeon ben Jochai in Cantico Canticorum ad Cant. 1,4. Conclavium nomen ad Binah refert. Et sic animarum quoque conclavia sunt in Binah, quia ex hâc Animæ emanant secundum speciem suam; quædam è Conclavi Tiphereth, quædam è Conclavi Gebhurah, &c. Sic etiam חדרי גדולה sunt conclavia illius Gedulah, quæ ibi occulta est. Et vocantur Conclavia pluraliter, quia quodlibet conclave ab alio vicino inclusum est. Pard. Tr. 23. c. 8.

חדש *Novus.* Omne novum pertinet ad Lunam, quæ semper innovatur, quo etiam pertinet locus Psal. 103,5. Nam omnia dependent ab innovatione Lunæ, quæ est Malchuth. Pard. l. c. vid. Sohar Breschith 6. c. 24. Schlachlecha c. 323.

חדש

id. Sohar Vajeſchebh 102. c. 409. Bre-
'35. c. 139. Vajakhel 96. c. 383. Peku-

R. Moſcheh inquit, ſic appellari Mal-
Mater omnis viventis, & uxor Adami
p. מ, quod refert numerum אדם. Pardes Tr.
23

...dens. Eſt Tiphereth vid. חיזן. Fortè quia immittit V... nem & Prophetiam in Malchuth per Prophetas. Vid. אספקלריא. Vox חוזה autem refert numerum Tetragrammati 26. Pardes ibid.

חוט *Filum*. De filo ſeu deſtillatione Cheſed, qui eſt influxus Cheſed in Malchuth, vid. Sohar Mikkez fol. 108. c. 434. Trumah f. 67. c. 265. Vajikra 11. c. 41. Naſo 63. c. 252. & 69. c. 274. Sed חוט השדרה *Medulla ſpinalis* Eſt Linea media Tiphereth, Iſte enim provenit è cerebro & influxum immittit in omnes partes. Datur tamen etiam Filum coccineum: nempe Influxus Gebhurah in Malchuth, ſub myſterio excitationis Aquilonis ad unionem. Nam iſte commovet ad oſcula, unde illud Cant. 4, 3. Sed ad Gebhuram etiam pertinet Filum auri; quod ita differt à filo coccineo, ut color aureus à rubro; Et hoc in Tiphereth vocatur linea flava. ~~Sed~~ Filum ſpinale & filum flavum in eo differunt, quod hoc compoſitum ſit è judicio & miſericordia, rubro ſcil. & albo: ſpinale autem album eſt ut argentum. Hæc tria autem, nempe Filum Cheſed, filum aureum, & linea flava inveniuntur in tribus coloribus oculi; Hæcque eſt Malchuth pupilla oculi in medio. Pardes l. c.

חוטם *Naſus*. R. Moſcheh Naſum refert ad Gebhurah, ita ut בעל החוטם Magiſter Naſi ſit Gedulah, quæ impedit curſum Rigoris. Sed R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim *Olfactum* refert ad Chochmah, quem locat *ad meridiem*, nam hinc etiam dicitur: qui vult fieri ſapiens, convertat ſe ad meri-

 diem

ſimul; ne in illis ulla contingat ſeparatio: & hæ quidem propterea tolluntur, ne ad illas accedat læſio: Et tunc læſio fit ſpecialiter vel in Jeſod, vel in Hod, vel ſimiliter; quæ propterea quondam ſeparatæ prodierant, ut & læſio tantum poſſet eſſe ſeparata. Id enim minùs eſt malum, ut læſio contingat in Inferioribus, quam ſi lædendæ fuiſſent tres ſuperiores: ſicut & minùs malum eſt, ut inferiores primitus ſeparatæ prodierint, ut deinde facta Conformatione debita, obortâ causâ læſionis, hæc ſeparatim fieri poſſet, quamvis ipſæ Sephiroth tunc ſint conjunctæ.

Et in Uxore ſi primitùs talis fuiſſet conſtitutio qualis nunc; tunc obortâ læſione, mundus omninò fuiſſet deſtruendus, quia illa vicina nimis eſt Corticibus, & Cortices iiſdem Inferioribus ejus omninò adhæſiſſent, citra ſpem reſtitutionis. Unde ſatis patet, quare in Seir Anpin opus fuerit Ibbur, & Jenikah, nempe ut ſex ejus Extremitates ſeparatæ, combinarentur; & Ibbur hammuchin, ut nempe eidem tradi poſſent tres ſuperiores. In Uxore autem, cujus novem inferiores primitùs planè non prodierunt, eædem poſt factam debitam conformationem, omnes ſimul acceſſerunt, & illi applicatæ ſunt; unde non niſi uno Ibbur opus habet & lactatione. Etz Chajim ib. Tract. Injan ham Melachim.

זעקה *Clamor.* Eſt in Binah. Quod aliquatenus probari poteſt è Sohar Sect. Schemoth. Hinc etiam dicitur Thren. 2, 18. *Clamavit cor eorum ad Dominum.* Non datur autem Cor niſi in Binah, ſicut dicitur: *Cor intelligit.* Datur ergo clamor in hoc mundo, & in mundo qui venit; vide צעקה. Pardes Tr. 23. c. 7. h. t.

זקיפה *Elevatio.* Omnis Elevatio, ut dicitur Pſal. 146, 8. *Erigens incurvatos*; & ſimilia, pertinent ad Tiphereth. Unde etiam dicitur: *Quicunque ſe elevat, elevet ſe ad Nomen*; quod eſt Tiphereth. Quod ſic etiam interpretatur R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim ſæpius. Pardes ib.

זקן *Barba.* Est Kether: quod usitatum est in Sohar. Sed זקנים *Senes*, sunt Sephiroth. Sic tradit R. Schimeon ad Deut. 21, 19. *Et adducent eum ad seniores civitatis ejus.* Isti sunt dies priores; dies omnium maximè senes. Hæc ibi. Pard. ibid.

זרועות עולם *Brachia mundi.* Gedulah & Gebhura sunt Brachia corporis, quod est Tiphereth. Hoc nomen autem potentiam exprimit & robur, sicut dicitur Psal. 118, 16. *Dexterum Domini (brachium) operatur robur.* Item Exod. 15, 6. *Dexterum tuum Domine, magnificatum est in potentiâ.* Argumentum huc pertinens est Brachium extensum Exod. 6, 6. Deut. 7, 19. &c. quod nomen longitudinem involvit & vim, Unde corpori illi, quod Homini Aziluthico tribuitur, similiter applicantur. Pardes ib.

זרח *Ortus.* R. Moscheh id refert ad Tiphereth: cujus Sol lucet & oritur super civitatem David perruptam, sub mysterio rupturæ Lunæ, quæ singulis mensibus renovatur. Sapienti sasatis! Pard. ib.

זרקא *Sparsor.* Est Nomen accentûs, cujus hæc est figura ֮. De quo vid. Sohar Breschith 27. c. 106. Pinchas 115. Trumah 71. c. 281. Literæ ejus referunt quatuor Hechaloth זכות meriti: רצון beneplaciti: קדש קדשים Sancti Sanctorum, & אהבה amoris. Confer Behaalothecha 73. c. 289. Vajera 72. c. 288.

זרת *Spithama.* De hoc R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim sic loquitur: (Jesch. 40, 12.) *Et cælos Spithama direxit.* Quid est זרת spithama? est Gebhurah. Hæc ibi. Et R. Chija in Sohar ad Jesch. 2, 2. Poculum benedictionis prehendi de- " bet dextrâ, *& elevabit se præ collibus:* Debet autem elevari " ad certam mensuram, quæ vocatur זרת spithama. Et ele- " vatur à mensa ut benedicatur Sancto illi, q. b. s.! Et hoc est " illud: *Et elevabitur præ collibus.* Quid est? Inter ipsam & " inter Virgines post eam & socias ejus est זרת. Hæc ille. Ex "

quibus patet, quod זרת sit Malchuth cum virginibus pedissequis sociabus suis. Quamvis etiam dici queat, non velle ipsum indigitare spithamam, tanquam aliquid per se; sed mensuram tantum spithamæ inter eas intercedere. Fundamentum enim זרת est Gebhurah; ut diximus è Tikkunim. Pard. 23. c. 7. Vid. Sohar Vajechi 125. c. 480. Ki Tissa 83. c. 331. Pekude 105. c. 318. 319. Vajera 73. c. 289. NB. Item Vaæthchannan 129. c. 515. Achare 35. c. 140. Balak 95. 377. & Schophetim 98. c. 389.

זיתים *Olivæ.* Sunt membra superna super Jesod locum habentia, è quibus Jesod producit *Oleum olivæ purum*, Exod. 27, 20. Iste enim demittit influxum supernum è membris supernis in Malchuth. Sicut enim impulsu fœderis effusorii membra comprimuntur & motitantur, ut exundent in fœminam; ita se res habet in supernis, circa Jesod & cætera membra, ut influentia demittatur in Malchuth. Nam influentia est oleum, & membra superna sunt olivæ. Sic commentatur R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim & in Raja mehimna, ad locum Sechari. 4, 3. *Et duæ olivæ super illa.* Ubi hæc expositio: *Candelabrum* est Malchuth, ut notum est: *Et lenticula super caput ejus*, est Jesod: Iste enim est effusorium aquarum supernarum: *Et duæ olivæ super illud*, sunt Nezach & Hod, duo testiculi masculini. Ibi enim est confluxus seminis, & ibi excoquitur sicut oleum in olivis; & exinde effunditur per Jesod. Istæ tamen Sephiroth olivæ vocantur sub mysterio dextri, quia ibi locum habet oleum, ut dicetur suo loco, ad sinistrum enim latus sunt uvæ, & botri, ut suo loco. Pardes Tr. 23. c. 7. h. t.

ח

ח *Cheth.*

IN Libro Temunah hæc litera refertur ad Hod, quæ octava est, à summis descendendo. Ibidem tamen eadem quoque re-

respectum habere dicitur ad Binah, ab imis ascendendo, quæ ambo Judicii naturam habent. Et (ait) quia hoc modo pertinet ad mensuram Aharonis Summi Sacerdotis, hinc isti attribuuntur octo vestes. Aharon autem est Vir Chesed, sicut dicitur Deut. 33, 8. *Perfectiones tuæ, & illuminationes tuæ Viro* חסידך *pio tuo*; quo ostenditur, quod etiam influxum habeat à Binah, quæ est supra Chesed. Fundamentum tamen est in Hod. Porrò dicit; in figura hujus literæ repræsentari ד & י, ut ostendatur, quod etiam influentiam accipiat à Chesed, quæ est ד. Ambæ autem hæ literæ exhibent denarium, quo indicatur, omnia contineri in Malchuth, quæ decima est. Nomen hujus literæ חית derivat à radice exhibita verbis Obadi. 1, 9. וחתו *Et frangentur fortes tui Teman*: ut indicetur judicium gradûs Hod; quæ ejus fundamentum est, Dominium ejus dicit esse in hora Lunæ, quia Luna est Kether in Malchuth. Et hæc omnia comprehenduntur in י denario ut dictum. Hæc concordant cum verbis R. Schimeon ben Jochai, sicut diximus Tr. 13. quod nempe חד efficiat 50. multiplicando ה quinarium cum ח denario. Nam usque ad Hod extenduntur 50. portæ, &c. Summa ergo dictorum hæc est, quod natura spiritualis istius literæ influxum accipiat à Binah, & Chesed, & Tiphereth & ab Hod. Alii hic aliter differunt. Sed R. Schimeon ben Jochai hanc literam explicat in voce אחד his verbis: In voce אחד, hæ duæ א & ח, repræsentant 9. Sephiroth, nempe א primam אין quæ est Kether; & ח octo Sephiroth à Chochmah usque ad Jesod; & ד est Malchuth, &c. Alibi hæc proponit: Binah, quæ est octava inter decem Sephiroth ab imis ascendendo, &c. quod ita fortè intelligendum, quod tunc Binah vocetur חית, quando continet octo Sephiras ab imis ascendendo. Vel quia immittit חיות vitam in omnes Sephiroth à Chochmah, quæ est Scaturigo Vitæ. Pard. Rimm. Tr. 27. c. 11.

חבוש *Ligatus*. In Tikkunim refertur ad Tiphereth, quia Iste cum Malchuth vinctus & ligatus est ex parte Binah, quæ Ipsum

Ipſum ligat unà cum Malchuth in Exilio. Et de eo dicitur: Vinctus ſeipſum non liberat è carcere. Pard. Tr. 23. c. 8.

חביון *Latibulum, abditum.* De hac voce ſic R. Moſcheh: חביון idem eſt, quod מחבוא *abſconſio.* Eſtque phraſis maximam omnium occultationem & deliteſcentiam deſignans, ita ut nulla ejus rei, præter eam quam ipſa habet ſit cognitio, &c. Sed locum Chabh. 3,4. *Abſconſio fortitudinis ejus*, exponit de Tiphereth, nulla addita ratione. Fundamentum autem hujus denominationis eſt in Kether, ob naturam occultam, & applicari poteſt ad tres ſupernas. Et ad Binah, quæ vocatur *robur ejus*; ut ſuo loco dicetur. Pard. ibid.

חבית *Dolium, Vas.* Eſt Binah. Deque hoc ſic differit R. Schimeon ben Jochai in Raja mehimna (Pinchas 114. c. 454.) ubi loquitur de decem requiſitis ad calicem benedictionis adhiberi ſolitis; quorum unum eſt חי quod vinum ejus debeat eſſe recens & merum. *Circa vocem* חי *concluſum eſt, quod ſit* חי *de voce* חבית; *& viâ myſticâ, Schechinah ſuperna, quæ eſt octava inter decem Sephiroth ab imo adſcendendo. Et propterea vocatur* חי *vivens. Item dicitur* Prov. 24,3. In ſapientia ædificabitur בית domus. Hæc eſt חבית quaſi ח בית, octo (Sephirarum) domus. Hæc ibi. Juxta hæc tunc vocatur חבית, quando continet octo ſephiras infra ſe conſtitutas; hoc enim oſtendit ח. Sed בית habet relationem ad Chochmah, quæ habitat in Eâ; atque tunc appellatur חבית. Nam tunc eſt magiſtra vitæ. Ipſa enim ſuſcipit & emittit. Suſcipit vitam à Chochmah, & eam demittit in liberos. Et tunc eſt vinum חי, merum & recens. Pardes ibid.

חבל *Funis, Perditio.* R. Schimeon ben Jochai in Raja mehimna tradit, quod ו Tetragrammati vocetur חבל *funis.* Verba ſunt hæc: *Samaël & compar ejus* (conſtituunt) *ſyſtema ſeparatorum per funem ſtrangulationis; cui applicantur duo* ה ה, *nempe 5. digiti dextræ, & quinque ſiniſtræ* (quibus fit ſtrangulatio.) *Et* ו *eſt Funis; &* ו *ſtrangulatio ipſorum, per Tetragrammaton*

maton יהוה, *quod eſt mors* τῦ *Samaël, &c.* Eadem ratio videtur occurrere in illo Deut. 32,9. *Jaacobh eſt funiculus hæreditatis ejus.* Niſi quod aliquando accipiatur ſub notione judicii, ut perditionem deſignet; vel etiam quod Illa litera diſperdat partes adverſas accuſantes. Aliquando autem accipitur ſub notione miſericordiæ, ut in allegato loco Deut. 32,9. Pardes Rimm. Tr. 23. c. 8.

חבלרת *Perditrix.* In Tikkunim Klippah fœmina vocatur חבלה *Perditrix*; & maſculus, חובל *perditor.* Et hinc prodeunt Angeli perditricis; ſicut dantur Angeli Schechinæ. Pard. ib.

חבלי לידה *Dolores partus.* Vid. Sohar Sect. Schemoth 3. c. 11. & Pinchas 116. c. 461. 462. ubi & de doloribus Meſſiæ.

חבצלרת *Roſa.* Eſt Schechinah, juxta Cant. 2,1. Ratio datur in Sohar Sect. Æmor, quod ſicut Roſa creſcit ad aquas, & emittit odorem bonum, ſic Malchuth hoc gaudeat nomine, cum influxum aſſugit à Binah, quæ bonum elevat odorem. Item: quod tunc ſic vocetur, cum copulari deſiderat cum Rege: cum verò Eidem jam adhæret per oſcula, nominatur שושנה Crinorrhodon; juxta Cant. 5, 13. Pardes Tractat. 23. c. 8.

חבר *Socius.* De Societate Angelorum vid. Sohar Trumah 58. c. 229. f. 73.

חברון *Chebron.* Vid. Sohar Schlachlecha 76. c. 304.

חג *Feſtum.* Omnia Feſta ſunt in Malchuth, ſed diverſo reſpectu. E. g. Feſto Paſchatis unitur cum Tiphereth per Cheſed; Feſto traditæ Legis, cum eodem unitur loco debito, nempe in Tiphereth: Feſto novi anni, qui eſt dies judicii, per Gebhuram, &c. Sic in Sohar & Tikkunim reperimus ſæpiſſimè. Quod autem in Raja Mehimna ad Exod. 12,14. dicitur: verbis illis: *Celebrabitis eum* intelligitur Vav, columna media; חג autem eſt Cheſed, Gebhurah, ſic eſt intelligendum: Quod Malchuth, quamvis cum marito uniatur per quamcun-

que Sephiram aliam, ſemper tamen prius influxum aſſugat à dextra & ſiniſtra, unde amplexus Cant. 2,6. Senſus ergo loci Exod. 12,14. hic eſt: וחגותם אותו conſociate & unite Tiphereth cum Malchuth; חג ita tamen ut prius participet à Cheſed & Gebhurah. Pardes Tr. 23. c. 8.

חֹג Eſt Cheſed Gebhurah, חגת Cheſed, Gebhurah, Tiphereth. חוֹג Cheſed & Gebhurah.

חדוה *Gaudium.* Sohar Sect. Vajechi in pr. & f. 126. c. 506. Breſchith f. 35. c. 140. & Trumah 60. c. 237. quaſi diceretur: unum ſunt Vav & He.

חדרים *Conclavia.* Ita vocanur ſex membra, quatenus occultantur in Binah. Senſus autem loci Prov. 24,4. hic eſt: ובדעת hoc eſt myſterium Daath occultum: per hoc Ipſe replet conclavia illa, & inferitur iis, & ibi occultatur. Sicut enim Tiphereth ſe habet ad Sephiras in locis ſuis exiſtentes, ita ſe habet Daath ad conclavia occulta. Unde etiam vocantur Conclavia Horti Eden, quia Binah nominatur Hortus Eden.

2. Sed Conclavia animarum R. Moſcheh refert ad Jeſod, unde nempe illæ prodeunt in mundum. Et Iſtas dicit eſſe Animas, quæ in Conclavi Guph, de quibus dicitur, quod non veniat Filius David, antequam omnes prodierint. Sed & R. Schimeon ben Jochai in Cantico Canticorum ad Cant. 1,4. Conclavium nomen ad Binah refert. Et ſic animarum quoque conclavia ſunt in Binah, quia ex hâc Animæ emanant ſecundum ſpeciem ſuam; quædam è Conclavi Tiphereth, quædam è Conclavi Gebhurah, &c. Sic etiam חדרי גדולה ſunt conclavia illius Gedulah, quæ ibi occulta eſt. Et vocantur Conclavia pluraliter, quia quodlibet conclave ab alio vicino incluſum eſt. Pard. Tr. 23. c. 8.

חדש *Novus.* Omne novum pertinet ad Lunam, quæ ſemper innovatur, quo etiam pertinet locus Pſal. 103,5. Nam omnia dependent ab innovatione Lunæ, quæ eſt Malchuth. Pard. l. c. vid. Sohar Breſchith 6. c. 24. Schlachlecha c. 323.

חדש

חרש *Menſis.* Vid. Sohar Vajeſchebh 102. c. 409. Breſchith 17. c. 67. Jethro 35. c. 139. Vajakhel 96. c. 383. Pekude 107. c. 426.

חוה *Chavvah.* R. Moſcheh inquit, ſic appellari Malchuth, quia hæc verè eſt Mater omnis viventis, & uxor Adami primi ſub myſterio מ״ה quod refert numerum אדם. Pardes Tr. 23. c. 8.

חוזה *Videns.* Eſt Tiphereth vid. חזון. Fortè quia immittit Viſionem & Prophetiam in Malchuth per Prophetas. Vid. אספקלריא. Vox חוזה autem refert numerum Tetragrammati 26. Pardes ibid.

חוט *Filum.* De filo ſeu deſtillatione Cheſed, qui eſt influxus Cheſed in Malchuth, vid. Sohar Mikkez fol. 108. c. 434. Trumah f. 67. c. 265. Vajikra 11. c. 41. Naſo 63. c. 252. & 69. c. 274. Sed חוט השדרה *Medulla ſpinalis* Eſt Linea media Tiphereth, Iſte enim provenit è cerebro & influxum immittit in omnes partes. Datur tamen etiam Filum coccineum: nempe Influxus Gebhurah in Malchuth, ſub myſterio excitationis Aquilonis ad unionem. Nam iſte commovet ad oſcula, unde illud Cant. 4, 3. Sed ad Gebhuram etiam pertinet Filum auri; quod ita differt à filo coccineo, ut color aureus à rubro; Et hoc in Tiphereth vocatur linea flava. Sed Filum ſpinale & filum flavum in eo differunt, quod hoc compoſitum ſit è judicio & miſericordia, rubro ſcil. & albo: ſpinale autem album eſt ut argentum. Hæc tria autem, nempe Filum Cheſed, filum aureum, & linea flava inveniuntur in tribus coloribus oculi; Hæcque eſt Malchuth pupilla oculi in medio. Pardes l. c.

חוטם *Naſus.* R. Moſcheh Naſum refert ad Gebhurah, ita ut בעל החוטם Magiſter Naſi ſit Gedulah, quæ impedit curſum Rigoris. Sed R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim *Olfactum* refert ad Chochmah, quem locat *ad meridiem*, nam hinc etiam dicitur: qui vult fieri ſapiens, convertat ſe ad meri-

que Sephiram aliam, ſemper tamen prius influxum affugat à dextra & ſiniſtra, unde amplexus Cant. 2,6. Senſus ergo loci Exod. 12,14. hic eſt: וחגותם אותו conſociate & unite Tiphereth cum Malchuth; חג ita tamen ut prius participet à Cheſed & Gebhurah. Pardes Tr. 23. c. 8.

חג׳ Eſt Cheſed Gebhurah, חג״ת Cheſed, Gebhurah, Tiphereth. חו״ג Cheſed & Gebhurah.

חדוה *Gaudium.* Sohar Sect. Vajechi in pr. & f. 126. c. 506. Breſchith f. 35. c. 140. & Trumah 60. c. 237. quaſi diceretur: unum ſunt Vav & He.

חדרים *Conclavia.* Ita vocanur ſex membra, quatenus occultantur in Binah. Senſus autem loci Prov. 24,4. hic eſt: ובדעת hoc eſt myſterium Daath occultum: per hoc Ipſe replet conclavia illa, & inſeritur iis, & ibi occultatur. Sicut enim Tiphereth ſe habet ad Sephiras in locis ſuis exiſtentes, ita ſe habet Daath ad conclavia occulta. Unde etiam vocantur Conclavia Horti Eden, quia Binah nominatur Hortus Eden.

2. Sed Conclavia animarum R. Moſcheh refert ad Jeſod, unde nempe illæ prodeunt in mundum. Et Iſtas dicit eſſe Animas, quæ in Conclavi Guph, de quibus dicitur, quod non veniat Filius David, antequam omnes prodierint. Sed & R. Schimeon ben Jochai in Cantico Canticorum ad Cant. 1,4. Conclavium nomen ad Binah refert. Et ſic animarum quoque conclavia ſunt in Binah, quia ex hâc Animæ emanant ſecundum ſpeciem ſuam; quædam è Conclavi Tiphereth, quædam è Conclavi Gebhurah, &c. Sic etiam חדרי גדולה ſunt conclavia illius Gedulah, quæ ibi occulta eſt. Et vocantur Conclavia pluraliter, quia quodlibet conclave ab alio vicino incluſum eſt. Pard. Tr. 23. c. 8.

חדש *Novus.* Omne novum pertinet ad Lunam, quæ ſemper innovatur, quo etiam pertinet locus Pſal. 103,5. Nam omnia dependent ab innovatione Lunæ, quæ eſt Malchuth. Pard. l.c. vid. Sohar Breſchith 6. c. 24. Schlachlecha c. 323.

חרש *Mensis.* Vid. Sohar Vajeschebh 102. c. 409. Breschith 17. c. 67. Jethro 35. c. 139. Vajakhel 96. c. 383. Pekude 107. c. 426.

חוה *Chavvah.* R. Moscheh inquit, sic appellari Malchuth, quia hæc verè est Mater omnis viventis, & uxor Adami primi sub mysterio מ״ה quod refert numerum אדם. Pardes Tr. 23. c. 8.

חוזה *Videns.* Est Tiphereth vid. חזון. Fortè quia immittit Visionem & Prophetiam in Malchuth per Prophetas. Vid. אספקלריא. Vox חוזה autem refert numerum Tetragrammati 26. Pardes ibid.

חוט *Filum.* De filo seu destillatione Chesed, qui est influxus Chesed in Malchuth, vid. Sohar Mikkez fol. 108. c. 434. Trumah f. 67. c. 265. Vajikra 11. c. 41. Naso 63. c. 252. & 69. c. 274. Sed חוט השדרה *Medulla spinalis* Est Linea media Tiphereth, Iste enim provenit è cerebro & influxum immittit in omnes partes. Datur tamen etiam Filum coccineum: nempe Influxus Gebhurah in Malchuth, sub mysterio excitationis Aquilonis ad unionem. Nam iste commovet ad oscula, unde illud Cant. 4, 3. Sed ad Gebhuram etiam pertinet Filum auri; quod ita differt à filo coccineo, ut color aureus à rubro; Et hoc in Tiphereth vocatur linea flava. ~~Sed~~ Filum spinale & filum flavum in eo differunt, quod hoc compositum sit è judicio & misericordia, rubro scil. & albo: spinale autem album est ut argentum. Hæc tria autem, nempe Filum Chesed, filum aureum, & linea flava inveniuntur in tribus coloribus oculi; Hæcque est Malchuth pupilla oculi in medio. Pardes l. c.

חוטם *Nasus.* R. Moscheh Nasum refert ad Gebhurah, ita ut בעל החוטם Magister Nasi sit Gedulah, quæ impedit cursum Rigoris. Sed R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim *Olfactum* refert ad Chochmah, quem locat *ad meridiem*, nam hinc etiam dicitur: qui vult fieri sapiens, convertat se ad meri-

 diem

diem. Et huc refert locum Lev. 1, 9. Nam *odor quietis* ad Chochmah pertinet. Porrò addit, *quod habeat duo foramina*, quibus attrahitur odor: *continentia rigorem & misericordiam*, nam utrumque refert hæc ambo, estque & in dextra rigor, & in sinistra miseratio. *Suntque duo Jodin*, i. e. Binah & Malchuth, illa tamen ad dextram, & hæc ad sinistram inclinans; habentque notionem suam in Chochmah, quæ est בעל החוטם *Naso existente in medio, ut Vau*. Quo denotatur Tiphereth sub mysterio Daath, quatenus occultatur in Chochmah. *Deque hoc dicitur Num. 2, 10. Castra Reuben ad austrum:* id est ראו בן videte filium Tiphereth, qui est ad Austrum in Chochmah. *Duo foramina nasi referuntur ad Leah & Rachel*, ut antea dictum, *Nasus autem ad lineam rectam inter illa, est Jaacobh*. Ex his patet, quod Nasus sit generale quid; quodque eò pertineant Tiphereth, Binah, & Malchuth, cum Chesed & Gebhurah. Omnia tamen relata ad Chochmah, ubi fundamentum olfactus. Alibi in Tikkunim Nasus refertur ad Tiphereth, & duo foramina dicuntur Gedulah & Gebhurah, unde ex altero prodire dicitur fumus & ignis. Pardes l. c.

חוטם *Nasus*. Est notio certorum quorundam luminum in *Adam Kadmon*, ad quæ referuntur *accentus* in medio literarũ locari soliti. חוֹטָם per Gematriam efficit סג 63. Hic ergo concipitur lux è duabus naribus dextra atque sinistra: dextræque attribuitur lux ambiens, & sinistræ lux interna, prout de auribus dictum est. Eradiant autem via recta usque ad *pectus* hujus *Adam Kadmon*, atque hi sunt radii radicales. Sed lux secundaria ex hinc dispersa, undiquaque diffunditur, etiam partem posticam pervadens, adeoque totum *Adam Kadmon* circumdans. Atque hic duo illa genera luminum, internum scil. atque ambiens propiùs, ad se invicem accedunt, quàm circa locum *aurium*, eò quòd *nares* propinquiores sibi invicem sint: Nihilominus tamen divisa manent, nec combinantur: quare nec in his *vasorum* notio locum habet. Differentia autem inter

ter *aurium nariumque* lumina in hoc potiſſimùm conſiſtit. *Nares* deſignantur per literam ו ״ ה inclusam. Illa, cùm in *aure* implicita eſſet ״ ה; nunc manifeſtatur; prodeuntque duæ literæ הו quod eſt myſterium ״ *Seir Anpin* qui hîc manifeſtatur. Nec tantum ו hoc loco fit; ſed illud iterum dividitur in ſex partes quæ ſunt ſex Alephin. Qui numerus cum in utraque *nare* reperiatur addito *naſo ipſo*, producit 13. juxta numerum וין quod in nomine סג. Ez Chajim Tr. Ozaroth Chajim Sect. Adam Kadmon.

Lux Naſi autem, à termino *oris* ulteriùs deſcendens veſtitur quaſi Luce oris, evaditque illius Neſchamah atque pars interna. Vid. אק it. אזנים. it. טנתא. it. מוח n. 4. it. מצח.

חוליא *Membrum, articulus.* R. Schimeon ben Jochai in Raja Meh. ſic: חוליא non minùs habet quam tres partes. Et ſic eſt Schechinah, quæ eſt Filia unica ſed alligata ad ש vocis שבת, quæ eſt litera Phylacteriorum, deſignans tres ramos Patrum. Et hoc eſt ש׳ è voce שדי. Pardes Tr. 23. c. 8.

חולה *Ægrotans.* Vid. Sohar Pinchas 108. c. 429. Vajechi de Chiskijah. Beſchallach 27. c. 107. f. 78. c. 309. f. 29. c. 114. Toledoth 83. c. 330. Vajeſchebh 105. c. 420.

חום היום *Æſtus dici.* R. Schimeon ben Jochai in Sohar Vajikra dicit per hoc nomen intelligi ſplendorem Cheſed; qui eſt ex Luce Cheſed, quia & in Gedulah aliquantum Ignis eſt. Pardes Tr. 23. c. 8.

חומה *Murus.* Vide Ex. 14, 22. & Sechari. 2, 5. Et murus eſt Malchuth, & quando participat de Cheſed, aquæ ſunt murus; cum autem de Gebhurah, eſt murus Ignis. Ratio nominis eſt, quia ambit Iiſraëlitas inſtar muri. Pardes ib.

חומרא *Difficile, grave.* R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim tradit, hoc nomen referri ad Malchuth, ex parte ſiniſtræ. Abhinc enim ſunt gravia ſub myſterio Klippæ. Aggravandum ergò & cumulandum eſt ſepimentum, ne ſerpens perrumpat. Ibidem additur, aliquos hoc nomen referre ad

Chesed, quæ opposita est Cortici, cui חמור asini nomen est. Et huc refertur etiam locus Chab. 3,15. Pard. ib.

חוסן *Robur.* In Tikkunim refertur ad Tiphereth ad locum Jeschai. 33, 6. quatenus unitus est cum Malchuth. Pardes ibid.

חופה *Thalamus, vel cœlum nuptiale*, sub quo sponsus & sponsa consecrantur. Kabbalistæ totum systema Aziluthicum in Chuppah præfigurant. Kether enim est Tectum; Chochmah Parietes; Binah ostium: Chesed, Gebhurah, Nezach & Hod quasi brachia in introitu Thalami constituta; Tiphereth & Malchuth sponsus & sponsa intra Thalamum per Jesod, qui est Paranymphus. Pardes ib.

חוקקי ישראל *Scriba Iisraël* Jud. 5,9. In Sohar Sect. Vajikra hæc extant: *Quinam sunt effiguratores Iisraëlis? non scriptum est* חקוקי *effigurata Iisraëlis; sed* חוקקי, *qui effigurant; suntque Pater & mater, &c.* Id est, si scriptum esset חקוקי, quæ effigurata sunt à Iisraële sene, intelligerentur Nezach & Hod; nam effiguratio est manifestatio in esse. Jam autem intelliguntur illi, qui manifestant & in esse producunt gradum Tiphereth, nempe Chochmah & Binah. Et sic in cæteris sephiris חוקקי sunt principia emanandi, & חקוקים emanantia. Pardes ibid.

חותם *Sigillum.* Materia subsignandi & scribendi in Tikkunim sic proponitur, quamvis obscurè & confusè. Quatuor requiruntur ad subsignationem 1. annulus, 2. sigillum infixum annulo. 3. subsignator, 4. materia in quam fit impressio. Annulus est Chochmah: sigillum eidem infixum, Tiphereth: ille, qui subsignat, est Binah; quæ vocatur יָד manus; constituens 14. literas si scribas plenitudinem plenitudinis literarum יָה Chochmah & Binah sic: יוד. ואו. דלת. הא. אלף. ad quas accedunt literæ וה, Tiphereth & Malchuth plenitudine plenitudinis exaratæ hoc modô: ואו. אלף. ואו. הא. אלף. quæ sunt 28. literæ, nempe יָד. & iterum, יָד: quarum istæ sunt

tegu-

tegumentum illarum. Et hæc eſt manus quæ ſubſignat. Materia autem recipiens eſt Malchuth; quæ receptaculum dicitur. Hæc omnia autem fiunt à ſiniſtra ad dextram. Nam fundamentum eſt Chochmah; Binah autem & Tiphereth aguntur dextram verſus ad ſubſignandum, ſed Malchuth recipiens eſt ad ſiniſtram. Accedit quoque miniſterium Jeſod, juxta illud Ijobh 37,7. *Per manum* τȣ̃ *Col*, i.e. Jeſod *Homo ſignat.* Jeſod autem vocatur כל reſpectu Binah.

2. Ad ſcriptionem verò plura etiam requiruntur: 1. ſcribens nempe, 5. digiti tenentes calamum: 2. calamus ipſe: 3. ſubjectum in quod fit inſcriptio. Calamus eſt Tiphereth, qui vocatur קנה Canna, arundo. Digiti tres tenentes calamum, ſunt Gedulah, Gebhurah, Tiphereth; duo autem ſuppoſiti Nezach & Hod: Membrana, in quam fit ſcriptio, eſt Malchuth. In aliquibus ergò ſcriptio ſubſignationi præpollet; quia ſcriptio fit per Tiphereth, qui ejus fundamentum eſt; ſed ſubſignatio per Jeſod. Sed ſi Scaturigo utriusque reſpiciatur, ſubſignatio præſtantior eſt, quia venit à Chochmah, ſcriptio verò à Tiphereth tantùm. Sed ſcriptio fit à dextra ad ſiniſtram, nam ejus fundamentum eſt Binah, nam literæ כתב ſunt כתר Corona, תורה Lex ברכה benedictio, quæ omnes ſunt in Binah; & iſtam inſequitur dextra per Tiphereth. Si ergò ſcriptio ſit dextra & ſubſignatio ſiniſtra, ſive contra, tum illa hâc judicabitur præſtantior aut contra. Pardes Tr. 23. c.8.

חזה *Pectus.* Vid. Tit. אבא ואמא Item חוטם.

חזוה די ליליא *Viſio nocturna.* In Sohar Sect. Mikkez Angelus Gabriel ſic vocatur. Eſtque talis viſio, qua repræſentatur Malchuth, quæ nox dicitur. Conf. Dan. 8, 16. Pard. ib.

חזון *Viſio.* In Tikkunim occurrunt hæc: *Illa eſt* חזון *& Sanctus ille q. b. ſ.! eſt* חזוה, *quod numerum Tetragrammati habet 26. Sed* חזן *defectivè refert 65. numerum ſc.* אדני. *Quomodo autem Illa fit* חזון*? per literam Vau, per iſtam Illa fit ſpeculum lucidum, &c.* Schechinah ergò unita cum Tiphereth dicitur חזון.

חזון. Hinc etiam intelligitur, quare Minister Synagogæ dicatur חזן, quod habet numerum אדני: quia iste modus est minister omnium Sephirarum. Pard. ib.

חזר Reverti dicuntur ad superna lumina descendentia, sicut notatum sub voce כלי. Non tamen omnes decem *Sephiroth* ita *descendunt* ut *revertantur*; sed novem tantùm *descendunt*: summa autem, quæ est כתר, semper conjuncta manet cum emittente: lux חכמה autem *revertitur* ut superinvestiatur *vase* כתר. Et sic reliquæ, atque sic vasa sufficiunt lumini huic, quod minus est quàm antea. Etz Chajim Tract. Ozaroth Chajim Sect. Haakudim. Conf. עקודים. Vide & רשימו.

חטה *Triticum.* Est Malchuth, quasi à חטא delicias agere, illa enim est filia, quæ deliciis indulget coram patre suo, & iste facit voluntatem ejus. Idque quando constat è 22. literis, hic enim est Numerus חִטָּה. Sohar in Historia de puello. Vel חטה quasi מחתה per Tav, quod est contritio; ut Jeschai. 54. 14. Ista enim conterit omne latus sinistrum; juxta Dan. 2, 34. In Tikkunim dicitur, quod חטה sit symbolum Schechinæ, quatenus est inter Klippoth; Illa enim dicitur ה̈ & Klippah vocatur חֵט ex sensu Psal. 51, 7. Pard. l. c.

חטאת *Peccatum.* חטא in masculino est serpens antiquus; sed חטאת est fœmina Lilith impia. Sed cum mundationem denotat, tunc est Malchuth, quando diminuitur, & descendit ad scabellum pedum ejus, juxta locum Lev. 9, 22. Pardes ib. Vid. in Sohar Breschith 16. c. 63. f. 42. c. 165. Vaæra 12. c. 46. Chükkath 87. c. 346.

חי *Vivus.* Est Jesod. Sic in Raja Meh. R. Moscheh scribit: חַי per pathach est cognomen Binah; per Zere, est Jesod. Vid. prolixè Schaare Zedek. In Sohar autem non distinguuntur. Omnes autem consentiunt, quod tunc vocetur חי, quando vita à Binah derivatur in Malchuth. In Sohar Cantici Canticorum. R. Schimeon ben Jochai hæc tradit; Cum tantùm recipit influxum à supernis, vocatur חי, vivus: Cum verò vitam

tam & influentiam demittit deorſum, tunc vocatur חי העולמים vivens pro æonibus, quia demittit vitam in æones ſeu mundos infra ſe locatos. Qua ex cauſa, juxta R. Moſcheh, hoc nomen etiam tribuitur gradui Malchuth. Sed, ut R. Moſcheh vult, etiam Tiphereth vocatur Chai Olamim, quia eſt Vita Malchuth, vel graduum Nezach, Hod, Jeſod, Malchuth. Sic & in Sohar Vajeze dicitur; quod Tiphereth aliquando vocetur Chai; & quod Juſtus ab Illo vitam aſſugat. Pardes l. c.

2. Vid. Sohar Vajeze 86. c. 317. Breſchith c. 39. & fol. 34. c. 134. Et Vajiggaſch 114. c. 457. & f. 116. c. 460. Et Vajechi 128. c. 510. Trumah 61. & 62. c. 245. Vajikra 7. c. 27. Pinchas 104. c. 415. & f. 117. c. 454. & 119. c. 475. 477.

חידה *Ænigma.* R. Moſcheh refert ad Nezach, qui eſt locus Prophetiæ. Conf. Num. 12, 8. Pardes h. l.

חיה *Animal.* Datur animal ſuperius, & inferius: Superius, quod ſupra firmamentum, nempe in figura literæ אָ, eſt Chochmah; inferius eſt Malchuth, quæ Jechesk. 10, 20. vocatur *animal, quod eſt ſubter Deo Iiſraël*, & hæc eſt Jod inferius in eâdem figurâ. Hæc in Tikkunim. Fortè autem hæc vox habet ſignificationem *vitæ*; quia Chochmah eſt Scaturigo vitæ pro omnibus Sephiris. Et Malchuth ſimiliter eſt vita, quatenus vocatur Jod ſecundum. At in Tikkunim Malchuth vocatur חיה reſpectu Animalium Sanctorum, quia ab Animalibus ſuperioribus Illa influxum ſuſcipit, & in inferioribus reſidet. Pardes ibid. Vide Sohar Pekude 109. c. 433. 437. Et Schemini 17. c. 68. & Pinchas 116. c. 462. 463. De beſtia autem mala vid. Bechükkothai 55. c. 220.

חיי המלך *Vita Regis.* In Raja Mehim. Rex vocatur Tiphereth; cujus Vita ſunt Chochmah & Binah, quia ab his derivatur vita juxta Eccleſ. 7, 13. Binah autem demittit Vitam in Tiphereth, quam accipit à Chochmah. Unde ſimul patet ratio, quare vita Regis aliquando ſola ſapientia, aliquando Chochmah & Binah ſimul dicantur.

Vu 2. De-

2. Deinde Chochmah etiam dicitur חיי העולם הבא *Vita mundi venturi*; quia Illa est vita Gradûs Binah, quæ mundus venturus dicitur.

3. Binah autem vocatur חיי העולם *Vita mundi*, quia per Eam subsistunt omnes mundi infra ipsam locati. Notetur autem, quod per vitam intelligatur Influxus & quidem specialis, in ipsa denominatione determinatus. Pardes l.c.

4. חיים *Vitæ.* Dicuntur Tres priores, quarum quælibet est Vita infra se consistentium, ad gradum usque ultimum. Hinc, juxta Tikkunim, Tiphereth vocatur *Arbor vitæ*, quia influxum haurit à Vita, nempe Chochmah & Binah, de quo latius in Schaare Zedek; ubi etiam quod Vita tantum sumatur in bonam partem; sicut mors in malam; ex Deuter. 30, 15. quodque utraque sit essentia quædam, illa tres priores in Sanctitate; hæc turma impuritatis, &c. Pardes ib.

חיך *Palatum.* R. Moscheh refert ad Chochmah, & procul dubio ad notionem ejus infimam, sicut palatum est imum Cerebri, quod est Chochmah ipsa; & omni sapore privatum est, sicut nec sapientia ullo modo cognosci potest. Pard. ib.

חילי *Potentia, vis mea*; Ijobh 31, 25. Joël, 2, 25. In Tikkunim exponitur de Æn-Soph, à quo potentia & vis omnium inferiorum. Diciturque; חַיל, vis יוד Jod, id est, Patris, id est, vigor & Scaturigo ejus. Pard. ib. Confer Sect. Beschallach 22. c. 88.

חיצון Et derivata 1. denotant notionem *externi*, adeoque lucem ignobiliorem, unde externum in *Adam Kadmon* correspondet notioni *sphæricæ:* quoniam huic est vicinum & propterea aliquantò crassius. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Adam Kadmon.

2. Sic in זין imo in qualibet Persona datur notio externi quod est ad instar Corporis respectu animæ quam refert illarum internum. Et ex hoc externo זין״א systematis aziluthici

thici conditi sunt mundi reliqui nempe Briah, Jezirah & Asijah, sicut pariter & Angeli omnes.

3. Sed datur & alia notio nimirum interni quæ quasi est anima respectu corporis: Et ex ista notione creatæ sunt animæ justorum; animæ nempe masculorum à Seir, & animæ fœminarum ab uxore ejus. Ita ut justorum animæ intimioris sint naturæ, quàm omnes Angeli: exceptis illis animabus, quæ sunt è Systematibus Briah, Jezirah, Asijah. Quanquam & istæ animæ habent notionem interioris respectu Angelorum ejusdem systematis cujus sunt animæ. Ib. Tract. Ibbur.

חירות *Libertas*, est Binah, à quâ omnis libertas procedit. Unde in Lege quinquagesies fit mentio exitus ex Ægypto, qui per Eam factus est. Et hinc etiam Jobel. Pardes Tr. 23. c. 8. h. t. Vid. Korah in pr. f. 84. c. 335.

חכם *Sapiens*. Sohar Debharim 122. c. 486. Zav 15. c. 60.

חכמה *Sapientia*. Est Sephirah secunda, quæ sic vocatur, quia est Sapientia Entis necessarii. Deque eâ dicitur Ijobh 28, 12. *Et Sapientia ab* אין *invenietur*. Est autem חכמה quasi כח מה, id est, Vis מה qui est numerus אדם. Et ad eam pertinet *Facies Hominis*; quod est Tetragrammaton valoris 45. יוד. הא. ואו. הא, quod nomen respectum habet ad Chochmah. Vox כח autem respectum habet ad Binah, in qua latet Vis literarum. Dicitur ergò Chochmah, sub illâ notione, qua propinqua est Binæ. Vocatur autem

חכמה קדומה *Sapientia Orientalis*, ut indicetur anterioritas notionis ejus, quæ vicina est Coronæ, quæ vocatur קדמון anterior. Dicitur etiam porrò חכמה אלהים *Sapientia Dei*. 1. Reg. 3, 28. id est, ut vult R. Moscheh, illa, quæ datur mensuris illis, quæ vocantur אלהים, easque informat 32. semitis, quæ sunt Binah & Malchuth. Ulteriùs vocatur חכמה כל בני קדם *Sapientia omnium filiorum Kedem*. 1. Reg. 4, 30. quia influit (ut docet R. Schimeon b. J. in Tikk.) in omnes gradus, qui vocantur Anni priores.

2. Alia est חכמת שלמה *Sapientia Schlomoh*; quæ sic vocatur, quia data est Salomoni; vel quia est compar illius Regis, cujus est pax. Eadem etiam vocatur Sapientia זְעִיר minor, quia non est sicut Sapientia Elohim. Hæc altera est Malchuth; quæ ob notionem literæ Jod, quam habet, similis est Chochmæ. Et de utraque hac sapientia dicitur: Jesch. 44, 6. *Ego primus & Ego ultimus.* Juxta mysticum illud: Chochmah in principio & Chochmah in fine. Unde Malchuth quoque dicitur sapientia ultima. Pardes Tr. 23. c. 8.

3. חכמה *Sapientia.* V. זווג. חור. מנחא. זווג. כלים. ניצוצות §. 15. Nona Sephirarum ab imis ascendendo sic plerumque nominata comperitur. Et hæc est Jod Tetragrammati. Non autem hanc ubique prolata sapientia refert: nam crebrò & decima seu Malchuth sapientia vocatur, ut, *Deus dedit sapientiam Salomoni.* 1. Reg. 4, 29. Excelsior verò sapientia, in quam Jod Tetragrammati quadrat, & ipsum Mosen latuit, nec ulla creaturarum eo usque progredi potest: siquidem & ipse nec omnes prudentiæ januas, nedum sapientiam altiùs prudentiâ residentem, novit. Et de hac dicunt Kabbalistæ: Chochmah in principio: de altera autem ultima, quæ est Malchuth, dicunt: Chochmah in fine. Ubi intelliguntur literæ Tetragrammati prima & ultima. Et quia Sapientia prima mysticè denotat exsertionem Ideæ vel cogitationis è Kether, hinc à nulla re post ipsam locatâ æstimari, vel determinari potest, & de eâ scribitur Ijobh 28, 12. *Et sapientia de Ajin invenitur, &c.* ubi vox מֵאַיִן denotat mysterium exsertionis Machschabæ seu cogitationis à Coronâ. Nam ℣. 23. *Elohim quidem intelligit viam ejus, sed non locum ejus; & hu ille novit locum ejus, &c.* Sola quippe prudentia vocata Elohim, in viam sapientiæ aditum patefacit & ostendit, & solus הוא h. e. Corona superior hujus Sapientiæ locum intuetur. Hæc igitur est initium actuatæ idealitatis, caput & principium Aziluth, de qua etiam legitur Prov. 3, 19. *Dominus in sapientia fundavit terram, &c.* Studium igitur adhibe, ut quo-

quoties sapientiæ nomen audis, quam ex geminis istis sapientiis litera sonet, accipias. Omittendū autem non est, quod altior hæc sapientia nunquam sejungitur à prudentia; quia hæ duæ simul Coronæ adhærent, quæ est mundus Misericordiæ, & locus ubi nec dolor, nec ira, nec separatio, sed gloria & decor, robur & gaudium. Cumque inextricabili se complicent modo Chochmah & Binah, hinc nullatenus sui quicquam immutat nomen Jah. Sed cum peccant Iisraelitæ, & separationis causa fiunt, ut sapientia ultima tollatur à Daath, juxta Pr. 16, 28. aliquando He ultimum separatur à Vav, atque tunc hoc sursum sese recipit, nec apparet ulteriùs, quia uxor ejus ab Ipso separata est. Et huc pertinet locus Jesch. 8, 18. *Qui abscondit faciem, &c.* Quia enim exulat Schechinah, quæ est ה, litera ו occultatur, & nihil apparet, quàm יה tantùm; qui est locus, ubi nulla reperitur separatio. Et huc pertinet locus Jesch. 57. 1. Sublato enim Vav, Tiphereth, etiam *colligitur Justus*, i.e. apex literæ Vav inferior. Sæpe tamen cum scriptura loquitur de sapientia prima, symbolicè simul involvitur & ultima. Verbi gratia, cum dicitur Prov. 3, 19. *Dominus in sapientia fundavit Terram, disposuit cœlos in Intelligentia:* quænam hîc è duabus his Sephiris major est? Sapientia. Quomodo ergò dicit: *In Sapientiâ fundavit Terram.* Cœlo autem, quod sublimius est, Intelligentiam tribuit? Textus ergo quidem loquitur de sapientia prima; sed simul involvit & ultimam. Mysterium enim Chochmah plùs continet misericordiæ quam Binah, hinc filiis hominum eâdem est opus. Cœli autem, ubi nihil nisi rectum & purum, dispositi dicuntur per mensuram, quæ plus judicii continet, quàm Chochmah. Involvitur ergò sapientia ultima, quæ Terræ fundamentum est. Schaare Orah post Nomen יה, titulò 2. ubi sequitur titulus רצון.

14. In doctrina metallica Chochmah est gradus Plumbi; vel salis primordialis, in quo latet plumbum sapientum. Sed quomodo plumbo locus tam sublimis tribuitur, quod est me-

tallum tam ignobile; & cujus in ſcriptura tam rarò fit mentio? Sed hîc latet ſapientia. Uterque gradus valdè occultus eſt, hinc parum de eo inſtituitur ſermo. Sed tamen non deerit & hîc numerus Sephirarum particularium. Nonnè enim quod Sechari 5, 7. *Talentum plumbi elatum* dicitur, & in alto deportatum, gradum Kether repræſentare poteſt? Et quod ibidem ℣. 8. dicitur de *Lapide plumbi*; figuram ײַ Jod proponit, quod eſt in Chochmah. Deinde Jechesk. 27, 12. plumbum refertur ad locum congregationis, qualis eſt Binah. Et Amos 7, 7. אנך perpendiculum plumbeum denotat filum Cheſed, nam & אֲנָךְ cum tota voce habet 72. numerum חֶסֶד. Quod autem Num. 31, 22. plumbum numeratur inter ea, quæ ingrediuntur in Ignem, erit Gebhurah. At Ijobh 19, 24. Stylus ferreus & plumbum conjunguntur, unde tibi Tiphereth, ſcriptor. Quid autem Jechesk. 22, 18. 20. fornax probationis, ſeu gratiæ, & fornax judicii, in quibus etiam plumbum? Nempe Nezach & Hod, debebat enim effluere fluvius argenti. Et Jirm. 6, 29. Catinus probatorius, è quo per plumbum ſperatur argentum bonum, annon eſt juſtus & juſtificans; Jeſod? Si autem quæris imum maris, ſpeculare locum Exod. 15, 10. ubi occurret notio Malchuth. Hoc eſt mare illud rubrum, ex quo extrahitur Sal Sapientiæ; & in quo Naves Schlomoh advehunt aurum. Sepher Æſch Mezareph c. 6.

חלב *Lac.* Eſt in Cheſed, ob albedinem. Omnia enim primò lacteſcunt, ut ſemina, deinde album mutatur in ſanguinem vel vinum rubrum, ſic & Cheſed præcedit, ſequiturque Gebhurah. Sed locum Cant. 5, 12. R. Schimeon ben Jochai exponit de influentia à Corona ſumma per Chochmah in Binah deſcendens, in qua, ceu Matre ſuperna fit lac pro liberorum lactatione. Pardes Tr. 23. c. 8.

חלה *Challah, Placenta particula maſſæ ante piſturam ſeparanda.* Num. 15, 20. Eſt Schechinah, (ut in Raja Meh.) quando eſt cum tribus Patribus. Ratio, quia in Ipſa eſt proportio

portio ad maſſam, nempe pars quadrageſima octava, (quam exprimit numerus חלה) qui ſunt literæ מג 43. & quinarius, unde vox מגן *Clypeus*, cujus literæ ſunt מיכאל & גבריאל & נוריאל, Angeli correſpondentes cum tribus Patribus; qui cum alicubi ſunt, ibi & Schechinah eſt. Et hæc intelliguntur ex myſterio יוד. Ad Ipſam ergò refertur חלה ſive habeat ſignificationem *precationis*, juxta Exod. 32, 11. ſive *principii* juxta Deut. 3,24. In Tikkunim dicitur, quod Schechinah tunc dicatur Challah, quando continet ſeptem ſpecies repertas in Terra Iiſraël, qui fortè ſunt 7. dies fabricæ. Pardes ibid.

חלום *Somnium*. In Raja Mehimna dicitur: quod Schechinah vocetur Viſio, quæ vigilanti accidit, quando influxum accipit à quinque Sephiris ſupernis, Gedul. Geb. Tiph. Nez. Hod: quia Ipſa eſt filia ſeu pupilla oculi trium colorum, qui ſunt 3. Patres; & duæ palpebræ Nezach & Hod; quæ ſi apertæ ſint ad influxum dicitur Viſio; מראה. Cum autem influxus Iſtorum ab Eâ tollitur, tunc vocatur *Viſio per ſomnium*. Et hinc influxus provenit ad Prophetam; huc quoque Iſte reſpicit, cum per ſomnium vaticinatur. Pard. l.c. vid. Soh. Behaaloth. 73. c. 290. Et חלם eſt 78. ut: היה והוה ויהיה.

חלון *Feneſtra*. In Tikkun. refertur ad Tiphereth, qui ſit feneſtra in Binah; allegato loco Gen. 8,6. ubi Arca dicitur eſſe Binah, feneſtra autem per quam Hæc influxum recipit, Tiphereth ſub myſterio Daath, per quam illa illuminatur, quatenus per Eam unitur cum Chochmah. Niſi fortè intelligatur Tiphereth per ſe, tanquam feneſtra, per quam manifeſtatur Binah. Hic autem locum habet illa hujus gradûs notio, juxta quam dicitur Prov. 6,23. *Et Lex eſt Lux*, ubi involvitur dextra, quia per Cheſed Ille adſcendit in Binah; & juxta hanc notionem manifeſtatur Binah per Illum. Pardes ib.

חליצה *Diſcalceatio*. Vid. Soh. Chukkath 86. c. 342. Ki Teze 136. c. 544.

חלל *Vacuum*. Deus emiſſurus, quæ emanatura erant, contractione

חזון. Hinc etiam intelligitur, quare Minifter Synagogæ dicatur חזן, quod habet numerum אדני: quia ifte modus eft minifter omnium Sephirarum. Pard. ib.

חזר Reverti dicuntur ad fuperna lumina defcendentia, ficut notatum fub voce כלי. Non tamen omnes decem *Sephiroth* ita *defcendunt* ut *revertantur*; fed novem tantùm *defcendunt*: fumma autem, quæ eft כתר, femper conjuncta manet cum emittente: lux חכמה autem *revertitur* ut fuperinveftiatur *vafe* כתר. Et fic reliquæ, atque fic vafa fufficiunt lumini huic, quod minus eft quàm antea. Etz Chajim Tract. Ozaroth Chajim Sect. Haakudim. Conf. עקודים. Vide & רשימו.

חטה *Triticum.* Eft Malchuth, quafi à חטא delicias agere, illa enim eft filia, quæ deliciis indulget coram patre fuo, & ifte facit voluntatem ejus. Idque quando conftat è 22. literis, hic enim eft Numerus חִטָּה. Sohar in Hiftoria de puello. Vel חטה quafi מחתה per Tav, quod eft contritio; ut Jefchai. 54. 14. Ifta enim conterit omne latus finiftrum; juxta Dan. 2, 34. In Tikkunim dicitur, quod חטה fit fymbolum Schechinæ, quatenus eft inter Klippoth; Illa enim dicitur ה & Klippah vocatur חֵט ex fenfu Pfal. 51, 7. Pard. l. c.

חטאת *Peccatum.* חטא in mafculino eft ferpens antiquus; fed חטאת eft fœmina Lilith impia. Sed cum mundationem denotat, tunc eft Malchuth, quando diminuitur, & defcendit ad fcabellum pedum ejus, juxta locum Lev. 9, 22. Pardes ib. Vid. in Sohar Brefchith 16. c. 63. f. 42. c. 165. Vaæra 12. c. 46. Chükkath 87. c. 346.

חי *Vivus.* Eft Jefod. Sic in Raja Meh. R. Mofcheh fcribit: חי per pathach eft cognomen Binah; per Zere, eft Jefod. Vid. prolixè Schaare Zedek. In Sohar autem non diftinguuntur. Omnes autem confentiunt, quod tunc vocetur חי, quando vita à Binah derivatur in Malchuth. In Sohar Cantici Canticorum. R. Schimeon ben Jochai hæc tradit; Cum tantùm recipit influxum à fupernis, vocatur חי, vivus: Cum verò vitam

tam & influentiam demittit deorſum, tunc vocatur חי העולמים vivens pro æonibus, quia demittit vitam in æones ſeu mundos infra ſe locatos. Qua ex cauſa, juxta R. Moſcheh, hoc nomen etiam tribuitur gradui Malchuth. Sed, ut R. Moſcheh vult, etiam Tiphereth vocatur Chai Olamim, quia eſt Vita Malchuth, vel graduum Nezach, Hod, Jeſod, Malchuth. Sic & in Sohar Vajeze dicitur; quod Tiphereth aliquando vocetur Chai; & quod Juſtus ab Illo vitam aſſugat. Pardes l. c.

2. Vid. Sohar Vajeze 86. c. 317. Breſchith c. 39. & fol. 34. c. 134. Et Vajiggaſch 114. c. 457. & f. 116. c. 460. Et Vajechi 128. c. 510. Trumah 61. & 62. c. 245. Vajikra 7. c. 27. Pinchas 104. c. 415. & f. 117. c. 454. & 119. c. 475. 477.

חידה *Ænigma.* R. Moſcheh refert ad Nezach, qui eſt locus Prophetiæ. Conf. Num. 12, 8. Pardes h. l.

חיה *Animal.* Datur animal ſuperius, & inferius: Superius, quod ſupra firmamentum, nempe in figura literæ א, eſt Chochmah; inferius eſt Malchuth, quæ Jechesk. 10, 20. vocatur *animal, quod eſt ſubter Deo Iſraël*, & hæc eſt Jod inferius in eâdem figurâ. Hæc in Tikkunim. Fortè autem hæc vox habet ſignificationem *vitæ*; quia Chochmah eſt Scaturigo vitæ pro omnibus Sephiris. Et Malchuth ſimiliter eſt vita, quatenus vocatur Jod ſecundum. At in Tikkunim Malchuth vocatur חיה reſpectu Animalium Sanctorum, quia ab Animalibus ſuperioribus Illa influxum ſuſcipit, & in inferioribus reſidet. Pardes ibid. Vide Sohar Pekude 109. c. 433. 437. Et Schemini 17. c. 68. & Pinchas 116. c. 462. 463. De beſtia autem mala vid. Bechükkothai 55. c. 220.

חיי המלך *Vita Regis.* In Raja Mehim. Rex vôcatur Tiphereth; cujus Vita ſunt Chochmah & Binah, quia ab his derivatur vita juxta Eccleſ. 7, 13. Binah autem demittit Vitam in Tiphereth, quam accipit à Chochmah. Unde ſimul patet ratio, quare vita Regis aliquando ſola ſapientia, aliquando Chochmah & Binah ſimul dicantur.

2. Deinde Chochmah etiam dicitur חיי העולם הבא *Vita mundi venturi*; quia Illa est vita Gradûs Binah, quæ mundus venturus dicitur.

3. Binah autem vocatur חיי העולם *Vita mundi*, quia per Eam subsistunt omnes mundi infra ipsam locati. Notetur autem, quod per vitam intelligatur Influxus & quidem specialis, in ipsa denominatione determinatus. Pardes l.c.

4. חיים *Vita*. Dicuntur Tres priores, quarum quælibet est Vita infra se consistentium, ad gradum usque ultimum. Hinc, juxta Tikkunim, Tiphereth vocatur *Arbor vitæ*, quia influxum haurit à Vita, nempe Chochmah & Binah, de quo latius in Schaare Zedek; ubi etiam quod Vita tantùm sumatur in bonam partem; sicut mors in malam; ex Deuter. 30, 15. quodque utraque sit essentia quædam, illa tres priores in Sanctitate; hæc turma impuritatis, &c. Pardes ib.

חיך *Palatum*. R. Moscheh refert ad Chochmah, & procul dubio ad notionem ejus infimam, sicut palatum est imum Cerebri, quod est Chochmah ipsa; & omni sapore privatum est, sicut nec sapientia ullo modo cognosci potest. Pard. ib.

חילי *Potentia, vis mea*; Ijobh 31, 25. Joël, 2, 25. In Tikkunim exponitur de Æn-Soph, à quo potentia & vis omnium inferiorum. Diciturque; חי״ל, vis י״ח Jod, id est, Patris, id est, vigor & Scaturigo ejus. Pard. ib. Confer Sect. Beschallach 22. c. 88.

חיצון Et derivata 1. denotant notionem *externi*, adeoque lucem ignobiliorem, unde externum in *Adam Kadmon* correspondet notioni *sphaericæ*: quoniam huic est vicinum & propterea aliquantò crassius. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Adam Kadmon.

2. Sic in זין imo in qualibet Persona datur notio externi quod est ad instar Corporis respectu animæ quam refert illarum internum. Et ex hoc externo ז״א זין systematis aziluthici

thici conditi sunt mundi reliqui nempe Briah, Jezirah & Asijah, sicut pariter & Angeli omnes.

3. Sed datur & alia notio nimirum interni quæ quasi est anima respectu corporis: Et ex ista notione creatæ sunt animæ justorum; animæ nempe masculorum à Seir, & animæ fœminarum ab uxore ejus. Ita ut justorum animæ intimioris sint naturæ, quàm omnes Angeli: exceptis illis animabus, quæ sunt è Systematibus Briah, Jezirah, Asijah. Quanquam & istæ animæ habent notionem interioris respectu Angelorum ejusdem systematis cujus sunt animæ. Ib. Tract. Ibbur.

חירות *Libertas*, est Binah, à quâ omnis libertas procedit. Unde in Lege quinquagesies fit mentio exitus ex Ægypto, qui per Eam factus est. Et hinc etiam Jobel. Pardes Tr. 23. c. 8. h.t. Vid. Korah in pr. f. 84. c. 335.

חכם *Sapiens.* Sohar Debharim 122. c. 486. Zav 15. c. 60.

חכמה *Sapientia.* Est Sephirah secunda, quæ sic vocatur, quia est Sapientia Entis necessarii. Deque eâ dicitur Ijobh 28, 12. *Et Sapientia ab* אין *invenietur.* Est autem חכמה quasi כח מה, id est, Vis *rò* מה qui est numerus אדם. Et ad eam pertinet *Facies Hominis;* quod est Tetragrammaton valoris 45. יוד. הא. ואו הא., quod nomen respectum habet ad Chochmah. Vox כח autem respectum habet ad Binah, in qua latet Vis literarum. Dicitur ergò Chochmah, sub illâ notione, qua propinqua est Binæ. Vocatur autem

חכמה קדומה *Sapientia Orientalis*, ut indicetur anterioritas notionis ejus, quæ vicina est Coronæ, quæ vocatur קדמון anterior. Dicitur etiam porrò חכמת אלהים *Sapientia Dei.* 1. Reg. 3, 28. id est, ut vult R. Moscheh, illa, quæ datur mensuris illis, quæ vocantur אלהים, easque informat 32. semitis, quæ sunt Binah & Malchuth. Ulteriùs vocatur חכמת כל בני קדם *Sapientia omnium filiorum Kedem.* 1. Reg. 4, 30. quia influit (ut docet R. Schimeon b. J. in Tikk.) in omnes gradus, qui vocantur Anni priores.

2. Deinde Chochmah etiam dicitur חיי העולם הבא *Vita mundi venturi*; quia Illa est vita Gradûs Binah, quæ mundus venturus dicitur.

3. Binah autem vocatur חיי העולם *Vita mundi*, quia per Eam subsistunt omnes mundi infra ipsam locati. Notetur autem, quod per vitam intelligatur Influxus & quidem specialis, in ipsa denominatione determinatus. Pardes l.c.

4. חיים *Vita*. Dicuntur Tres priores, quarum quælibet est Vita infra se consistentium, ad gradum usque ultimum. Hinc, juxta Tikkunim, Tiphereth vocatur *Arbor vitæ*, quia influxum haurit à Vita, nempe Chochmah & Binah, de quo latius in Schaare Zedek; ubi etiam quod Vita tantum sumatur in bonam partem; sicut mors in malam; ex Deuter. 30, 15. quodque utraque sit essentia quædam, illa tres priores in Sanctitate; hæc turma impuritatis, &c. Pardes ib.

חיך *Palatum*. R. Moscheh refert ad Chochmah, & procul dubio ad notionem ejus infimam, sicut palatum est imum Cerebri, quod est Chochmah ipsa; & omni sapore privatum est, sicut nec sapientia ullo modo cognosci potest. Pard. ib.

חילי *Potentia, vis mea*; Ijobh 31, 25. Joël, 2, 25. In Tikkunim exponitur de Æn-Soph, à quo potentia & vis omnium inferiorum. Diciturque ; ח״יל, vis י״ Jod, id est, Patris, id est, vigor & Scaturigo ejus. Pard. ib. Confer Sect. Beschallach 22. c. 88.

חיצון Et derivata 1. denotant notionem *externi*, adeoque lucem ignobiliorem, unde externum in *Adam Kadmon* correspondet notioni *sphæricæ*: quoniam huic est vicinum & propterea aliquantò crassius. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Adam Kadmon.

2. Sic in זו״ן imo in qualibet Persona datur notio externi quod est ad instar Corporis respectu animæ quam refert illarum internum. Et ex hoc externo זו״ן דא״צ systematis aziluthici

thici conditi sunt mundi reliqui nempe Briah, Jezirah & Asijah, sicut pariter & Angeli omnes.

3. Sed datur & alia notio nimirum interni quæ quasi est anima respectu corporis: Et ex ista notione creatæ sunt animæ justorum; animæ nempe masculorum à Seir, & animæ fœminarum ab uxore ejus. Ita ut justorum animæ intimioris sint naturæ, quàm omnes Angeli: exceptis illis animabus, quæ sunt è Systematibus Briah, Jezirah, Asijah. Quanquam & istæ animæ habent notionem interioris respectu Angelorum ejusdem systematis cujus sunt animæ. Ib. Tract. Ibbur.

חירות *Libertas*, est Binah, à quâ omnis libertas procedit. Unde in Lege quinquagesies fit mentio exitus ex Ægypto, qui per Eam factus est. Et hinc etiam Jobel. Pardes Tr. 23. c. 8. h.t. Vid. Korah in pr. f. 84. c. 335.

חכם *Sapiens.* Sohar Debharim 122. c. 486. Zav 15. c. 60.

חכמה *Sapientia.* Est Sephirah secunda, quæ sic vocatur, quia est Sapientia Entis necessarii. Deque eâ dicitur Ijobh 28, 12. *Et Sapientia ab* אין *invenietur.* Est autem חכמה quasi כח מה, id est, Vis τὸ מה qui est numerus אדם. Et ad eam pertinet *Facies Hominis;* quod est Tetragrammaton valoris 45. יוד. הא. ואו הא., quod nomen respectum habet ad Chochmah. Vox כח autem respectum habet ad Binah, in qua latet Vis literarum. Dicitur ergò Chochmah, sub illâ notione, qua propinqua est Binæ. Vocatur autem

חכמה קדומה *Sapientia Orientalis*, ut indicetur anterioritas notionis ejus, quæ vicina est Coronæ, quæ vocatur [illegible] anterior. Dicitur etiam porrò חכמת אלהים *Sapientia De[illegible]* Reg. 3, 28. id est, ut vult R. Moscheh, illa, quæ datur [illegible]ris illis, quæ vocantur אלהים, easque informat 32 [illegible] quæ sunt Binah & Malchuth. Ulteriùs vocatur [illegible] קדם *Sapientia omnium filiorum Kedem.* 1. Reg. 4, 3[illegible] (ut docet R. Schimeon b. J. in Tikk.) in omnes [illegible] cantur Anni priores.

2. Alia eſt חכמת שלמה *Sapientia Schlomoh*; quæ ſic vocatur, quia data eſt Salomoni; vel quia eſt compar illius Regis, cujus eſt pax. Eadem etiam vocatur Sapientia זְעֵיר minor, quia non eſt ſicut Sapientia Elohim. Hæc altera eſt Malchuth; quæ ob notionem literæ Jod, quam habet, ſimilis eſt Chochmæ. Et de utraque hac ſapientia dicitur: Jeſch. 44,6. *Ego primus & Ego ultimus*. Juxta myſticum illud: Chochmah in principio & Chochmah in fine. Unde Malchuth quoque dicitur ſapientia ultima. Pardes Tr. 23. c. 8.

3. חכמה *Sapientia*. V. ניצוצות 5. כלים. זווג. טנתא. חור. זווג. 15. Nona Sephirarum ab imis aſcendendo ſic plerumque nominata comperitur. Et hæc eſt Jod Tetragrammati. Non autem hanc ubique prolata ſapientia refert: nam crebrò & decima ſeu Malchuth ſapientia vocatur, ut, *Deus dedit ſapientiam Salomoni*. 1. Reg. 4,29. Excelſior verò ſapientia, in quam Jod Tetragrammati quadrat, & ipſum Moſen latuit, nec ulla creaturarum eo uſque progredi poteſt: ſiquidem & ipſe nec omnes prudentiæ januas, nedum ſapientiam altiùs prudentiâ reſidentem, novit. Et de hac dicunt Kabbaliſtæ: Chochmah in principio: de altera autem ultima, quæ eſt Malchuth, dicunt: Chochmah in fine. Ubi intelliguntur literæ Tetragrammati prima & ultima. Et quia Sapientia prima myſticè denotat exſertionem Ideæ vel cogitationis è Kether, hinc à nulla re poſt ipſam locatâ æſtimari, vel determinari poteſt, & de eâ ſcribitur Ijobh 28, 12. *Et ſapientia de Ajin invenitur, &c.* ubi vox מֵאַיִן denotat myſterium exſertionis Machſchabæ ſeu cogitationis à Coronâ. Nam ℣. 23. *Elohim quidem intelligit viam ejus, ſed non locum ejus; & hu ille novit locum ejus, &c.* Sola quippe prudentia vocata Elohim, in viam ſapientiæ aditum patefacit & oſtendit, & ſolus הוא h. e. Corona ſuperior hujus Sapientiæ locum intuetur. Hæc igitur eſt initium actuatæ idealitatis, caput & principium Aziluth, de qua etiam legitur Prov. 3, 19. *Dominus in ſapientia fundavit terram, &c.* Studium igitur adhibe, ut quo-

quoties ſapientiæ nomen audis, quam ex geminis iſtis ſapientiis litera ſonet, accipias. Omittendũ autem non eſt, quod altior hæc ſapientia nunquam ſejungitur à prudentia; quia hæ duæ ſimul Coronæ adhærent, quæ eſt mundus Miſericordiæ, & locus ubi nec dolor, nec ira, nec ſeparatio, ſed gloria & decor, robur & gaudium. Cumque inextricabili ſe complicent modo Chochmah & Binah, hinc nullatenus ſui quicquam immutat nomen Jah. Sed cum peccant Iiſraelitæ, & ſeparationis cauſa fiunt, ut ſapientia ultima tollatur à Daath', juxta Pr. 16, 28. aliquando He ultimum ſeparatur à Vav, atque tunc hoc ſurſum ſeſe recipit, nec apparet ulteriùs, quia uxor ejus ab Ipſo ſeparata eſt. Et huc pertinet locus Jeſch. 8, 18. *Qui abſcondit faciem, &c.* Quia enim exulat Schechinah, quæ eſt הּ, litera ו occultatur, & nihil apparet, quàm יָה tantùm; qui eſt locus, ubi nulla reperitur ſeparatio. Et huc pertinet locus Jeſch. 57. 1. Sublato enim Vav, Tiphereth, etiam *colligitur Juſtus*, i.e. apex literæ Vav inferior. Sæpe tamen cum ſcriptura loquitur de ſapientia prima, ſymbolicè ſimul involvitur & ultima. Verbi gratia, cum dicitur Prov. 3, 19. *Dominus in ſapientia fundavit Terram, diſpoſuit cœlos in Intelligentia:* quænam hîc è duabus his Sephiris major eſt? Sapientia. Quomodo ergò dicit: *In Sapientiâ fundavit Terram.* Cœlo autem, quod ſublimius eſt, Intelligentiam tribuit? Textus ergo quidem loquitur de ſapientia prima; ſed ſimul involvit & ultimam. Myſterium enim Chochmah plùs continet miſericordiæ quam Binah, hinc filiis hominum eâdem eſt opus. Cœli autem, ubi nihil niſi rectum & purum, diſpoſiti dicuntur per menſuram, quæ plus judicii continet, quàm Chochmah. Involvitur ergò ſapientia ultima, quæ Terræ fundamentum eſt. Schaare Orah poſt Nomen יָה, titulo 2. ubi ſequitur titulus רצון.

4. In doctrina metallica Chochmah eſt gradus Plumbi; vel ſalis primordialis, in quo latet plumbum ſapientum. Sed quomodo plumbo locus tam ſublimis tribuitur, quod eſt me-

tallum tam ignobile; & cujus in ſcriptura tam rarò fit mentio? Sed hîc latet ſapientia. Uterque gradus valdè occultus eſt, hinc parum de eo inſtituitur ſermo. Sed tamen non deerit & hîc numerus Sephirarum particularium. Nonnè enim quod Sechari 5, 7. *Talentum plumbi elatum* dicitur, & in alto deportatum, gradum Kether repræſentare poteſt? Et quod ibidem ℣. 8. dicitur de *Lapide plumbi*; figuram יי Jod proponit, quod eſt in Chochmah. Deinde Jechesk. 27, 12. plumbum refertur ad locum congregationis, qualis eſt Binah. Et Amos 7, 7. אנך perpendiculum plumbeum denotat filum Cheſed, nam & אנך cum tota voce habet 72. numerum חסד. Quod autem Num. 31, 22. plumbum numeratur inter ea, quæ ingrediuntur in Ignem, erit Gebhurah. At Ijobh 19, 24. Stylus ferreus & plumbum conjunguntur, unde tibi Tiphereth, ſcriptor. Quid autem Jechesk. 22, 18. 20. fornax probationis, ſeu gratiæ, & fornax judicii, in quibus etiam plumbum? Nempe Nezach & Hod, debebat enim effluere fluvius argenti. Et Jirm. 6, 29. Catinus probatorius, è quo per plumbum ſperatur argentum bonum, annon eſt juſtus & juſtificans; Jeſod? Si autem quæris imum maris, ſpeculare locum Exod. 15, 10. ubi occurret notio Malchuth. Hoc eſt mare illud rubrum, ex quo extrahitur Sal Sapientiæ; & in quo Naves Schlomoh advehunt aurum. Sepher Æſch Mezareph c. 6.

חלב *Lac.* Eſt in Cheſed, ob albedinem. Omnia enim primò lacteſcunt, ut ſemina, deinde album mutatur in ſanguinem vel vinum rubrum, ſic & Cheſed præcedit, ſequiturque Gebhurah. Sed locum Cant. 5, 12. R. Schimeon ben Jochai exponit de influentia à Corona ſumma per Chochmah in Binah deſcendens, in qua, ceu Matre ſuperna fit lac pro liberorum lactatione. Pardes Tr. 23. c. 8.

חלה *Challah, Placenta particula maſſæ ante piſturam ſeparanda.* Num. 15, 20. Eſt Schechinah, (ut in Raja Meh.) quando eſt cum tribus Patribus. Ratio, quia in Ipſa eſt proportio

portio ad maſſam, nempe pars quadrageſima octava, (quam exprimit numerus חלה) qui ſunt literæ מג 43. & quinarius, unde vox מגן *Clypeus*, cujus literæ ſunt מיכאל & גבריאל & נוריאל, Angeli correſpondentes cum tribus Patribus; qui cum alicubi ſunt, ibi & Schechinah eſt. Et hæc intelliguntur ex myſterio יוה. Ad Ipſam ergò refertur חלה ſive habeat ſignificationem *precationis*, juxta Exod. 32, 11. ſive *principii* juxta Deut. 3, 24. In Tikkunim dicitur, quod Schechinah tunc dicatur Challah, quando continet ſeptem ſpecies repertas in Terra Iiſraël, qui fortè ſunt 7. dies fabricæ. Pardes ibid.

חלום *Somnium.* In Raja Mehimna dicitur: quod Schechinah vocetur Viſio, quæ vigilanti accidit, quando influxum accipit à quinque Sephiris ſupernis, Gedul. Geb. Tiph. Nez. Hod: quia Ipſa eſt filia ſeu pupilla oculi trium colorum, qui ſunt 3. Patres; & duæ palpebræ Nezach & Hod; quæ ſi apertæ ſint ad influxum dicitur Viſio; מראה. Cum autem influxus Iſtorum ab Eâ tollitur, tunc vocatur *Viſio per ſomnium.* Et hinc influxus provenit ad Prophetam; huc quoque Iſte reſpicit, cum per ſomnium vaticinatur. Pard. l. c. vid. Soh. Behaaloth. 73. c. 290. Et חלם eſt 78. ut: היה והוה ויהיה.

חלון *Feneſtra.* In Tikkun. refertur ad Tiphereth, qui ſit feneſtra in Binah; allegato loco Gen. 8, 6. ubi Arca dicitur eſſe Binah, feneſtra autem per quam Hæc influxum recipit, Tiphereth ſub myſterio Daath, per quam illa illuminatur, quatenus per Eam unitur cum Chochmah. Niſi fortè intelligatur Tiphereth per ſe, tanquam feneſtra, per quam manifeſtatur Binah. Hic autem locum habet illa hujus gradûs notio, juxta quam dicitur Prov. 6, 23. *Et Lex eſt Lux*, ubi involvitur dextra, quia per Cheſed Ille adſcendit in Binah; & juxta hanc notionem manifeſtatur Binah per Illum. Pardes ib.

חליצה *Diſcalceatio.* Vid. Soh. Chükkath 86. c. 342. Ki Teze 136. c. 544.

חלל *Vacuum.* Deus emiſſurus, quæ emanatura erant, contractione

חזון. Hinc etiam intelligitur, quare Minister Synagogæ dicatur חזן, quod habet numerum אדני: quia iste modus est minister omnium Sephirarum. Pard. ib.

חזר Reverti dicuntur ad superna lumina descendentia, sicut notatum sub voce כלי. Non tamen omnes decem *Sephiroth* ita *descendunt* ut *revertantur*; sed novem tantùm *descendunt*: summa autem, quæ est כתר, semper conjuncta manet cum emittente: lux חכמה autem *revertitur* ut superinvestiatur *vase* כתר. Et sic reliquæ, atque sic vasa sufficiunt lumini huic, quod minus est quàm antea. Etz Chajim Tract. Ozaroth Chajim Sect. Haakudim. Conf. עקודים. Vide & רשימו.

חטה *Triticum.* Est Malchuth, quasi à חטא delicias agere, illa enim est filia, quæ deliciis indulget coram patre suo, & iste facit voluntatem ejus. Idque quando constat è 22. literis, hic enim est Numerus חִטָּה. Sohar in Historia de puello. Vel חטה quasi מחתה per Tav, quod est contritio; ut Jeschai. 54. 14. Ista enim conterit omne latus sinistrum; juxta Dan. 2, 34. In Tikkunim dicitur, quod חטה sit symbolum Schechinæ, quatenus est inter Klippoth; Illa enim dicitur הּ & Klippah vocatur חֵט ex sensu Psal. 51, 7. Pard. l. c.

חטאה *Peccatum.* חטא in masculino est serpens antiquus; sed חטאה est fœmina Lilith impia. Sed cum mundationem denotat, tunc est Malchuth, quando diminuitur, & descendit ad scabellum pedum ejus, juxta locum Lev. 9, 22. Pardes ib. Vid. in Sohar Breschith 16. c. 63. f. 42. c. 165. Vaæra 12. c. 46. Chükkath 87. c. 346.

חי *Vivus.* Est Jesod. Sic in Raja Meh. R. Moscheh scribit: חַי per pathach est cognomen Binah; per Zere, est Jesod. Vid. prolixè Schaare Zedek. In Sohar autem non distinguuntur. Omnes autem consentiunt, quod tunc vocetur חי, quando vita à Binah derivatur in Malchuth. In Sohar Cantici Canticorum. R. Schimeon ben Jochai hæc tradit; Cum tantùm recipit influxum à supernis, vocatur חי, vivus: Cum verò vi-

tam

tam & influentiam demittit deorſum, tunc vocatur חי העולמים vivens pro æonibus, quia demittit vitam in æones ſeu mundos infra ſe locatos. Qua ex cauſa, juxta R. Moſcheh, hoc nomen etiam tribuitur gradui Malchuth. Sed, ut R. Moſcheh vult, etiam Tiphereth vocatur Chai Olamim, quia eſt Vita Malchuth, vel graduum Nezach, Hod, Jeſod, Malchuth. Sic & in Sohar Vajeze dicitur; quod Tiphereth aliquando vocetur Chai; & quod Juſtus ab Illo vitam aſſugat. Pardes l. c.

2. Vid. Sohar Vajeze 86. c. 317. Breſchith c. 39. & fol. 34. c. 134. Et Vajiggaſch 114. c. 457. & f. 116. c. 460. Et Vajechi 128. c. 510. Trumah 61. & 62. c. 245. Vajikra 7. c. 27. Pinchas 104. c. 415. & f. 117. c. 454. & 119. c. 475. 477.

חידה *Ænigma.* R. Moſcheh refert ad Nezach, qui eſt locus Prophetiæ. Conf. Num. 12, 8. Pardes h. l.

חיה *Animal.* Datur animal ſuperius, & inferius: Superius, quod ſupra firmamentum, nempe in figura literæ אָ, eſt Chochmah; inferius eſt Malchuth, quæ Jechesk. 10, 20. vocatur *animal, quod eſt ſubter Deo Iiſraël*, & hæc eſt Jod inferius in eâdem figurâ. Hæc in Tikkunim. Fortè autem hæc vox habet ſignificationem *vitæ*; quia Chochmah eſt Scaturigo vitæ pro omnibus Sephiris. Et Malchuth ſimiliter eſt vita, quatenus vocatur Jod ſecundum. At in Tikkunim Malchuth vocatur חיה reſpectu Animalium Sanctorum, quia ab Animalibus ſuperioribus Illa influxum ſuſcipit, & in inferioribus reſidet. Pardes ibid. Vide Sohar Pekude 109. c. 433. 437. Et Schemini 17. c. 68. & Pinchas 116. c. 462. 463. De beſtia autem mala vid. Bechükkothai 55. c. 220.

חיי המלך *Vita Regis.* In Raja Mehim. Rex vòcatur Tiphereth; cujus Vita ſunt Chochmah & Binah, quia ab his derivatur vita juxta Eccleſ. 7, 13. Binah autem demittit Vitam in Tiphereth, quam accipit à Chochmah. Unde ſimul patet ratio, quare vita Regis aliquando ſola ſapientia, aliquando Chochmah & Binah ſimul dicantur.

2. Deinde Chochmah etiam dicitur חיי העולם הבא *Vita mundi venturi*; quia Illa est vita Gradûs Binah, quæ mundus venturus dicitur.

3. Binah autem vocatur חיי העולם *Vita mundi*, quia per Eam subsistunt omnes mundi infra ipsam locati. Notetur autem, quod per vitam intelligatur Influxus & quidem specialis, in ipsa denominatione determinatus. Pardes l.c.

4. חיים *Vitæ*. Dicuntur Tres priores, quarum quælibet est Vita infra se consistentium, ad gradum usque ultimum. Hinc, juxta Tikkunim, Tiphereth vocatur *Arbor vitæ*, quia influxum haurit à Vita, nempe Chochmah & Binah, de quo latius in Schaare Zedek; ubi etiam quod Vita tantum sumatur in bonam partem; sicut mors in malam; ex Deuter. 30, 15. quodque utraque sit essentia quædam, illa tres priores in Sanctitate; hæc turma impuritatis, &c. Pardes ib.

חיך *Palatum*. R. Moscheh refert ad Chochmah, & procul dubio ad notionem ejus infimam, sicut palatum est imum Cerebri, quod est Chochmah ipsa; & omni sapore privatum est, sicut nec sapientia ullo modo cognosci potest. Pard. ib.

חילי *Potentiæ, vis mea*; Ijobh 31, 25. Joël, 2, 25. In Tikkunim exponitur de Æn-Soph, à quo potentia & vis omnium inferiorum. Diciturque ; חי״ל, vis י״ Jod, id est, Patris, id est, vigor & Scaturigo ejus. Pard. ib. Confer Sect. Beschallach 22. c. 88.

חיצון Et derivata 1. denotant notionem *externi*, adeoque lucem ignobiliorem, unde externum in *Adam Kadmon* correspondet notioni *sphæricæ*: quoniam huic est vicinum & propterea aliquantò crassius. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Adam Kadmon.

2. Sic in זוּן imo in qualibet Persona datur notio externi quod est ad instar Corporis respectu animæ quam refert illarum internum. Et ex hoc externo זוּן דא״ systematis azilu-

thici conditi sunt mundi reliqui nempe Briah, Jezirah & Asijah, sicut pariter & Angeli omnes.

3. Sed datur & alia notio nimirum interni quæ quasi est anima respectu corporis: Et ex ista notione creatæ sunt animæ justorum; animæ nempe masculorum à Seir, & animæ fœminarum ab uxore ejus. Ita ut justorum animæ intimioris sint naturæ, quàm omnes Angeli: exceptis illis animabus, quæ sunt è Systematibus Briah, Jezirah, Asijah. Quanquam & istæ animæ habent notionem interioris respectu Angelorum ejusdem systematis cujus sunt animæ. Ib. Tract. Ibbur.

חירות *Libertas*, est Binah, à quâ omnis libertas procedit. Unde in Lege quinquagesies fit mentio exitus ex Ægypto, qui per Eam factus est. Et hinc etiam Jobel. Pardes Tr. 23. c. 8. h. t. Vid. Korah in pr. f. 84. c. 335.

חכם *Sapiens*. Sohar Debharim 122. c. 486. Zav 15. c. 60.

חכמה *Sapientia*. Est Sephirah secunda, quæ sic vocatur, quia est Sapientia Entis necessarii. Deque eâ dicitur Ijobh 28, 12. *Et Sapientia ab* אין *invenietur*. Est autem חכמה quasi כח מה, id est, Vis מה qui est numerus אדם. Et ad eam pertinet *Facies Hominis*; quod est Tetragrammaton valoris 45. יוד. הא. ואו הא, quod nomen respectum habet ad Chochmah. Vox כח autem respectum habet ad Binah, in qua latet Vis literarum. Dicitur ergò Chochmah, sub illâ notione, qua propinqua est Binæ. Vocatur autem

חכמה קדמות *Sapientia Orientalis*, ut indicetur anterioritas notionis ejus, quæ vicina est Coronæ, quæ vocatur קדמון anterior. Dicitur etiam porrò חכמת אלהים *Sapientia Dei*. 1. Reg. 3, 28. id est, ut vult R. Moscheh, illa, quæ datur mensuris illis, quæ vocantur אלהים, easque informat 32. semitis, quæ sunt Binah & Malchuth. Ulteriùs vocatur חכמת כל בני קדם *Sapientia omnium filiorum Kedem*. 1. Reg. 4, 30. quia influit (ut docet R. Schimeon b. J. in Tikk.) in omnes gradus, qui vocantur Anni priores.

2. Alia est חכמת שלמה *Sapientia Schlomoh*; quæ ſic vocatur, quia data eſt Salomoni; vel quia eſt compar illius Regis, cujus eſt pax. Eadem etiam vocatur Sapientia זְעִיר minor, quia non eſt ſicut Sapientia Elohim. Hæc altera eſt Malchuth; quæ ob notionem literæ Jod, quam habet, ſimilis eſt Chochmæ. Et de utraque hac ſapientia dicitur: Jeſch. 44,6. *Ego primus & Ego ultimus.* Juxta myſticum illud: Chochmah in principio & Chochmah in fine. Unde Malchuth quoque dicitur ſapientia ultima. Pardes Tr. 23. c. 8.

3. חכמה *Sapientia*. V. ניצוצות 5, כלים. זווג. טנהא. חור. זווג 15. Nona Sephirarum ab imis aſcendendo ſic plerumque nominata comperitur. Et hæc eſt Jod Tetragrammati. Non autem hanc ubique prolata ſapientia refert: nam crebrò & decima ſeu Malchuth ſapientia vocatur, ut, *Deus dedit ſapientiam Salomoni.* 1. Reg. 4,29. Excelſior verò ſapientia, in quam Jod Tetragrammati quadrat, & ipſum Moſen latuit, nec ulla creaturarum eo uſque progredi poteſt: ſiquidem & ipſe nec omnes prudentiæ januas, nedum ſapientiam altiùs prudentiâ reſidentem, novit. Et de hac dicunt Kabbaliſtæ: Chochmah in principio: de altera autem ultima, quæ eſt Malchuth, dicunt: Chochmah in fine. Ubi intelliguntur literæ Tetragrammati prima & ultima. Et quia Sapientia prima myſticè denotat exſertionem Ideæ vel cogitationis è Kether, hinc à nulla re poſt ipſam locatâ æſtimari, vel determinari poteſt, & de eâ ſcribitur Ijobh 28, 12. *Et ſapientia de Ajin invenitur, &c.* ubi vox מאין denotat myſterium exſertionis Machſchabæ ſeu cogitationis à Coronâ. Nam ỳ. 23. *Elohim quidem intelligit viam ejus, ſed non locum ejus; & hu ille novit locum ejus, &c.* Sola quippe prudentia vocata Elohim, in viam ſapientiæ aditum patefacit & oſtendit, & ſolus הוא h. e. Corona ſuperior hujus Sapientiæ locum intuetur. Hæc igitur eſt initium actuatæ idealitatis, caput & principium Aziluth, de qua etiam legitur Prov. 3, 19. *Dominus in ſapientia fundavit terram, &c.* Studium igitur adhibe, ut quo-

quoties ſapientiæ nomen audis, quam ex geminis iſtis ſapientiis litera ſonet, accipias. Omittendū autem non eſt, quod altior hæc ſapientia nunquam ſejungitur à prudentia; quia hæ duæ ſimul Coronæ adhærent, quæ eſt mundus Miſericordiæ, & locus ubi nec dolor, nec ira, nec ſeparatio, ſed gloria & decor, robur & gaudium. Cumque inextricabili ſe complicent modo Chochmah & Binah, hinc nullatenus ſui quicquam immutat nomen Jah. Sed cum peccant Iiſraelitæ, & ſeparationis cauſa fiunt, ut ſapientia ultima tollatur à Daath, juxta Pr. 16, 28. aliquando He ultimum ſeparatur à Vav, atque tunc hoc surſum ſeſe recipit, nec apparet ulteriùs, quia uxor ejus ab Ipſo ſeparata eſt. Et huc pertinet locus Jeſch. 8, 18. *Qui abſcondit faciem, &c.* Quia enim exulat Schechinah, quæ eſt ה, litera ו occultatur, & nihil apparet, quàm יה tantùm; qui eſt locus, ubi nulla reperitur ſeparatio. Et huc pertinet locus Jeſch. 57. 1. Sublato enim Vav, Tiphereth, etiam *colligitur Juſtus*, i.e. apex literæ Vav inferior. Sæpe tamen cum ſcriptura loquitur de ſapientia prima, ſymbolicè ſimul involvitur & ultima. Verbi gratia, cum dicitur Prov. 3, 19. *Dominus in ſapientia fundavit Terram, diſpoſuit cælos in Intelligentia:* quænam hîc è duabus his Sephiris major eſt? Sapientia. Quomodo ergò dicit: *In Sapientiâ fundavit Terram.* Cœlo autem, quod ſublimius eſt, Intelligentiam tribuit? Textus ergo quidem loquitur de ſapientia prima; ſed ſimul involvit & ultimam. Myſterium enim Chochmah plùs continet miſericordiæ quam Binah, hinc filiis hominum eâdem eſt opus. Cœli autem, ubi nihil niſi rectum & purum, diſpoſiti dicuntur per menſuram, quæ plus judicii continet, quàm Chochmah. Involvitur ergò ſapientia ultima, quæ Terræ fundamentum eſt. Schaare Orah poſt Nomen יה, titulo 2. ubi ſequitur titulus רצון.

4. In doctrina metallica Chochmah eſt gradus Plumbi; vel ſalis primordialis, in quo latet plumbum ſapientum. Sed quomodo plumbo locus tam ſublimis tribuitur, quod eſt me-

tallum tam ignobile; & cujus in ſcriptura tam rarò fit mentio? Sed hîc latet ſapientia. Uterque gradus valdè occultus eſt, hinc parum de eo inſtituitur ſermo. Sed tamen non deerit & hîc numerus Sephirarum particularium. Nonnè enim quod Sechari 5, 7. *Talentum plumbi elatum* dicitur, & in alto deportatum, gradum Kether repræſentare poteſt? Et quod ibidem ỳ. 8. dicitur de *Lapide plumbi*; figuram τῦ Jod proponit, quod eſt in Chochmah. Deinde Jechesk. 27, 12. plumbum refertur ad locum congregationis, qualis eſt Binah. Et Amos 7, 7. אנך perpendiculum plumbeum denotat filum Cheſed, nam & אנך cum tota voce habet 72. numerum חסד. Quod autem Num. 31, 22. plumbum numeratur inter ea, quæ ingrediuntur in Ignem, erit Gebhurah. At Ijobh 19, 24. Stylus ferreus & plumbum conjunguntur, unde tibi Tiphereth, ſcriptor. Quid autem Jechesk. 22, 18. 20. fornax probationis, ſeu gratiæ, & fornax judicii, in quibus etiam plumbum? Nempe Nezach & Hod, debebat enim effluere fluvius argenti. Et Jirm. 6, 29. Catinus probatorius, è quo per plumbum ſperatur argentum bonum, annon eſt juſtus & juſtificans; Jeſod? Si autem quæris imum maris, ſpeculare locum Exod. 15, 10. ubi occurret notio Malchuth. Hoc eſt mare illud rubrum, ex quo extrahitur Sal Sapientiæ; & in quo Naves Schlomoh advehunt aurum. Sepher Æſch Mezareph c. 6.

חלב *Lac.* Eſt in Cheſed, ob albedinem. Omnia enim primò lacteſcunt, ut ſemina, deinde album mutatur in ſanguinem vel vinum rubrum, ſic & Cheſed præcedit, ſequiturque Gebhurah. Sed locum Cant. 5, 12. R. Schimeon ben Jochai exponit de influentia à Corona ſumma per Chochmah in Binah deſcendens, in qua, ceu Matre ſuperna fit lac pro liberorum lactatione. Pardes Tr. 23. c. 8.

חלה *Challah, Placenta particula maſſæ ante piſturam ſeparanda.* Num. 15, 20. Eſt Schechinah, (ut in Raja Meh.) quando eſt cum tribus Patribus. Ratio, quia in Ipſa eſt proportio

portio ad maſſam, nempe pars quadrageſima octava, (quam exprimit numerus חלה) qui ſunt literæ מג 43. & quinarius, unde vox מגן *Clypeus*, cujus literæ ſunt מיכאל & גבריאל & נוריאל, Angeli correſpondentes cum tribus Patribus; qui cum alicubi ſunt, ibi & Schechinah eſt. Et hæc intelliguntur ex myſterio יוה. Ad Ipſam ergò refertur חלה ſive habeat ſignificationem *precationis*, juxta Exod. 32, 11. ſive *principii* juxta Deut. 3,24. In Tikkunim dicitur, quod Schechinah tunc dicatur Challah, quando continet ſeptem ſpecies repertas in Terra Iiſraël, qui fortè ſunt 7. dies fabricæ. Pardes ibid.

חלום *Somnium*. In Raja Mehimna dicitur: quod Schechinah vocetur Viſio, quæ vigilanti accidit, quando influxum accipit à quinque Sephiris ſupernis, Gedul. Geb. Tiph. Nez. Hod: quia Ipſa eſt filia ſeu pupilla oculi trium colorum, qui ſunt 3. Patres; & duæ palpebræ Nezach & Hod; quæ ſi apertæ ſint ad influxum dicitur Viſio; מראה. Cum autem influxus Iſtorum ab Eâ tollitur, tunc vocatur *Viſio per ſomnium*. Et hinc influxus provenit ad Prophetam; huc quoque Iſte reſpicit, cum per ſomnium vaticinatur. Pard. l.c. vid. Soh. Behaaloth. 73. c. 290. Et חלם eſt 78. ut: היה והוה ויהיה.

חלון *Feneſtra*. In Tikkun. refertur ad Tiphereth, qui ſit feneſtra in Binah; allegato loco Gen. 8,6. ubi Arca dicitur eſſe Binah, feneſtra autem per quam Hæc influxum recipit, Tiphereth ſub myſterio Daath, per quam illa illuminatur, quatenus per Eam unitur cum Chochmah. Niſi fortè intelligatur Tiphereth per ſe, tanquam feneſtra, per quam manifeſtatur Binah. Hic autem locum habet illa hujus gradûs notio, juxta quam dicitur Prov. 6,23. *Et Lex eſt Lux*, ubi involvitur dextra, quia per Cheſed Ille adſcendit in Binah; & juxta hanc notionem manifeſtatur Binah per Illum. Pardes ib.

חליצה *Diſcalceatio*. Vid. Soh. Chükkath 86. c.342. Ki Teze 136. c.544.

חלל *Vacuum*. Deus emiſſurus, quæ emanatura erant, contractione

tractione prima intra Lucem suam institutâ, produxit *Vacuum* quoddam, locumq; inanem exactè circularem, in quo locarentur mundi emittendi. Ez Chajim Part. Ozaroth Chajim Tr. Adam Kadmon. Vid. אצל. It. כלים ג. & מקיף.

חלמיש *Petra durissima.* Quidam ad Chochmah; nos ad Malchuth referimus, sed cum respectu ad Gebhurah. Psal. 114, 8. ubi per aquas Chesed intelligitur. Pardes Tractat. 23. c. 8.

חלצים *Lumbi.* Est Conjunctio Tiphereth cum Schechinah, & unio, qua uniuntur Nezach & Hod, ubi cohæret corpus Tiphereth cum Nezachim, quæ sunt femora. Denotant autem miserationem, sicut מתנים, Coxæ, quæ paulò superius ob majorem firmitatem & robur, judicium denotant. Sed prout hæc vel illa prævalet; si enim prævalet Hod, est Din; si Nezach, Rachamin. Ib.

חם *Æstus, Calor.* Est ad partem Gebhurah, ob ignem. Cham autem fuit Pater Canaan, qui est symbolum nigredinis & tenebrarum, quæ in Gebhurâh. Duplex autem est incalescentia. Primò peccati, qui est æstus Ignis infernalis, nigredo Gebhuræ: altera Calor Gebhuræ, sicut de David dicitur 1. Reg. 1, 2. qui ruber erat. Sed חם etiam illuminationem denotat & splendorem ut solis ut Gen. 18, 1. ubi per diem Chesed intelligitur & istius illuminatio. Soh. Vajeze. Pard. l.c.

חמדת ימים *Desiderium dierum.* Est Schechinah, quia dies superni omnes eam amant & illuminant, & ut perfectum quid desiderant. Vid. ארץ חמדה. Magna tamen est differentia inter duo hæc. Nam Terra desiderii tunc appellatur, quando infra est & influit in inferiora: sed *desiderium dierum*, quando adhuc influxum suscipit à Diebus, & dies adhuc supra Ipsâ morantur. Pardes l.c.

חמה *Sol.* Est Tiphereth Ps. 84, 12. Ad dextram vocatur שמש Sol justitiæ. Mal. 4, 2. sed ad sinistram חמה, à calore Ignis Gebhuræ. Unde illud: Educit Solem de receptaculo suo, quod est

est Malchuth. Cum enim Sol est in receptaculo suo, Misericordia viget, nempe Sol Justitiæ Tiph. & Malch. Cum autem prodit de receptaculo suo, tunc est חֵמָה *Ira æstuans*, igne judicii. Pard. ib.

2. Per Gematr. æquipollent חֵמָה 53. & יוד הא. וו. הי. vel mutatis Hehin. Vid. & Sohar Vajikra 7. c. 27. Vajakhel 89. c. 353. & f. 97.

חמור *Asinus*. V. Soh. Vajechi 128. c. 510. Vajischlach 96. c. 381. Bo 19. c. 74. Beschallach 29. c. 114. Ki Tissa 85. c. 337. Zav. 13. 49. Æmor 43. c. 171. Balak 96. 382. Ki Teze 132. c. 533.

חמשה *Quintus*. In Soh. Æmor, traditur: Quod, ubicunque occurrit: *quinto mensis* & simile quid, subinnuatur Tiphereth, qui quintus est. Et ubi *decimi quinti* fit mentio, ibi subindicetur unio Tiphereth & Malchuth. Sed in Tikkunim *Quintus* refertur ad Malchuth, quæ est הּ: sed sub illa notione, quatenus supra est apud maritum juxta Jesch. 30, 26. Pardes loc. cit.

2. חמשים *Quinquaginta* Jethro 38. c. 149. Beschallach 20, c. 79. Tezavveh 80. c. 319. Behar 53. c. 210. Naso 65. c. 256. Vaæthchannan 125. c. 500. Ki Teze 134. c. 535.

חנוך *Chanoch* est Metatron. Debharim 123. c. 391.

חנון *Gratiosus, Clemens*. R. Moscheh refert hoc ad Chesed, ubi gratia & in indignos confertur. Sed videtur locus ille ubi dona gratis dantur in supernis esse, ubi judicium nullum. Pard. Tr. 23. c. 8.

חסד *Benignitas, Gratia*. Sic Schaare Orah post Nomen El discurs. 7. Nomen El in Lege sæpissimè vocatur חסד Benignitas. Chesed autem est, cum quis aliquid facit, quod de rigore non esset necessarium, sed illud facit ex libera voluntate, & arbitrio, nemine cogente; & ex bonitate sua. Et huic opponitur id, quod fit necessariò. Et quia mensura El fuit ante mundum, & Deus mundum condidit ex benignitate sua, non

quasi defectu aliquo laborasset, sed ex mera benignitate, ut benefaceret creatis, iisque portionem & sortem concederet in multitudine misericordiæ & gratiæ suæ: hinc scriptum est: Psl. 89, 3. *Quoniam dixi: mundus Benignitate ædificabitur.* Et quamvis hoc in textu multa lateant mysteria de Leviratu, de Liberis, qui de parte Chesed generantur; eâ scil. quæ est Fœdus carnis, ad quod pertinet Jesch. 55, 3. Sciendum tamen, quod per Benignitatem supernam conditus sit mundus. Mysterium autem Benignitatis supernæ in se habet mysterium 32. semitarum, juxta illud Psal. 25, 10. Et sicut Deus condidit mundum per Chesed, & cum creatis suis benignè egit; ita etiam benignè egit cum Adamo primo, & cum Moscheh, ut apparet è Sotah c. 100. in f. Et omnes istæ Benignitates comprehenduntur in Nomine אֵל. Cum autem veniret Abraham, & specularetur, & videret, & scrutaretur, & intelligeret mysterium DEI magni, quodque creasset mundum per Benignitatem, tunc & Ipse ad hanc mensuram sese applicabat. Cumque videret, omnes homines flagrare amore Idolorum, ita ut quilibet proprio alicui idololatriæ generi inhæreret, Ipse subsistebat, & constituebat homilias, & prædicabat omnibus venientibus in mundum dicens; Psal. 96, 5. *Omnes Dii populorum vana sunt idola, sed DOMINUS fecit cœlum. Scitote, omnes Populi, quod creator sit, qui omnes condidit mundos, & solus Dominator est omnium: Ille occidit, & vitæ restituit; deducit in infernum & reducit; humiliat & exaltat.* Idque agebat, donec insurgerent contra ipsum, direptisque omnibus bonis ejus, ipsum ligatum conjicerent in carcerem & tandem in fornacem ardentem. Sed Mensura Chesed exclamans sic Abrahamum alloquebatur è cœlis: Ego prior fui mundo, & in mundo fui unica: & Abraham unicus pariter fuit in mundo, & prævertit me, dignusque est, qui uniatur mecum, & Ego cum ipso. Tunc mensura Chesed hæreditario jure data est Abrahamo, juxta illud Mich. 7, 20. *Dabis veritatem Jaacobo, & Chesed*

sed

sed Abrahamo. Quorum verborum hic est sensus: Abraham colebat Dominum ex parte Chesed, non informatus à Magistro vel Patre; nec Creator Prophetam aliquem ad Ipsum miserat, qui eum moneret vel redargueret; sed Ille proprio motu speculabatur & intentus erat, & scrutabatur & intelligebat; donec perveniret ad cognitionem Regni Dei. Sicut ergò Deus creaverat mundum per Benignitatem; ita Abraham agnoscebat Creatorem suum ex parte Benignitatis. Jaacob autem non ex parte Chesed, sed ex parte Æmeth creatorem agnoscebat. Et Jizchak ad Chesed addiderat Timorem, agnoscens, pœnam sibi imminere, nisi Deo serviret, tanquam servo refractario: & hoc modo creaturas in timorem conjiciebat atque formidinem, easque perducebat subter alas Schechinæ, quia illis inculcabat metum pœnæ, si refractariæ essent creatori; & hic est *Timor* ille *Jizchak* de quo Gen. 31, 42. Nam Jizchak acquisiverat mensuram *Pavoris:* hinc monebat homines, eosque redarguebat, ut observarent Tribunal magnum, quod judicat impios mensurâ Pachad, quæ Pœnarũ infernalium nomine vocatur. Dicebat ergò juxta Jeschai. 23, 14. *Expavescite in Zion peccatores, &c.* Abraham ergò creaturas monebat ex parte Chesed, & per Benignitatem, sed Jizchak per metum. Quilibet mensura suâ, Ille gratiæ & beneficiorum, hic terroris & pœnæ; ille præceptis affirmativis, hic negativis. Cum ergò veniret Jaacobh, non supererat ipsi mensura tertia, cui adhæreret; ad utramque igitur, tam Abrahami quam Jizchaci applicabatur; omnesque in mundum venientes docebat, quam ardua sit illarum veritas. Adeoque & ipse ambabus adhærebat in veritate & corde integro, non deflectens vel ad dextram vel ad sinistram. Abraham ergò vocatur Chesed, secundum metrum suum, Jizchak dicitur Pachad, secundum metrum suũ, eodemq; modo Jaacobh appellatur Emeth. Et hic est Linea media, mysterium summitatis Lulabh bifidæ. Et vocatur vir veritatis ob supra dicta, & huc pertinet illud Genes.

25,27. *At Jaacobh* איש תם *Vir perfectus, manens in tabernaculis*; quæ sunt tabernaculum Abraham, quod est Chesed, & Jizchak, quod est Pachad. Erat ergò in medio tanquam lingula bilancis inter duas lances. Quod cum videret Deus, Jaacobo dabat Sigillum suum, quod est אמת Veritas. Sicut Rex, cum servum aliquem fidelem reperit, eidem dicit: Ecce sigillum meum trado in manum tuam. Hoc est signaculum Emeth, quasi diceretur sigillum Chesed & Pachad simul. Ratio horum fluit è loco Jirm. 10, 10. ויי אלהים אמת *Et Dominus Elohim Veritas.* Ubi mensura Abrahami denotatur per Tetragrammaton; Jizchaci per Elohim, & Jaacobi per Emeth. Hic ergò obtinuit sigillum Tetragrammati & Elohim, per quod conditus est mundus, & subsistunt omnia formata & judicantur omnes homines judicio veritatis. Hoc est sigillum judicii juxta Psal. 19, 10. & Legis juxta Mal. 2, 6. Unde & 12. tribus, duodecim combinationibus Tetragrammati correspondentes, vocantur *Semen Emeth* Jirm. 2, 21. Quasi dicerentur semen, quod prodiit è Nomine Emeth. Jam ad locum Mich. 7, 20. Sciendum, quod Deus cum Iisraëlitis aliquando agat per Chesed Abraham, aliquando per Emeth Jaacobh. Cum enim Iisraëlitæ deficiunt, nec digni sunt benignitate, quia nec Legis nec præceptorũ studiis occupantur, & tempore judicii eorum, pronunciatur, illos puniendos omni plagarum genere; tunc mensura Abrahami, Chesed, accelerat & ad Tribunal consistens interrogat, quodnam est judicium in filios meos? Cumque respondetur de pœnâ ipsis dictatâ, Ipsa regerit: Si nullum ipsis est meritum, mei hæredes sunt, quia sum Illorum Pater, & si de jure digni non sunt beneficio, benefit ipsis ex gratiâ, quæ indignis benefacit, &c. Et sic Iisraëlitæ è multis pœnis liberantur. Si autem Legis & præceptorum studio invigilant, mensura Judicii Jacobi accelerat, dicitque Tribunali: Dentur filiis meis, de jure, quod est Emeth, quæ ipsis sunt necessaria, quia Justi sunt, dignique quibus benè fiat. Ex

hoc

hoc intelligetur locus Mich. 7,20. In quo postponitur Chesed, ut ostendatur non tantum de jure, sed etiam eo casu quo indigni sunt, Iisraëlitas prosperè agere. Non autem fit mentio Jizchaci, quia de jure jam antea agitur. Et quamvis Lev. 26,42. omnium trium fiat mentio; ibi tamen non de mensuris eorum, sed de fœdere sermo est, quod Deus pepigit cum eis promittens se benefacturum filiis eorum, ut Exod. 32, 13. de Juramento; Fœdus autem & juramentum unum sunt; juxta quæ de jure benefacere tenetur Iisraëlitis, sicut depositarius de jure restituere tenetur depositum, cum requiritur; sic nos Fœdus dictum urgemus coram Deo de jure. Hæc ibi. Et sequitur Nomen octavum.

2. Pardes sub hoc titulo habet sequentia. Chesed est Gedulah. Nomen autem Chesed expositum est in Libro Orah (v. supra h. t.) Alii urgent, quod חֶסֶד sit 72. quo numero subindicentur 72. pontes. Quodque hæc Sephirah tunc dicatur Chesed, quando operatur per 72. pontes suos. Vel etiam dicitur Chesed, quia benefacit malis & bonis. Sed & Kether vocatur חסד עליון Chesed suprema, ut in Sohar in Idra dicitur. Ratio, quia influit in Chochmah, unde participationem habet Chesed: hinc latus illud in Kether, quod in Chochmah influit, Benignitas superna dicitur. Quidam phrasin illam חסדיך הראשונים *Benignitates tuæ priores*, Psal. 89, 50. applicant ad Gedulah. Dantur enim & aliæ חסדים. Mihi autem videtur illo loco Coronam subindicari; quia & vocula איה *Ubi* ibidem symbolum est trium primarum. Sed datur etiam

חסד עולם *Benignitas Mundi*, nempe Chesed quatenus influxum habet à Binâ, quæ Olam dicitur. Porrò datur

חסד תחתון *Benignitas inferior*: quam Interpretes referunt ad Jesod. Et de hac in Schaare Orah Nomine 2. post אביר יעקב habentur sequentia: Nomen El Chai (quo Sephirarum penultima denotatur) sæpissimè cognomine Chesed Inferioris exprimitur. Tripartita enim gratia est, prima quidem de altiori fonte erumpens gratia dicitur sublimior, cui nihil

judicii admiſcetur, ſed miſericordiis undique gratiaque refulget, quæ חסדים טובים *gratia bona*, nuncupari ſolet, cui quadrat illud Jeſch. 54, 10. *Et gratia mea non auferetur à Te, &c.* & illud Pſ. 21, 8. *Quoniam Rex confidit in Deum, in miſericordiâ altiſsimâ non labetur.* Alia gratia eſt *mundi gratia*, ſcil. Abrahæ, ut legitur Mich. 7, 20. *Da veritatem Jacobo, & gratiam Abrahæ, &c.* Quoniam vero Timor Iſaac h. e. judicii menſura, nonnunquam ſe gratiæ Abrahæ inſerit eique obſtat, ut ſcriptum eſt: Chab. 3, 4. *Et ibi abſconſio fortitudinis ejus,* atque ex illo elicitur Exod. 15, 6. *Dextra tua confringit inimicum, &c.* ideo gratia Abrahæ nequaquam ſincera, ſed implicata eſt judicio: quandoque enim Gebhurah prævalet, & Cheſed Abraham in illâ occultatur. Hinc illi datur nomen Cheſed Olam, quaſi ab occultando; quia aliquando occultatur ſub myſterio duorum illorum Modorum, quibus mundus regitur, qui ſunt manifeſtum & occultum; ſuperiùs & inferiùs; dextrum & ſiniſtrum; ante & retrò. Hinc in Cheſed Olam eſt Judicium & miſericordia. Tertia vocatur *fideles gratiæ David*, Jeſch. 55, 3. gratiæ ſc. El chai, quæ à *gratiis bonis* & *gratiis Abrahæ* defluentes, cum ad dimenſionem Davidis applicantur, per civitatem ejus, quæ eſt Zijon, & ipſæ Gratiæ David dicuntur. Cumque perveniunt ad Nomen Adonai, Adonai vocantur, ſed ſub Nomine חסידה juxta locum Ijobh 39, 13. Et cum David Benignitates illas ſupernas *Bonas* & *priores* aſſumit, locum habet textus Pſalm. 89, 50. Et David ſeipſum ſimili nomine appellat Pſalm. 86, 2. Et cum generationes in proſapia hominis proveniunt è dimenſione David, tunc locum habet illud: Pſal. 89, 3. Et quia Menſura hæc, quæ dicitur *Benignitates David* aliquando aufertur & ad ſublimia extollitur juxta Jeſch. 57, 1. hinc ſcriptura ait Pſal. 12, 2. *Defecit Chaſid, &c.* Et qui novit Benignitates David, etiam intelligit myſterium Pſalm. 100, 5. Pſal. 106, 1. Pſ. 107. 1. Pſal. 118, 1. Pſal. 136. p. t. *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in ſeculum Benignitas ejus:* quoad principium, finem, & medium: & alia profunda Legis myſte-

mysteria. His igitur auditis, scito mensuram El chai veluti purgatricem esse examinatricemque suscipiendarum rejiciendarumque supplicationum, quas porrigit Adonai. In hoc enim Templo ingens janitorum turmarumque consistit multitudo, quæ probat & examinat preces ingressas in Templum Adonai. Isti hoc in loco easdem pervestigant, & si æquas dignasque, ut per viam El chai admittuntur, cognoverint, tunc eas offerunt Tetragrammato: si autem precatio hominis non sit condecens, in excelsis eam פסולה *profanam*, & omnia verba ejus פסילין Sculptilia idololatrica appellant. Præco autem exclamat: hæc oratio ne ingrediatur coram יהוה: & vox auditur è Jesch. 42, 8. *Ego, &c. non dabo laudem meam sculptilibus.* Statimque educunt eam cum objurgatione, atque expellunt, nec ingreditur, & portas ipsi occludunt. Hinc dicitur Ps. 102, 18. *Respexit ad orationem nudatissimi.* Quia hoc in loco respiciunt & examinant omnem precationem, quam homo solus precatur & *multi exsuscitantur* contra eam. Quod si objicias, hac ratione quam plurimas precationes, ab hominibus solis dictas evanescere atque disperdi, quia è millenis ne unus quidem solitariè orans tam attentus esse potest, ut oratio digna sit, quæ suscipiatur. Scito, rem aliter se habere: Nam omnibus illis precationibus profanis, quæ vocantur פסילים, postquam foràs protruduntur ab ingressu prohibitæ, Deus locum aliquem assignat peculiarem, in quem secedant. Creavit enim cœlum quoddam externum singularibus præfectis & custodibus commissum, in quod dictæ preces omnes subintrant, inibique subsistunt. Et si solitarius ille, qui inanes has preces fuderat aliam postmodum precationem dicat cum magna attentione, ita ut perfecta & admissibilis sit; tunc precatio illa legitima elevatur, ingressaque in Templum hoc extrinsecum, inventas ibi preces ejusdem inanes omnes educit, inque uno quasi fasciculo secum ante Deum defert, ne unica quidem deficiente. Quod si verò non convertitur Homo, nec deinde aliquando cum decenti

centi attentione oret, omnes istæ preces futiles priores illas educunt extra castra, in locum immundum, quia homo ille immunditiem sectatur; atque tunc ipsi clauduntur portæ Conversionis. Est etiam in templo El chai locus quidam, in quo sunt portæ, quæ dicuntur Lachrymarum, quas ter in die reserare solet ipse Dominus, pro pœnitentibus, per quas lachrymantium istorum preces coram Illo intromittuntur. Et hoc ipsum est, quod dixerunt Majores nostri; quamvis occludantur Portæ Conversionis, Lacrymarum tamen Portæ non occluduntur, juxta Psal. 56, 9. Et huc pertinet Oratio Chiskijahu 2. Reg. 20, 3. ejusque exauditio ℣. 5. Et quamvis differentia sit inter Lachrymas tempore Sanctuarii, & tempore desolationis fusas; Portæ tamen lachrymarum apertæ sunt perpetuò. Unde illud Prophetæ: Joël 2, 12. Quicunque igitur vult preces suas esse acceptas, ille attentus sit, & lachrymas fundat, & non frustrabitur. Confer 1. Schmu 1, 10. de Channah, quæ omnia conclavia superna optimè noverat, unde ℣. 11. quod *voverit votum*, quod pertingit usque ad Binah, quæ procurat Liberos à *Coronâ Domini exercituum*. Ergo ad Locum generationis omnium creatorũ intrabat & devotionem dirigebat.

In hoc autem Templo porrò locus alius est, in quem subintrant preces illorum singularium, qui preces suas præmittunt precibus Ecclesiæ; Cumque Ecclesia preces illorum complet, Præfectus quidam istius loci has preces omnes anteverstentes suscipit, & cum precibus Ecclesiæ Deo benedicto proponit. Et hæc de precibus singulorum. Sed à nullo janitorum præfectorumque precantis pariter Ecclesiæ & multitudinis divelli potest oratio. Sed quandocunque Ecclesia orat, oratio illa omninò ingreditur atque recipitur. Unde Psal. 102, 18. *Vigil ille non spernit orationem eorum*, in plurali; quamvis non adeò sit accurata. Unde sapientes nostri: Unde constat Deum non abnuere preces plurium? q. d. Ijobh. 36, 5. Hinc alibi Magistri: *Perpetuò homo associet se Ecclesiæ*. Item: *Quando est tem-*

tempus beneplaciti? quando Ecclesia orat. Unde illud Deuter. 4, ℣. 7.

Duo ergò hæc Templa, quorum alterum Adonai, alterum El-chai vocatur, sunt illa, in quæ omnes precationes Iisraëlitarum perveniunt. Ecclesiæ autem oratio, pertinet ad Adonai, cui etiam nomen est Ecclesiæ Iisraël: unde non excluditur. Id autem quod de oratione dictum, intelligendum est, cum in attributo sibi solo, & multò magis cum in Jerusalem imò multò magis cum in Templo existit, populus Iisraël, nam dum exulant, extra Terram suam, multi calumniatores & vigiles grassatoresve non tantum singulorum, sed & multitudinis orationi astant, quia tunc sunt in potestate Principum populis præfectorum; nec ulla superest via, quâ ascendere queat oratio eorum, quia Portæ cœli non sunt, nisi in Terra Iisraël; juxta Gen. 28, 17. Extra terram autem cœlum undique clausum est. Gentium autem præfecti Iisraëlitis nullatenus auxiliantur, juxta Dan. 10, 21. Imò è contrario Samaël Præfectus Edom semper adstat & calumniatur Iisraëlitas & vigilat contra eos, ut evertat merita eorum. Omnes enim Adversarii Iisraëlitarum exulantium consistunt inter terram & cœlū ad instar parietis intergerini, ut discrimen maneat inter Iisraël & Patré eorū qui in cœlis: & hi vocantur Nubes discriminatrix: ex Thr. 3, 44. Unde in Visione Jecheskel in Exilio Jech. 1, 4. tam multa describuntur separatoria. Idq; tantò magis, cum etiam in Terra ipsa tale quid fiat juxta Jesch. 59, 2. Quid ergò consilii de precibus exulantium? Nempe ex majorum instituto omnis oratio extra Terram Iisraël, versus Jerusalem dirigi debet, alioquin nulla ad Altissimi conspectum accedet; juxta Dan. 6, 10. & 1. Reg. 8, 48. Collige itaque quod El-chai est locus ubi examinatur precatio: cumque legitima & justa invenitur, tunc Nomen Adonai, quod est mysterium orationis, accedit ad El-chai: unde per orationem illam omnes Sephiræ uniuntur, & quando eadem admittitur in El-chai, tunc intrare

re poteſt in omnia conclavia, quousque locum prudentiæ adeat, è quâ deinceps adhæret ſapientiæ, cui cognomen inditur *voluntatis.* Quamobrem in orationis introitu exordiri conſuevimus Pſal. 50,17. *Adonai labia mea aperies:* in exitu verò Pſalm. 19,15. *Ut ſint voluntati ſeu ut complaceant eloquia oris mei.* Nam Razon eſt myſterium aſcensûs ab imo ad ſuperna, & connotat literam Jod Tetragrammati. Ab hoc beneplaciti loco, quæ eſt Jod, ulteriùs aſcendit in ejuſdem apicem altiorem h.e. coronam, vocatam Infinitum. Univerſum itaque Tetragrammaton, ab He, uſque ad Jod continet ordinata precatio: quaſi eſſet nomen יָהּ, quod eſt dimidium Tetragrammati, quod comparatur toti. Et quia precatio aſcendit uſque ad Kether, hinc in ſupplemento, mentio fit Coronæ, in verbis: כתר יתנו לך In Jozer enim nondum pervenit ad Coronam uſque, ſed in ſupplemento; Cum igitur homo attentus eſt ad preces ſuas, Deus unitur cum illa oratione, incipiendo ab He ultimo, uſque ad Coronam ſummam. Precatio ergò vocatur *cultus;* unde illud: quinam eſt cultus cordis? precatio. Et preces ſunt loco Sacrificiorum; ſicut enim קרבנות dicuntur ab appropinquando & admovendo, quod admoveant ſibi invicem Sephiras, & in ordinem redigant gradus & canales; id quod fit operando; ſic idem præſtat oratio, ſed eloquendo, juxta Hoſch, 14,3. Unde Majores dixerunt: precationes correſpondent Sacrificio; & ſupplementa eaſdem in ordinem redigunt. Schaare Orah ſub Elchai, in fine.

חסד *Benignitas.* Vid. 2 מלכים. מורת. מֹב. דעת. דבקות. ניצוצות. 15. 16. 24.

חסדי דוד Benignitates David ad idem metrum El-chai referri ſolent; quia Jeſod influit in dimenſionem Davidis, quæ eſt Malchuth. Rectius autem hoc nomen refertur ad Nezach & Hod, quod etiam in Sohar, Trumah ſic docetur: *Die Sabbathi, cum nullum reperitur Judicium, ita ut Nezach & Hod ſimul Benignitates referant, dicimus:* beneplaceat tibi, & libera

ra nos. *Ut hoc modo ambo gradûs sint* Benignitates Davidis fideles. *Hinc porrò dicimus:* Ne sit angustia vel mæror in die quietis nostræ: *Quia Beneplaciti*, (i.e. Nezach) *& Laudis characteres sunt Benignitates David.* Hæc ibi. E quibus patet, quod phrasis, *Benignitatis David* pertineat ad Nezach, quatenus manifestatur & secum complectitur Hod, ut vox Benignitatum pluraliter adhibeatur. Sed porrò Nomen

חסדים טובים *Benignitates bonæ.* Pertinet ad Gedulah; sub formali illuminandi juxta Exod. 30,7. Estque Chesed, quatenus nondum sese exserit. Pardes Tr. 23. c. 8.

2. Chesed in Regno metallico est argentum, nemine contradicente: atq; sic numerus minor vocum גדולה & סאמא argentum, Prov. 16. 16. c. 17, 3. item סימא Ps. 12, 7. Ijobh. 28, 1. est idem, atque 3. Decadem Sephirothicam istius Chesed collige ex Exod. 38. 17. 19. ubi argentum in capitulis columnarum, repræsentat *Kether*. *Chochmah* autem cum argento comparatur Prov. 2, 4. & *Binah*, Prov. 16, 16. *Gedulah* elucet ex historia Abrahami, ubi semper præfertur argentum Genes. 13, 2. c. 23, 15. 16. c. 24, 35. 53. *Gebhurah* exhibetur, cum argentum in igne proponitur Prov. 17, 3. Num. 31, 22. Psalm. 66, 10. Proverb. 27, 21. Jesch. 48, 10. Jechesk. 22, 22. Sechar. 13, 9. Malach. 3, 3. *Tiphereth* est pectus statuæ Dan. 2, 32. *Nezach* est vena argenti Ijobh, 28, 1. *Hod* sunt Tubæ argenteæ Numer. 10, 2. *Jesod* reperitur Proverb. 10, 20. & *Malchuth* Psalm. 12, 7. Kamea hujus metalli repræsentat quadrata novies novem, vicies eandem summam referentia hoc modo:

לז	עח	בט	ע	כא	סב	יג	נד	ה
ו	לח	עט	ל	כא	כב	סג	יד	מו
חז	ז	לט	פ	לא	עג	כג	נה	טו
טז	תח	ח	מ	פא	לב	סה	כד	נו
נז	יז	מט	ט	מא	עג	לג	סה	כה
כו	נח	יח	נ	א	מב	עד	לד	סו
כג	כז	נט	י	נא	ב	מג	עה	לה
לו	סח	יט	ס	יא	נב	ג	מד	עד
עד	כח	סט	כ	סא	יב	נג	ד	מה

Summa hîc vicies exhibita eſt 369.& numero minore 9. Quem omnes etiam variationes referunt, etiamſi millies millenæ fuerint, quoniam in æternum Cheſed vel benignitas ejus Pſalm. 136, 1. p.t. Sepher Æſch Mezareph. c. 3.

חסיד *Sanctus, pius, benignus.* In Raja Mehimna R. Schimeon ben Jochai, hoc nomen refert ad Cheſed, quando Chochmah in eâ eſt, cujus nota eſt litera י in חסִיד. Hinc dixerunt majores: Plebejus non eſt חסיד Sanctus vel pius, quia Chochmah vel Sapientia requiritur ad חסֶד vel benignitatem, ut inde fiat חסִיד pius. Pardes Tr. 23. c. 8. vid. Sohar Pinchas 103. c. 409. Breſchith 30. c. 117. Balak 91. c. 361. Vajikra 7. c. 26.

חסידה *Ciconia.* Juxta R. Schimeon ben Jochai in Sohar S. Vajeze ad Pſal. 104, 17. hoc nomen pertinet ad Binah, quia ab hâc influxum ſugit Cheſed; quo tempore illa vocatur Chaſida. Mihi autem videtur quod tunc, quando omnes tres, Chochmah, ſc. Binah & Cheſed uniuntur, Binah vocetur Chaſidah: nam in illa voce reperitur חסד, & י quod eſt Chochmah Scaturigo influxus; & ה quod eſt Binah, quæ influit. Unio au-

autem est in Binah. In Sohar autem Sect. Pinchas hæc extant: *Chasidah est filia Abrahami, qui vocatur Chesed, & benignitatem exercet erga omnes filios Mundi.* ubi intelligitur Malchuth. Pardes Tr. 23. c. 8.

חפ est חוטם פה *Nasus & Os.*

חפץ *Beneplacitum, arbitrium, voluntas.* Sic, juxta R. Moscheh, vocatur Chochmah, quatenus influxum habet à רצון ab arbitrio supremo. Sed in Tikkunim R. Schimeon ben Jochai tradit, quod sic quoque vocetur Malchuth, juxta Psalm. 1, 2. ubi intelligitur Schechinah, quæ unitur cum Tiphereth (seu Lege;) tunc enim ab hoc benevolentia infunditur in Illam, de partibus Chochmah & Kether. Pardes Tr. 23. c. 8.

חפשי *Liber.* Pertinet ad Binah, ubi gradus Libertatis. Videtur autem differentia esse inter phrases חפשי & חירות, quia hæc libertatem Jubilæi, illa anni septimi denotat juxta Ex. 21, 2. 6. ubi per עלם intelligitur Jobel. Pardes l. c.

חצות לילה *Media nox.* In Sohar Sect. Lechlecha Malchuth vocatur medietas; quia ab utraque parte participat, à judicio nempe & Gebhurah, quod est nox, quia tunc judicia rigorosa exsuscitantur: & à miseratione, quod est tempus post mediam noctem. Alii hoc Nomen referunt ad Tiphereth, ob rationes alias. Pardes ib.

חצי *Medium.* Quicquid dividitur in medietates, pertinet ad Malchuth, quæ ut luna dimidiatur. Sed *dimidium* ההין *Hin* Num. 15, 9. &c. est Tiphereth, quasi diceretur medius inter duo Hehin, Binah & Malchuth in הוה. Sic dimidium Sicli Exod. 30, 13. est Tiphereth: Nam viginti Geræ sunt Siclus, quem numerum refert Jod plenè sic scriptum יוד, ubi Vav in medio; ut in א ubi Jod supra, Jod infra, Vav in medio. Sic Raja Meh. Sed *dimidius cubitus.* 1. Reg. 7, 35. est Jod gradûs Malchuth: Nam Vav æstimatur ut duo Jodin. Vid. אמה. Pardes l. c.

חצים *Sagitta.* In Tikkunim refertur ad Jesod, qui dicitur

 citur

citur *Arcus*, & ſagittæ ſunt tria Vavin, quæ in Jeſod, nempe quæ in ויסע. ויבא. ויט, tres Patres vel tres propagines eorum, Nezach, Hod, Jeſod; quæ ſunt iſtius ſagittæ ab Ipſo vibratæ in Malchuth. Intelligitur autem benedictio, quam Illa recipit è dextra, ſiniſtra, & è medio: myſticè, ſemen ejaculatum ſagittæ inſtar tempore copulæ maritalis. Quo etiam referri ſolent tria Feſta Paſchatos, Pentecoſtes & Tabernaculorum, quæ ſunt Gedulah, Gebhurah, Tiphereth. Pardes l. c. vid. Sohar Pinchas in f. 121. c. 482.

חצוצרות כסף *Tuba argentea.* Num. 10, 2. In Raja M. referuntur ad Nezach & Hod quatenus à Cheſed influxum habent. Dicuntur autem Tubæ ob duos clangores, qui ſunt Gedulah & Gebhurah: quarum propagines Nezach & Hod: Nam opus Patrum peragunt filii. Pardes ib.

חצרות ה׳ *Atria Domini.* In Sohar Vajechi, Domus externæ, quæ ſunt ſeptem dies fabricæ ſic vocantur. Quia ſicut atrium eſt Veſtibulum Domûs, quæ magis occulta eſt atrio; ita ſeptem inferiores ſe habent ad tres ſupernas occultas, Pardes l. c.

חק *Statutum, Decretum, Dimenſum.* Eſt Jeſod juxta omnes; quia Iſte modus determinat, quicquid terminum admittit; præſcripto modo & ſtatuto. Unde & ſtatutum fœderis circumciſionis huc pertinet. Pardes ib.

2. In Schaare Orah ſub Elchai poſt ארץ טובה de hoc cognomine hæc habentur: Jeſod in Lege vocatur חק *Statutum.* Dominus enim determinavit, quicquid formatum eſt, limitesque & menſuram ſtatuit omnibus creatis per Nomen ſuum magnum; quod ſolú termino caret, juxta Ijobh 28, 3. & Pſ. 119, 96. ubi per מצוה *Præceptum* intelligitur Malchuth, quæ ambit omnia creata iisque limites præſcribit. Diciturque præceptum, quia Ipsâ præcipiente omnia facta ſunt & reguntur. Eſtque Lex oralis, cujus ductu occupamur circa Legem ſcriptam

ptam Tiphereth. Omnia enim quæ effigurata ſunt in opere creationis quorumque fit mentio in Libro Jezirah, illis figuram dedit Deus benedictus per El-chai Adonai: & per duo hæc Nomina terminis circumſcripſit omnia: id quod docent duæ hæ voces חק & חקה Jeſod & Malchuth. Et huc pertinet Pſalmus 148. in quo mentio fit omnium creatorum tam ſuperiorum quam inferiorum: & in ſpecie ℣. 5. 6. item: Jirm. 33, 25. It. Benedictio Lunæ. It. Jirm. 31, 35. ubi per diem Jeſod, & per noctem Malchuth intelligitur. It. Jirm. 5, 22. & Pſal. 104, 9. Unde חק determinatum quid ubique denotat conf. Gen. 47, 22. Prov. 30, 8. Et de hoc in Libro Jezirah dicitur: Et Lingua determinationis mediatrix eſt inter eas. Lingua enim media eſt inter omnia corporis membra. Huc quoque pertinet locus Pſ. 81, 4. 5. ubi per diem, dies memoriæ i. e. Jeſod; dies Novi anni: per משפט intelligitur Tiphereth, Jaacob; ו Tetragrammati: & חק eſt apex infimus literæ; vocaturque Jod parvum. Item Exod. 15, 25. ubi חק eſt El-chai, dies memoriæ, quo homo judicium ſubit. Ubicunque ergò reperitur חק, ibi præceptum illud pertinet ad El-chai: qui eſt dies, & זכור ut Exod. 12, 24. Item in benedictione circumciſionis' quò pertinet & חקים Deut. 4, 8. Sed ubi eſt חקה, præceptum connectitur cum Adonai, ut Exod. 13, 10. Num. 19, 2. c. 31, 21. &c. quæ eſt nox, & שמור: quò pertinet & pluralis חקות Lev. 26, 3. Sed in utroque plurali ambo hæc metra combinantur; niſi quod in maſculino maſculus; in fœminino fœmina prævaleat. Porrò nota præcepta illa, quæ vocantur חקים vel חקות abſtruſa admodum eſſe, & quorum non inveſtiganda ſit ratio; quaſi limes ibi poſitus ſit intellectui & inveſtigationi. Qualia ſunt de comeſtione carnis porcinæ; de veſte ex Scheatnes; de diſcalceatione; de heterogeneis; de bove lapidibus necando; de vitula decollanda; de avibus leproſi, &c. Huc enim pertinet Lev. 18, 4. c. 19, 19. Exod. 12, 24. Lev. 16, 29. Item myſterium circumciſionis, in cujus benedictione

ctione adhibemus phrasin hanc: וחק בשארו שם *Et excidit in carne ejus Nomen, &c.* Ibidemque sequitur חר.

חקה *Idem.* Est Malchuth. Quia Jesod & Malchuth limites ponunt omni rei determinabili. חקים vide חק è Schaare Orah, cum quò concordat Pardes h.l. Quidam tamen censent, חקיקה exarationem literarum, de qua in Libro Jezirah, pertinere ad Gradum Binah. Et in Sohar Sect. Achare, extant hæc: *Leges illæ, quæ veniunt è Loco Zedek*, (i.e. Malchuth) *vocantur* חקות. Et in Sohar Sect. Kedoschim, dicitur, quod locus Prov. 31, 15. intelligendus sit de Virtutibus Malchuth, quæ præfectæ sunt negotiis mundi: quæ etiam dicantur חקות, quia accipiunt statutam portionem suam à Malchuth: & quia hæc portio descendit à cœlo, i.e. Tiphereth; hinc oriri Nomen חקות השמים Pardes Tr. 23. c.8.

חקר *Investigatio.* Locus Ijob. 11, 7. in Tikkunim exponitur de Malchuth, quatenus illa est scabellum pedum Tiphereth; quia in Illâ Hic, *Deus* scil. investigando manifestatur. Pardes ib.

חרב *Gladius.* R. Moscheh locum Psal. 22, 21. exponit de Gebhurah. Mihi videtur intelligi Gladius Ammonitarum, qui sunt Cortices. Et in Gladio bisacuto Ps. 149, 6. cujus eadem significatio, acies interna videtur spectare ad sanctitatem, externa ad malum. Sed in Sohar Gladius bis acutus appellatur Tetragrammaton, quando est extra vaginam, quæ est Adonai; & tunc denotat judicium. Verba sunt hæc: *Capulus; i gladius; duo Hebin duæ acies.* Sed Gladij nomen nudè positum denotat Malchuth. Nam hæc est *gladius ulciscens ultionem fœderis*, Lev. 26, 25. quia punit denudationes illas, quæ *separant Ipsam à Principe Juventutis suæ.* Pardes Tr. 23. c. 8. vid. Sohar Mezora in pr. Bechükkothai 25. c. 220. Schophetim 132. c. 526.

חשך *Tenebræ, caligo.* Datur in Kether; ubi 3. species: Item in Gebhurah, & in Klippoth. Quibusdam & Malchuth dicitur

dicitur Caligo, sed mixta luce: quia in Eâ miscentur omnes Virtutes Flammarum; atque mutantur. Sic R. Chamai Gaon in Libro Jichud. Sensus est, quod Ipsa obtenebret & immutet colores Lucis, ut inferiores eandem possint supportare. Pardes ib.

חשמל *Chaschmal.* Jechesk. 1, 4. *Pruna ignita.* Sapientes dicunt, quod sint חיות אש ממללות *Animalia ignea loquentia,* Item: quandoque silentia, quandoque loquentia. Et R. Moscheh inquit, quod sint 6. extremitates, quæ dicantur tacere, quando influxum suscipiunt, è supernis; loqui autem, quando eundem emittunt. Idem dicit quod חשמלה Jechesk. 8, 2. sit Malchuth, quatenus unita est cum sex membris in copulâ. Item, quod in החשמל subindicetur Binah influxum demittens in sex membra. At in Raja Mehimna R. Schimeon ben Jochai tradit, quod in חשמל per חש denotetur Nezach, per מל verò Hod. Quæ sint animalia ignea loquentia; labia nempe loquentia in Prophetia ad Prophetas. Unde intelligitur, quod in Gemarâ extat, *quod, cum loquela exit ex ore Gebhura, silere, & cum loquela non exit ex ore Gebhura, loqui dicantur;* sub mysterio prophetiæ ad Prophetas. Sunt autem duo Nomina Tetragrammaton & Adonai: Quæ dicuntur Animalia; quatuor enim facies sunt Tetragrammaton; & 4. alæ Nomen Adonai. Suntque aliquando silentia, tempore copulæ; & susurrantia, quia supra in Tetragrammato non est loquela, sed silentium: suntque claves internorum. Sed in Nomine Adonai est loquela; quia istud revelat; & in eo res solet declarari; suntque claves externorum. Hinc patet, quod חש sit in Nezach, quia illud ad dextram pertinet Tetragrammaton: Sed in Hod, ad sinistram, est Adonai, & consequenter מל; nempe Elocutio. Concluditur igitur, quod Jesod vocetur Chaschmal, qui uno nexu comprehendit duo illa Nomina. Id quod etiam habetur in Tikkunim his verbis: *Visio tertia, tanquam visio Ignis, cui circumcirca est receptaculum. Et hic est Justus vivens in secula,*

cula, qui unionem instituit inter Sanctum i.q.b.s.! quod Tetragrammaton, & Schechinam, quod est Adonai. Et Justus est Chaschmal, connexio duorum illorum Nominum, quæ sunt יאהדונהי, &c. Ubi Jesod dicitur Chaschmal, ambiens Schechinam, ut Eam uniat cum Tiphereth. Suntque sex Sephiroth, sex literæ inter duo Jodin contentæ, quibus denotantur 6. extremitates. Chaschmal igitur est unio duorum Nominum, quatenus infra sunt. Pard. l.c. Vid. Sohar Heæsinu 140, c.559. Pinchas 103. c. 511.

חשוקיהם *Ligaturæ illarum, Trabeationes.* Exod. 27, 10, 11. &c. In Tikkunim hoc nomen applicatur ad Nezach & Hod; vel quod se invicem colligant, ut fiant unum in copula: vel à fulciendo, quod sint Trabeationes Domûs, & Domus firmetur super eas, quatenus sunt Jachin & Boas. Vel quatenus sunt in classe Tiphereth & Malchuth, qui inter ambas istas uniuntur. Pardes l. c.

חתן *Sponsus.* Sic vocatur Tiphereth juxta Jesch. 61, 10. Vid. חופה. Sic autem dicitur, quando unitur cum Sponsa sua Malchuth. Pardes Tr. 23. c. 8. Vid. Sohar Jethro 41. c. 161. Trumah 65. c. 258. f. 75. c. 299. Vajikra 3. c. 9.

ט

ט *Teth.*

IN Libro Temunah refertur ad Jesod, quæ est Sephirah nona. Et quia ex alio numerandi initio Jesod est Sabbathum; hinc dominium naturæ spiritualis istius literæ dicitur esse sub Planeta Schabtai ♄. Derivatur autem à phrasi Jesch. 14, 23. *Et everram eam scopis;* ubi est significatio abolitionis & perditionis impiorum. Alius hanc literam refert ad Chochmah, ab imis ascendendo. Alius ad Gebhurah ob sensum Jesch. 14, 23. In Sohar hæc litera dicitur Scaturigo vitæ. Et ex eâ dependere dicitur locus ille notus in mundo, in quo homines

non

non moriuntur, quia ejusdem Aëri superimmineat hæc litera ט, è combinationibus literarum per quas conditus est mundus. In Cantico Canticorum R. Schimeon respicit ad figuram literæ Jod, quæ est intra ט, tanquam circumdata sit muro quodam. Pardes Tr. 27. c. 12. Vid. Sohar Bo 18. c. 70. Vajikra. 3. c. 11. f. 9. c. 33. Pinchas 104. c. 415. Mikkez 112. 450. Trumah 68. 70. c. 200. Pekude 104. c. 413. Debarim 123. c. 490.

טבור *Umbilicus.* Est Schechinah, quatenus adhuc occulta; Corpus enim est Tiphereth, & venter Malchuth de parte Binah; sub mysterio הִיא. Sed Tibbur est notio Jod, quatenus est in ventre & in Tiphereth. Et hoc est punctum illud, è quo fundamentum habet mundus, quod vocant Tibbur seu medium terræ; nempe punctum Zijon. Et fortè Tibbur est Jesod. Pard. Tr. 23. c. 9.

2. Aliter טיבור est fovea pectoris, locus Diaphragmatis. Vid. מלוי n. 2. נקודים n. 5. 6. 7.

טבעת *Annulus.* Est notio Malchuth, quæ in Chochmah. Et hujus symbolum est annulus desponsatorius: item annulus obsignatorius. Pardes Tr. 23. c. 9.

טהרה *Mundatio, mundities.* In Tikkunim Raja Mehim. & Sohar in genere refertur ad Chesed. Sed Sect. Kedoschim notio *Sancti* ad Sacerdotem, (Chesed) & *puri*, ad Levitam (Gebhurah) refertur. Et sic Sect. de Vacca rufa: Cum purum non dicatur, nisi respectu prioris impuritatis. Fundamentum ergò Sanctitatis est in Chesed, super qua Chochmah; cui nomen *Sancti* tribuitur; & hinc per dextram Sanctitas venit super omnia. Sed fundamentum puritatis est in Gebhurâ; quia Igne Gebhuræ omnia dealbantur. Unde Vacca perfectè rufa esse debuit ad denotandum rigorem judicii; ita ut ne duos quidem haberet pilos albos, ne vel tantillum miserationis intersit; nec nigros, ne Cortices adhærerent: & dein comburenda fuit violentia Ignis. Ut & fermentum expurgatum comburitur.

Si ergò purificatio applicatur ad Chesed, id fit respectu exiguæ quantitatis Ignis, in dextra inclusi: Et si Sanctitas ad Levitam applicatur, id fit ob tantillum Aquarum, quæ in Gebhurâ. Pardes Tr. 23. c. 9. Vid. Sohar Æmor 47. c. 187.

טוב *Bonus, Bonum.* Pertinet ad Chesed, habetque significationem *aptandæ Lucis*, juxta Exod. 30, 7. Deinde & Tiphereth ex parte Chesed vocatur *Bonus.* Item Jesod. Et Malchuth eôdem respectu dicitur Bona. In Sohar Cantici Cant. Nomen boni applicatur ad Lucem primitivam; quæ notio est aliquantò superior quàm Chesed. Unde in Soh. Sect. Trumah hæc habentur: Quando locum habet nomen Boni, & quando nomen Chesed? Nomen Boni, quando omnia in se continet, nec exserit se ut descendat: sed Chesed cum descendit, & benefacit omnibus creaturis. Et in historia de Puello Sect. Schemini ad Cant. 7, 10. dicitur, quod הטוב pertineat ad Chesed, *ad instar vini* cui admiscetur Aqua. Vinum enim ad Din, & הטוב ad Chesed spectant. Cum igitur Sephiræ lucent è parte sua interiore, illa notio occulta antequã inde fit Chesed, vocatur boni nomine, ita ut omnes *bona* dicantur & lucentes, ob subtilitatem internæ illius naturæ occultæ. Et Tiphereth abhinc vocatur *Bonus*, juxta Psal. 145, 9. Et pariter Jesod juxta Jeschai 3, 10. Item Malchuth juxta Esth. 8, 5. Omnia ex parte Chesed. Et in Sohar Sect. Vajikra ad Psal. 52, 11. dicitur, quod Justus dicatur bonus respectu *Benignitatum David fidelium.* Id est, quando Nezach & Hod replentur bono, à Chesed veniente, tunc Jesod ab iis hoc suscipit, & habet nomen *Boni.* Secundum R. Moscheh tamen; etiam gradus Kether vocatur Bonus, quia benè adaptat omnes lucernas: quamvis huc non inclinent verba Sohar. Pardes Tr. 23. c. 9. Vid. Sohar Schemoth f. 5. c. 19. Breschith 8. c. Vajik. 9. c. 35. Behar 54. c. 113.

2. טוב ירושלים *Bonum Jeruschalaim.* Psal. 128, 5. In Sohar Sect. Vajikra hæc extant: *Quid est bonum Jeruschalaim? Illæ benedictiones, quæ procedunt ad Ipsam*, (Malchuth) *à Rege Sancto*

Sancto (Tiphereth,) *per illum gradum Sanctum, qui vocatur Zijon.* (Jesod.) Pardes Tr. 23. c. 9.

3. טוב *Bonus.* Habet ubique penultima Sephirarum boni Cognomen, ut illud: Jesch. 3, 16. Extollite justum, quoniam bonus: Tractus enim qui de supernis decurrunt Sephiris, imò & qui de fortitudinis timorisque mensura erumpunt, si per Justum incedunt, omnes in bonum perfectum & rei commodum inclinant, nullo intercedente malo. Quapropter ritè, inquiunt sapientes: *Nihil à cælis mali demitti.* Quod autem legitur, Mich. 1, 12. *Quia malum descendit à Tetragrammato*; de cellariis extra Sephiristicam fabricam existentibus intelligendum est. Plures quippe Plagarum thesauri ibi circumcirca existunt, qui *malum* vocitantur. Et hi crebro irrumpunt in templum Adonai, ac in mortalium irruunt seculum; unde l. c. scribitur: *Quia malum descendit* מאת *Adonai*; ac si malum descendere velit, non quidem ex Deo, sed ex re quæ cum Deo; ideo non legitur: *Descendit* מארני, quod de Deo sonat, sed מאת Adonai. Procedit ad hoc etiam, quod in opere creationis lex ipsa proponit, *& vidit Deus quoniam bonum, &c.* & in operis postremo scribitur: *Ecce bonum valde, &c.* Ubi in Codice Breschith Rabba sapientum prisci explanant: *Bonum valde:* i. e. *mors:* ex quo accipe, & mortem, quando scil. per Justi metrum accedit, bonum, vitamque censeri, justi enim (inquiunt) & postquam obdormivere, in viventium enumerantur cœtu. Ad quod etiam accedit *lignum scientiæ boni & mali*, nam cum Adonai *scientiæ lignum* appellatur, & à boni oraculo plenitudinem contrahit, quicquid in entibus versatur (haud minus interitus quàm vita) id in bonum vertitur. Unde Nachum, cognomine גם זו Et hoc appellatus, ad omnem plagam morbumve sibi accidentem dicebat: *Etiam hoc in bonum.* Et R. Akiba semper dicebat: *Quicquid mittitur è cælis, in bonum cedit.* Sed si per justi dimensionem fistulæ in ædem justitiæ, scientiæve lignum minimè

citur *Arcus*, & ſagittæ ſunt tria Vavin, quæ in Jeſod, nempe quæ in .ויסע. ויבא. ויט, tres Patres vel tres propagines eorum, Nezach, Hod, Jeſod; quæ ſunt iſtius ſagittæ ab Ipſo vibratæ in Malchuth. Intelligitur autem benedictio, quam Illa recipit è dextra, ſiniſtra, & è medio: myſticè, ſemen ejaculatum ſagittæ inſtar tempore copulæ maritalis. Quo etiam referri ſolent tria Feſta Paſchatos, Pentecoſtes & Tabernaculorum, quæ ſunt Gedulah, Gebhurah, Tiphereth. Pardes l. c. vid. Sohar Pinchas in f. 121. c. 482.

חצוצרות כסף *Tuba argentea.* Num. 10, 2. In Raja M. referuntur ad Nezach & Hod quatenus à Cheſed influxum habent. Dicuntur autem Tubæ ob duos clangores, qui ſunt Gedulah & Gebhurah: quarum propagines Nezach & Hod: Nam opus Patrum peragunt filii. Pardes ib.

חצרות ה *Atria Domini.* In Sohar Vajechi, Domus externæ, quæ ſunt ſeptem dies fabricæ ſic vocantur. Quia ſicut atrium eſt Veſtibulum Domûs, quæ magis occulta eſt atrio; ita ſeptem inferiores ſe habent ad tres ſupernas occultas, Pardes l. c.

חק *Statutum, Decretum, Dimenſum.* Eſt Jeſod juxta omnes; quia Iſte modus determinat, quicquid terminum admittit; præſcripto modo & ſtatuto. Unde & ſtatutum fœderis circumciſionis huc pertinet. Pardes ib.

2. In Schaare Orah ſub Elchai poſt ארץ טובה de hoc cognomine hæc habentur: Jeſod in Lege vocatur חק *Statutum.* Dominus enim determinavit, quicquid formatum eſt, limitesque & menſuram ſtatuit omnibus creatis per Nomen ſuum magnum; quod ſolú termino caret, juxta Ijobh 28, 3. & Pſ. 119, 96. ubi per מצוה *Præceptum* intelligitur Malchuth, quæ ambit omnia creata iisque limites præſcribit. Diciturque præceptum, quia Ipsâ præcipiente omnia facta ſunt & reguntur. Eſtque Lex oralis, cujus ductu occupamur circa Legem ſcriptam

ptam Tiphereth. Omnia enim quæ effigurata sunt in opere creationis quorumque fit mentio in Libro Jezirah, illis figuram dedit Deus benedictus per El-chai Adonai: & per duo hæc Nomina terminis circumscripsit omnia: id quod docent duæ hæ voces חק & חקה Jesod & Malchuth. Et huc pertinet Psalmus 148. in quo mentio fit omnium creatorum tam superiorum quam inferiorum: & in specie ℣.5.6. item: Jirm. 33,25. It. Benedictio Lunæ. It. Jirm. 31,35. ubi per diem Jesod, & per noctem Malchuth intelligitur. It. Jirm. 5,22. & Psal. 104,9. Unde חק determinatum quid ubique denotat conf. Gen. 47,22. Prov. 30,8. Et de hoc in Libro Jezirah dicitur: Et Lingua determinationis mediatrix est inter eas. Lingua enim media est inter omnia corporis membra. Huc quoque pertinet locus Ps. 81,4.5. ubi per diem, dies memoriæ i. e. Jesod; dies Novi anni: per משפט intelligitur Tiphereth, Jaacob; י Tetragrammati: & חק est apex infimus literæ; vocaturque Jod parvum. Item Exod. 15,25. ubi חק est El-chai, dies memoriæ, quo homo judicium subit. Ubicunque ergò reperitur חק, ibi præceptum illud pertinet ad El-chai: qui est dies, & זכור ut Exod. 12,24. Item in benedictione circumcisionis ' quò pertinet & חקים Deut. 4,8. Sed ubi est חקה, præceptum connectitur cum Adonai, ut Exod. 13,10. Num. 19,2. c. 31,21. &c. quæ est nox, & שמור: quò pertinet & pluralis חקות Lev. 26,3. Sed in utroque plurali ambo hæc metra combinantur; nisi quod in masculino masculus; in fœminino fœmina prævaleat. Porrò nota præcepta illa, quæ vocantur חקים vel חקות abstrusa admodum esse, & quorum non investiganda sit ratio; quasi limes ibi positus sit intellectui & investigationi. Qualia sunt de comestione carnis porcinæ; de veste ex Scheatnes; de discalceatione; de heterogeneis; de bove lapidibus necando; de vitula decollanda; de avibus leprosi, &c. Huc enim pertinet Lev. 18,4. c. 19,19. Exod. 12,24. Lev. 16,29. Item mysterium circumcisionis, in cujus benedictione

ctione adhibemus phrasin hanc: וחק בשארו שם *Et excidit in carne ejus Nomen, &c.* Ibidemque sequitur הר.

חקה *Idem.* Est Malchuth. Quia Jesod & Malchuth limites ponunt omni rei determinabili. חקים vide חק è Schaare Orah, cum quò concordat Pardes h.l. Quidam tamen censent, חקיקה exarationem literarum, de qua in Libro Jezirah, pertinere ad Gradum Binah. Et in Sohar Sect. Achare, extant hæc: *Leges illæ, quæ veniunt è Loco Zedek*, (i.e. Malchuth) *vocantur* חקות. Et in Sohar Sect. Kedoschim, dicitur, quod locus Prov. 31, 15. intelligendus sit de Virtutibus Malchuth, quæ præfectæ sunt negotiis mundi: quæ etiam dicantur חקות, quia accipiunt statutam portionem suam à Malchuth: & quia hæc portio descendit à cœlo, i.e. Tiphereth; hinc oriri Nomen חקות השמים Pardes Tr. 23. c.8.

חקר *Investigatio.* Locus Ijob. 11, 7. in Tikkunim exponitur de Malchuth, quatenus illa est scabellum pedum Tiphereth; quia in Illâ Hic, *Deus* scil. investigando manifestatur. Pardes ib.

חרב *Gladius.* R. Moscheh locum Psal. 22, 21. exponit de Gebhurah. Mihi videtur intelligi Gladius Ammonitarum, qui sunt Cortices. Et in Gladio bisacuto Ps. 149, 6. cujus eadem significatio, acies interna videtur spectare ad sanctitatem, externa ad malum. Sed in Sohar Gladius bis acutus appellatur Tetragrammaton, quando est extra vaginam, quæ est Adonai; & tunc denotat judicium. Verba sunt hæc: י *Capulus*; י *gladius*; *duo Hebin duæ acies.* Sed Gladij nomen nudè positum denotat Malchuth. Nam hæc est *gladius ulciscens ultionem fœderis*, Lev. 26, 25. quia punit denudationes illas, quæ *separant Ipsam à Principe Juventutis suæ.* Pardes Tr. 23. c. 8. vid. Sohar Mezora in pr. Bechükkothai 25. c. 220. Schophetim 132. c. 526.

חשך *Tenebræ, caligo.* Datur in Kether; ubi 3. species: Item in Gebhurah, & in Klippoth. Quibusdam & Malchuth dicitur

dicitur Caligo, sed mixta luce : quia in Eâ miscentur omnes Virtutes Flammarum; atque mutantur. Sic R. Chamai Gaon in Libro Jichud. Sensus est, quod Ipsa obtenebret & immutet colores Lucis, ut inferiores eandem possint supportare. Pardes ib.

חשמל *Chaschmal.* Jechesk. 1, 4. *Pruna ignita.* Sapientes dicunt, quod sint חיות אש ממללות *Animalia ignea loquentia,* Item: quandoque silentia, quandoque loquentia. Et R. Moscheh inquit, quod sint 6. extremitates, quæ dicantur tacere, quando influxum suscipiunt, è supernis; loqui autem, quando eundem emittunt. Idem dicit quod חשמלה Jechesk. 8, 2. sit Malchuth, quatenus unita est cum sex membris in copulâ. Item, quod in החשמל subindicetur Binah influxum demittens in sex membra. At in Raja Mehimna R. Schimeon ben Jochai tradit, quod in חשמל per חש denotetur Nezach, per מל verò Hod. Quæ sint animalia ignea loquentia; labia nempe loquentia in Prophetia ad Prophetas. Unde intelligitur, quod in Gemarâ extat, *quod, cum loquela exit ex ore Gebbura, silere, & cum loquela non exit ex ore Gebbura, loqui dicantur;* sub mysterio prophetiæ ad Prophetas. Sunt autem duo Nomina Tetragrammaton & Adonai: Quæ dicuntur Animalia; quatuor enim facies sunt Tetragrammaton; & 4. alæ Nomen Adonai. Suntque aliquando silentia, tempore copulæ; & susurrantia, quia supra in Tetragrammato non est loquela, sed silentium: suntque claves internorum. Sed in Nomine Adonai est loquela; quia istud revelat; & in eo res solet declarari; suntque claves externorum. Hinc patet, quod חש sit in Nezach, quia illud ad dextram pertinet Tetragrammaton: Sed in Hod, ad finistram, est Adonai, & consequenter מל; nempe Elocutio. Concluditur igitur, quod Jesod vocetur Chaschmal, qui uno nexu comprehendit duo illa Nomina. Id quod etiam habetur in Tikkunim his verbis: *Visio tertia, tanquam visio Ignis, cui circumcirca est receptaculum. Et hic est Justus vivens in secula,*

cula, qui unionem instituit inter Sanctum i.q.b.s.! quod Tetragrammaton, & Schechinam, quod eSt Adonai. Et Justus eSt Chaschmal, connexio duorum illorum Nominum, quæ sunt יאהדונהי, *&c.* Ubi Jesod dicitur Chaschmal, ambiens Schechinam, ut Eam uniat cum Tiphereth. Suntque sex Sephiroth, sex literæ inter duo Jodin contentæ, quibus denotantur 6. extremitates. Chaschmal igitur est unio duorum Nominum, quatenus infra sunt. Pard. l.c. Vid. Sohar Heæsinu 140, c. 559. Pinchas 103. c. 511.

חשוקיהם *Ligaturæ illarum, Trabeationes.* Exod. 27, 10, 11. &c. In Tikkunim hoc nomen applicatur ad Nezach & Hod; vel quod se invicem colligant, ut fiant unum in copula: vel à fulciendo, quod sint Trabeationes Domûs, & Domus firmetur super eas, quatenus sunt Jachin & Boas. Vel quatenus sunt in classe Tiphereth & Malchuth, qui inter ambas istas uniuntur. Pardes l. c.

חתן *Sponsus.* Sic vocatur Tiphereth juxta Jesch. 61, 10. Vid. חופה. Sic autem dicitur, quando unitur cum Sponsa sua Malchuth. Pardes Tr. 23. c. 8. Vid. Sohar Jethro 41. c. 161. Trumah 65. c. 258. f. 75. c. 299. Vajikra 3. c. 9.

ט

ט *Teth.*

IN Libro Temunah refertur ad Jesod, quæ est Sephirah nona. Et quia ex alio numerandi initio Jesod est Sabbathum; hinc dominium naturæ spiritualis istius literæ dicitur esse sub Planeta Schabtai ♄. Derivatur autem à phrasi Jesch. 14, 23. *Et everram eam scopis;* ubi est significatio abolitionis & perditionis impiorum. Alius hanc literam refert ad Chochmah, ab imis ascendendo. Alius ad Gebhurah ob sensum Jesch. 14, 23. In Sohar hæc litera dicitur Scaturigo vitæ. Et ex eâ dependere dicitur locus ille notus in mundo, in quo homines

non

non moriuntur, quia ejusdem Aëri superimmineat hæc litera טֹ, è combinationibus literarum per quas conditus est mundus. In Cantico Canticorum R. Schimeon respicit ad figuram literæ Jod, quæ est intra ט, tanquam circumdata sit muro quodam. Pardes Tr. 27. c. 12. Vid. Sohar Bo 18. c. 70. Vajikra. 3. c. 11. f. 9. c. 33. Pinchas 104. c. 415. Mikkez 112. 450. Trumah 68. 70. c. 200. Pekude 104. c. 413. Debarim 123. c. 490.

טבור *Umbilicus.* Est Schechinah, quatenus adhuc occulta; Corpus enim est Tiphereth, & venter Malchuth de parte Binah; sub mysterio הִיא. Sed Tibbur est notio Jod, quatenus est in ventre & in Tiphereth. Et hoc est punctum illud, è quo fundamentum habet mundus, quod vocant Tibbur seu medium terræ; nempe punctum Zijon. Et fortè Tibbur est Jesod. Pard. Tr. 23. c. 9.

2. Aliter טיבור est fovea pectoris, locus Diaphragmatis. Vid. מלוי n. 2. נקודים n. 5. 6. 7.

טבעת *Annulus.* Est notio Malchuth, quæ in Chochmah. Et hujus symbolum est annulus desponsatorius: item annulus obsignatorius. Pardes Tr. 23. c. 9.

טהרה *Mundatio, mundities.* In Tikkunim Raja Mehim. & Sohar in genere refertur ad Chesed. Sed Sect. Kedoschim notio *Sancti* ad Sacerdotem, (Chesed) & *puri*, ad Levitam (Gebhurah) refertur. Et sic Sect. de Vacca rufa: Cum purum non dicatur, nisi respectu prioris impuritatis. Fundamentum ergò Sanctitatis est in Chesed, super qua Chochmah; cui nomen *Sancti* tribuitur; & hinc per dextram Sanctitas venit super omnia. Sed fundamentum puritatis est in Gebhurâ; quia Igne Gebhuræ omnia dealbantur. Unde Vacca perfectè rufa esse debuit ad denotandum rigorem judicii; ita ut ne duos quidem haberet pilos albos, ne vel tantillum miserationis interfit; nec nigros, ne Cortices adhærerent: & dein comburenda fuit violentia Ignis. Ut & fermentum expurgatum comburitur.

Si ergò purificatio applicatur ad Chesed, id fit respectu exiguæ quantitatis Ignis, in dextra inclusi: Et si Sanctitas ad Levitam applicatur, id fit ob tantillum Aquarum, quæ in Gebhurâ. Pardes Tr. 23. c. 9. Vid. Sohar Æmor 47. c. 187.

טוב *Bonus*, *Bonum*. Pertinet ad Chesed, habetque significationem *aptandæ Lucis*, juxta Exod. 30, 7. Deinde & Tiphereth ex parte Chesed vocatur *Bonus*. Item Jesod. Et Malchuth eôdem respectu dicitur Bona. In Sohar Cantici Cant. Nomen boni applicatur ad Lucem primitivam; quæ notio est aliquantò superior quàm Chesed. Unde in Soh. Sect. Trumah hæc habentur: Quando locum habet nomen Boni, & quando nomen Chesed? Nomen Boni, quando omnia in se continet, nec exserit se ut descendat: sed Chesed cum descendit, & benefacit omnibus creaturis. Et in historia de Puello Sect. Schemini ad Cant. 7, 10. dicitur, quod הטוב pertineat ad Chesed, *ad instar vini* cui admiscetur Aqua. Vinum enim ad Din, & הטוב ad Chesed spectant. Cum igitur Sephiræ lucent è parte sua interiore, illa notio occulta antequã inde fit Chesed, vocatur boni nomine, ita ut omnes *bonæ* dicantur & lucentes, ob subtilitatem internæ illius naturæ occultæ. Et Tiphereth abhinc vocatur *Bonus*, juxta Psal. 145, 9. Et pariter Jesod juxta Jeschai 3, 10. Item Malchuth juxta Esth. 8, 5. Omnia ex parte Chesed. Et in Sohar Sect. Vajikra ad Psal. 52, 11. dicitur, quod Justus dicatur bonus respectu *Benignitatum David fidelium*. Id est, quando Nezach & Hod replentur bono, à Chesed veniente, tunc Jesod ab iis hoc suscipit, & habet nomen *Boni*. Secundum R. Moscheh tamen; etiam gradus Kether vocatur Bonus, quia benè adaptat omnes lucernas: quamvis huc non inclinent verba Sohar. Pardes Tr. 23. c. 9. Vid. Sohar Schemoth f. 5. c. 19. Breschith 8. c. Vajik. 9. c. 35. Behar 54. c. 113.

2. טוב ירושלים *Bonum Jeruschalaim*. Psal. 128, 5. In Sohar Sect. Vajikra hæc extant: *Quid est bonum Jeruschalaim? Illæ benedictiones, quæ procedunt ad Ipsam*, (Malchuth) *à Rege Sancto*

Sancto (Tiphereth,) *per illum gradum Sanctum, qui vocatur Zijon.* (Jesod.) Pardes Tr. 23. c. 9.

3. טוב *Bonus.* Habet ubique penultima Sephirarum boni Cognomen, ut illud: Jesch. 3, 16. Extollite justum, quoniam bonus: Tractus enim qui de supernis decurrunt Sephiris, imò & qui de fortitudinis timorisque mensura erumpunt, si per Justum incedunt, omnes in bonum perfectum & rei commodum inclinant, nullo intercedente malo. Quapropter ritè, inquiunt sapientes: *Nihil à cœlis mali demitti.* Quod autem legitur, Mich. 1, 12. *Quia malum descendit à Tetragrammato;* de cellariis extra Sephiristicam fabricam existentibus intelligendum est. Plures quippe Plagarum thesauri ibi circumcirca existunt, qui *malum* vocitantur. Et hi crebro irrumpunt in templum Adonai, ac in mortalium irruunt seculum; unde l. c. scribitur: *Quia malum descendit* מאת *Adonai;* ac si malum descendere velit, non quidem ex Deo, sed ex re quæ cum Deo; ideo non legitur: *Descendit* מארני, quod de Deo sonat, sed מאת Adonai. Procedit ad hoc etiam, quod in opere creationis lex ipsa proponit, *& vidit Deus quoniam bonum, &c.* & in operis postremo scribitur: *Ecce bonum valde, &c.* Ubi in Codice Breschith Rabba sapientum prisci explanant: *Bonum valde:* i. e. *mors:* ex quo accipe, & mortem, quando scil. per Justi metrum accedit, bonum, vitamque censeri, justi enim (inquiunt) & postquam obdormivere, in viventium enumerantur cœtu. Ad quod etiam accedit *lignum scientiæ boni & mali*, nam cum Adonai *scientiæ lignum* appellatur, & à boni oraculo plenitudinem contrahit, quicquid in entibus versatur (haud minus interitus quàm vita) id in bonum vertitur. Unde Nachum, cognomine גם זו Et hoc appellatus, ad omnem plagam morbumve sibi accidentem dicebat: *Etiam hoc in bonum.* Et R. Akiba semper dicebat: *Quicquid mittitur è cœlis, in bonum cedit.* Sed si per justi dimensionem fistulæ in ædem justitiæ, scientiæve lignum minimè

 scatu-

ſcaturiunt, tunc idipſum יי Adonai templum ab exterioribus, quæ *peſsima* dicuntur *lues*, influxum attrahit, unde horriſono plagarum fulmine ſeculum proterit, vaſtat & diſſipat, prout æqua judicii ratio expoſtulat. Quamobrem lignum ſcientiæ *boni* & *mali* metrum illud nominatur: quorum unum alteri oppoſitum eſt. At de Moſcheh, cum huic boni oraculo dedicatus exiſteret, perhibet Lex Exod. 2, 2. *Et videbat ipſum, quoniam bonus erat*, unde ut ajunt: & domus, circumquaque lucens effulſit. Scito ergò & crede Juſti menſuram ſemper eſſe paratam, ut procuret beneplacitum pro omni petente; atque miſereatur, ſi homo in bonum dirigit vias ſuas. Unde illud Pſ. 145, 9. viamque oſtendit peccatoribus per converſionem juxta Pſal. 25, 8. Deus enim dolores & plagas & morbos immittit hominibus in bonum finem, ut nempe convertantur: & omnes illæ plagæ omninò bonæ ſunt, quia per eas homo dignus fit bono ſuperno & vitâ venturi ſeculi. Nec te lateat, templum Adonai, quod ut plurimùm vocatur Elohim, cum univerſi fabricam creare vellet, conſuluiſſe metrum boni, quò ad amuſſim cuncta ſuis formis effingeret atque perficeret; in quem ſenſum in opere principii ſcribitur: *Et vidit Elohim quoniam bonum.* Quaſi diceretur: Ad menſuram Boni reſpexit, eamque conſuluit: quæ niſi fuiſſet, Adonai creationem, pro omnium creaturarum exigentia non potuiſſet perficere. Schaare Orah ſub El-chai poſt צדיק, ubi ſequitur שכלטוב.

טחול *Lien: Splen.* Cum ſapientes dicunt: *Lien ridet*; intelligitur *riſus ſtulti*, Eccleſ. 7, 7. Quo pertinet, quod dicitur in Raja Meh. vox מארת *Luminaria* defectivè ſcripta, eſt Lilith, quæ præſtò eſt illi oppreſſori; & illa vocatur Lien; inque infantibus riſum, & iram atque fletum excitat, &c. Pardes Tr. 23. c. 9. Vid. Sohar Pinchas f. 108, 109.

טחנות *Molitrices.* Eccl. 12, 3. In Raja Mehim. dicuntur eſſe Virtutes de genere Angelorum, qui vocantur אישים *Viri.* Item Nezach & Hod, qui vocantur שחקים contundentes:

tes: quia molunt Man pro Justis. Vocantur autem molentes, prævalente parte dextrâ, & contundentes, sinistrâ; quia molitura pro mensurâ Justi subtilior est & melior quàm contusio, quæ crassior, nec satis apta. Pardes Tr. 23. c. 9.

טיבור vide טבור

טיפה vide טפה.

טל *Ros.* Est plenitudo hæc; יוד. הא. ואו. quæ sunt 39. Estque influentia, quæ venit à Coronâ summâ, per Sephiras & literas illas usque ad Malchuth, quæ est הא ultimum. Venit autem in Caput Tiphereth juxta Cant, 4, 2. & tunc contingit revivificatio mortuorum. Huic opponuntur לט 39. plagæ, quæ proveniunt à flagello malo, i.e. Cortice. Pard. l.c. Vid. Soh. Jethro 38. c. 150. Naso 64. c. 256. Pinchas 105. c. 419. f. 113. c. 450. f. 119. c. 476. Lechlecha 61. c. 244. Vajechi 119. c. 47.

טלית לבנה *Pallium album*; R. Moschech dicit esse Chochmah, cui tribuitur color albus, ob miserationes. In illâ inveniuntur 32. fila, quæ sunt 32. semitæ. Fortè & ad Binah applicari potest juxta Psalm. 104, 2. ubi *Lux* est Binah, & *amiciens* Chochmah. Cum enim Jod Chochmah amicitur voce אור Binah, indè fit אויר. Porrò Pallium album etiam applicatur à R. Moscheh ad Chesed: In Raja Mehimn. autem ad Tiphereth ex parte Chesed. Fundamentum autem est Lux, cujus intuitu ad Sephiras supra dictas refertur. Pardes l.c. vid. Sohar Pinchas 113. c. 450.

טנא *Corbis.* Deut. 26, 4. Est Malchuth, He ultimum, huic enim imponuntur primitiæ, i.e. tres literæ priores Tetragrammati; quæ sunt primitiæ omnium mundorum. Pardes l. c.

טנתא 1. Est abbreviatura nominum טעמים seu *accentus* נקודות seu *puncta.* תגין seu *apices*, & אותיות seu *literæ*, quibus denotantur conceptus sublimiores in *aziluthicis*, cognati quatuor *plenitudinibus* Tetragrammaticis h. m. ut Taamim pertineant ad עב; Nekudoth ad סג; Taggin ad מה; & Othioth,

thioth, ad בן: idq; hac ratione ut singulæ harũ notionum iterũ contineant singulas similes; v.g. Taamim habeant *Taamim* de *Taamim* seu *accentus accentuum*; dein *Nekudoth* de *Taamim*; tertiò *Taggin* de *Taamim*; quartò *Othioth* de *Taamim*, & sic in cæteris: unde quælibet *Havajah* Tetragrammatica habet suum טנתא. Etz Chajim Tract. Ozaroth Chajim Sect. Adam Kadmon.

2. *Accentus* autem & *puncta* sextuplicis sunt generis eò quod aliqua supra, aliqua infra literam, aliqua tandem in medio adhibeantur. ibid.

3. His quatuor טנתא correspondent quatuor luminum genera: Tribuiturque lux prima *Accentibus*; Lux *partium aversarum* quæ est דין seu *rigor*, punctis, Lux vestigii *Apicibus*; & lux *scintillarum* mediante *collisione delapsarum*, *literis*. Ibid. Sect. Olam Haakudim.

4. In Adam Kadmon Taamim nomini מג tripartito dividuntur juxta loca *aurium*, *nasi & oris*: *Nekudoth* autem sunt lumina ab *oculis* ejus prodeuntia. Ib. Sect. Olam Hannekudim.

5. Aliter ad accentus pertinet *Kether*, ad *puncta* *Chochmah*, ad *apices Binah*, & ad *literas* septem inferiores ib.

6. In Olam Nekudim *puncta* denotant lumina & literæ *vasa*: quæ cùm *confracta* essent lumina apparuerunt ad instar *apicum* seu coronularum super literis. *Accentus* autem referuntur ad nomen מה nomen novum, quod postmodum prodiit è lumine *frontis Adami anterioris* pro restaurandis atque restituendis *regibus*. Hinc liber legis *literas* tantum continet & *apices*; *accentibus* autem & *punctis* caret; qui aliàs refertur ad *Jesod Arich* vel secundum alios *Abba*. Et huc pertinet quod in Sohar toties repetitur: omnia creata esse במחשבה in intentione quod etiam innuit Liber Legis. Quod autem Liber Legis in publico secundùm *accentus* & vocales prælegitur, propterea fit, ut defectus supra dicti resarciantur. Cum enim

enim modulatio Lectionis fit secundùm *accentus*, spiritus oris simul prodit; sicut etiam puncta singula suum habent sonum. *Coronulæ* autem motu sonoq; carent ut & *literæ* per se considerate. *Accentus* ergo & *puncta* illum denotant statum, quando lumina sunt in *vasis*, unde etiam in Lectione percipiuntur & moventur, ut h. m. *vasa* seu *literæ* illuminentur. *Coronulæ* autem designant statum quo lumina sunt elevata è *literis*, quæ tunc omni motu carent, quia quod spirituale est in ipsis, ex iis sublatum est. Subsistunt tamen super illa quasi è longinquo, ut aliquatenus saltim illa illuminent. Ibid. Vid. טרין. אונים. מלוי. ניצוצות 26.

טעמים *Accentus*. Vid. חוטם. it. טנהא. it. טה. item מלוי. item מצח.

טפה *Gutta*. Juxta Tikkunim, Malchuth sic vocatur, ob notionem Jod. Et hæc est gutta una. Sed hujus respectu Chochmah & Binah dicuntur Guttæ duæ, ab imis ascendendo, & à summis descendendo: ubi intelliguntur duo Jodin in וייצר Gen. 2, 7. Sed Klippah vocatur *Gutta fœtida*. In Tikk. Pardes Tr. 23. c. 9. Vid. Sohar Breschith 75. c. 300. Pinchas 12. c. 45 1. 115. c. 457. sq. Mischp. 58. c. 219. Ekebh 130. c. 519.

טפח *Palmus*. Jod est dimidius cubitus, qui sunt tres Palmi. Vid. אמה. Sed in Raja Mehimna Palmus dicitur mensura Literæ Jod. Circa quorum conciliationem notetur, quod Jod fundametaliter æstimetur esse Palmus, qui est collectio manûs in pugillum; unde Jod in Tikk. sæpè vocatur pugillus absolutè. Cum autem aperitur pugillus, inde fit spithama, qui sunt tres Palmi. Sic cum extenditur Jod, inde fit ה, quæ sunt tria Vavin, & quidem in Jod superno Gedulah, Gebhurah, Tiphereth, quæ sunt compendium Aziluth sub mysterio אמש: sed Jod parvum inferius cum aperitur in ה, sunt Nezach, Hod & Jesod, tres Palmi. Sed & in Jod ipso continentur 3. palmi; quia in eo est apex superior, apex inferior, & corpus in medio, quæ sunt quasi 3. Jodin, in una litera. Pardes Tr. 23. c. 9.

י

י Jod.

IN Libro Temunah refertur ad Malchuth, quæ est mensura decima, correspondens Sapientiæ, quæ pariter vocatur Jod. Ratio autem denominationis est, quia etiam Ista omni assimilatione & figura destituitur, & punctum simplex repræsentat; quod nec effigurari nec sciri potest: juxta Jesch. 40, 18. Et illa est signum fœderis, ut notum. Derivatio Nominis ejus est ad sensum Psalm. 107, 8. יודו *celebrabunt, &c.* Illa enim est locus celebrationis & laudis, ut notum è (laudibus) David. Dominium ejus est in hora Lunæ. R. Schimeon ben Jochai autem de Jod ita tradit in Tikkunim: ***Jod ubique apicem habet supra, corpus in medio, & finem infra. Caput ejus ergò continet mysterium accentuum, finis imus, punctorum, & amborum corpus, literarum.*** Ubi docet, quod 3. primæ contineantur in Jod, Kether ut accentus, Chochmah ut puncta, & Binah ut literæ. Et hoc est mysterium trium Cerebrorum, quæ subindicantur latere in Chochmah, quæ sunt tria Jodin, quæ in plenitudine סוֹג. Eodem modo se habet mysterium Aleph. Tandem in Jod etiam deteguntur 13. mensuræ miserationum, quæ in Kether sunt, sed manifestantur in medio Chochmah. Jod enim refert denarium, & tres ejus partes ternarium, unde 13. Pardes Tr. 27. c. 13. Vid. Sohar Bo 19. c. 71. Æmor 45. c. 175. Breschith 21. c. 81. Vajikra 4. c. 15. 16. f. 20. c. 86. Achare 34. c. 134. f. 35. c: 140. f. 26.. c. 120. Pinchas 99. c. 395. Debharim 124. c. 497. Mischpatim 53. c. 212. 213.

יאר *Rivus*. In Soh. Mikkez Jesod vocatur *Rivus* & נהר *fluvius*, quæ unum designant; & ambo à lucendo nomen habent. Differunt tamen in eo quod נהר tunc dicatur, cum influentiam copiosam demittit, velociter decurrentem juxta sensum Jesch. 2, 20. יאר autem minorem denotat fluxum cum pars tantùm fluminis sit. Sed in Tikkunim hoc Nomen

etiam refertur ad Tiphereth; sicut & vox נהר. Pardes Tr. 23. c. 10. Vid. Sohar Vaæra 13. c. 50. 52. Bo. 15. c. 60.

יבם *Levir*. Breschith 34. c. 135. Vajeschebh 105. c. 421. 422. Pinchas 95. c. 395.

יבק *Jabok* Genes. 32, 22. R. Schimeon ben Jochai hanc vocem resolvit in has: יחוד *Unio*: ברכה *Benedictio*: קדושה *Sanctitas*. Quibus denotantur 3. Patres; quia fundamentum *unionis* est Tiphereth, Jaacobh, qui unionem instituit: à Gedulah autem *Benedictio* venit in mundum, sicut id dicitur de Abraham Gen. 12, 2. Et Gebhurah est *Sanctitas*. Sed omnes illi Gradus per Jesod prodeunt. Sic vox אמן, per Alphabetum אב גד, mutata in בנס ut Aleph in Beth, Mem in Nun, & Nun in Samech mutetur æquipollet numero יבק 112. Sed אמן est 91. numerus duorum nominum יאהדונהי; qui est symbolum unionis. Et יבק continet numerum duorum istorum nominum cum אהיה 21. Unde pariter unio elucet. Et huc pertinet locus Gen. 32, 22. Et literæ יבק occurrunt in initialibus loci Psal. 20, 10. Item in voce בקי exercitatus; sicut sapiens exercitatus est in Traditione. Sic reperimus in Raja Meh. & Tikkunim sæpius. Pardes Tr. 23. c. 10. Vid. Sohar Mischpatim 52. c. 206. Pinchas 103. c. 410. Sic & numerus Tetragrammati 26. & אלהים 86. efficiunt יבק. Ser Sah.

יבשה *Arida*. Malchuth, quando propter peccata confractis canalibus nulla descendit Influentia, calorque rigore suo judiciali adurens omnia prædominatur, vocatur Arida, quia humor influentium aquarum exsiccatus esse censetur: donec iterum influxum in Eam demittat Tiphereth, quo siccitas iterum humectetur, & influentia in Ipsâ coagulata ulteriùs descendere queat. Vid. Sohar Breschith 10. c. 35. f. 20. c. 79. f. 21. c. 82. f. 33. c. 131. Behaalothecha 71. c. 284. Bo. 19. c. 73. Pardes Tr. 23. c. 10.

יד *Manus*. Quinque digiti in manu sunt quinque Sephiroth, Gedulah, Gebhurah, Tiphereth, Nez. Hod: suntque in-

ſertæ duabus manibus, quæ ſunt duo Hehin, ſuperum & inferum, alterum ſiniſtrum, dextrum alterum denotans. Dextra autem ut plurimùm eſt Binah; & ſiniſtra Malchuth; quia illa ad dextram inclinat & cum Malchuth collata Miſerationes exhibet, unde vocatur חסידה, & hæc ad ſiniſtram. Tria autem ſunt Manûs attributa, quæ quia utrique manui applicantur ſunt ſex: nempe quod ſit גדולה *magna*; חזקה *fortis*; & רמה *excelſa*. Binah enim quando influit in Gedulah, ita ut hujus ſcatebræ aperiantur, dicitur manus *magna*: Influens autem in Gebhurah, *robuſta*; & in Tiphereth *elata* dicitur. Idem de Malchuth dicendum, quatenus influxum ex his locis accipit. Et tria hæc Manùs attributa continentur in Nomine 42. literarum. Et quinque *lumina* textus de luce, Gen. 1, 3. ſunt quinque digiti manûs *magnæ*: quinque *firmamenta* autem textûs de firmamento Gen. 1, 6. ſunt quinque digiti manûs *elatæ*: & quod eodem in textu quinquies mentio fit *aquarum*, denotat 5. quinque digitos manûs *robuſtæ*. Et qui in Gedulah & Gebhurah ſunt rami particulares Iſtarum Sephirarum; ſed qui in Manu *Elatâ* ſunt Ipſæ quinque Sephiroth; quia hoc in loco nullum omninò acceſſum habent Klippoth, ſicut in ſpecialibus. Magna autem eſt differentia inter *brachium* & *manum*: quia ad manum pertingit vis Adverſantium; unde lavandæ ſunt manus: & hinc etiam ungues ſunt in digitorum principiis, ubi ſc. Illis acceſſus patet. Brachium autem lotione non habet opus, quia denotat intimiorem Sephiræ naturam. Deinde datur etiam

יד ה׳ הויה *Manus Domini* Quæ eſt Exod. 9, 3. quæ quidem ad judicium Gebhuræ ſpectat, ſed iſtud enervat atque deflectit ad miſericordiam, ſic docente R. Schimeon ben Jochai in Tikk. Item datur

יד כהה *Manus contracta, corrugata.* Quæ eſt Vis judicii rigoroſi in Malchuth; quaſi reſpectus ſit ad Ignem magnum, proximè ad tenebras accedentem, donec caligent oculi ejus à

gravi

gravi rigore judicii. Imò è verbis Tikkunim apparet, quod Binah ipsa יָד הַוַּיָה & Malchuth ipsa יָד כֵּהָה. De hoc autem Schaare Orah sub Nomine Elohim, post צפון hæc habet: Elohim quandoque vocatur יר כהה, quasi dicatur manus sinistra, quæ prohibet & impedit dextram, ne influat in mundum, nisi quod per Judicium prodit. Ab hac impeditione lateris dextri, hæc mensura nomen sinistræ habet; quæ omnes divitias accipit à dextra, easque abscondit in gazophylacia sua. Et huc pertinet locus Chab. 3,4. Ibidemque sequitur פחד porrò Malchuth dicitur

יר כותבת *Manus scribens.* Respectu Tiphereth: &

יר חותמת *Manus obsignans* ex parte Jesod. Vid. חותם. Deinde occurrunt

ידי אדם *Manus hominis:* Quæ sunt Chesed & Gebhurah, quatenus prodeunt è Tiphereth, qui vocatur homo. Pard. l.c. Vid. Sohar Vajechi 132.c.523. Pinchas 102.c.408.fol. 114.c.415. Ki Teze 135.537. Naso 68.c.269.

ידיעה *Cognitio.* Habet significationem copulandi: & procedit è duobus locis, nempe è Tiphereth, qui copulat & unit Chochmam cum Binâ: & è Jesod, qui consociat & connectit Tiphereth & Malchuth. Pardes Tr. 23.c.10.

יה *Jah.* Nona Sephirarum ab imis adscendendo è Sanctis nominibus sortitur Nomen *Jah*: Pro cujus intellectu recollige tecum nomen Tetragrammaton quod vocatur המיוחד, quasi dicas nomen unionis, Sephiristicam hierarchiam totam in unum conferre. Duo altiora enim lumina denunciat litera י Jod, & suo quidem apice designat coronam, & ipsius residua moles sapientiam indicat. Prudentiam verò, quæ cum geminis superioribus unita est, notat ה primum nominis Tetragrammati. Bini igitur priores Tetragrammati characteres tria sephiristica lumina sublimiora pandunt. Tertia autem litera ו sex continet oracula, tria quidem à medio ipsius sursum, magnificentiam scil. fortitudinem, pulchritudinem:

tria rursus ab ejus medio deorsum, victoriam sc. decus, & fundamentum: extremam autem quæ decima est sephira ejusdem Tetragrammati ה ultimum demonstrat. Gemina itaque priora Tetragrammati elementa, tres supremas innuentia dimensiones, per se Divinum nomen illud Jah componunt: postrema verò duo nihil seorsim constituunt; Cujus ratio ut indagetur, notandum, de duobus Hehin, quod primum, quod est Binah, secum in unionem recipiat 7. Sephiras inferiores: & ultimum, quod est Malchuth, uniatur cum 9. superioribus, per Jesod. Summa rei hæc est, quod fundamentum omnium decem Sephirarum sunt, mensuræ tres altiores, quæ omnibus inferioribus septem lumen propinant. Quod si autem, quod absit! cessat influxus istarum trium, tunc desolatio domûs, combustio templi, & exilium filiorum contingit. Prima ergò medietas Nominis pronunciari potest per se; sed medietas postrema, per se appellationem constituere nequit, quia sic truncarentur plantæ. Cum autem pronuncias יָהּ, jam etiam altera medietas hîc comprehenditur, nec ulla fit truncatio. Et sic in plena scriptione יוד. הא. medietas est ut totum. Sed medietas prima; ultima enim subsistit in mysterio יָהּ. Quamobrem attendas, ubi sacris in literis nomen Jah, occurrat. Scribitur v. c. in Lege Exod. 17, 16. *Quoniam manus super solium Jah, pugna est Deo in Amalek à generatione in generationem.* Quid est מדר דר. Sensus est hic: Scelestus Amalek de antiquo prodiit serpente, illique inferitur, & hinc vires habet. Quum enim serpens ille antiquus spurcitiem immitteret in Evam, tum plantam in supernis truncabat Adam, sejungebatque ducem. Et hoc est mysterium, quod auferretur Schechinah, quæ radices egerat cum inferioribus. Et columba non inveniebat ubi pes ejus quiesceret. Et licet deinceps super montem Sinai, unde tolli lues eorum debebat, perstiterit Iisraël, haudquaquam tamen Lunæ cæsura sublata est è mundo, nisi quandoque tantùm & subsultoriè, oblatis

oblatis sacrificiis illis notis, hircisq; notis quib⁹ applicatur Hircus primarius Robur Amalek, unde Num. 24, 20. *Principiũ Gentium Amalek.* Cum igitur accederet Amalek, lunarem defectũ adauxit, tetigitq; acetabulum femoris Jacob, quo fractũ est regnum domus David, quare cum truncarentur plantæ tempore Adami, & Amalek tetigisset femur Jaacobh, confirmatus est textus Deut. 25, 17. 18. 19. de Amalek. Nam postremæ nominis Tetragrammati literæ ו & ה (si ita dicere licet) læsæ sunt per Amalek: Ratio, quia Manus Domini tetigerat eas juxta id quod dicitur 1. Schmu 12, 15. *Et erit manus Domini in vos & in patres vestros.* Et dicitur Prov. 30, 19. *Via serpentis super petra.* Quò pertinet locus Ex. 17, 8. *Et venit Amalek & pugnavit cum Iisraël* ברפידים *in Rephidim*, quasi ברפיון ידים in remissione manuum. Dicendum ergò, quod serpens primævus & Amalek ambo tetigerint duas literas ultimas וָה, ita ut in Tetragrammato nihil superesset ad quòd non extendissent manum, nisi duæ literæ יָה, ad quas Principes superi accedere non audent, quia excelsæ nimis sunt. Et propterea dicitur Exod. 17, 16. *Quia manus super thronum Jah*, id est: tetigerunt כסא Thronum, & violaverunt eum, unde tantum remanet כֵּס. Thronus autem Jah, sunt duæ literæ ultimæ. Qui hoc intelligit, intelliget etiam mysterium textus זכור Deuter. 25, 17. 18. 19. & מעבר יבק Gen. 32, 22. quippe in quibus omnia continentur. Huc etiam alludit locus Ps. 119, 10. *Omnes gentes circumdederunt me, &c.* i.e. illo in loco, ad quem aditus patet Principibus populorum, quod est *Vav* Tetragrammati, quod vocatur יְהוֹר in tota Lege: Unde 1. Par. 29, 11. *Tibi* יְהוֹר *Gedulah, &c.* Et ultimus ejus apex est Jesod. Dicitur igitur: *Omnes gentes circumdederunt me:* Nam circa Vav Tetragrammati circumstant omnes Principes Populorum, ulteriùs & ad יָה adscendere nequeunt. Sed hic locum habent textus Deut. 33, 29. f. & Jesch. 58, 14. Et sicut dicitur: *Omnes gentes, &c.* ita dicitur Num. 24, 20. *Principium Gentium Amalek.*

lek. Hinc ille primus in exilium deportavit mysticos ex Iisraël (i.e. ultimos Deut. 25,17.) extenditque manum suam ad duas literas Tetragrammati ultimas. Hinc dicitur: *Quia manum* (admovit) *ad thronum Jah*, (medietatem inferiorem, in quâ residet superior) hinc *bellum est Domino contra Amalek*. Et quia ex his nondum liquet, quis, contra quem; hinc majoris illustrationis causa addit: מדר דר. Quibus detegitur locus, in quem immiserit manum Amalek; quod patet è loco Eccl. 1,4. Item Exod. 3,15. Hinc constitutus est textus זכור Deut. 25, 17. sicut Psal. 137,7. Quo intellecto, intelligere poteris quod decreverunt Prophetæ duobus in locis. Nempe Obadjah Proselytus Edomiticus in Prophetia de Edom c. 1, 21. & Sechari 14, 2.3.9. Et Magistri nostri duas has Prophetias ordinarunt pro clausula Psalmorum, quæ cum ritè uniuntur, ipsum Tetragrammaton unitur. Per Jah igitur venient salvationes & liberationes & beneficia super Iisraëlitas: Quia dum hi in exilio sunt, Angustia (si ita dicere licet) tangit Abraham Jizchak & Jaacobh & David, qui continentur in יָהּ unde necessum est ut Nomen יָהּ eos liberet: juxta Psalm. 118,14. Nam ℣. 5. dicebat: *De angustia invocavi Jah:* i. e. quando יָהּ obsidentur à 70. Principibus Populorum, juxta Thren. 1, 3. invocandus est Jah, qui est locus dilatationis & mundus misericordiæ, ad quem Principes superi accedere non audent, nec gentes eorum, sed Jaacob tantùm, qui est linea media & altiùs ascendit quam Abraham & Jizchak juxta Jesch. 58,14. Hinc additur Psalm. 118, 5. *Exaudivit me in latitudine Jah*. E tribus enim Sephiris supremis, duæ nunquam manifestantur, sed tertia, quæ est Binah, ex parte detegitur, sed non tota. Unde Magistri dixerunt: omnes portas Binah datas esse Mosi excepta una, quæ exæquet omnes 49. Per Binam igitur duæ supremæ operantur, & hæc dicitur רחבות *dilatationes fluminis*, & per eam Salvatio contingit & liberatio; hinc intelligitur locus Psalm. 118, 5. quo pertinet Genes. 26, 22. Et per illam, in qua mysterium quin-

quinquagenarii, exiverunt Iisraëlitæ ex Ægypto: Et illa eſt myſterium Salvationis juxta Pſal. 118,14. Jeſch. 12,2. Nam cum Influxus Jah pertingit ad duas poſtremas, ut Tetragrammaton fiat integrum, tunc liberatio eſt plena. Jam convertimur ad locum Jeſch. 38, 11. *Dixi, non videbo Jah, Jah, &c.* cujus ſenſus hic: poſtquam dictum erat Chiskiæ, ℣. 1. *Mortuus tu, & non vives*, iſte exclamabat: non videbo mundum venturum, qui eſt mundus vitæ, nempe יָהּ. Et ſi dixiſſet, dignus ero ſaltem videre Sephiram Malchuth ultimam; nec hâc tamen ſe dignum animadvertit, quia inibi reſplendent Sephiroth, venientes à Nomine Jah, & Malchuth vocatur *Terra vitæ* quia influxum accipit à mundo vitæ, quod eſt myſterium יָהּ, in quo continetur Binah. Pergitque: *Non aſpiciã hominem ultra cum habitatoribus* חדל *mundi;* ubi ſubindicatur Adam primus, qui convertebatur & חדל ceſſabat à peccato, &c. Ubicunque ergo invenitur Jah, quamvis hoc aliàs ſit myſterium Chochmah, ſemper tamen ſubindicatur Mundus miſerationum, quæ ſunt 3. ſupernæ. Et ſi in illis aliquid Judicii reperitur, iſtud eſt in Chochmah & Binah, ſed Kether meras continet miſerationes. Quamvis autem denotetur hac voce יה mundus miſericordiæ, aliquid tamen judicii admixtum eſt, quia Chochmah & Binah ſunt principium metri Judicii, licet non perfecti, quod à Gedulah & Gebhurah demum incipit; ad quas applicantur Principes. Et ibi locum habent multa Synedria & Tribunalia. Illud tamen judicii, quod in Jah reperitur ad influendum ſaltem confert, non ad ſententiam ferendam: quia ſententiæ & decreta non niſi à Gedulah incipiunt & à Gebhurah & ſic porrò. Hinc dicitur Pſalm. 130,3. *Si iniquitates obſervaveris Jah, Adonai quis ſtabit?* i. e. Si Jah, qui eſt mundus miſerationum, obſervat iniquitates, cum nos deducimur in judicium, ut in nos animadvertat judicium Gebhuræ, quando jam traditur in manum Malchuth, qui eſt Adonai, ad exequen-

dum; quis poterit subsistere, coram te, ô Adonai, qui es mundus judicii. Nam quando Malchuth exsuscitatur ad executionem contra creaturas, illa exterminat à Nephesch usque ad carnem; sicut dictum ad Ps. 89,15.

Jam dicendum de illo, quod dicitur in principio Libri Jezirah: *Per 32. semitas mirabiles sapientiæ exsculpsit Jah Nomen* ידוד *Zebaoth.* Ubi propterea mentio fit Nominis Jah, quia hoc est mysterium trium supremarum, qui sunt mundus miserationum; sed ידוד est Tiphereth, locus cui adhæret Moscheh, & locus suctionis Patrum: Zebaoth est mysterium suctionis Prophetarum, & via ascendendi in Sephiras. Schaare Orah Nomine 9. in princ. ubi sequitur יש. Vid. Soh. Vajikra 7. c. 16. 17. Vajakhel 97. c. 385. Trumah 73. 292. Acharе 35. c. 139. Bam Midbar 57. 228. Balak 89. 353. Vid. ניצוצות. 23.

יהוה. 1. Tetragrammaton est Quintum ex sacris nominibus, quo veluti columna superiores, inferioresque Sephiroth fulciuntur, & cum Eo uniuntur ab imo ad summum ascendendo, & ab Eo influxum accipiunt, à summo ad imum descendendo. Et hoc nomen se habet sicut arboris truncus, cui alia Sancta nomina omnia supra & infra & circumcirca, ut frondes & ramos, inserta comperimus. Et hoc unit omnes Sephiras literis suis, & per illud omnia creata subsistunt, & omnes Mercavæ, quæ in mundo, superæ & inferæ eôdem nituntur, & omnes mundi Ordines in illud flectunt intuitum, & elementa ejusdem & fabricæ ab illo dependent; nullâ omninò re excepta.

2. Sed Venerandum hoc, atque gloriosissimum Nomen multifariam in Lege scribitur & adhibetur. Nam plerumque sine alterius nominis adjectione per se reperitur, utpote: *Et loquutus est Tetragrammaton; & dixit Tetragrammaton,* & alibi frequentiùs.

3. Per-

3. Perſæpe etiam aliud Sanctorum nominum ei annectitur, ut illud Gen. 2,4. *In die, qua fecit Tetragrammaton Elohim cælum & terram.* In toto enim opere principii ſolum legitur nomen Elohim; ſed cum de creationis complemento Lex ſermonem inſtituit, ibi primum effertur Tetragrammaton Elohim. Nam quia Tetragrammaton Sephiriſticum chorum totum perficit, adunat, & complet, idcirco quamdiu adhuc in fieri eſſent res, ſcriptum duntaxat invenies nomen Elohim; ſed cum terminum conſummationemque ſortitæ eſſent nomen legitur Tetragrammaton cum Elohim. Crebrò namque Elohim vocatur Nomen Adonai, quare & ipſi Adonai illo tempore appellatio Elohim congruit. Cum igitur combinatur יְדוד אֲדֹנִי quod eſt myſterium יְדוד אֱלֹהִים omnia ſunt in perfectiſſima integritate. Quod conſiderantes priſci; (inquiunt) mundum creavit per metrum judicii, cumque illum judicii metro conſiſtentiam ſervare non poſſe cognoſceret, menſuram miſericordiæ judicii dimenſioni adjunxit, juxta illud Gen. 2,4. *In die qua fecerat Tetragrammaton Elohim Cælum & Terram.* At alibi dicit Scriptura Jeſch. 40,26. *Levate in excelſum oculos veſtros & videte,* מִי *creavit iſta.* i. e. Ille, qui vocatur *Mi, creavit iſta,* quod eſt myſterium primæ diei, myſterium Binah; à quo uſque ad diem Sabbathi ſunt 6. dies, in quibus creata ſunt omnia. Et huic voculæ מִי, quæ ſupra eſt, correſpondet vocula ים inverſa, quæ infra. Et מִי eſt principium involvendi Nomen אלהים in myſterium Tetragrammati. Nam Binah ſcribitur יְדוד ſed legitur punctis אלהים, quæ ambo ſunt myſterium מִי & ים de quo Eccl. 1, 7. Et ex hac menſura מִי qua Elohim veſtitur per Tetragram. Gebhurah accipit judiciũ & propterea vocatur Elohim abſolutè. Ab his duabus autem & menſura Adonai accepit nomen Elohim, & veſtitur veſte ejus; & hoc modo creatus eſt mundus per myſterium יְדוד אֲדֹנִי. Invenies autem ambo illa Nomina יְדוד

 אלהים

אלהים in unico ידוד, nempe Tetragrammaton in literis, & Elohim in punctis. Sicut cum dicitur יי הוא האלהים *Tetragrammaton eſt Deus*, ubi verè & diſtinctè hæc nomina proponuntur, tam juxta literas, quam juxta puncta. Et in hâc quidem phraſi ידוד הוא האלהים Tetragrammaton eſt Elohim, reſpicitur Juſtitia ſuperior & juſtitia inferior, ut Deut. 4,39. ubi verba *in cœlis* juſtitiam ſuperiorem; & *in terra* juſtitiam inferiorem denotant, ut omnia reducantur ad ידוד אדני. Hinc diſcimus, quod menſura Adonai in creatione mundi veſtiverit menſuram מי, quæ eſt Binah; & hæc, tanquam Juſtitia ſuperior cum Gebhurâ & cæteris Sephiris immittebat vires ſuas in Nomen Adonai, ut veſtiretur Nomine Elohim, & crearet mundum, juxta Geneſ. 1,1. Quia autem Nomen Elohim aliquando defectivum eſt, cum ſcilicet nudè ponitur; aliquando plenum & integrum, cum habet appoſitum Nomen Tetragrammaton: hinc antequam perfecta eſſet creatio adhibetur Nomen Elohim; ſed poſtquam abſoluta eſſent omnia, reperitur ידוד אלהים. Et huc pertinet locus Exod. 4, 11. מי שום אלם הלא אנכי ידוד *Quis poſuit*, אלם (communiter *mutum?*) *annon Ego* ידוד. Ubi ſubindicatur nomen אלהים. Si enim ex iſto tollas duas literas Tetragrammati יה, remanet אלם. Defectus ergo τῶ Elohim ſuppletur per Tetragrammaton; unde illud Majorum: Nomen plenum adhibetur, de mundo plenè abſoluto. Totum autem myſterium unionis conſiſtit in ידוד אלהים: unde Deut. 6,4. *Audi Iiſraël*, ידוד אלהינו, *eſt* ידוד *u-nus*. Ubicunque igitur in Lege occurrit ידוד אלהים, ibi ſcito nomen eſſe plenum: & quicquid occurrit in illo textu in quo nomen hoc plenum extat, omnes menſuras perfectè habet, menſuram nempe judicii & menſuram miſericordiæ: ut reperies in creatione Adami primi, ejuſque judicio & ejectione & ſimilibus. Unde Deut. 32,4. *Petra perfectum opus ejus.* Id eſt: Ille qui judicium exercet non ex rigore & crudelitate hoc fa-

facit, sed *opus ejus perfectum est*, ubi vox תמים est quasi תאומים geminationem & duplicitatem involvens & in supernis phrasis honoratior תמים, in inferioribus autem תאמים adhibetur, ut Exod. 26, 24. Infra enim duo apparent, res ipsa & oppositum ejus, quod pro & quod contra: sed in supernis omnia sub uno sunt conceptu, tam quod pro, quam quod contra; nullum quippe ibidem est odium vel amor, nec prosopolepsia, sed משפט seu dijudicatio vera. Hinc dicit textus: תמים geminatæ sunt operationes ejus, id est, consulit primum judicium & misericordiam, deinde fert sententiam; quod ipsum est משפט אמת dijudicatio legitima. Quod autem in textu Deuter. 32, ℣. 4. ulterius additur: *Nam omnes viæ ejus Mischpat*; notandum, quod Judicium, quod Hebraicè profertur Mischpat ex Din, i. e. omnimodo judicio & misericordia componitur: Judicium namque Mischpat ad metrum Jacob pertinet; qui est linea media & ille vir integer inter duo tabernacula habitans, tabernaculum sc. Abrahæ & gratiæ, tabernaculumque Isaac omnimodi judicii; ut scribitur Psalm. 99, 4. *Mischpat & Zedakah in Jaacob tu fecisti.* Confer Jirm. 10, 24. ubi dicitur: *Corripe me Domine, veruntamen in Mischpat.* Ubi particula אך divisionem & disjunctionem infert, q. d. in medietate mensuræ Mischpat, quæ est Chesed, *sed non in ira tua*, quæ est altera medietas τῶ Mischpat. Unde Mischpat dependet à Jaacob, qui est pater 12. tribuum, novitque magnam filiorum miseriam, cum judicio submittuntur, unde misericordiam pro iis exorat & justitiam. Quod autem dicitur Jesch. 5, 16. *Et exaltabitur Dominus exercituum in Mischpat, & Deus Sanctus Sanctificatur in justitia*, hunc habet sensum: cum exaltatur Mischpat, tunc judicium reponitur in mensuram El, i. e. Chesed, superiùs constituta, illa venit & exercet Zedakah æquitatem, & Mischpat transit. Huc pertinet etiam locus Psal. 89, 15. *Zedek & Mischpat habitaculum so-*

tria rursus ab ejus medio deorsum, victoriam sc. decus, & fundamentum: extremam autem quæ decima est sephira ejusdem Tetragrammati ה ultimum demonstrat. Gemina itaque priora Tetragrammati elementa, tres supremas innuentia dimensiones, per se Divinum nomen illud Jah componunt: postrema verò duo nihil seorsim constituunt; Cujus ratio ut indagetur, notandum, de duobus Hehin, quod primum, quod est Binah, secum in unionem recipiat 7. Sephiras inferiores: & ultimum, quod est Malchuth, uniatur cum 9. superioribus, per Jesod. Summa rei hæc est, quod fundamentum omnium decem Sephirarum sunt, mensuræ tres altiores, quæ omnibus inferioribus septem lumen propinant. Quod si autem, quod absit! cessat influxus istarum trium, tunc desolatio domûs, combustio templi, & exilium filiorum contingit. Prima ergò medietas Nominis pronunciari potest per se; sed medietas postrema, per se appellationem constituere nequit, quia sic truncarentur plantæ. Cum autem pronuncias יה, jam etiam altera medietas hîc comprehenditur, nec ulla fit truncatio. Et sic in plena scriptione יוד. הא., medietas est ut totum. Sed medietas prima; ultima enim subsistit in mysterio יה. Quamobrem attendas, ubi sacris in literis nomen Jah, occurrat. Scribitur v. c. in Lege Exod. 17, 16. *Quoniam manus super solium Jah, pugna est Deo in Amalek à generatione in generationem.* Quid est מדר דר. Sensus est hic: Scelestus Amalek de antiquo prodiit serpente, illique inseritur, & hinc vires habet. Quum enim serpens ille antiquus spurcitiem immitteret in Evam, tum plantam in supernis truncabat Adam, sejungebatque ducem. Et hoc est mysterium, quod auferretur Schechinah, quæ radices egerat cum inferioribus. Et columba non inveniebat ubi pes ejus quiesceret. Et licet deinceps super montem Sinai, unde tolli lues eorum debebat, perstiterit Iisraël, haudquaquam tamen Lunæ cæsura sublata est è mundo, nisi quandoque tantùm & subsultoriè,
oblatis

oblatis ſacrificiis illis notis, hircisq; notis quib9 applicatur Hircus primariusRobur Amalek, undeNum.24,20. *Principiũ Gentium Amalek.* Cum igitur accederet Amalek, lunarem defectũ adauxit, tetigitq; acetabulum femoris Jacob, quo fractũ eſt regnum domus David, quare cum truncarentur plantæ tempore Adami, & Amalek tetigiſſet femur Jaacobh, confirmatus eſt textus Deut. 25,17.18.19. de Amalek. Nam poſtremæ nominis Tetragrammati literæ ו & ה (ſi ita dicere licet) læſæ ſunt perAmalek: Ratio,quia ManusDomini tetigerat eas juxta id quod dicitur 1.Schmu 12,15. *Et erit manus Domini in vos & in patres veſtros.* Et dicitur Prov.30, 19. *Via ſerpentis ſuper petra.* Quò pertinet locus Ex. 17, 8. *Et venit Amalek & pugnavit cum Iiſraël* ברפידים *in Rephidim*, quaſi ברפיון ידים in remiſſione manuum. Dicendum ergò, quod ſerpens primævus & Amalek ambo tetigerint duas literas ultimas וה, ita ut in Tetragrammato nihil ſupereſſet ad quòd non extendiſſent manum, niſi duæ literæ יה, ad quas Principes ſuperi accedere non audent, quia excelſæ nimis ſunt. Et propterea dicitur Exod. 17, 16. *Quia manus ſuper thronum Jah*, id eſt: tetigerunt כסא Thronum, & violaverunt eum, unde tantum remanet כס. Thronus autem Jah, ſunt duæ literæ ultimæ. Qui hoc intelligit, intelliget etiam myſterium textus זכור Deuter. 25, 17.18.19. & מעבר יבק Gen.32,22. quippe in quibus omnia continentur. Huc etiam alludit locus Pſ.119,10. *Omnes gentes circumdederunt me,&c.* i.e. illo in loco, ad quem aditus patet Principibus populorum, quod eſt *Vav* Tetragrammati, quod vocatur יהוד in tota Lege: Unde 1. Par. 29, 11. *Tibi* יהוד *Gedulah,&c.* Et ultimus ejus apex eſt Jeſod. Dicitur igitur: *Omnes gentes circumdederunt me:* Nam circa Vav Tetragrammati circumſtant omnes Principes Populorum, ulteriùs & ad יה adſcendere nequeunt. Sed hic locum habent textus Deut.33,29.f. & Jeſch.58, 14. Et ſicut dicitur: *Omnes gentes,&c.* ita dicitur Num.24, 20. *Principium Gentium Amalek.*

lek. Hinc ille primus in exilium deportavit mysticos ex Iisraël (i.e. ultimos Deut. 25,17.) extenditque manum suam ad duas literas Tetragrammati ultimas. Hinc dicitur: *Quia manum* (admovit) *ad thronum Jah*, (medietatem inferiorem, in quâ residet superior) hinc *bellum est Domino contra Amalek.* Et quia ex his nondum liquet, quis, contra quem; hinc majoris illustrationis causa addit: מדר דר. Quibus detegitur locus, in quem immiserit manum Amalek; quod patet è loco Eccl. 1,4. Item Exod. 3,15. Hinc constitutus est textus זכור Deut. 25, 17. sicut Psal. 137,7. Quo intellecto, intelligere poteris quod decreverunt Prophetæ duobus in locis. Nempe Obadjah Proselytus Edomiticus in Prophetia de Edom c. 1, 21. & Sechari 14, 2.3.9. Et Magistri nostri duas has Prophetias ordinarunt pro clausula Psalmorum, quæ cum ritè uniuntur, ipsum Tetragrammaton unitur. Per Jah igitur venient salvationes & liberationes & beneficia super Iisraëlitas: Quia dum hi in exilio sunt, Angustia (si ita dicere licet) tangit Abraham Jizchak & Jaacobh & David, qui continentur in יָה unde necessum est ut Nomen יָה eos liberet: juxta Psalm. 118, 14. Nam ℣. 5. dicebat: *De angustia invocavi Jah:* i. e. quando יָה obsidentur à 70. Principibus Populorum, juxta Thren. 1, 3. invocandus est Jah, qui est locus dilatationis & mundus misericordiæ, ad quem Principes superi accedere non audent, nec gentes eorum, sed Jaacob tantùm, qui est linea media & altiùs ascendit quam Abraham & Jizchak juxta Jesch. 58, 14. Hinc additur Psalm. 118, 5. *Exaudivit me in latitudine Jah.* E tribus enim Sephiris supremis, duæ nunquam manifestantur, sed tertia, quæ est Binah, ex parte detegitur, sed non tota. Unde Magistri dixerunt: omnes portas Binah datas esse Mosi excepta una, quæ exæquet omnes 49. Per Binam igitur duæ supremæ operantur, & hæc dicitur רחבות *dilatationes fluminis*, & per eam Salvatio contingit & liberatio; hinc intelligitur locus Psalm. 118, 5. quo pertinet Genes. 26, 22. Et per illam, in qua mysterium

quin-

quinquagenarii, exiverunt Iisraëlitæ ex Ægypto: Et illa est mysterium Salvationis juxta Psal. 118, 14. Jesch. 12, 2. Nam cum Influxus Jah pertingit ad duas postremas, ut Tetragrammaton fiat integrum, tunc liberatio est plena. Jam convertimur ad locum Jesch. 38, 11. *Dixi, non videbo Jah, Jah, &c.* cujus sensus hic: postquam dictum erat Chiskiæ, ℣. 1. *Mortuus tu, & non vives*, iste exclamabat: non videbo mundum venturum, qui est mundus vitæ, nempe יָהּ. Et si dixisset, dignus ero saltem videre Sephiram Malchuth ultimam; nec hâc tamen se dignum animadvertit, quia inibi resplendent Sephiroth, venientes à Nomine Jah, & Malchuth vocatur *Terra vitæ* quia influxum accipit à mundo vitæ, quod est mysterium יָהּ, in quo continetur Binah. Pergitque: *Non aspiciã hominem ultra cum habitatoribus* חדל *mundi;* ubi subindicatur Adam primus, qui convertebatur & חדל cessabat à peccato, &c. Ubicunque ergo invenitur Jah, quamvis hoc aliàs sit mysterium Chochmah, semper tamen subindicatur Mundus miserationum, quæ sunt 3. supernæ. Et si in illis aliquid Judicii reperitur, istud est in Chochmah & Binah, sed Kether meras continet miserationes. Quamvis autem denotetur hac voce יה mundus misericordiæ, aliquid tamen judicii admixtum est, quia Chochmah & Binah sunt principium metri Judicii, licet non perfecti, quod à Gedulah & Gebhurah demum incipit; ad quas applicantur Principes. Et ibi locum habent multa Synedria & Tribunalia. Illud tamen judicii, quod in Jah reperitur ad influendum saltem confert, non ad sententiam ferendam: quia sententiæ & decreta non nisi à Gedulah incipiunt & à Gebhurah & sic porrò. Hinc dicitur Psalm. 130, 3. *Si iniquitates observaveris Jah, Adonai quis stabit?* i. e. Si Jah, qui est mundus miserationum, observat iniquitates, cum nos deducimur in judicium, ut in nos animadvertat judicium Gebhuræ, quando jam traditur in manum Malchuth, qui est Adonai, ad exequendum;

dum; quis poterit subsistere, coram te, ô Adonai, qui es mundus judicii. Nam quando Malchuth exsuscitatur ad executionem contra creaturas, illa exterminat à Nephesch usque ad carnem; sicut dictum ad Ps. 89,15.

Jam dicendum de illo, quod dicitur in principio Libri Jezirah: *Per 32. semitas mirabiles sapientiæ exsculpsit Jah Nomen* יהוה *Zebaoth.* Ubi propterea mentio fit Nominis Jah, quia hoc est mysterium trium supremarum, qui sunt mundus miserationum; sed יהוה est Tiphereth, locus cui adhæret Moscheh, & locus suctionis Patrum: Zebaoth est mysterium suctionis Prophetarum, & via ascendendi in Sephiras. Schaare Orah Nomine 9. in princ. ubi sequitur יש. Vid. Soh. Vajikra 7. c. 16. 17. Vajakhel 97. c. 385. Trumah 73. 292. Achare 35. c. 139. Bam Midbar 57. 228. Balak 89. 353. Vid. ניצוצות. 23.

יהוה. 1. Tetragrammaton est Quintum ex sacris nominibus, quo veluti columna superiores, inferioresque Sephiroth fulciuntur, & cum Eo uniuntur ab imo ad summum ascendendo, & ab Eo influxum accipiunt, à summo ad imum descendendo. Et hoc nomen se habet sicut arboris truncus, cui alia Sancta nomina omnia supra & infra & circumcirca, ut frondes & ramos, inserta comperimus. Et hoc unit omnes Sephiras literis suis, & per illud omnia creata subsistunt, & omnes Mercavæ, quæ in mundo, superæ & inferæ eôdem nituntur, & omnes mundi Ordines in illud flectunt intuitum, & elementa ejusdem & fabricæ ab illo dependent, nullâ omninò re excepta.

2. Sed Venerandum hoc, atque gloriosissimum Nomen multifariam in Lege scribitur & adhibetur. Nam plerumque sine alterius nominis adjectione per se reperitur, utpote: *Et loquutus est Tetragrammaton; & dixit Tetragrammaton,* & alibi frequentiùs.

3. Per-

3. Persæpe etiam aliud Sanctorum nominum ei annectitur, ut illud Gen. 2,4. *In die, qua fecit Tetragrammaton Elohim cælum & terram.* In toto enim opere principii solum legitur nomen Elohim; sed cum de creationis complemento Lex sermonem instituit, ibi primum effertur Tetragrammaton Elohim. Nam quia Tetragrammaton Sephiristicum chorum totum perficit, adunat, & complet, idcirco quamdiu adhuc in fieri essent res, scriptum duntaxat invenies nomen Elohim; sed cum terminum consummationemque sortitæ essent nomen legitur Tetragrammaton cum Elohim. Crebro namque Elohim vocatur Nomen Adonai, quare & ipsi Adonai illo tempore appellatio Elohim congruit. Cum igitur combinatur ידוד אדני quod est mysterium ידוד אלהים omnia sunt in perfectissima integritate. Quod considerantes prisci; (inquiunt) mundum creavit per metrum judicii, cumque illum judicii metro consistentiam servare non posse cognosceret, mensuram misericordiæ judicii dimensioni adjunxit, juxta illud Gen. 2,4. *In die qua fecerat Tetragrammaton Elohim Cælum & Terram.* At alibi dicit Scriptura Jesch. 40,26. *Levate in excelsum oculos vestros & videte, מי creavit ista.* i. e. Ille, qui vocatur *Mi, creavit ista,* quod est mysterium primæ diei, mysterium Binah; à quo usque ad diem Sabbathi sunt 6. dies, in quibus creata sunt omnia. Et huic voculæ מי, quæ supra est, correspondet vocula ים inversa, quæ infra. Et מי est principium involvendi Nomen אלהים in mysterium Tetragrammati. Nam Binah scribitur ידוד sed legitur punctis אלהים, quæ ambo sunt mysterium מי & ים de quo Eccl. 1, 7. Et ex hac mensura מי qua Elohim vestitur per Tetragram. Gebhurah accipit judiciũ & propterea vocatur Elohim absolutè. Ab his duabus autem & mensura Adonai accepit nomen Elohim, & vestitur veste ejus; & hoc modo creatus est mundus per mysterium ידוד אדני. Invenies autem ambo illa Nomina ידוד

 אלהים

אלהים in unico ידוד, nempe Tetragrammaton in literis, & Elohim in punctis. Sicut cum dicitur יי הוא האלהים *Tetragrammaton eſt Deus*, ubi verè & diſtinctè hæc nomina proponuntur, tam juxta literas, quam juxta puncta. Et in hâc quidem phraſi ידוד הוא האלהים Tetragrammaton eſt Elohim, reſpicitur Juſtitia ſuperior & juſtitia inferior, ut Deut. 4, 39. ubi verba *in cælis* juſtitiam ſuperiorem; & *in terra* juſtitiam inferiorem denotant, ut omnia reducantur ad ידוד אדני. Hinc diſcimus, quod menſura Adonai in creatione mundi veſtiverit menſuram מי, quæ eſt Binah; & hæc, tanquam Juſtitia ſuperior cum Gebhurâ & cæteris Sephiris immittebat vires ſuas in Nomen Adonai, ut veſtiretur Nomine Elohim, & crearet mundum, juxta Geneſ. 1, 1. Quia autem Nomen Elohim aliquando defectivum eſt, cum ſcilicet nudè ponitur; aliquando plenum & integrum, cum habet appoſitum Nomen Tetragrammaton: hinc antequam perfecta eſſet creatio adhibetur Nomen Elohim; ſed poſtquam abſoluta eſſent omnia, reperitur ידוד אלהים. Et huc pertinet locus Exod. 4, 11. מי ישום אלם הלא אנכי ידוד *Quis poſuit*, אלם (communiter *mutum?*) *annon Ego* ידוד. Ubi ſubindicatur nomen אלהים. Si enim ex iſto tollas duas literas Tetragrammati יה, remanet אלם. Defectus ergo τῦ Elohim ſuppletur per Tetragrammaton; unde illud Majorum: Nomen plenum adhibetur, de mundo plenè abſoluto. Totum autem myſterium unionis conſiſtit in ידוד אלהים: unde Deut. 6, 4. *Audi Iiſraël*, ידוד אלהינו, ידוד *eſt unus*. Ubicunque igitur in Lege occurrit ידוד אלהים, ibi ſcito nomen eſſe plenum: & quicquid occurrit in illo textu in quo nomen hoc plenum extat, omnes menſuras perfectè habet, menſuram nempe judicii & menſuram miſericordiæ: ut reperies in creatione Adami primi, ejuſque judicio & ejectione & ſimilibus. Unde Deut. 32, 4. *Petra perfectum opus ejus.* Id eſt: Ille qui judicium exercet non ex rigore & crudelitate hoc fa-

facit, ſed *opus ejus perfectum eſt*, ubi vox תמים eſt quaſi תאומים geminationem & duplicitatem involvens & in ſupernis phraſis honoratior תמים, in inferioribus autem תאמים adhibetur, ut Exod. 26, 24. Infra enim duo apparent, res ipſa & oppoſitum ejus, quod pro & quod contra: ſed in ſupernis omnia ſub uno ſunt conceptu, tam quod pro, quam quod contra; nullum quippe ibidem eſt odium vel amor, nec proſopolepſia, ſed משפט ſeu dijudicatio vera. Hinc dicit textus: תמים geminatæ ſunt operationes ejus, id eſt, conſulit primum judicium & miſericordiam, deinde fert ſententiam; quod ipſum eſt משפט אמת dijudicatio legitima. Quod autem in textu Deuter. 32, ℣. 4. ulterius additur: *Nam omnes viæ ejus Miſchpat*; notandum, quod Judicium, quod Hebraicè profertur Miſchpat ex Din, i. e. omnimodo judicio & miſericordia componitur: Judicium namque Miſchpat ad metrum Jacob pertinet; qui eſt linea media & ille vir integer inter duo tabernacula habitans, tabernaculum ſc. Abrahæ & gratiæ, tabernaculumque Iſaac omnimodi judicii; ut ſcribitur Pſalm. 99, 4. *Miſchpat & Zedakah in Jaacob tu feciſti.* Confer Jirm. 10, 24. ubi dicitur: *Corripe me Domine, veruntamen in Miſchpat.* Ubi particula אך diviſionem & disjunctionem infert, q. d. in medietate menſuræ Miſchpat, quæ eſt Cheſed, *ſed non in ira tua*, quæ eſt altera medietas τῆ Miſchpat. Unde Miſchpat dependet à Jaacob, qui eſt pater 12. tribuum, novitque magnam filiorum miſeriam, cum judicio ſubmittuntur, unde miſericordiam pro iis exorat & juſtitiam. Quod autem dicitur Jeſch. 5, 16. *Et exaltabitur Dominus exercituum in Miſchpat, & Deus Sanctus Sanctificatur in juſtitia,* hunc habet ſenſum: cum exaltatur Miſchpat, tunc judicium reponitur in menſuram El, i. e. Cheſed, ſuperiùs conſtituta, illa venit & exercet Zedakah æquitatem, & Miſchpat tranſit. Huc pertinet etiam locus Pſal. 89, 15. *Zedek & Miſchpat habitaculum ſo-*

 lii

lii tui. Quia Zedek aliquando eſt Din, prout influxum accipit: unde dicitur quod Zedek ſit judicium magnum & grave: ſed, quando Miſchpat cum eâ combinatur, tunc thronus diſponitur miſericordiâ: & cum exaltatur cum Miſchpat & pertingit ad *Cheſed*, & *Emeth*, tunc omnia fiunt miſerationes magnæ; & huc pertinet quod annectitur, *Cheſed & Emeth præcedunt facies tuas*, Confer Thr. 5, 21. ubi כקדם, *ſicut ante*, & Mich. 7, 20. *à diebus anterioribus*. Sic typicè תקיעה rectus buccinæ clangor Tetragrammaton; תרועה clangor altiſſimus buccinæ, Elohim deſignat, ſed clangor baſſus cum clangore alto, ſunt judicium & miſericordia: & hoc facile accipitur è Pſal. 46, 7. *Aſcendit Elohim per altum buccinæ clangorem, Tetragrammaton per vocem Tubæ.* Sed Num. 10, 5. dicitur: *Clangetis ſono baſſo & alto & proficiſcentur.* & v. 7. & quando congregare facietis congregationem, clangetis ſono baſſo, ſed non alto. Ex his omnibus patet, quod יהוה אלהים denotet perfectionem Sephirarum in judicio & miſericordia conſtantem.

4. Nonnunquam autem Tetragrammaton junctum nomini Adonai legimus: idque bipartitè. Plerumque enim Tetragrammaton præcedit, & ſubſequitur Adonai: juxta illud Habac. ult. 19. *Tetragrammaton Adonai fortitudo mea.* item Pſalm. 68, 21. item Pſal. 141, 8. Ad hoc tamen aures adhibe, quoties ejuſmodi bina nomina junctim ſcriptura commemorat, nominis Tetragrammati ſonum in ה״ Elohim transferri: nam & iiſdem, quibus & nomen Elohim, legitur punctis; quo ſubindicatur Binah, quæ intercedente Tetragrammato Regno oraculove Adonai annexa eſt. Harum autem dictionum nexu influxum à ſupremo exordio per totum Sephiriſticum ordinem in Adonai immanare deſignatur.

5. Sed cum Adonai præmittitur Tetragrammato utpote Gen. 15, 2. *Adonai Tetragrammaton* (prolatum Elohim) *quid dabis mihi, &c.* item Deut. 3, 24. c. 9, 26. &c. Tunc ab imis

imis exorsi ea, quæ altiùs, ad *voluntatis* usque originem petimus. Nam per אדני יהוה Sephiræ ascendunt & uniuntur invicē, tanquam aspirantes ad locum lucis supernæ. Nomen Adonai enim ascendere desiderat & adhærere Sephiræ Binah, quæ vocatur יהוה cum punctis Elohim: qua voce præmissâ denotatur influentia Binæ, quæ descendit per canales, usq; ad nomē Adonai, & tunc toti mundo benedicitur. Nec à memoria effluat per יהוה Adonai semper justitiam altiorem, & Schechinam supernam simul & justitiam inferiorem & Schechinam inferiorem designari; quæ dum colligantur in unum, tunc universa machina opibus omnique bonorum largitate reficitur. In quod vergit illud Zach. 14, 9. *Erit Tetragrammaton unus, nomenque ejus unum.*

6. Nonnunquam etiam Tetragrammaton legimus additum nomini *El*, i.e. Deus ut illud Psalm. 118, 27. *El Tetragrammaton & lucent nobis:* quod quidem sic jungitur, ut intelligatur, sublimiori Chesed seu gratia magnisque misericordiis illo tempore totam mundi fabricā regi, omni protinus rigore, & adversario secluso. Et tunc Sephiristica luminaria miram præ se ferunt perfectionem, cœli serenantur, & terra fulgenti lumine gaudet. Nam El est Chesed superna, & abhinc Influxus Chesed immittitur in Abraham, unde de hoc Gen. 21, 33. *Et invocavit ibi in Nomine Domini El seculi:* quoniam tunc mensuram Chesed accipiebat pro portione sua, eique adhærebat: Unde nos dicimus in benedictione: Scutum Abraham, El excelse, qui retribuis beneficia. Conf. Gen. 14, 19. Jamque & יהוה est nomen miserationum, & quamvis in eo aliquantulum judicii sit, id omne tamen continetur in misericordiâ. Et sicut in יהוה אלהים; Tetragrammaton residet ad judicandum creaturas per misericordiam & rigorem, prout cujusque natura requirit; ita in אל יהוה omnes Sephiræ sunt in lætitia & perfectione, omnesque accipiunt benignitatem è supernis juxta Psalm. 118, 27. Et ista duo nomina sola etiam

repe-

reperiuntur in 13. menſuris miſerationum Exod. 34, 6. quia ſolam gratiam referunt. Unde dixerunt majores: Fœdus pactum eſt ob 13. menſuras miſericordiæ, quæ non redeunt inanes. Et quia El refertur ad Abraham; יהוה autem ad Jaacob, quorum ille benignitatem, hic miſerationem deſignat: hinc patet, quod cum nominatur in Scriptura אל יהוה, menſura Jizchak, & terror Elohim planè abſit.

7. Scribitur & interdum Tetragrammaton cum nomine El, atque Elohim, quemadmodum Pſal. 50, 1. *Pſalmus Aſaphi: El, Elohim Tetragrammaton locutus eſt & vocavit terram.* Conf. Jehoſch. 22, 22. Dum igitur hæc ſic jungi cernis ſublime triumvirale prætorium ſuper ſolium ſedet, & pro cujusque operis neceſſitate mundi machinam dijudicat, ſive in bonum, ſive in malum, ſive in mortem, ſive in vitam. Nam El eſt Cheſed, pro iis, qui eâ digni ſunt; Elohim eſt retributio & pœna pro iis, qui eâ digni ſunt; & יהוה eſt æquitas vera pro iis, qui eâ promerentur. Unde tria illa nomina continent omnia, Miſchpat ſeu æquum; Rachamim ſeu miſerationem, & Din ſeu rigorem. Et Teſtimonium illud magnum, quod fecerunt Filii Ruben, & Gad, & dimidia tribus Menaſche, altare nimirum trans Jordanem, Jehoſch. 22. 22, hunc habet ſenſum: Si fecimus altare pro nuda memoria, influant in nos benedictiones & beneficia per menſuram El, quæ teſtis ſit intentionis noſtræ. Si vero extruximus illud pro Sacrificiis, &c. Elohim ſit teſtis & judex, & puniat nos ob grave hoc delictum: ſed יהוה, quæ eſt linea media, mediatrix, judicium temperet ſecundum intentionem noſtram, ſive pro præmio, ſive pro pœna. Tria enim hæc nomina ſunt Gedulah, Gebhurah & Tiphereth. Eodem modo in deſcriptione creationis mundi Aſſaph Pſal. 50, 1. tria hæc adhibet nomina. Deus enim creaturus mundum triplici veſtium ſpecie amictus erat; quarum una, veſtis miſerationum magnarum, altera veſtis judicii perfecti; & tertia veſtis

ſtis media, è miſericordia & rigore conſiſtens; quæ omnia ex ipſo creaturarum myſterio proveniunt, quarum aliæ creatæ ſunt in miſericordiâ; aliæ in rigore abſoluto; aliæ in judicio & miſericordia. Et ſicut ſe habuit ſapientia illa & benignitas, miſericordia & judicium in illarum formatione, ita eadem attributa ſe habent in creaturarum gubernatione: quandoque enim cum iis procedit in miſericordia abſolutâ; quandoque in omnimodo judicio; quandoque in ambobus. Et huc pertinet myſterium trium librorum, qui aperiuntur die Novi anni, quorum unus eſt Juſtorum; alter impiorum; & tertius mediorum; qui correſpondent nominibus אל אלהים ידוד. Quæ omnia, quando in Scripturis occurrunt, probè ſunt conſideranda.

8. Quandoque etiam Tetragrammaton ſociatum reperitur cum voce *Zebaoth*, ut ידוד צבאות, non quidem in Lege, ſed in Prophetis & Hagiographis, ut 1. Schmu. 15, 2. Jeſch. 22, 15. &c. Pſal. 46, 8. &c. Quo in caſu ידוד exequitur judicata Tribunalis ſuperni tam in bonum quàm in malum creaturarum: ſicut in caſu trium Nominum אל אלהים ידוד ſententiæ denotatur publicatio. Res autem declaratur loco Jeſch. 5, 16. *Et exaltabitur Dominus Zebaoth in Miſchpat.* Iſtam autem executionem Tetragrammaton Zebaoth inſtituit per Adonai, juxta Deut. 16, 18. *Judices & apparitores, &c. Et judicabunt populum judicio Zedek*; Et Jecheſk. 1, 19. *Cum irent animalia, ibant & rotæ juxta illa.* Ubi animalia correſpondent Judicibus; rotæ autem apparitoribꝰ. Judicii autem executio fit per *Zedek*, quod eſt *Adonai*. Cum igitur Deus ſententiam pronunciat contra Iiſraëlitas, & Nomini ידוד צבאות videtur, illos non poſſe ſupportare pœnam illam; tunc hoc ipſum Nomen Tetragrammaton Zebaoth elevatur, ut benevolentiam & miſericordiam procuret è ſupernis, ut leviores fiant anguſtiæ Iiſraëlitarum; & judicium remittitur in menſuram El, quæ eſt Cheſed; & miſericorditer agit cum Iiſraëlitis, & tri-

bulatio atque pœna mitigatur; & quamvis haud eo digni sint illi, tamen id quasi per eleemosynam fit, quod patet è mystico illo Jesch. 5, 16. *Et exaltabitur Dominus exercituum in judicio. Et Deus Sanctus Sanctificatur per* צדקה *misericordiam.* [Prophetæ ergò redarguebant Iisraëlitas per nomen יהוה צבאות tanquam per testes: unde illi digni declarabantur bono vel malo.] Quæ omnia nisi fierent, præ osoribus Iisraëlitarum nemo ex his reliquus esset, qui effugeret. Unde Jesch. 5, 16. reperitur vox צדקה. Et hoc ipsum est quod scribitur Dan. 9,7. *Tibi Domine, tribuenda est* צדקה *ἐλεημοσύνη misericordia.*

9. Aliquando reperiuntur juncta tria hæc Nomina, ut Psal. 80,20. יהוה אלהים צבאות *Domine Deus exercituum converte nos; illumina faciem tuam & servabimur.* It. Psal. 84,9. Quibus locis indicatur, quod mensura Chesed & misericordiæ; item rigoris & terroris ambæ vestiantur suo loco: nempe Tetragrammaton in Nezach; & Elohim in Hod; quia utrobique reperitur Zebaoth. Et quatuor hæ mensuræ quatuor induunt vestes Nomini El-chai. Et Zebaoth tria involvit, Nezach scil. Hod, & Jesod. Cum ergò textus dicit: *Tetragrammaton Elohim Zebaoth;* repræsentantur quinque Sephiræ, quarum duæ sunt Tetragrammaton, & Elohim; & Zebaoth tres; nempe Nezach, Hod & Jesod. His omnibus vestitur Adonai, sive hæ sint vestes *salutis*, sive *vindictæ*, prout judicium id exegerit.

10. Tu igitur, fili mi, cum orando pronuncias dictum aliquod Scripturæ, attende ad voces illas, ut intelligas eas, sciasque coram quo consistas, & ad quam Sephiram intentionem dirigas, & quo nomine invoces; atque sic acceptus eris & invenies gratiam & intellectum bonum in oculis Dei & hominum.

11 Jam porrò scias, Nomen Tetragrammaton radicem esse & fundamentum omnium divinorum Nominum, quæ omnia ipsi implicantur; unde omnes Sephiroth supernæ

per

per illud ordinantur, omnesque gradus mundi excellentes, secundum speciem suam, & omnia vehicula tam summa quàm ima ab illo repræsentantur. Imò & literæ & puncta ab hoc nomine dependent: & quicquid cogitatur vel dicitur in eo consistit, quod benedictum sit in æternum. Nec putes, hæc credenda saltem esse, citra adductas rationes; tradita enim quidem sunt, sed ita ut ubique è Lege allegari queat demonstratio, modis admirandis. Jam igitur accingemur ad explicandas istius Tetragrammati literas.

12. Illarum prima est י, quæ est punctum intellectuale & formale, quod nulla creatura intelligit; quia absconditum est ab oculis omnium viventium, ita ut homini non liceat meditari super eô; cum credendum tantum sit, quamvis non intelligatur, nec comprehendi queat natura ejus & vera ipsius essentia. Vocatur autem mysticè פליאות חכמה *Mirabilia vel occulta sapientiæ*, & de eâ dicitur: Chagiga f. 13. 1. *Quæ occulta sunt tibi, ne inquirito, & quod tectum est tibi, ne investiga.* Eadem quoque vocatur תעלומות חכמה Absconsiones sapientiæ; & de eâ dicitur Ijob, 28, 21. *Et abscondit se ab oculis omnis viventis.* Et ab isto abscondito conditus est mundus. Eadem Litera vocatur רצון באין גבול Arbitrium illimitatum. Item מחשבה *Cogitatio, Idea*; & de eâ dicitur Psal. 92, 6. *Valdè profundæ cogitationes tuæ.* Item: Eccl. 7, 25. *Profundum, profundum, quis inveniet illud?* Hæc enim litera refertur ad Sephiram secundam, quæ dicitur Chochmah. Kether autem non adumbratur, nisi in apice tantum literæ Jod, in quantum involvit mysterium Æn-Soph.

13. Litera secunda est He, mysterium Binah, quæ continetur in Linguâ & in ore. Et in Binâ comprehenditur omnis Vita, & ab Eâ proveniunt omnes Sephiræ infra ipsam viventes, prout & ipsa provenit ab iis, quæ supra eam sunt: de quâ suo loco.

14. Litera tertia est Vav, quæ pro valore suo continet

ſex Sephiroth; tres nempe medietate ſua ſuperiore, & tres inferiore: quarũ illæ ſunt Gedulah, Gebhurah, Tiphereth: hæ; Nezach, Hod & Jeſod. Et hæc litera ſtat loco totius Nominis.

15. Litera quarta eſt He, & Sephirah ultima Malchuth, quæ eſt myſterium unitatis Dei, & in illa ædificata & firmata eſt fides, nempe de unitate creatoris. Ab iſto He deorſum, ſequitur ſeparatio; quæ declaratur per myſticum illud Gen. 2, 10. *Et fluvius egrediebatur ex Eden ad irrigandum hortum: & inde dividebatur, & erat in quatuor capita:* quæ ſunt myſterium quatuor caſtrorum Schechinæ. Unde patet, quomodo Tetragrammaton ordine contineat omnes decem Sephiroth.

16. Ut jam porrò ſcias, quomodo Tetragrammaton contineat omnia divina Nomina; nota, quædam illorum ſeſe ad ipſum habere ad inſtar radicum, quædam ad inſtar ramorum; quædam autem eſſe ſupra in cacumine ſtipitis: Nomen autem hoc proprium conſiſtit in medio, & vocatur Linea media. Nam

17. Jod repræſentat nomina duo. Et apex quidem illius ad ſuperna reſpiciens refert Lúcem illam magnam, primitivam, profundam; exiſtentiam primitivam in ipſâ naturâ veritatis ejus, quæ vocatur אֶרִיךְ, item אין גבול interminatum: & אין Non reperibile, ob nimiam deliteſcentiam, qua latet omnia entia tam ſumma quàm ima, quorum nullum de eo quicquam valet intelligere. Et ſi quis quærat, quid ſit? reſpondetur: אין ״ *Non:* quaſi regereretur, Non poſſe dici de eo quicquam. De hoc dicitur: Ab uno cœlorum limite ad alterum inquiras, ſed ne inquiras quid ſupra, quid infra. Hic eſt apex hujus literæ ſupernus, quo denotatur illud ״ Non, quod negat omnem apprehenſionem, omnemque ſcibilitatem, quod ſaltem credatur rem ita eſſe, & notionem ejus non poſſe attingi niſi à ſe ipſo. Hinc vocatur אריך, quod habet ſignificationem exiſtentiæ, quæ tamen exiſtentia ſaltem ſcitur ab illo. Hinc dicitur אֶרִיךְ cum Aleph, ut אקום ſurgam, אדע ſciam,

ſciam, אבין intelligam, אעשה faciam, אבא veniam, vel indefinitè ſurgo, ſcio, &c. & denotat rem, quæ conſiſtit in ipſeitate veritatis ſuæ. Hinc vocatur אהיה *ſum*, i. e. Ego ſolus ſum, qui ſcio exiſtentiam meam. Huic nomini nulla tribuitur litera per ſe, quia à nemine æſtimari poteſt, vel aſſimilari, vel conceptu formari, ne quidem ſub forma demonſtrabili literæ alicujus notæ. Et quia Nomen אהיה in profundo ut principium exiſtendi eſt miſericordia magna, quæ ſubjugat omnes autores graviorum judiciorum, hinc vocatur אל, deque eo dicitur Jeſch. 40, 18. *Et* אל מי *aſſimilabitis El.* i. e. Etiam in figuris literarum, quæ denotant ipſam exiſtentiam, non eſt ei ſimilitudo literæ alicujus notæ, quæ demonſtrare ipſum queat: tantummodo litera Binah eam deſignat & de eo teſtatur; unde dicitur: ad מי aſſimilabitis El; nam à potentia Binah, quæ vocatur מי, ſimilitudinem aliquam exiſtentiæ ejus poſſumus deſumere, à nulla re alia. Hic eſt apex literæ Jod, qua denotatur natura ſuperna omni termino & æſtimatione carens.

18. Ex iſtius apicis myſterio prodit litera Jod, quæ vocatur Chochmah, arbitrium illimitatum; & hoc eſt myſticum illud Ijob. 28, 12. *Sapientia à* אין *Non invenietur.* Nam אין eſt Sephirah prima, & Chochmah ſecunda; & hæ duæ continentur in literâ י, ſuntque nomina אהיה & יה.

19. Litera ſecunda Tetragrammati ה, ad Binah refertur, quæ eſt faſciculus novem Sephirarum, imò decem Sephirarum; quia connectit tres ſupernas cum ſex ſequentibus; imò & decimam Malchuth, quando illa unitur cum Jeſod; vel vice verſâ. Nomen huic appropriatum, eſt Tetragrammaton cum punctis Elohim, quia Gebhurah, quæ vocatur Elohim, provenit è Binah; exempla ſunt in Chab. 3, 20. Gen. 15, 2. &c. Et hoc nomen denotat miſericordiam & judicium. Et ab Ea proveniunt Poteſtates Judicii. Initiumque judicii inter Sephiras eſt Binah. Aliquando tamen Binah vocatur יה,

quatenus duæ hæ literæ designant tres supremas §.17.18.19. & tria earum Nomina, modò exposita.

20. Litera tertia ו denotat sex illas Sephiras, quæ tres supremas sequuntur. Estque mysterium unionis omnium Sephirarum, superiorum & inferiorum: & ascendit usque ad Kether, descenditque usque ad Malchuth; omnesq; eidem adhærent, quædam supra, quædam infra, quædam ad dextram, quædam ad sinistram; ipsa autem vocatur Linea media. Nomina ad illam pertinentia sunt sex sequentia: אל in Chesed; אלהים in Gebhurâ; ידוד in Tiphereth; ידוד צבאות in Nezach; אלהים צבאות in Hod; אלחי in Jesod. Et quia Nomen אל etiam referri solet ad Kether; nec non Chesed etiam vocatur Gedulah; & ימין dextra; hinc aliud huic correspondet nomen, nempe אלוה; quod extat Chab. 3, 3. אלוה מתימן quasi à dextra venire diceretur. In his tribus nominibus Deitatis significationem involventibus mira reperies: Nam אל quidem est Nomen Chesed; si autem eidem addas dimidium Tetragrammaton, nempe יה, inde fiet אלהים mensura Judicii: si verò apponas alteram ejusdem medietatem וה habebis אלוה. Huc pertinet Psalmus 150. in cujus initio tria hæc nomina pariter exhibentur: nempe Nomen אל expressè ponitur; ut & הללו: deinde medietatem primam Tetragrammati habes in prima amplificatione vocis הללו nempe הללויה: alteria medietas extat, in amplificatione altera הללוהו *laudate eum.* Ubi & aliud mysterium, quod abhinc semper adhibetur הללוהו. Aliquando etiam occurrit אלה sine Vav. Hinc autem vides quod Tetragrammaton sit radix & fundamentum cœterorum Nominum omnium; multò magis cognominum; & ulteriorum etiam horum cognominum agnominationum: imò multò magis reliquarum prosapiarum terræ, quæ linguis efferri solent.

21. Litera quarta est He ultimum, ad Malchuth pertinens; quæ est Dominium & Schechinah & Sapientia posterior,

rior,& Adonai. Hoc nomen eſt myſterium perfectæ unitatis, & Lapis (Aquæductus) Iiſraëlis varias delicias & bona, & magnificentiam & liberationem & redemtionem ad iſtos devehens. Et illa ſemper habitat inter Iiſraëlitas, etiam in exilio eorum juxta Exod. 25, 8. ſupra hanc autem in fine octo Sephirarum eſt Lapis alius pretioſior margaritis, qui ambit ſeptem Sephiras infra ſe locatas, & propterea vocatur Lapis סוחרת à circundando Eſth. 1, 6. quia quod Hebr. eſt סביב circumcirca, Chald. eſt סחור. Et hæc eſt Binah. Schechinah autem vocatur Lapis דר & eſt דירה נאה Domicilium pulchrum. His correſpondebant duo lapides Ephod, lapides mnemonici pro filiis Iiſraël juxta Exod. 28. 9. 12. ubi ſex nomina in uno fuerunt, nempe quæ fuerunt digna, quibus honoraretur Schechinah in mundo hoc; & hæc eſt gemma Dar: quæ autem fuerunt digna quibus honoraretur gemma altera perfecta Sochæreth, qui eſt mundus venturus, ſculpta fuerunt in altero. Et ſicut duæ hæ menſuræ vocantur duæ gemmæ, ita eædem ſunt duo Hehin; item una eſt Zedek ſeu Juſtitia ſuperior, altera inferior; de quibus Deut. 16, 20. ubi ſenſus eſt, perſequere Juſtitiam inferiorem, ut dignus fias ſuperiore; quæ eſt vita mundi venturi. Confer Prov. 21, 21. Utraque etiam vocatur Elohim; illa quidem literis Tetragrammati, & hæc literis ordinariis. Unde 1. Reg. 18, 39. bis eadem repetitur exclamatio de utraque hâc. Eædem ſimul extant Chab. 3, 19. vel ubi vice verſâ leguntur Gen. 15, 2. 8. Hæc ergò litera ultima continet omnes Sephiras ſe ſuperiores; & vocatur Adonai, quia eſt *Dominator univerſæ terræ* Jehoſch. 3, 13. Pſ. 97, 5. Sech. 4, 14. 1. 6, 5.

22. Ex his omnibus monendus es, ſi pronuncias Tetragrammaton, te ore tuo aſſumere omnia Nomina Sancta totumque mundum cum plenitudine ſua. Unde intelliges myſterium Præcepti illius Exod. 20, 7. *Non aſſumes Nomen Tetragrammaton Dei tui, in vanum.* Quomodo enim creatura aliqua humilis atque

atque viliſſima lingua ſua ſuſtinebit Dominum illum magnum, quo portantur omnes exercitus ſupra & infra? præſertim ſi ad futilia adhibeatur. Si autem mentio ejuſdem occurrit, tenemur laudare atque exaltare illud, juxta Deut. 32, 3. *Nomen Tetragrammaton invocabo: date magnitudinem Deo noſtro.* Cum enim homo effert Tetragrammaton, linguæque ſuæ motu literas ejuſdem motitat, hoc ipſo commovet mundos in celſiſſimis, omnesque angelorum exercitus in ſupernis gradum ſiſtunt, interrogantes ſeſe invicem: quare mundus concutitur? ubi reſpondetur: quia impius ille N. prolocutus eſt nomen expoſitum, illudque motitavit labiis ſuis; ad cujus commotionem commoventur omnia Nomina & cognomina inde dependentia, hinc commota ſunt cœlum & terra. Ubi porrò ſubjungitur quis eſt impius ille, qui mundum concuſſit prolato Nomine hoc magno in vanum? annon eſt malignus ille, qui commiſit peccatum illud N. die N. quique itidem ſic vel ſic peccavit die N? Hâc ratione in causâ eſt iſte, ut commemorentur omnia peccata ejus? ſicut enim, cum agitatur arboris cujuſdã ſtipes medius, omnes ſimul rami motitantur atq; folia: ſic prolato hoc Nomine omnes exercitus commoventur tam ſuperni quam inferni, quia omnes ab illo dependent. Sed hæc intelligenda ſunt de locis, extra Templum. Sacerdos enim in Sanctuario proferebat illud, atque tunc omnes exercitus mundi exhilarabantur, & influentiam acccipiebant: quia ille in ordinem redigebat canales & benedictionem emittebat in omnes mundi incolas.

23. Jam docendus es, quomodo Nomen hoc magnum atque Sanctum Tetragrammaton iſtum gubernat mundum potentia ſua magna: & quomodo omnia Nomina Sancta, ipſi adhæreant; item qua ratione reliqua cognomina, e. g. רחום miſericors, חנון benignus, & ſimilia ſeſe habeant veſtium inſtar, quibus veſtitur Rex iſte. Veſtes enim regiæ non ſunt partes Regis eſſentiales, ſed inſtrumenta ſaltem & habitus, pro in-

indumento & defensione ejusdem. Aliquando enim Rex induit vestes ornamenti & regni, si scilicet in quiete sit & secura tranquillitate, omnibus regionibus ejus in pace constitutis, ut nec adversarius ullus, nec ullum præsto sit infortunium. Tunc Rex lætatur cum ministris suis, induitque vestes pulchras & ornatur monilibus; & habitu pretioso. Quandoque autem bellis infestatur undique, & qui irrunt in Regnum ejus, terram undique diripiunt & vastant. Tunc Rex alias induit vestes, quales sunt loricæ, galeæ, scuta, gladii, arcus; & omnes servi ejus trepidant, donec transeat indignatio, vel Rex vindictam sumserit ab adversariis suis, expleta in iis voluntate sua. Interdum etiam Rex in domo sua residet, & neminem secum habet de exercitu, vel equitibus suis, sed domesticos saltem, quales sunt fratres, filii, uxor, & cognati ejus: tunc aliquas deponit ex illis vestibus, quibus præsentibus principibus & ministris suis indutus erat. Tunc omnes domestici ejus vident eum, formamque ejus planè aliam, quam cum tot vestibus esset involutus: & tunc varia cum istis exequitur negotia, nec occultatur ab iis, sicut vestitu implicitus erat, in conspectu populi. Domesticos enim suos non aliter æstimat, ac aliqua membrorum suorum, nec curat, si coram illis aliqua exuit. Aliquando autem Rex solus plane est semotis etiam domesticis, nec ullo præsente nisi Reginâ: ubi nec pudet ipsum & cæteras vestes tollere, quod non faceret in præsentia cæterorum domesticorum.

24. Sic cum vult misereri & parcere mundo, vestitur veste Chesed & Clementiæ: & tunc Tetragrammaton producit vexillum Chesed, inque eo effigurat nomen אֵל, tunc locum habet textus Num. 2, 2. sequiturque gratia, Deusque lætatur cum creaturis suis juxta Psal. 104, 31. & huc pertinet Gen. 21, 33. item *El Rex sedet super throno misericordiæ*: item: Ex. 34, 6. & Deut. 4, 31. & Ps. 95, 3. ubi sensus est, quod Chesed major sit quam Elohim i. e. judicium. Item Gen. 22, 1. ubi

 sen-

ſenſus: Et præſes judicii נכח, i. e. dabat ſignum & vexillum in manum Abraham, nempe menſuram אל, juxta ſenſum loci Jeſch. 62, 10. Confer etiam Exod. 3, 6. ubi non dicitur & Deus Jizchak, quia Judicium ſubjectum erat gratiæ, & vexillum Jizchak traditum erat in manus Abraham.

25. Cum Deus autem iraſcitur mundanis ob peccata eorum, tunc producit inſtrumenta indignationis ſuæ, inque horum vexillo exarat nomen אלהים, atque hinc ſeſe exſerit judicium atque vindicta. Huc pertinet Pſal. 68, 2. & Num. 10, 35. item Jeſch. 63, 1. c. 59, 17.

26. Sed cum Deus mundanos citat ad judicium, veſtes medii generis induit, è judicio & miſericordia conſtantes, atque mixtas, producitque vexillum à quo omnia dependent, in quo depingit nomen יהוה. Ubi tamen ſæpe miſericordia prædominatur juxta Ex. 34, 6. *Tardus ad iram & multus miſericordiâ & veritate.* Ubi hic eſt ſenſus: cum homo peccat, Deus non ſtatim punit, ſed expectat, an velit converti; ſic *tardus* eſt *ad iram:* ſi non convertitur, judicio ſubditur; ſed tamen ut *multa tum ſit miſericordia*, i. e. aliquid ſaltem ſubſit rigoris, quod tamen ad miſericordiam inclinet, ſi aliquid ſaltem boni reperiatur in eo: Sin minùs; judicium conſummatur, tunc additur mentio *veritatis;* verè enim pœnæ ſubmittitur. Unde dicere ſolemus: *Benedictus ſit judex veritatis.* Hoc ipſum judicium, aliquando dicitur משפט יהוה ut Jeſch. 33. 22. Jirm. 10, 24. Jeſch. 3, 14. aliquando משפט אלהים Pſ. 76, 10. it. Pſal. 75, 8. Eccl. 12, 14. Quorum poſterius effectum judicii rigoroſum, prius mitiorem deſignat. Et hoc generale eſt, quocunque nomine vel cognomine vocatur Tetragrammmaton, eo ipſo demonſtratur, quâ viâ Deus agat cum creaturis ſuis, & quibus veſtibus indutus ſit.

27. Ut porrò intelligas illud, quod dixerunt Majores noſtri: Nomina Sacroſancta delere eſſe prohibitum; ſed delere reliqua cognomina, eſſe conceſſum; ſcito, quod Nomina Sacro-

Sacrosancta indelebilia, e. g. אדיר & אלהים & אל & אלוה & שדי, &c. inhæreant Tetragrammato, ipsique sint propinqua; & illa Nomina sunt instar catenæ, cui adhærent Principes superi: sed reliqua cognomina, quæ delere licet, ut רחום misericors, חנון gratiosus, חסיד benignus, סולח condonans, &c. sunt veluti vasa Nominum Sacrosanctorum, & sustentatio 70. populorum, qui subjecti sunt 70. principum dominio. Et sicut Principes adhærent cæteris nominibus Sacrosanctis, exceptis אדיר & יהוה, ita populi adhærent cognominibus; & in his nomina Sacrosancta peragunt operationes suas.

28. Exempli gr. Nomen præpositum vexillo Chesed, quod est אל hæc habet cognomina, quæ sunt ministri ejus, & catervæ & exercitus ejus: גדול magnus; רחום misericors; חנון gratiosus; חסין robustus gratiâ; ארך אפים longanimus; רב חסד multus misericordiâ; קדוש Sanctus; חסיד benignus; סולח condonans.

29. Nomen autem Elohim bellicum, impressum vexillo *judicii* hæc habet cognomina ministerialia velut turmas & exercitus suos: אדיר magnificus; שופט judex; דיין prætor; חזק vehemens; כביר validus; איש מלחמה vir belli; גבור heros; פוקד עון visitans iniquitatem; משלם גמול rependens retributionem.

30. Nomen verò ת Mischpat seu æquitati præpositum, quod misericordiam continet & judicium, nempe יהוה, hæc habet cognomina: נורא terribilis; נושא עון ferens iniquitatem; עובר על הפשע transiens super prævaricatione; אמת veritas; מרום elatus; רם altus; נוצר חסד servans misericordiam; שוכן עד habitans æternitatem; קדוש Sanctus.

31. Jam dicenda est ratio, quare hæc cognomina ad hoc vel illud nomen pertineant, & quæ sint singulorum operationes, & scaturigines. Scito igitur, omnia dependere à tribus nominibus אל. אלהים. יהוה, quorum duo priora etiam à posteriore dependent, illud ad dextram, hoc ad sinistram. Huc

pertinet locus 1. Reg. 22, 19. ubi per שמים intelliguntur duo illa Nomina אל & אלהים juxta Dan. 4, 23. Pſ. 123, 1. Omnia autem tria Nomina dicta reperies Pſalm. 50, 1. & Jehoſch. 22, 22.

32. Jamque explicabimus triginta illa cognomina, quæ exhibentur in principio ſellæ Curulis Jecheskelis, c. 1, 1. *Et factum eſt in trigeſimo anno:* hic myſticè notantur 30. cognomina, quæ ſuſtentant ſellam curulem, & quibus Dominus judicat omnes creaturas ſuas ſive in bonum, ſive contra, pro re natâ. Quodlibet autem illorum trium, El, Elohim, Tetragrammaton proprios habet effectus; & cuilibet 9. cognomina ſubſunt; quæ cum ipſo nomine decadem & unâ ſummâ 30. efficiunt. Et hæc cognomina vocantur כנפים Alæ; item שנוים Alterationes, quia creaturæ per illa immutantur vel in bonum vel in malum. E. g. Hic mutatus eſt in Juſtum ex impio, & prout facta eſt alicujus mutatio, tale exiſtit ejus judicium: & v. g. cognomen רחום exequitur Judicium ejus in bonum; ſed איש מלחמה in malum & pœnam, &c. Quod ergò dicitur Jechesk. 1, 1. Et factum eſt בשלשים שנה, idem eſt ac ſi diceretur, בשלשים שנוים per triginta hæc cognomina alterantia. Veniebat Jecheskel Propheta ut indicaret, Iiſraëlitas tam deperdite peccaſſe, ut in Tribunali ſuperno per omnia triginta hæc alterantia ne tantillum quidem meriti inventum ſit in Iiſraëlitis, cujus intuitu Jeruſchalaim poſſit defendi ne deſolaretur; ſed omnia illa concurrere in judicio vero, quod deſtruenda ſit. Atque tunc etiam deſtructa eſt Urbs, quæ eſt menſura & litera quarta Tetragrammati, unde ſubjungit *in quarto in quintâ menſis.* Et Schechinah quæ eſt ה nota quinarii, quæ vocatur *Ego,* abiit in exilium: Unde textus: *Et Ego in medio exulantium.* Atque hoc eſt illud, quod dixere Majores: Dilecti Deo ſunt Iiſraëlitæ, quia ubicunque exulant, Schechinah cum ipſis eſt. Hæc de numero 30. Jam ad ſpecialia.

33. Ubi tamen præmittimus, quare Tetragrammaton

vo-

vocetur מיוחד proprium; nempe quia proprium est Iisraëlitarum tantum, exclusis cæteris populis. Principes autem cæterorum populorum adhærent cæteris Nominibus Sacris & cognominibus, & ab his aluntur. Hæc probantur ex Deut. 14, 2. & c. 32. 9. & Mich. 4, 5. item Deut. 28, 10. it. Jehosch. 7, 10. it. Dan. 9, 18. 20. (1. Schm. 12, 22.) ubi dicitur *super civitatem tuam & super populum tuum*; quia Principes singuli duplicem habent portionem, unam in loco, ubi dominium habent, alteram in populo, in quem imperium obtinent. Hoc est mysterium 70. familiarum filiorum Noach Gen. 10, 32. ubi per vocem נפרדו denotatur Divisio illa gentium, de qua Genes. 11, ℣. 8. ubi quilibet populus appropriatus est suo Principi juxta Dan. 10, 13. 20. & quilibet Princeps accepit portionem suam de terra, & de populis: sed Domino è terris remansit Jeruschalaim, & ex populis Iisraëlitæ, Deut. 32, 8. 9. In Jeruschalaim autem principaliter locus Zijon Psal. 132, 13. Psal. 135, 21. Psal. 50, 2. Hinc Iisraëlitæ omninò exterminari nequeunt, juxta 1. Schm. 12, 22. Mal. 3, 6.

34. Nunc applicabimus simile illud de Rege, num. 23. Nempe cum Dominus spectandum se præbet populis, tunc se habet ad instar Regis induti ornatu regio, vel habitu bellico: ubi vestes tantum videntur, eumque à populis mundanis occultant. Cum autem agit cum cætu Iisraëlitico, hos tanquam domesticos suos habet, exutis quibusdam vestibus; unde dicitur: Nomen expositum in Templo pronunciatum esse ut scribitur, sed in provincia per cognomina ejus, & huc pertinet trina illa apparitio Ex. 23, 17. c. 34, 23. Deut. 16, 16. in qua simul omnes peccatores apparere tenebantur, quorum respectu aliqua tamen parte vestium & cognominum vestitus manebat, quia non omnes digni erant accedere ad veram naturam ejus. Sed quando Deus unitur cum Justis atque Sanctis, Patribus mundi & Fortibus; separatis & puris, tunc omnibus exutis vestibus & cognominibus solum spectandum se præbet Tetragram-

grammaton, tanquam cum uxore sua existens. Et huc pertinent loca Jirm. 3, 14. Hosch. 2, 19. Cant. 5, 3. ubi sensus est: Deposui cognomina mea ne mihi adhærescant Principes populorum & vobiscum versor solus; quare ergò peccatis, ut 70. cognomina vestesque meas reassumere cogar, illisque applicentur dicti Principes, & vos abducant in exilium. Et subjungit, *lavi pedes meos*, i.e. Schechinam, quæ vocatur scabellum pedum meorum, à sordibus terrenis populorum; dum eam eduxi è captivitate, ubi exulabat vobiscum: cur vos efficitis, ut Eam rursus in exilium dimittam vobiscum in terras populorum? Huc pertinet Psal. 79, 1. Finito autem exilio Deus iterum exuet cognomina hæc, quæ quasi alæ sunt; & Iisraëlitæ videbunt ipsum ob oculos, juxta Jesch. 30, 20. ubi יכנף idem sonat, ac, non amplius involvet se alis his cognominum. Conf. Jesch. 52, 8. c. 25, 9. Quod autem alæ ipsum contegant, docet locus Jechesk. 1, 23. it. Jesch. 6, 2. ubi volatus & contectio eodem tendunt; dum enim ablata est Schechinah, sibique alas applicuit; avolavit ipsa, nec Eam amplius vident Iisraëlitæ Conf. 2. Schmu 22, 11. Psal. 18, 11.

35. Si autem objicis: Quod si in seculo futuro Deus exuet tunicam & cognomina sua, hinc concludendum, 70. Principes supernos tum temporis plane abolitum iri de mundo: unde vehiculum summum hiatum acquireret ac mutilaretur, ad instar corporis, membris suis truncati, cum integer ordo cessaret. Scito, rem aliter se habere, prout sequitur.

36. Deus enim ita ordinavit classes supernas, formamque sellæ suæ curulis, ut constitueret 70. Principatus, ut per hos clariùs elucesceret magnificentia Regni ejus. Isti enim Principatus se habent ad instar servorum, qui extra domum Regiam consistunt, paratique sunt efficere voluntatem ejus. Ex multitudine autem Principum, ministrorumque & servorum apparet magnificentia Regis ejusque imperii: juxta Pr. 14, 28. Septuaginta ergò Principes illi, qui extrinsecus locati sunt

funt, ceu ordo intimus, omnes veluti testes sunt Excellentiæ regni divini. Omnes autem continentur sub mysterio Formæ Hominis; deque iis inquit David Psal. 118, 5. 6. 8. *De angustia invocavi Jah, exaudivit me, &c. quid faciat mihi* אדם ? ubi non intelligitur homo, creatura hæc vilis, tinea & vermis; sed 70. illi Principatus, qui omnes simul sumti cum coronis suis, vocantur Adam. Illi verò omnes intentis oculis aspiciunt Dominum, cui nomen Tetragrammaton, ut ipsis largiatur vires, & alimenta, & conservationem, quibus singuli sustentare atque alere queant populos suos. Nullus enim facultatem lumenque ullum habet à se ipso, sed à Tetragrammato sunt omnia, à quo tanquam scaturigine hauriunt omnes, & cibantur. Atque hic Dominus cuilibet illorum Principum supernorum dat portionem suam, & de hâc quilibet pascit populum suum, inque illam terræ partem, cui ipse præest, varia demittit bona. Hoc modo singulis diebus novi anni Dominus dictas distribuit portiones, inter istos populorum Principes, quibus singuli benefaciant terris suis atque populis: nec ulla gens quicquam sibi acquirere potest ultra pensum illud, quod datum est Principi ejus die novi anni; & quamvis etiam per spatium illius anni oret, ut plura sibi addantur bona, quam primâ ejus die ipsi decreta sint, omnes tamen preces ejus vanæ sunt. Iisraëlitæ autem, cum portio sint Domini ipsius, quamvis die novi anni etiam coram judicio consistant, tamen quotidie, quandocunque volunt, sententiam illam rescindere possunt, & nova sibi acquirere bona juxta Deut. 4, 7. & 1. Reg. 8, 59. Confer Benedictionem Novi anni: עלינו לשבח; in quâ quædam occurrunt de gentibus terrarum, &c. Et cum de gentibus dicitur Jesch. 45, 20. *Cum orant ad Deum, non salvabit:* per אל intelligitur Præfectus eorum: quilibet enim Sar seu Princeps dicitur אל *Deus* ob magnitudinem & excellentiam ejus; sed non potest salvare, quia nihil vel addere vel minuere potest ab eo, quod die novi anni ipsi traditum est;

ex-

expectare enim tenetur portiunculam illam, quam porrigunt ipsi è domo Regis, tanquam pauperrimus quilibet in mundo; Confer Jesch. 45, 17. Accipiunt autem alimenta sua singuli Principatus à prima Tetragrammati litera nempe Jod; quo alludit vox ידך Psal. 145, 16. quasi diceretur יודיך. Deinde Psal. 118, 9. additur: melius confidere in Domino, quam sperare בנדיבים. Ubi notandum, cum 70. principes una serie circumstent sellam curulem, & alii quidem ad dextram, ad sinistram alii: quod illi, qui ad dextram, omnes vocentur נדיבים *benevoli largitores*; qui abundantiùs distribuunt: sed qui ad sinistram, duriores sunt, nec largiuntur, etiam proprio populo suo, nisi cum rigore & austeritate. Et tamen melius est confidere in Domino, quam in Liberales illos atque munificos. Ulterius ℣. 10. id intendit textus: Quod sicut omnes illi Principes superni circumcirca ambiunt Tetragrammaton, sic ipsorum populi infra circundent Israëlitas, qui sunt portio Domini; cum urbe Jeruschalaim; juxta Jechesk. 5, 5. Quod autem dicit; *in Nomine Domini* אמילם, ulteriore disquisitione opus habet. Nam septuaginta illis Principibus dati sunt 4. capitanei, quibus affligere queant Iisraëlitas, cum peccant; quia tunc quatuor isti Capitanei medios sese ingerunt & separationem instituunt inter Deum & Iisraël. Atque sic isti rapina fiunt & contumelia & exulant inter gentes; omnesque canales bonorum ad illos antehac devectorum à Tetragrammato, contorquentur & disjunguntur, ita ut influentia profundatur per terras Principatuum. Hinc Prov. 30, 22. per *servum* intelliguntur Principes supra dicti, & per *stultum*, eorundem populi; qui saturantur, & pinguescunt ob nimia bona à Principibus suis in ipsos effusa ab insigni illo influxu, qui nisi conturbati fuissent canales, descendisset in Iisraëlitas: unde illi ditescunt, omnique bono replentur. Hinc Principes illi tam accuratè observant, si quando peccent Iisraëlitæ, ut medios se interponant, juxta Jesch. 59, 2. Jam quatuor illa Capita, qui

sunt

ſunt quatuor Cortices, ſemper vocantur *Præputium*. Et tres quidem illorum Corticum duri ſunt admodum; quartus autem Tetragrammato vicinior, tenuior eſt. Hinc Jecheskel, cum Iiſraëlitæ eſſent in exilio, ſic quaſi exclamabat: Scitote me vidiſſe quatuor illos cortices, interpoſitos inter vos & Tetragrammaton. Nam viſionem illam Dei, de qua c. 1, 1. non ſtatim vidit, ſed primò apparuerunt ipſi Cortices illi, interpoſiti inter ipſum & viſionem Dei. Pergit igitur ℣. 4. Ecce רוח סערה *ventus turbinis* veniebat ab Aquilone: hic eſt Cortex primus. Sequitur: ענן גדול *Nubes magna*; hic eſt Cortex ſecundus. Tertius qui ſequitur, cortex eſt: ואש מתלקחת *Ignis ſeſe reciprocans:* & tandem quartus נוגה לו סביב *Splendor ei per circuitum*; hic eſt tenuis ille, de quo dictum ſupra. Dehinc incipit pandere myſteria Domini, dicens: & de medio ejus veluti Chaſchmal; & in fine ℣. 28. concludit, *Hæc viſio ſimilitudo fuit gloriæ Tetragrammati*. Cortices iſti vocantur *præputium*. Hinc Gentes dicuntur præputiatæ Jirm. 9, 26. & Abraham ut fieret תמים *perfectus*, circumcidendus erat Gen. 17, 2. ut tolleretur ab ipſo portio gentium, unde ℣. 14. comminatio exterminii, & ℣. 13. præceptum. David ergò de præputiatis illis gentibus dicit Pſal. 118, 11. כי אמילם. i. e. ſicut circumcidendo tollitur præputium, ſic per nomen Tetragrammaton præſcindam præputium quatuor parietum intergerinorum, inter me & Deum ſubſiſtentium. Repetit autem quater phraſin *circumdandi*; quia 4. ſunt cortices: ſicut phraſi *circumcidendi* ter utitur, quia ad circumciſionem requiruntur tria: præciſio cutis; denudatio glandis, & exuctio ſanguinis. Hic quoque obiter notetur, quod Lev. 19, 23. ter repetatur phraſis *præputii*, reſpectu trium corticum duriorum: annus quartus correſpondet cortici quarto; annus quintus eſt ſymbolum ה ultimi Tetragrammati; quia ablatis 4. corticibus ſequitur unio & aditus ad Nomen ipſum; nam *hæc eſt porta Domini*, Pſal. 118, 20. Hæc hactenus.

37. Jam respondebimus ad objectionem §. 35. Nempe, non futurum ut aboleantur 70. Principes; quippe qui non parum sunt necessarii ad Mercavam, Dominique gloriam. Sed cum Deus liberabit Iisraëlitas, & Ecclesiam illam recipiet inter brachia sua, vestes quidem omnes exuet, atque cognomina: sed postquam assumserit Ecclesiam Iisraëliticam, cumque eâ fuerit unitus, vestes & cognomina sua iterum induet utrique, sibi sc. & Ecclesiæ, quæ intus cum ipso erit unum quid inseparabile. Et Cognomina illa extrinsecus utrique applicita servorum instar erunt ministrantium Dominis suis. Et huc pertinet locus Ruth. 3,9. item Sechar. 14,9. Reliqui autem Principes & populi extrinsecus adstabunt, ministrantes atque servientes Nomini magno Tetragrammato, cum Ecclesia Iisraël (i.e. Malchuth) in perpetuum unito; juxta Hosch. 2,19. Jesch. 60, 19. Sech. 2, 5. Principes, inquam, servient Domino & Ecclesiæ Iisraël; & omnes populi, quotcunque in terrâ fuerint etiam servient Iisraëlitis juxta Jesch. 49, 23. Nec ullum accipient influxum nisi per Ecclesiam Iisraël, quæ ipsorum omnium erit Domina & Imperatrix; & alimenta ipsis ministrabit ex illo, quod reliquum erit in fine omnium ejus graduum ultimorum juxta Jesch. 49. *Pulverem pedum tuorum lingent.* Atque tunc omnes Principatus subjecti erunt Iisraëlitis, & per hos suam accipient nutritionem. Quò pertinet Sechar. 8, 23. Et sicut Principes illi libenter & volentes servient Ecclesiæ Iisraël in supernis, quia ab illâ accipient alimenta sua: sic 70. populi lubentes servient Iisraëlitis hîc infra, iisq; adhærebunt, & omnes servient Domino, juxta Sephani 3,9. Jesch. 2, 3. Ps. 123. 2. Sechar. 14, 9. Tunc igitur fides omnium populorum erit in Dominum; & quia omni studio quærent eidem adhærere, pronâ voluntate servient Iisraëlitis. Et huc pertinet benedictio diei Novi anni; ubi precamur, *ut Dominum timeant omnes creaturæ ejus, &c.* Item locus Jesch. 30, 26. ubi subindicantur septem Sephiroth, quæ supra Ecclesiam Iisraël; quarum

rum summa est Binah, cujus portæ 50. aperientur hoc Jubilæo. Per מחץ seu percussionem autem intelligitur Samaël impius, qui primus immisit immunditiem, & causa fuit hiatûs Lunæ. Sicut ergò Nomina Sacrosancta non delentur, sic & Principes qui ab illis dependent in luce Throni superni, non extirpantur. Sed reliqua cognomina, quæ delebilia dicuntur, ut רחום & חנון, &c. sunt veluti catervæ Principum & in illa sanctitate non sunt constituta, sed tantùm vestium vestes & involucra.

38. Sed objicies: Si Nominibus illis Sanctis obtegitur Dominus, & absconditur à Iisraëlitis; quare non delebilia sunt? Respondetur: Dominum Nominibus illis obtegi vel solum; intercedentibus Corticibus in pœnam Iisraëlitarum: vel tempore reassumtæ Ecclesiæ Iisraël, unà cum hâc; quod est signum excellentiæ, magnificentiæque & autoritatis atque pulchritudinis: Unde nullatenus disperdi censenda sunt Nomina illa, quamvis ea, unionis tempore, Dominus dicatur exuere. Et huc pertinet locus Lev. 16, 23. Nam sic & Dominus illas vestes suo in loco reponit, ut Principes populorum illis applicari queant, qui ad Mercavam omninò sunt necessarii. Sed Nomina delebilia sunt instar 70. populorum, qui delebuntur juxta illam fidem, in qua vixerunt; & omnes accedent ad fidem Iisraëlitarum. Nec ulla residua erit gens infidelis vel refractaria Domino juxta Seph. 3, 9.

39. Jam ad ipsa illa triginta Nomina accedimus; quorum figura latet in loco Num. 2, 3. ubi mentio fit tribus, & vexilli & exercitus: ita enim Tetragrammaton est fundamentum, & reliqua Nomina Sancta sunt quasi vexilla; Cognomina autem ulteriora sunt ad instar exercituum. Tetragrammaton igitur est scopus in quem omnia collimant: Ut enim tria occurrunt Nomina primaria à summo ad imum; nempe אהיה & יהוה & אדני: Sic tria sunt à dextra ad sinistram, אל & יהוה & אלהים. Tetragrammaton ergò ubique locatur in medio, quia ab eo omnia dependent; & ipsum omnia sustinet. Et

hic notetur locus Mich. 1, 3. *Ecce, Dominus egreditur de loco suo.* Quod cum intelligi nequeat de loco propriè dicto, juxta Jesch, 40, 12. 1.Reg. 8,27. ipse enim est locus mundi, non mundus locus ejus; hinc sapientes nostri textum illum sic exponunt: Egreditur de mensura Misericordiæ & abit ad mensuram judicii. Jam à summo ad imum locus ejus est אריך, ubi mera miseratio; & abit ad Adonai, quod est judicium: sed à lateribus; locus ejus est אל, ubi quoque misericordia; & abit ad Elohim. Deinde & hoc notes, non assumi hîc in computum nomina אריך & יה, quia ultra humerum non ascenditur; & misericordiæ classis in אל fundatur. Porrò ipsum horum cognominum ordinem supra jam proposuimus; allegato etiam loco 1.Reg. 22, 19. ubi Nomen Cœlorum de duobus Nominibus, El & Elohim exposuimus; quorum respectu Deus dicitur *Deus cœlorum*, 2.Chron. 36,23. Esr. 1,2. Nechem. 1,4.5. *Insidens cœlis*, Deut. 33, 26. *Habitans in cœlis*, Psal. 2,4. c. 123,1. & *Cœlum*. 1.Reg. 8,32. ubi non dicitur *è cœlis*, sed ô Cœlum, nempe El, Elohim. Dehinc cognomina, quæ ad dextram, merita & benefacta; quæ autem ad sinistram, peccata & debita respiciunt & repræsentant. Quod autem conciliat ista, est Tetragrammaton, unde sequitur decisio, vel ad vitam vel ad mortem, vel ad bonum vel ad malum: atque tunc publicatur sententia. Atque inibi consistunt testes, & Judices, & ministri: Cumque executio decreta est, sententia scripta per Angelos, qui vocantur שוטרים Prætoriani, mittitur in Tribunal inferius, quod dicitur Adonai; atque tunc fit executio in mundo inferiore. Scito autem, quod locus ubi judiciū consîdet, quidē sit inter Tetragr. & Elohim, ita tamen ut major illius loci pars pertineat ad portionem Elohim. Hæc fiunt in Curia magna superna 71. Virorum. Præter hanc adhuc alia ibi sunt consistoria viginti triumviralia diversis in locis, ubi judicantur homines. Illorum tamen alia judicium ferunt super vita & morte; alia super divitiis & paupertate; &c. judicantque

cantque in uno tribunali judices non omnes, ſed certi tantum. Ex certis his locis miniſtri prodeunt, ſententiam inſinuantes; qui proveniunt ad exercitum cœlorum inferiorum, ubi Sol & Luna cum ſideribus, quorum hi vel illi ſententias exequuntur, in creaturas; & ita quidem ut immutari nihil queat eorum, quæ decreta ſunt à Domino: vide Jeſch. 26, 8.

40. Jam quod ad Cognomina illa Nominis אל, ad dextram locata attinet, quæ ſeſe convertunt ad merita creaturarum; illa vocantur cognomina Cheſed, quæ eſt menſura, quam ſortitus eſt Abraham, quod patet è Gen. 18, 23. 24. 25. Sic faciunt omnia iſta cognomina, ut in merita creaturarum inquirant; ut ✝. 27, 28. 29. 30. 31. 32. 33. donec deveniant ad ultimum menſuræ Cheſed terminum, cognomen ſcil. decimum, dicendo: *Si fortè inveniantur ibi decem.* Et ſi nihil reperiunt, tunc pœna decernitur, ut, in Sedom & Amorah. Sic enim in omni judicio agitur, & cognomina repræſentantia creaturarum merita revertuntur in locum ſuum; & Dominus aſcendit è loco judicii; Cognomina autem Elohim executioni præſunt; prout hæc ſubindicantur Gen. 18, 33. Gen. 19, 29. ubi, quod *Tetragrammaton* abiverit, *Abrahā*, i. e. *El* redierit in locum ſuum, & *Elohim* executus ſit. Si autem objicis, quod Gen. 19, 24. Tetragrammaton immiſerit pœnam; ſcito, quod ubicunq; in Lege reperies: ויהוה Ipſe denotetur & tribunal ejus: ita ut ille quidem pronunciet ſententiam, ſed tribunal ejus, id eſt Elohim, eandem exequatur: juxta Gen. 19, 29. Non ergò fruſtra deſcribitur hæc hiſtoria, quia ſubindicat omnem proceſſum judiciarium Tribunalis ſuperni. Abraham enim pertinet ad El juxta Gen. 21, 33, c. 14, 19. Mich. 7, 20.

41. Hîc obſerves, quod Menſura horum Cognominum, nempe Cheſed, vocetur Nomine Aquarum ſupernarum. Nomen אל enim habet imperium in Aquas, juxta Pſal. 29, 3. Unde & Abraham quæſivit aquas illas, ad quas alludunt fontes Abrahami. Et ſuper aquas iſtas ſupernas Abraham extruxit

72. pontes, per quos Iisraëlitæ transierunt per mare in sicco, aquis ad instar muri utrinqne subsistentibus. Et hoc est mysterium textuum ויסע. ויבא. ויט Exod. 14,19.20.21. in quibus 72. literæ, unde 72. Nomina, juxta numerum vocis חסד quæ ad Abraham spectat. Et sub istis pontibus contexuntur sæpe dicta cognomina nominis אל עליון, quò pertinet locus Psalm. 104,3. contignans Aquis עליותיו, superiora sua, quod est Nomen אל עליון. Deus supernus; qui superior est quam Elohim juxta Psal. 95,3. Unde etiam dicitur רב חסד, Exod. 34, 6. quod Chesed sit major. Et Gen. 22,1. mysticè proponitur, quod Elohim נסה, i.e. vexillum suum dederit in manum Abraham, seu El. Quod ulteriùs illustrat locus Gen. 22, 6. & accepit in manum suam ignem & cultrum. Nisi enim Abraham manu sua accepisset vires Jizchak, ignem sc. & cultrum, nulla creatura servari potuisset coram terrore Jizchak. Magnitudo igitur Chesed Abrahami minuebat mensuram terroris & tenebat ignem & cultrum. Hinc etiam Abrahami metrum vocatur Gedulah, quia major est quam Gebhurah; & ad Abrahamum dicebat Deus Gen. 12, 2. *Et magnificabo Nomen tuum.* Quo etiam pertinet locus Psal. 95,3. Vexillum Jizchak igitur non prodit, donec absolverit negotium suum vexillum Abraham, juxta Gen. 18,ult. ubi deinde sequitur Gen. 19,29. Et quamvis Elohim disperderet, tamen cum meminisset Abrahami, i.e. mensuræ El, eripiebat Lotum: Et sic Abraham sæpe liberat, quamvis decreta sit sententia mortis. Nec aliquid operari vel punire potest Elohim, nisi consentiat Abraham: sicut dicitur: Gen. 22, 6. *Et accepit in manum suam ignem & cultrum, & iverunt ambo simul.* Hinc & illud: Exod. 3,6. *Deus Abraham, Deus Jizchak, & Deus Jaacob.* Ubi inter Abraham & Jizchak non interponitur copula, ne Gedulah separetur à Gebhurah, sed Terror Jizchak maneret sub benignitate Abraham. Hac ex causa etiam Abraham ligavit Jizchakum; ut mensuræ Jizchak ligati essent pedes atque manus, & subjiceretur

tur metro Abrahami. Cum igitur Homo consistit coram judicio, ut examinentur peccata ejus, Chesed primò educit vexillum suum, in quo exaratum est nomen El. Et El primum oblatorum peccatorum præterit, & non incipit numerare nisi à tertio & ultra juxta Ijobh 33, 29. Et quamvis trutinentur peccata, tamen expectant illum, juxta mensuram ארך אפים. Tandemque si peccata & bona opera æqualia sint, Chesed pondus meritorum aggravat, unde nomen רב חסד, si scil. fieri potest ut eripiatur. Sin minùs post ulteriorem protractionem accedit tribunal Jaacob, quod medium est inter Abraham & Jizchak; & infert sententiam dicendo: Reus est. Unde in fine versiculi Exod. 34, 6. *Et veritate.* Imò Idem tribunal Tetragrammati etiam consummat judicium metri tertii Elohim; & si nihil reperit meriti, duæ hæ mensuræ Abrahami & Jaacobi discedunt; & totum judicium permanet in manu Elohim; juxta Gen. 18, 33. coll. cum Gen. 19, 29. item Deut. 1, 16. Et hic est Terror Jizchak, quia hanc mensuram cuncta timent Conf. Psal. 119, 120. Omnia ergò cognomina loci Ex. 34, 6. pertinent ad אל excepto ultimo ואמת, quod ad יהוה pertinet, quia consummat judicium; unde Mich. 7, 20. dedit Emeth Jaacobo; Confer Psal. 19, 10.

42. Cognomina Elohim ad sinistram locata repræsentant peccata creaturarum, & hanc mensuram assecutus est Jizchak. Unde scriptum est. Gen. 25, 28. *Et dilexit Jizchak Esavum, &c.* At quomodo possibile est, quod Jizchak tam insigniter Justus, ut Schechinah ne unâ quidem horâ ab ipso separaretur, tam extremè impium, qualis erat Esavus, diligere potuerit? Nempè mysticum quid ibi latet. Jizchak etenim quicquid futurum erat, prævidebat; Cumque observaret, quod Filii Jaacob peccaturi essent, ut damnandi essent ad Judicium Gehennæ; & deinde Iisraëlitas quoque videret in exilio Esavitico, gaudebat, inquiens; exilium expiat peccata; hinc eximiè diligo omnes adversitates ab Esavo oriundas; ut judicium Iisra-

Iisraëlitarum consummetur in hoc mundo per exilium. Hic est sensus loci cit. Gen. 25, 28. ubi additur, *quia venatio in ore ejus*. Id est: quia illi Iisraëlitæ, quos venabatur gehenna, dati essent in os & exilium Esavi; Conf. Jirm. 2,3. Quamvis ergò mensura Jizchak esset Pavor, intentio ejus tamen erat ut corrigerentur Iisraëlitæ. Unde mysticum illud, Ex. 32,13. Deus enim per exilium Esaviticum mundificat Iisraëlitas. Aliter locus ille Gen. 25,28. sic exponi potest. Jizchak habebat mensuram Judicii, & diligebat omnia cognomina judicii, quibus impii quasi venando adiguntur in gehennam. Nisi enim timor esset pœnarum infernalium, multi justi magis peccarent, cum illis nunc à peccatis absterreantur. Et hoc est mysterium Pavoris Jizchak. Unde & dicitur Prov. 28,14. *Beatus homo, qui pavet semper*, i. e. qui videt, quantæ sint pœnæ infernales, quæ dicuntur פחד juxta Cant. 3,8. Gehenna enim æquiparatur noctibus. Conf. Jesch. 33,14.

43. Jam quomodo Jizchak voluit benedicere Esavo impio? & quidem post sumtum cibum, cum benedictio præcedere debeat? Nimirum, cum Jizchak videret, duplicem esse Mundum, præsentem & futurum, prævideretque Iisraëlitas in hoc mundo affligendos esse, sic cogitabat: Quid facient filii mei inter 70. populos, & quomodo tractabuntur in exilio illo? Melius est, ut benedictio mundi hujus, consistens in cibo & potu, veniat super filium meum Esau, ut Dominium habeat in Iisraëlitas, postquam ob peccata sua in exilium deducendi sunt; præstat ergò, ut exulent sub fratre eorum Esavo, quam sub alienigenis è 70. populis. Conf. Deut. 23.7. Diligebat ergò Jizchak Esavum, quia correcturus erat Jacobum, ne filii ejus inciderent in gehennam. Sed dicebat, Esau non est dignus benedictione superna intellectuali; sed accipiat benedictionem inferiorem corporalem, quæ usui esse possit corpori ejus, qualis est cibus & potus. Hinc dicebat ad Esau Gen. 27,4. *Fac mihi sapidos cibos, &c. ut benedicat tibi* נפשי. ubi non Neschamah,

mah, sed Nephesch nominatur, quæ fruitur alimentis. Atque sic leviores efficere intendebat Jizchak pœnas Iisraëlitarum; ne subirent judicium gehennæ. Nihilominus Schechinah dicebat: Etiam in exilio Iisraëlitæ opus habent, ut durum Esavi jugum ipsis reddatur levius; hocque est illud, Gen. 25, 28. *Et Ribhkah dilexit Jaacobh.* Schechinah enim Abrahami tempore Sarah, sed Isaaci, Ribkah vocabatur; ut tempore Jaacobi, Rachel; quoniam Leah est mysterium Jobel: & duæ ancillæ, sunt mysterium duarum puellarum Schechinæ: & hinc restituta sunt omnia. Ribkah igitur aliter præcipiebat Jaacobo, ut reciperet benedictionem Esavi: quod nisi factum esset, ne unus quidem Iisraëlitarum effugisset gladium Esavi in exilio.

44. Et sic quoque, cum Jizchak gauderet, se mutare posse judicium Iisraëlitarum infernale, in exilium, idque observaret Abraham, mensura Chesed, videretque, si judicium Iisraëlitarum terminandum sit in exilium, omnes absumtum iri, ita ut ne unus quidem eripiatur: hinc mensura hæc El manu sua apprehendebat Ignem & gladium, ne omnes disperderentur in exilio. Conf. Lev. 26, 44. Quare autem *caligabant oculi Jizchak?* Genes. 27, 1. Nimirum, Deus minuebat judicium, ne nimis accuratum esset in omnia peccata. Et quare ibidem præmittitur: *Cum senuisset Jizchak?* Scito in supernis dari mensuram misericordiæ plenissimæ, quæ vocatur אריך & senex; hæc miseretur non intermixto judicio. Cumque judicium tam acre est, ut metuenda sit totalis absumtio, Tetragrammaton illud elevat ad mensuram Miserationis, quæ vocatur Senex; cumque dimensio judicii illuc pervenit, vires ipsi deficiunt ad loquendum & ad videndum. Conf. Jesch. 5, 16. Locus ergò Gen. 27, 1. tam de Jizchako, quam de metro ejus loquitur. Sic igitur tempore judicii rigorosi DEUS miseretur mundi sui, juxta Jesch. 48, 11. Et hoc est illud Levit. 13, 13. *Cum totus factus est albus, mundus est.* Nempè cum Corona summa faciei suæ radios deorsum vibrat,

judicii oculi caligant. Conf. Num. 6, 25. Ubi nota de luce faciei supernæ: quod, cum dentur 310. facies indignationis, omnes pertinentes ad Pavorem Jizchak; tamen, cum Kether illuminat faciem suam, producto vexillo אל, cujus numerus 31. mysterium decimandi facies indignationis, tum omnes hi irascendi modi convertantur in miserationem. Et huc pertinet locus Ps. 118, 27. & Ps. 89, 16. ubi notetur vox תרועה clangor buccinæ altus, & Conf. Psal. 81, 4. ubi clangor buccinæ bassus; & consideretur buccina arietis Jizchak. Huc etiam pertinet quod precamur: Qui formas luminaria; & creas lumina ignis; quorum illud ad mensuram misericordiæ, juxta Psal. 118, 27. hoc ad judicium spectat, quod caligo vocatur Gen. 1, 2. Conf. Jesch. 45, 7. Num. 6, 25.

45. Cognomina Tetragrammati in medio locata, vocantur Cognomina miserationum, juxta Dan. 9, 9. Hic tamen scias, Ex omnibus Nominibus Sacris; & cognominibus atque mensuris, sive dicantur Chesed, sive Rachamim, sive Din, nullum esse planè simplex sine ulla misturâ; excepto אריך ubi & ultra superius simplicissima est benignitas & misericordia. Hinc autem patebit, quomodo dimensiones sibi invicem innectantur & influant, & constituant unum totum; unumque conceptum inseparabilem, unde relucet Unitas Creatoris. Cognomina igitur & Epitheta Coronæ summæ, omnia simplicem aliquâ naturam denotant, cui nihil immixtum diversi; ut Misericordia Ehjeh & ejusdem Benignitas, absolutè tales sunt; vide Jesch. 54, 7. ubi non intelliguntur Rachamim lineæ mediæ, quæ mixtæ sunt ex Chesed & Din; sed supernæ nominis אריך: Item Psalm. 21, 8. ubi Chesed superna est Nominis Ehjeh. Nam Chesed Abraham vocatur חסד עולם Jesch. 54, 8. Hæc ergò Regula sit generalis: Infra Nomen אריך contrapositiones fiunt, anterioris & posterioris, dextri & sinistri, unde nihil ibi simplex absolutè. E. g. In Chesed Abraham admiscetur Judicium Jizchak; quod & in omni misericordia reperitur;

ritur; denominatio autem fit à potiori. Quod si verò quis judicare vellet judicio penitus & absolutè simplici, ille truncaret plantas & separaret unitatem; & sic in cæteris: quò pertinet locus Pr. 16, 28.

46. Unio autem Sephirarum ita se habet. Corona summa, quæ nil nisi miseratio, primò applicatur ad latus Chochmah, quod sursum respicit, & pariter misericordia est. Sed ab altero latere Sapientiæ, quod deorsum spectat, & vocatur אחור seu posterius, generatur mensura judicii. Sed hoc latus Chochmah, quod deorsum vergit ad Binam, & respectu Coronæ judicium vocatur, respectu Binah tamen est Rachamim & misericordia, & sic quoque multa alia sunt Achurajim, quæ vocantur Panim & vice versa: quantò enim magis removentur à Kether, tantò clarius prodit judicium. Ab his duabus autem Chochmah scil. & Binah, emanarunt omnes reliquæ: Unde quicquid dextrum, à Chochmah; & quicquid sinistrum à Binah est, quorum illud Rachamim, hoc Din vocatur; denominatione facta à potiori. Atque hoc modo sibi invicem innectuntur. Maxima autem mixtura est in linea media Tetragrammati, quod propterea etiam sententias fert. Tribuitur autem Jaacobo Conf. Genes. 25, 27. ubi duo intelliguntur tabernacula Abrahami & Jizchak, de quibus alibi. Unde & in Pirke Hechaloth dicitur: *A dextra ejus vita est, à sinistra mors.* Et in Lib. Jezirah: *Palatium Sanctum est statutũ in medio.* Conf. 1. Reg. 22, 19. Recipit tamen denominationes diversas, pro diversitate operationum suarum, unde aliquando misericors, aliquando Zelotes dicitur & vindex: juxta Nach. 1, 2. Exod. 15, 3. quamvis propterea non mutetur Mal. 3, 6. mutatio enim saltem accidit pro diversitate judicii exercendi, cujus respectu nunc his nunc aliis cognominibus vestitur. Omnis autem hæc diversitas & contrapositio est à Chochmah, quæ quatenus ad Kether convertitur & ad Binah, in se habet notionem anterioris

rioris & posterioris; quæ causa est omnium eorum, quæ dicuntur ante & retrò, album & nigrum, dextrum & sinistrum, superiùs & inferiùs. Hinc omnes Mercavoth, & gradus Aziluth, quorum forma est accipere & emittere influxum. Et hoc est mysterium Androgyneitatis: termino ab imperfectione liberato: sicut & de Principibus diximus, quod vocentur Adam, similiter impropriè; cum nil sint nisi lumina & splendor. Atque sic & Cerebri vocabulum adhibetur, & dextri, & tenebrarum, atque sinistri, & septentrionis. Eodem modo Turmæ, exercitus, & currus superni omnes; quorum alii vocantur oculi, alii auris, alii labiorum, alii oris, alii manuum, alii pedum nominibus, & omnia illa vehicula, turmæque simul sumtæ vocantur Homo. Omnes autem illi currus, & exercitus, sibi invicem innectuntur; & alii ab aliis accipiunt influentiam; atque hoc est mysterium unionis Aziluth & canalium atque tractuum. Omnes tamen habent vim illuminandi à Kether, & ab hac omnes aluntur, dum uniuntur cum Tetragrammato, in quo latet mysterium Creatoris, & cujus apex primæ literæ Coronam repræsentat. Et sic per mundos omnes ad imum usque. Tetragrammaton autem duo habet attributa, quod accipiat à superiore, & quod influat in inferiora, ad centrum usque terræ: quæ in omnibus quoque gradibus cæteris reperiuntur; unde omnes Mercavoth androgynæ vocantur. Hinc etiam intelligi potest mysterium Cherubim & exemplaris sellæ curulis quod fecit Schlomoh in templo. Ne tamen putes, cum legis dextrum vel sinistrum, hæc in supernis sic divisa esse, vel sibi adversari, aut contraria esse; quia sic tantum appellantur quatenus ad judicium exercendum adhibentur: alias locum habet illud: *& ibant ambo unà.* Gen. 22,6. Unde majores nostri: *In supernis nec est Zelus, nec odium, nec contentio.* Et in Benedictione Jozer, dicimus: Omnes sunt dilecti, omnesque selecti, & omnes fortes, omnes cum timore faciunt voluntatem

tatem Conditoris sui, &c. Ubi nota, quod turmæ, quæ ad dextram, dicant Sanctus, &c. & quæ ad sinistram, dicant Benedictus, &c. Ambo autem simul dicant; Regnet, &c. Unde patet, omnia ab extremo ordine versus interiora esse in unione. Et hoc est mysterium murorum Sanctuarii superni.

47. Sed à muris versus exteriora sunt turmæ malignæ ad latus sinistrum, non quidem supra, sed infra tantum. Et Caput omnium Catervarum malarum est Samaël: & illæ omnes sunt autores jurgiorum & odii, & non pertinent ad habitatores atrii Regii; sed extra degunt extra tertium aggerem, & extra muros, qui circum castra. Et huc pertinet illud Num. 5, 2. de exclusione leprosorum, fluentium, & aliorum immundorum; quæ sunt tres catervæ. Et isti sunt leunculi *illi*, qui rugiunt ad prædam Psalm. 104, 21. Isti dicuntur inquinare l. c. attendunt enim, quàm accuratissimè sicubi peccatis se polluant homines, atque tum in supernis eos accusant; ubi decernitur, illos tradendos esse in manus horum adversantium. Hinc dixerunt sapientes nostri: Descendit, & exosos reddit, & ascendit & accusat; sumit veniam & sumit animam. Additur autem Psalm. 104, 21. *Quod quærant Escam ab El:* Nam hoc metrum misericordiæ impedit, ne homines fiant præda leonum, cum merita illorum proponit, ne incidant in manum Leunculorum. Et hinc intelligi potest historia Ijobi, c. 1. p. t.

48. Sicut autem supra diximus membrorum humanorum dari denominationes, ita in Mercavâ quædá etiam occurrunt, quæ vocantur Aqua, & Ignis, & Spiritus, & Terra; non propriè, quod absit! sed sunt res supernæ admirandæ, per metaphoram sic extrinsecus denominatæ. Unde R. Akiba ad discipulos suos dicebat: Cum pervenitis ad lapides marmoris puri, ne dicatis, Aquæ, Aquæ, quia scriptum est Psalm. 101, 7. *Mendacia loquens, nequaquam firmabitur coram oculis meis.*

50. Hinc intelligi potest mysterium Tribunalis superni; & quodnam sit metrum repræsentans merita; quodve debita; vel quod illa conciliat: Item, quod mensuræ sibi invicem immisceantur; & quomodo vehicula alia in alia influant; Item, quare Nomina & Elementa dividantur in tres classes, & quare sint quatuor. Nam & literæ Tetragrammati sunt tres, quæ sunt quatuor, sicut elementa tria sunt, quæ sunt quatuor; ratio hæc est, quia Aqua igni opponitur & aër mediator est inter ea; terra verò est trium illorum receptaculum; & prout hoc vel illud è tribus illis in terrâ prædominatur, ita sese exerit operatio in terra. Sic & tres literæ Tetragrammati, & tria Nomina. Atque hinc etiam intelligitur Nomen א״ד quod est mera misericordia, atque influit, nec tamen influxum suscipit: Item Nomen אדני quod in se est merum judicium, atque suscipit sed non influit, scil. in similem, quamvis in inferiora influat; & à superioribus quandoque & misericordia repleatur. Hoc simile est basibus columnarum, quæ sunt receptacula לוי העמורים pro Scapis columnarum, juxta mysterium וה, &c. Ex. 27, 10. 11. Schaare Orah Nomine 5. in pr. ubi sequitur קו האמצעי. Vide אמירה.

יהוה 1. Est Nomen octavum, quod scribitur ut Tetragrammaton, & legitur Elohim, cujus etiam puncta habet: Estque Binah. Hoc Nomen omnes Sephiras connectit totamque adeoque Aziluth coadunit. Nam hoc ipsum est tertium inter tria suprema, quæ unita sunt in Kether; & ab illo quoque influxus luminis & benedictionis procedit in omnes canales, donec repleantur septem Sephiræ inferiores. Quod autem literas Tetragrammati & puncta Elohim habet, ideò fit, quia utrinque nexum habet; nempe cum misericordia mera, seu Kether, unde literis misericordiæ scribitur; & cum judicio, quod à Binah incipit, unde pronunciatur ut Elohim: Quod est mysterium Unionis judicii cum misericordia. Hoc est Nomen illud, quod generat mensuram Judicii in omnibus Sephiris.

phiris. Thronus verò ejus vocatur vocatur Elohim, qui est Gradus Gebhurah; in quem influentia versus latus sinistrum descendit ab isto Nomine.

2. Hic tamen notandum, etiam ipsum Nomen אלהים quandoque denotare hanc Sephiram octavam Binah, ut Gen. 1,1. In principio creavit Elohim, &c. quamvis iste locus & de Gebhurâ, & de Malchuth exponi queat, quia ab his omnibus ordines mundi progenerati sunt. Conf. Gen. 2,4. Chab. 3,19. Prov. 3,19. Sed si Elohim occurrat conjunctum cum Zebaoth, signum est columnam sinistram uniri cum Gebhurâ, & accipere arma bellica, vestirique vestibus Zeli. Conf. Jesch. 9,7. Elohim Chajim autem est Jesod, quod à Binah, quæ vocatur חי׳ עולם Vita mundi, vitam accipit. Quamvis & Malchuth Elohim Chajim dicatur, cum à Jesod influxum, benedictionemque & vitam accipit juxta Exod. 23,21.

3. Hæc igitur Sephirah Binah novem superiores Sephiras in unum fasciculum numerat & colligat; & ipsa quoque causa est, ut Sephira etiam decima, cum reliquis novem uniatur; ab ipsa enim influxus & benedictio venit in nonam.

4. Et hæc Sephirah est manifestatio Nominis, quod in Creatione mundi occultatur, & in quo uniuntur omnes ipsam insequentes septem. Ab ipsâ enim prodit emanatio earum, & ad ipsam iterum tendunt desiderio suo. Et ab Ipsa usque ad Jesod, sunt septem Sephiroth, ita ut ipsa connectat tres superiores & septem inferiores. Et ipsa est tertia, respectu superiorum; sed prima, vel septima si à summo numeres vel contra, respectu sex insequentium: exceptâ Malchuth, quæ est ultima. Ubicunque igitur gradus Jesod in Lege dicitur esse septimus, ibi hæc via intelligitur. Sic Binah sex illas alligat ad tres reliquas; Decimam autem Jesod cum novem supernis unit. Et hæc sunt duo membra Mercavæ & unitas illa de quâ Sechar. 14,9. ubi bis repetitur vox אחד, ut denotentur duo illa membra unionis decem Sephirarum; & unitas trium, ut

unitas septem. Ubicunque igitur in Lege occurrit numerus septenarius, ut septem anni, septem vices, &c. ibi latet mysterium septem Sephirarum à Jesod usque ad Binah, & aliquando à Binah usque ad Jesod. Ut Exod. 20, 11. ubi dicitur: *Quia sex dies fecit Dominus cum, &c.* non in sex diebus. Et præter istos sex dies, sunt alii sex dies profani, qui circuli instar ambiunt mensuram Jesod; sed extrinsecus sunt ad instar corticum, unde vocantur sex dies profani: illi reliqui autem à Binah ad Jesod, omnes sunt Sancti, & ad numerum profanorum non pertinent. Quicquid ergò intra circulum est, sanctum; & quod extra, profanum est. Quod mysterium Sapientes nostri subindicarunt in separatione Sabbathinâ, inter diem septimum, & sex dies operarios, dicentes: Benedictus, qui distinguit inter Sanctum & profanum, inter Lucem & tenebras, & inter Iisraël & gentes. Unde intelligitur mysterium circuli, & quod intra & extra illum. Conf. Deut. 32, 8. Exod. 29, 33. Lev. 22, 13. Exod. 19, 6. Num. 9, 2. Gen. 12, 1. Jechesk. 1, 4. Psal. 18, 12. 13. Chab. 3. 4. Jesch. 9, 2. Mich. 7, 8. Jesch. 60, 2. c. 50, 10. Nam Iisraëlitis datum est Sabbathum, exclusis gentibus Exod. 31, 13, 17. Quod & exprimimus in precibus Sabbathinis: *Et non dedit illud Deus gentibus, &c.*

5. Sicubi numerantur septem Sabbatha integra, exprimitur numerus quinquaginta ut Lev. 23, 15. c. 25, 8. 10. Suntque septem Sephiroth à Binah usque ad Jesod. At nos incipimus à Jesod usq; ad Binah; unde 50. dies à die Manipuli usq; ad promulgationem Legis, & quinquaginta anni usque ad Jubilæum referunt 50. portas Binah: & sic Exod. 13, 18. *Quinquageni ascenderunt filii Iisraël ex Ægypto:* Et liberationis ex Ægypto quinquagesies mentio fit in Lege. Et Deut. 16, 3. *Ut memineris diei exitus tui ex Ægypto omnibus diebus vitæ tuæ.* Dies autem vitæ nostræ sunt septem septimanæ, 50. dies: Et *in anno Jobel*, juxta Lev. 25, 13. *Revertetur quisque ad possessionem*

nem suam, & ℣. 31. Redemtio erit ei, & in Jobel egredietur. Per mensuram Binah igitur, quod est mysterium Jobel, exivimus ex Ægypto. Sic: *Et in mense tertio egressûs Iisraëlitarum ex Ægypto*, data est Lex, Exod. 19, 1. exiverunt autem *per Binah*, juxta Exod. 13, 18. quæ est tertia. Subindicatur autem quænam Sephirah fuerit causa exitus ex Ægypto, nempe 1. Ehjeh Ex. 3, 14. item per quam ascenderit clamor eorum, nempe 2. Jah Psal. 118, 5. Per quam auditi sint, per 3. latitudinem Psal. 118, 5. Psal. 18, 20. Exod. 13, 18. Exod. 2, 23. Per quam ruptum sit mare; nempe 4. per ויסע ויבא. ויט Ex. 14, 19, 20, 21. Mich. 7, 20. Exod. 14, 31. Psal. 145, 8. Per quam data sit Lex; nempe 5. per Elohim Exod. 20, 1. Deut. 5, 25. c. 4, 11. Quænam vocetur Lex Scripta; nempe 6. Emeth, Mal. 2, 6. Psal. 19, 10. Mich. 7, 20. Jesch 49, 3. Deut. 26, 19. Per quam usus sit Prophetarum; nempe 7. 8. 9. juxta Jesch. 6, 5. & Prov. 22, 20. Et Hagiographorum, nempe 10. juxta Cant. 6, 8. Ecce quinque Sephiræ, per quas digni facti sunt accipere Legem, correspondentes numero quinquaginta. Et hæc omnia Iisraëlitæ acceperunt per gradum Binah; idque quia Malchuth adhæsit Binæ. Conf. Psal. 6, 1. Num. 29, 35. Deut. 16, 8. Malchuth autem nona est, respectu ejus, & decima, respectu nostri. Cumque decima copulatur cum nona, omnes Iisraëlitæ simul adhærent Domino Conf. Deut. 4, 4. c. 10, 20. c. 13, 4. Et interrogant quidem Majores, an possibile sit, ut homo adhæreat Schechinæ; quod explicuerunt per id, quod homo adhærere debeat Discipulis Sapientum, quæ sunt dogmata Domini. Quicunque ergò unit Ecclesiam Iisraël cum Jesod, ille adhærebit in Ipsa; & Ipsa in Jesod, & ambo in Domino.

6. Binah igitur, quæ sub literis Tetragr. legitur Elohim, est manifestatio triū supernarū, per quas manifestatur Lux Coronæ & Beneplaciti, donec influxus perveniat ad Jesod; unde benedictio demittitur in Malchuth. Et hęc ideò vocatur Bathscheba.

ba, *filia septem*, i. e. Sephirarum, à quibus alitur, à Binah scil. usq; ad Jesod: Item Beerscheba, fons septem, i.e. harum Sephirarum, quia ab his repletur, ut porrò in inferiora influat. Eodem modo & Binah dicitur Beer-scheba, sed ab influendo, quia in septem infra se positas influit. Duæ igitur hæ Sephiræ, Binah & Malchuth, causa sunt manifestationis Coronæ summæ, & influxus & conservationis omnium Entium. Et huc pertinet illud Genes. 2, 10. *Et fluvius egreditur ex Eden, &c.* quod est Mysterium Binah, quæ prodit è loco Kether per Chochmah, quæ vocatur Razon, *ind.xla.* Binah autem vocatur, Rechoboth han Nahar, seu dilatationes fluminis *ad irrigandum hortum*, i.e. Malchuth. *Atque abhinc*, nempe à Malchuth sequitur divisio, nam sub Malchuth influxus *dividitur* pro sustentatione omnium creaturarum. Nam usque ad Malchuth est unitas omnimoda; sed sub illa sequitur mysterium הפרוד divisionis. Hæc autem *est in quatuor Capita*, hoc est mysterium 4. turmarum, in quas dividuntur omnia Palatia creaturarum supra & infra, in mundo Angelorum; eodemque modo in cœlis, nec minus in terra, ubi semper occurrit mysterium *quatuor Capitum*. Binah igitur & Malchuth semper sub analogia sunt: & cum Malchuth ab Iisraëlitis rectè disponitur observatione Legis & præceptorum, tunc Binah illustratur & influxum varium in Malchuth demittit, atque tunc omnes mundi incolæ in tranquillitate sunt. Atque huc pertinent benedictiones illæ Lev. 26, 2. sqq. Sed si Iisraëlitæ ordinem disturbant peccatis suis; Binah nihil omninò demittit; unde Sephiræ defectu laborant; & Jesod contrahitur & ad Binah elevatur, Malchuth autem sola manet & arida, unde maledictiones in mundo variæ, de quibus Levit. 26. ℣. 14. sqq. Adeoque propter Iisraëlitas & Malchuth vapulat juxta Proverb. 10, 1. & Jesch. 50, 1. Prov. 19, 26. ubi Pater est Tiphereth. It. Jesch. 57, 1. & Prov. 16, 28. Omne ergò desiderium Malchuth est Binah; & in anno

no

no Jobel uniuntur perfectè. Liberatio igitur contingit in Malchuth, quæ dicitur Terra. Conf. Lev. 25,24. Et hæ duæ Sephiræ denotantur, quando in Lege reperitur יהוה אדני, ut Chab. 3,19. Et in hac unione quidem omnia sunt in statu perfectionis: sed duplici tamen via. Nam quandoque præcedit Adonai ut Gen. 15,2. quandoque sequitur idem ut Chab. 3,19. Cùm enim Malchuth exornatur & rectè disponitur observatione Præceptorum, tunc Adonai præmittitur, ut sic ascensus fiat ad Binah: ut docet exemplum Abraham, Genes. 26,5. Item Gen. 21,33. ubi sensus; hunc iterum plantasse plantas, quas truncaverat Adam primus; & quidem in Beer-scheba, Conf. Gen. 17,22. c. 13,18. Et huc pertinet illud majorum: ad locum Dan. 9,17. Propter Adonai, i.e. propter Abraham, qui primus te vocabat Adonai, &c. Quasi diceret Propheta: Exiguum peto à te; Cum enim peccaret Adam, Schechinah planeauferebatur; cum autem veniret Abraham, eandem in se, suscipiebat, faciebatque thronum Mercavæ juxta Gen. 17,22. Donec Moscheh conficeret ipsi Tabernaculum Exod. 25,22. & Schlomoh Domum 1. Reg. 8,13. ubi postmodum ob peccata peregrè iterum abibat decem itineribus. Sed (inquit Daniel) istæ profectiones tantæ non sunt, quam quæ sub Adamo, ubi Schechinæ plene non erat locus fixus: jam enim locum habet fixum, Sanctuarium nempe, à quo quamvis discesserit, tamen nunquam plane dimovetur à loco sanctitatis suæ juxta Psal. 132,14. & ℣. 13. ubi notetur vox אוה, sicut qui peregrè abest, desiderat videre domesticos suos. Conf. 1. Reg. 8,13. item Sech. 8,3. & Hosch. 2,19. Redeat ergò Schechinah ad locum suum, est enim *Sanctuarium tuum*; quamvis *desolatum sit*. Idque propter Patrem illum, qui te vocavit Adon; qui est Abraham, qui univit Malchuth cum Binah, unde incipit ab Adonai, Genes. 15,2. Hæc ergò regula sit: ubicunque reperitur אדני יהוה, ibi intelligitur rectè disposita esse Schechinah & exornata & unita cum Binah: sed ubi reperitur

אדני יהוה, ibi denotatur influxus à Binah descendens per Sephiras usque ad Malchuth, ùt Chab. 3, 20. Confer Psalm. 85, 12. 13. Schaare Orah Nomine 8. in pr. ubi sequitur כינרת.

יהי *Fiat: Sit.* Est in Tiphereth. Sic R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim: יהי מארת Fiant Luminaria. *Vox* מארת *defectiva est, & יהי est Lex Scripta. Ibi enim est Ignis. Sed* מארת *est Lex oralis, &c.* Facit autem mentionem Ignis, quia in יהי involvitur significatio ויהי, quæ afflictionem denotat & est in Gebhurah. Refert tamen vocem יהי ad Tiphereth, quia & hîc est Ignis Gebhuræ juxta Deut. 33, 2. Nec dubium est, quin hoc in Nomine subinnuatur mysterium sinistræ & dextræ: Sinistra enim est He ante Jod, ut הי ex אלהים, quæ est Fœmina: dextra autem Jod ante He, ut יה, qui est masculus misericordia. Et cum dextra atque sinistra combinantur, oritur mysticum illud יהי. Pardes Tr. 23. c. 10.

יובל *Annus Jubilæus.* Est Binah: quæ ita vocatur, quia continet 50. annos, sub mysterio 50. portarum. Et ipsa est annus quinquagesimus, Porta sc. illa, quæ occulta fuit Mosi, juxta Psal. 8, 6. ubi loco מעט lege מט 49, &c. Hæc autem dimensio tunc sic vocatur, quando lucet per 50. portas, & effundit multum influentiæ atque boni, quasi ex significatione יובל Jirm. 17, 8. i. e. *fluvii.* Cum autem Moscheh veniret ad portam quinquagesimam, quâ Binah unitur cum Chochmah, ad illum dicebatur: שתוק כך עלה במחשבה Sile, sic ascendit in Cogitationem: Ubi כך est 40, & silentium gradus Chochmah denotat י 10. quæ sunt quinquaginta, quasi diceretur: Porta quinquagesima ascendit in Chochmah. Et hanc ob causam non adeptus est eam. Quando ergò & quatenus hæc porta adhæret Sapientiæ, Binah dicitur Jobel, atque tunc totus mundus plenus est misericordia, multumque influentiæ & libertatis & redemtionis descendit. Pardes Tr. 23. c. 10.

2. In Schaare Orah sub nomine 8. post Binah hæc habentur: Octavo decadis Sephirothicæ metro ab imis ascendendo

dendo hoc cognomen interdum accommodatur, eò quòd omnis inde manat libertas atque redemtio. Ratio hæc eſt, quia ſeptem Sephiræ inferiores quandoque, ut ita dicam, diſturbatæ reperiuntur, ut omnis quaſi ceſſet influxus juxta Jeſch. 22, 12. Atque hinc, cum peccant homines inferiùs, & Binah influxum benedictionum ſuarum diminuit, in cæteris Sephiris viæ quaſi reperiuntur vacuæ, ita ut iſtæ quaſi contrahantur, & ad Binam eleventur, unde vaſta ruina lugubrisque deſolatio irruit in ſeculum. Sed cum Sephiræ inferiores Gradui Jobel adhærent, ita ut influxum benedictionum ejus in ſe derivent, ſumma paſſim per Orbem libertas diffunditur, atque redemtio, in omnibus Sephiris, & quæcunque à Malchuth, quæ ab iſtis repletur, ulteriùs nutriuntur. Etenim in noviſſimo futura eſt ætas, in qua juſti prudentiæ metrum (quæ venientis ſeculi abdita deſignat) inibunt; quare tunc procul omnis aberit afflictio, atque pœna; quia Redemtor diſperdet peccatores. Atque reſpectu hujus menſuræ, ſpeique noſtræ quod ingreſſuri ſimus in vitam venturi ſeculi, multa ſunt in Lege præcepta tam affirmativa, quam negativa, quorum præmium non eſt niſi in Sephirâ Binah, quæ vocatur mundus, qui venit, atque Jobel, quia tunc in quietem transmutabitur labor, in ſolatium luctus, in lucem tenebræ. Siquidem Binah annexa eſt ſupremarum Sephirarum penetralibus, quæ nulla prorſus inficiuntur caligine, nec ulla unquam mæſtitia languoreque tanguntur; cum nec circa Jobel aliquid ſit noxii, nec principatus, nec angelus, nec aliud quid, ſed jucundæ miſericordiæ habitaculum exiſtat perpetuo. Adverſarii enim illi, qui impedimento ſunt, ne aliquid boni in mundum deveniat, tantum uſque ad Gedulah & Gebhurah pertingunt. Hinc menſura Jobel vocatur *hæreditas ſine anguſtiis.* Et hæc eſt hæreditas Jaacobi, quæ non eſt ut hæreditas Abrahami, vel Jizchak, quæ anguſtiis ſubſunt. Quicunque ergò applicatur ad Sephiram Jobel, Redemtionis fiat particeps. Conf. Jeſch. 58, ỳ. 14.

℣. 14. Sequitur autem ibidem תשובה. Vide & Adonai, & אני.

יום *Dies*. Hoc Nomen absolutè positum ubique pertinet ad Tiphereth ex illa parte, quâ adhæret Gedulæ: & hoc ipsum est quod dicitur Gen. 1, 5. 8. 13. 19. &c. ubi, juxta R. Schimeon ben Jochai, Vespera est Jizchak, & Mane Abraham, &c. Conf. Pard. Tr. 1. c. 2. & sic ubique. Sed in Beschallach ad Jesch. 10, 32. היום dicitur esse Malchuth; quod fortè fit propter He Demonstrativum, quæ est nota manifestationis, & notorietatis. Et in Chaje Sarah ad locum Jirm. 6, 4. dicitur, quod Chesed sit dies; sed non nisi usque ad meridiem: quodque altera pars vocetur Vespera. Item in Vajera hæc extant: Gen. 18, 1. *Cum incalesceret dies*. Fulgebat enim dextra, gradus cui Abraham adhærebat. Ubi tamen etiam applicatur ad Tiphereth: & R. Abba ibidem *diem* ad Jesod refert. Quæ procul dubio fiunt ob voculam היום. Ubique tamen Explicatio *Diei* fundamentalis est in Tiphereth; quippe de quo intelligenda loca Gen. 1, 5. 8. 13. &c. Et quia unum ejus latus est dies, nempe pars Chesedica; hinc cum *Diei* vox etiam applicatur ad Malchuth, sine dubio id propterea fit, quod Ipsa est corolla super caput Viri; ubi locum habet textus Jesch. 30, 26. ita ut Ipsa quoque participet è dextrâ, & hujus causa nomen *diei* gerat. Jesod autem dicitur *dies*, quia corpus & Fœdus habentur pro uno. Sed *Dies Illa* vocatur Malchuth secundum notionem illius occultam, quâ unitur cum notione hujus. Pardes Tr. 23. c. 10. Vid. Sohar Schemini 18, c. 71. Breschith 20. c. 78. Æmor 51. c. 204. Vajechi f. 119. Vajikra f. 44.

יום הכיפורים *Dies expiationum*. R. Moscheh hæc habet: Dies est Binah, Expiationes sunt infra hanc (i. e. Malchuth.) Et illa illuminat hanc sub mysterio torrentium ארנון (quasi dicatur Lux Quinquagenarii) Atque ambæ dicuntur *Dies expiationum* sub mysterio istius Unionis. Et in Sohar Sect. Æmor dicitur: Quod die Expiationum Mater superna lucem demittat

tat in Matronam, atque manifestetur Antiquus; unde Dies Expiationum dicatur numero plurali. Hinc in eo nec cibus sumitur nec potus, quia in mundo venturo Binah, nec comeditur, nec bibitur. Pardes Tr. 23. c. 10. Vid. Sohar Breschith 20. c. 80. Trumah 60. Mischpatim 52. c. 206. Tezavveh 81. c. 323. Vajikra 7. c. 25.

יום טוב *Dies festus.* Vid. Sohar Breschith f. 17. 18. Vajera 72. c. 287. Trumah. 60. c. 239. Tezavveh 81. 82. Æmor 45. 46. c. 183. f. & 49. c. 195. Ki Teze in f. 137. c. 548.

יומם *Interdiu.* In Sohar in historia de Puello, ad locum Exod. 13, 21. hæc vox refertur ad Chesed, quatenus ista continet omnes dies infra se consistentes, eosque illuminat. Conf. Psal. 42, 9. Jirm. 33, 25. Verba sunt hæc: *Dominus ibat ante eos interdiu.* Quis ibat ante eos? Senex supernus, Paterfamilias, ille cui juravit Dominus; i.e. Abraham, &c. Hic Chesed dicitur Senex supernus, ut ostendatur, illam esse caput omnium dierum, unde & meretur dici יומם (quasi diceretur dies in plurali) id est dies Magna & impraegnata & repleta mysterio omnium dierum; qui postquam ab illâ exierunt, ibidem tamen reliquerunt notiones suas: & hæc est una ratio, quare Chesed dicatur יומם; altera est, quia omnes lumen hauriunt ab Eâ. Pardes Tr. 23. c. 10.

יונה *Columba.* Quidam explicat ab opprimendo, ex Lev. 25, 14. Sed absit! Columba enim dicitur Malchuth, quando unita est cum Tiphereth: De quo sic tradit R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim f. 34. c. 1. Cant. 5, 2. *Aperi mihi, &c. Columba mea, dies tertia est, ubi est Vau.* de quo vid. Pard. Tr. 5, c. 2. Et alibi sæpius dicit R. Schimeon, quod columba pertineat inter Aves; non corporeas, sed Aves illæ, quas intelligit, sunt Metatron & Jesod de quibus intelligitur locus Eccl. 10, 20. per Jesod autem fit unio.

2. Sed datur & יונה פותה *Columba stolida.* Hosch. 7, 11. & hæc est חרב היונה Jirm. 46, 16. c. 50, 16. *Gladius depopulator*

pulator vel opprimens; ex phrasi Lev. 25,17. Estque cortex malignus. Vide plura in Sohar Lechlecha 59. c. 236. Chaje Sarah 70. c. 295. Schemoth 6. c. 24. Beschallach 21. c. 83. Vajakhel 87. 88. Pekude 104. 416. Naso 59. c. 235. Balak 95. c. 378. Behaalothecha 73. c. 290. Schlachlecha 79. c. 313.

3. Inter ænigmata rerum naturalium Columbæ nomen nunquam applicatur metallis ipsis, sed naturis ministrantibus & præparantibus. Qui hic naturam *holocausti* intelligit, ille non turtures sumet, sed duos filios columbæ Levit. 1, 14. c. 12, 8. c. 14. 22. Numeres autem vocem בני 62, & binarium columbarum unde vox נוגה 64. quod est nomen quinti inter Planetas, & veram calcabis viam. Aliàs *ne labores ad ditescendum*; *ab intelligentiâ tuâ cessa*. *An facies ut involent oculi tui in illud? Et ipsum non erit. Sed* (discipulus sapientum) *faciendo faciet ipsi alas, & sicut aquila volabit* (ut fiat astrorum mineralium) *cælum*. Prov. 23, 4. 5. Æsch-Mezareph c. 8.

יוסף *Joseph*. Est Jesod, qui gradus hoc nomine vocatur, quia Joseph est thronus ejus; unde in omnibus eidem similis, tam in eo, quod nutrivit totam domum Patris sui; sicut & Jesod nutrit universum mundum: quàm in aliis. Pard. Tr. 23. c. 10. Vid. Sohar Mikhez f. 112. c. 450. Vajechi 118. c. 467. Schlachlecha 77. c. 368.

יועץ *Consiliarius*. R. Schimeon ben Jochai in Sohar Sect. Zav. de hoc nomine sic tradit: יועץ est fluvius ille supernus, qui fluit & non deficit. Et hic consulit omnibus, & irrigat omnia. Hæc ibi. Ubi intelligitur Binah, quæ omnes Sephiras potat, & gubernat. Pardes Tr. 23. c. 10.

יוצר בראשית *Formator ejus quod in principio*. In Schaare Zedek, Justus seu Jesod vocatur hoc nomine, quia ille format omnes formas, quæ effigurantur in Malchuth cum nomen בראשית sit quasi בית Domus principii; vel idem, ac si quis quæreret: quo in loco format ille? & responderetur in principio, seu in loco, qui vocatur principium. Sic ergò hoc nomen

men competeret justo quatenus unitus est cum Malchuth, ipsique largitur facultatem formandi formas. Alii hoc nomen tribuunt Coronæ, quia ista formavit Sapientiam: ita ut יוצר formator idem sit ac מאציל seu emanationis principium, quamvis hæc ratio minus probetur: quia emanatio exprimitur per phrasin creandi juxta Gen. 1, 1. Pardes l. c.

יותרת הכבד *Diaphragma hepatis.* In Raja Mehimna Sect. Pinchas c. 429. de hoc ista traduntur: scribitur Lev. 9. 10. *Pars imminens de hepate:* deinde Exod. 29, 13. Lev. 3, 4. 10. 15. &c. *Pars imminens super hepar.* Postquam enim commisit adulterium (adultera illa Klippah,) elevatur super eum. Est autem Jothereth *de Hepate* Mulier fornicatrix, quæ abit & prodit de Hepate (Cortice masculino) ut seducat mundi incolas, & ipsos exosos reddat, & deserit marem, ut perpetret scortationes, hinc dicitur, *Jothereth de Hepate.* Postquam autem commisit adulterium, insurgit super & adversus eum, unde Jothereth super Hepar vocatur; & juxta Jirm. 3, 3. frontem habens mulieris fornicatricis prævalet marito, qui est Hepar; per iracundiam fellis. Est enim *Mulier contentionis* Prov. 27, 15. quæ imperium arripit super maritum suum. Frons, inquam, mulieris fornicatricis dominatur in Hepar, estque *mulier contentionis & iracundiæ*, Prov. 21, 19. Hæc dicitur Jothereth de Hepate, quia ab Hepate prodit ut depravet totum mundum, & mœchatur cum omnibus. Tunc autem erigit sese adversus maritum impudens hæc fornicatrix cum protervis, atq; sic est super Hepar. Sed & aliunde vocatur יותרת מן הכבד, quia postquam exiit, ut adulterium committat cum omnibus, reliquias dat marito: unde dicitur: Residuũ, de Hepate. In Hepate & de loco qui ipsi imminet (i. e. diaphragmate) prodit fel, qui est gladius Angeli mortis, ex quo destillant guttæ amaræ ad occidendum homines, unde scriptum est Pr. 5, 4. *Et novissimum ejus amarum sicut absynthium.* Et fel istud dependet ab Hepate, & omnes morbi & interitus ab illo dependent. Hæc ibi. Et hæc omnia perspicua sunt: Sicut enim in Sanctitate datur

ba, *filia septem*, i. e. Sephirarum, à quibus alitur, à Binah scil. usq; ad Jesod: Item Beerscheba, fons septem, i.e. harum Sephirarum, quia ab his repletur, ut porrò in inferiora influat. Eodem modo & Binah dicitur Beer-scheba, sed ab influendo, quia in septem infra se positas influit. Duæ igitur hæ Sephiræ, Binah & Malchuth, causa sunt manifestationis Coronæ summæ, & influxus & conservationis omnium Entium. Et huc pertinet illud Genes. 2, 10. *Et fluvius egreditur ex Eden, &c.* quod est Mysterium Binah, quæ prodit è loco Kether per Chochmah, quæ vocatur Razon, *ibid. x. 1a.* Binah autem vocatur, Rechoboth han Nahar, seu dilatationes fluminis *ad irrigandum hortum*, i.e. Malchuth. *Atque abhinc*, nempe à Malchuth sequitur divisio, nam sub Malchuth influxus *dividitur* pro sustentatione omnium creaturarum. Nam usque ad Malchuth est unitas omnimoda; sed sub illa sequitur mysterium הפרוד divisionis. Hæc autem *est in quatuor Capita*, hoc est mysterium 4. turmarum, in quas dividuntur omnia Palatia creaturarum supra & infra, in mundo Angelorum; eodemque modo in cœlis, nec minus in terra, ubi semper occurrit mysterium *quatuor Capitum*. Binah igitur & Malchuth semper sub analogia sunt: & cum Malchuth ab Iisraëlitis rectè disponitur observatione Legis & præceptorum, tunc Binah illustratur & influxum varium in Malchuth demittit, atque tunc omnes mundi incolæ in tranquillitate sunt. Atque huc pertinent benedictiones illæ Lev. 26, 2. sqq. Sed si Iisraëlitæ ordinem disturbant peccatis suis; Binah nihil omninò demittit; unde Sephiræ defectu laborant; & Jesod contrahitur & ad Binah elevatur, Malchuth autem sola manet & arida, unde maledictiones in mundo variæ, de quibus Levit. 26. ℣. 14. sqq. Adeoque propter Iisraëlitas & Malchuth vapulat juxta Proverb. 10, 1. & Jesch. 50, 1. Prov. 19, 26. ubi Pater est Tiphereth. It. Jesch. 57, 1. & Prov. 16, 28. Omne ergò desiderium Malchuth est Binah, & in anno

no Jobel uniuntur perfectè. Liberatio igitur contingit in Malchuth, quæ dicitur Terra. Conf. Lev. 25,24. Et hæ duæ Sephiræ denotantur, quando in Lege reperitur ארני ידוד, ut Chab. 3, 19. Et in hac unione quidem omnia sunt in statu perfectionis: sed duplici tamen via. Nam quandoque præcedit Adonai ut Gen. 15,2. quandoque sequitur idem ut Chab. 3,19. Cùm enim Malchuth exornatur & rectè disponitur observatione Præceptorum, tunc Adonai præmittitur, ut sic ascensus fiat ad Binah: ut docet exemplum Abraham, Genes. 26,5. Item Gen. 21, 33. ubi sensus; hunc iterum plantasse plantas, quas truncaverat Adam primus; & quidem in Beerscheba, Conf. Gen. 17,22. c. 13,18. Et huc pertinet illud majorum: ad locum Dan. 9, 17. Propter Adonai, i.e. propter Abraham, qui primus te vocabat Adonai, &c. Quasi diceret Propheta: Exiguum peto à te; Cum enim peccaret Adam, Schechinah plane auferebatur; cum autem veniret Abraham, eandem in se, suscipiebat, faciebatque thronum Mercavæ juxta Gen. 17,22. Donec Moscheh conficeret ipsi Tabernaculum Exod. 25, 22. & Schlomoh Domum 1. Reg. 8, 13. ubi postmodum ob peccata peregrè iterum abibat decem itineribus. Sed (inquit Daniel) istæ profectiones tantæ non sunt, quam quæ sub Adamo, ubi Schechinæ plene non erat locus fixus: jam enim locum habet fixum, Sanctuarium nempe, à quo quamvis discesserit, tamen nunquam plane dimovetur à loco sanctitatis suæ juxta Psal. 132, 14. & ℣. 13. ubi noteturvox אוה, sicut qui peregrè abest, desiderat videre domesticos suos. Conf. 1. Reg. 8,13. item Sech. 8, 3. & Hosch. 2, 19. Redeat ergò Schechinah ad locum suum, est enim *Sanctuarium tuum*; quamvis *desolatum sit*. Idque propter Patrem illum, qui te vocavit Adon; qui est Abraham, qui univit Malchuth cum Binah, unde incipit ab Adonai, Genes. 15, 2. Hæc ergò regula sit: ubicunque reperitur ארני יהוה, ibi intelligitur rectè disposita esse Schechinah & exornata & unita cum Binah: sed ubi reperitur

ירוד אדני, ibi denotatur influxus à Binah descendens per Sephiras usque ad Malchuth, ùt Chab. 3, 20. Confer Psalm. 85, 12. 13. Schaare Orah Nomine 8. in pr. ubi sequitur בינה.

יהי *Fiat: Sit.* Est in Tiphereth. Sic R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim: יהי מארת Fiant Luminaria. *Vox* מארת *defectiva est, & יהי est Lex Scripta. Ibi enim est Ignis. Sed* מארת *est Lex oralis, &c.* Facit autem mentionem Ignis, quia in יהי involvitur significatio ויהי רע, quæ afflictionem denotat & est in Gebhurah. Refert tamen vocem יהי ad Tiphereth, quia & hîc est Ignis Gebhuræ juxta Deut. 33, 2. Nec dubium est, quin hoc in Nomine subinnuatur mysterium sinistræ & dextræ: Sinistra enim est He ante Jod, ut הִי ex אלהים, quæ est Fœmina: dextra autem Jod ante He, ut יָה, qui est masculus misericordia. Et cum dextra atque sinistra combinantur, oritur mysticum illud יְהִי. Pardes Tr. 23. c. 10.

יובל *Annus Jubilæus.* Est Binah: quæ ita vocatur, quia continet 50. annos, sub mysterio 50. portarum. Et ipsa est annus quinquagesimus, Porta sc. illa, quæ occulta fuit Mosi, juxta Psal. 8, 6. ubi loco מעט lege מ״ט 49, &c. Hæc autem dimensio tunc sic vocatur, quando lucet per 50. portas, & effundit multum influentiæ atque boni, quasi ex significatione יובל Jirm. 17, 8. i. e. *fluvii.* Cum autem Moscheh veniret ad portam quinquagesimam, quâ Binah unitur cum Chochmah, ad illum dicebatur: שתוק כך עלה במחשבה Sile, sic ascendit in Cogitationem: Ubi כך est 40, & silentium gradus Chochmah denotat; 10. quæ sunt quinquaginta, quasi diceretur: Porta quinquagesima ascendit in Chochmah. Et hanc ob causam non adeptus est eam. Quando ergò & quatenus hæc porta adhæret Sapientiæ, Binah dicitur Jobel, atque tunc totus mundus plenus est misericordia, multumque influentiæ & libertatis & redemtionis descendit. Pardes Tr. 23. c. 10.

2. In Schaare Orah sub nomine 8. post Binah hæc habentur: Octavo decadis Sephirothicæ metro ab imis ascendendo

dendo hoc cognomen interdum accommodatur, eò quòd omnis inde manat libertas atque redemtio. Ratio hæc est, quia septem Sephiræ inferiores quandoque, ut ita dicam, disturbatæ reperiuntur, ut omnis quasi cesset influxus juxta Jesch. 22, 12. Atque hinc, cum peccant homines inferiùs, & Binah influxum benedictionum suarum diminuit, in cæteris Sephiris viæ quasi reperiuntur vacuæ, ita ut istæ quasi contrahantur, & ad Binam eleventur, unde vasta ruina lugubrisque desolatio irruit in seculum. Sed cum Sephiræ inferiores Gradui Jobel adhærent, ita ut influxum benedictionum ejus in se derivent, summa passim per Orbem libertas diffunditur, atque redemtio, in omnibus Sephiris, & quæcunque à Malchuth, quæ ab istis repletur, ulteriùs nutriuntur. Etenim in novissimo futura est ætas, in qua justi prudentiæ metrum (quæ venientis seculi abdita designat) inibunt; quare tunc procul omnis aberit afflictio, atque pœna; quia Redemtor disperdet peccatores. Atque respectu hujus mensuræ, speique nostræ quod ingressuri simus in vitam venturi seculi, multa sunt in Lege præcepta tam affirmativa, quam negativa, quorum præmium non est nisi in Sephirâ Binah, quæ vocatur mundus, qui venit, atque Jobel, quia tunc in quietem transmutabitur labor, in solatium luctus, in lucem tenebræ. Siquidem Binah annexa est supremarum Sephirarum penetralibus, quæ nulla prorsus inficiuntur caligine, nec ulla unquam mæstitia languoreque tanguntur; cum nec circa Jobel aliquid sit noxii, nec principatus, nec angelus, nec aliud quid, sed jucundæ misericordiæ habitaculum existat perpetuo. Adversarii enim illi, qui impedimento sunt, ne aliquid boni in mundum deveniat, tantum usque ad Gedulah & Gebhurah pertingunt. Hinc mensura Jobel vocatur *hæreditas sine angustiis.* Et hæc est hæreditas Jaacobi, quæ non est ut hæreditas Abrahami, vel Jizchak, quæ angustiis subsunt. Quicunque ergò applicatur ad Sephiram Jobel, Redemtionis fiat particeps. Conf. Jesch. 58, ℣. 14.

ỿ. 14. Sequitur autem ibidem תשובה. Vide & Adonai, & אני.

יום *Dies*. Hoc Nomen absolutè positum ubique pertinet ad Tiphereth ex illa parte, quâ adhæret Gedulæ: & hoc ipsum est quod dicitur Gen. 1, 5. 8. 13. 19. &c. ubi, juxta R. Schimeon ben Jochai, Vespera est Jizchak, & Mane Abraham, &c. Conf. Pard. Tr. 1. c. 2. & sic ubique. Sed in Beschallach ad Jesch. 10, 32. היום dicitur esse Malchuth; quod fortè fit propter He Demonstrativum, quæ est nota manifestationis, & notorietatis. Et in Chaje Sarah ad locum Jirm. 6, 4. dicitur, quod Chesed sit dies; sed non nisi usque ad meridiem: quodque altera pars vocetur Vespera. Item in Vajera hæc extant: Gen. 18, 1. *Cum incalesceret dies.* Fulgebat enim dextra, gradus cui Abraham adhærebat. Ubi tamen etiam applicatur ad Tiphereth: & R. Abba ibidem *diem* ad Jesod refert. Quæ procul dubio fiunt ob voculam חום. Ubique tamen Explicatio *Diei* fundamentalis est in Tiphereth; quippe de quo intelligenda loca Gen. 1, 5. 8. 13. &c. Et quia unum ejus latus est dies, nempe pars Chesedica; hinc cum *Diei* vox etiam applicatur ad Malchuth, sine dubio id propterea fit, quod Ipsa est corolla super caput Viri; ubi locum habet textus Jesch. 30, 26. ita ut Ipsa quoque participet è dextrâ, & hujus causa nomen *diei* gerat. Jesod autem dicitur *dies*, quia corpus & Fœdus habentur pro uno. Sed *Dies Illa* vocatur Malchuth secundum notionem illius occultam, quâ unitur cum notione hujus. Pardes Tr. 23. c. 10. Vid. Sohar Schemini 18, c. 71. Breschith 20. c. 78. Æmor 51. c. 204. Vajechi f. 119. Vajikra f. 44.

יום הכיפורים *Dies expiationum*. R. Moscheh hæc habet: Dies est Binah, Expiationes sunt infra hanc (i. e. Malchuth.) Et illa illuminat hanc sub mysterio torrentium ארגון (quasi dicatur Lux Quinquagenarii) Atque ambæ dicuntur *Dies expiationum* sub mysterio istius Unionis. Et in Sohar Sect. Æmor dicitur: Quod die Expiationum Mater superna lucem demittat

tat in Matronam, atque manifestetur Antiquus; unde Dies Expiationum dicatur numero plurali. Hinc in eo nec cibus sumitur nec potus, quia in mundo venturo Binah, nec comeditur, nec bibitur. Pardes Tr. 23. c. 10. Vid. Sohar Breschith 20. c. 80. Trumah 60. Mischpatim 52. c. 206. Tezavveh 81. c. 323. Vajikra 7. c. 25.

יום טוב *Dies festus*. Vid. Sohar Breschith f. 17. 18. Vajera 72. c. 287. Trumah. 60. c. 239. Tezavveh 81. 82. Æmor 45. 46. c. 183. f. & 49. c. 195. Ki Teze in f. 137. c. 548.

יומם *Interdiu.* In Sohar in historia de Puello, ad locum Exod. 13, 21. hæc vox refertur ad Chesed, quatenus ista continet omnes dies infra se consistentes, eosque illuminat. Conf. Psal. 42, 9. Jirm. 33, 25. Verba sunt hæc: *Dominus ibat ante eos interdiu.* Quis ibat ante eos? Senex supernus, Paterfamilias, ille cui juravit Dominus; i. e. Abraham, &c. Hic Chesed dicitur Senex supernus, ut ostendatur, illam esse caput omnium dierum, unde & meretur dici יומם (quasi diceretur dies in plurali) id est dies Magna & imprægnata & repleta mysterio omnium dierum; qui postquam ab illâ exierunt, ibidem tamen reliquerunt notiones suas: & hæc est una ratio, quare Chesed dicatur יומם; altera est, quia omnes lumen hauriunt ab Eâ. Pardes Tr. 23. c. 10.

יונה *Columba*. Quidam explicat ab opprimendo, ex Lev. 25, 14. Sed absit! Columba enim dicitur Malchuth, quando unita est cum Tiphereth: De quo sic tradit R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim f. 34. c. 1. Cant. 5, 2. *Aperi mihi, &c. Columba mea, dies tertia est, ubi est Vav.* de quo vid. Pard. Tr. 5, c. 2. Et alibi sæpius dicit R. Schimeon, quod columba pertineat inter Aves; non corporeas, sed Aves illæ, quas intelligit, sunt Metatron & Jesod de quibus intelligitur locus Eccl. 10, 20. per Jesod autem fit unio.

2. Sed datur & יונה פותה *Columba stolida*. Hosch. 7, 11. & hæc est חרב היונה Jirm. 46, 16. c. 50, 16. *Gladius depopulator*

pulator vel opprimens; ex phrasi Lev. 25, 17. Estque cortex malignus. Vide plura in Sohar Lechlecha 59. c. 236. Chaje Sarah 70. c. 295. Schemoth 6. c. 24. Beschallach 21. c. 83. Vajakhel 87. 88. Pekude 104. 416. Naso 59. c. 235. Balak 95. c. 378. Behaalothecha 73. c. 290. Schlachlecha 79. c. 313.

3. Inter ænigmata rerum naturalium Columbæ nomen nunquam applicatur metallis ipsis, sed naturis ministrantibus & præparantibus. Qui hic naturam *holocausti* intelligit, ille non turtures sumet, sed duos filios columbæ Levit. 1, 14. c. 12, 8. c. 14. 22. Numeres autem vocem בני 62, & binarium columbarum unde vox נוגה 64. quod est nomen quinti inter Planetas, & veram calcabis viam. Aliàs *ne labores ad ditescendum; ab intelligentiâ tuâ cessa. An facies ut involent oculi tui in illud? Et ipsum non erit. Sed* (discipulus sapientum) *faciendo faciet ipsi alas, & sicut aquila volabit* (ut fiat astrorum mineralium) *cælum.* Prov. 23, 4. 5. Æsch-Mezareph c. 8.

יוסף *Joseph.* Est Jesod, qui gradus hoc nomine vocatur, quia Joseph est thronus ejus; unde in omnibus eidem similis, tam in eo, quod nutrivit totam domum Patris sui; sicut & Jesod nutrit universum mundum: quàm in aliis. Pard. Tr. 23. c. 10. Vid. Sohar Mikhez f. 112. c. 450. Vajechi 118. c. 467. Schlachlecha 77. c. 368.

יועץ *Consiliarius.* R. Schimeon ben Jochai in Sohar Sect. Zav. de hoc nomine sic tradit: יועץ est fluvius ille supernus, qui fluit & non deficit. Et hic consulit omnibus, & irrigat omnia. Hæc ibi. Ubi intelligitur Binah, quæ omnes Sephiras potat, & gubernat. Pardes Tr. 23. c. 10.

יוצר בראשית *Formator ejus quod in principio.* In Schaare Zedek, Justus seu Jesod vocatur hoc nomine, quia ille format omnes formas, quæ effigurantur in Malchuth cum nomen בראשית sit quasi בית ראש Domus principii; vel idem, ac si quis quæreret: quo in loco format ille? & responderetur in principio, seu in loco, qui vocatur principium. Sic ergò hoc nomen

men competeret justo quatenus unitus est cum Malchuth, ipsique largitur facultatem formandi formas. Alii hoc nomen tribuunt Coronæ, quia ista formavit Sapientiam: ita ut יוצר formator idem sit ac מאציל seu emanationis principium, quamvis hæc ratio minus probetur: quia emanatio exprimitur per phrasin creandi juxta Gen. 1, 1. Pardes l. c.

יותרת הכבד *Diaphragma hepatis.* In Raja Mehimna Sect. Pinchas c. 429. de hoc ista traduntur: scribitur Lev. 9. 10. *Pars imminens de hepate:* deinde Exod. 29, 13. Lev. 3, 4. 10. 15. &c. *Pars imminens super hepar.* Postquam enim commisit adulterium (adultera illa Klippah,) elevatur super eum. Est autem Jothereth *de Hepate* Mulier fornicatrix, quæ abit & prodit de Hepate (Cortice masculino) ut seducat mundi incolas, & ipsos exosos reddat, & deserit marem, ut perpetret scortationes, hinc dicitur, *Jothereth de Hepate.* Postquam autem commisit adulterium, insurgit super & adversus eum, unde Jothereth super Hepar vocatur; & juxta Jirm. 3, 3. frontem habens mulieris fornicatricis prævalet marito, qui est Hepar; per iracundiam fellis. Est enim *Mulier contentionis* Prov. 27, 15. quæ imperium arripit super maritum suum. Frons, inquam, mulieris fornicatricis dominatur in Hepar, estque *mulier contentionis & iracundiæ,* Prov. 21, 19. Hæc dicitur Jothereth de Hepate, quia ab Hepate prodit ut depravet totum mundum, & mœchatur cum omnibus. Tunc autem erigit sese adversus maritum impudens hæc fornicatrix cum protervis, atq; sic est super Hepar. Sed & aliunde vocatur יותרת מן הכבד, quia postquam exiit, ut adulterium committat cum omnibus, reliquias dat marito: unde dicitur: Residuũ, de Hepate. In Hepate & de loco qui ipsi imminet (i. e. diaphragmate) prodit fel, qui est gladius Angeli mortis, ex quo destillant guttæ amaræ ad occidendum homines, unde scriptum est Pr. 5, 4. *Et novissimum ejus amarum sicut absynthium.* Et fel istud dependet ab Hepate, & omnes morbi & interitus ab illo dependent. Hæc ibi. Et hæc omnia perspicua sunt: Sicut enim in Sanctitate datur

masculus & fœmina; sic & in parte impuritatis. Et Hepar est masculus (Samaël) Diaphragma fœmina (Lilith,) Pardes Tr. 23. c. 10. Vide Sohar Pinchas 105. 106. 108. c. 429.

יחוד *Unitas*; Dependet à Tiphereth. Fundamentum enim unitatis est Tiphereth cum Malchuth; & per hos omnes Sephiræ uniuntur. Unde Unitatis vox nude posita subindicat gradum Tiphereth solum cum Malchuth: per quos uniuntur omnia. Pardes l.c.

יין ***Vinum.*** Hæc vox absolutè posita refertur ad Gebhurah. Sed si album intelligitur inclinare censeatur ad Chesed, cum rubrum sit vis Gebhuræ. Dicitur autem ***bonum***, quando miscetur aquis; subintelligendo aquas Chesed, unde Bonum provenit, ut dictum sub טוב. Datur tamen &

2. יין המשומר בענביו ***Vinum asservatum in uvis suis à sextiduo creationis.*** Nam in Binah est Vinum, & quando hoc effunditur super sex dies structuræ, tunc dicitur ***Vinum asservatum in uvis.*** Sed vox משומר duplicem admittit interpretationem; vel enim sic dicitur à שמרים seu fæcibus, unde de vino dici solet, quod defæcatum quiescat super fæcibus suis. Nam ***faces vini*** se habent ut ***scoriæ auri***; quod est latus Caliginis infernalis. Cumque hoc vinum adhuc supra est in Binah, nondum sanè defæcatum est; quia fieri potest ut demittatur per Gebhuram: atque tum acerbum est, & admixtione melioris opus habet. Cum autem jam defluxit in inferiora ex uvis suis, tunc bonum est per se, quia defæcatum est. Aliter verò משומר sensum habet asservandi & custodiendi, quod ibi asservetur citra omnem admixtionem judicii rigorosi. Et utramque hanc explicationem tradit R. Schimeon ben Jochai in Cantico Canticorum. Sed R. Moscheh hoc nomen ***Vini asservati in uvis***, refert ad Chochmah. Quidam Cabbalistarum hoc idem nomen etiam referunt ad Malchuth, quod rubrum est juxta Deut. 32, 14. & asservatur in Jesod. Sed vera interpretatio est quam adduximus ex autoritate R. Schim. b. J. Porrò etiam datur

3. יין

3. יין חי *Vinum merum, recens;* quod pertinet ad Binah, quatenus unitur cum Chochmah, ut diximus ſub חביר Aliter hoc nomen refertur ad Jeſod, qui dicitur vivus. Ambas autem has explicationes tradit R. Schimeon ben Jochai in Raja Mehimna. Nam *Sapientia vivificat eum, qui poſsidet ipſam.* Eccl. 7, 12. Et Jeſod dicitur El-chai, quatenus influxum aſſugit à Binah exiſtente in unione cum Chochmah. A tribus his defluit Vita in Animal illud, quod ſub Deo Iiſraël. Jecheſ. 10, 20. Pard. Tr. 23. c. 10. Vid. Soh. Sect. Noach 54. c. 216. Lech-lecha 61. c. 244. & Toledoth 81. c. 321. Vajikra 5, c. 19. Schemini 17. c. 67. Æmor 46. c. 182. fol. 48. 192. Pinchas 114. c. 454. Debharim 123. c. 491.

יכין *Jachin.* Eſt Nomen columnæ dextræ, quam fecit Schlomoh in Sanctuario; & correſpondebat Menſuræ Nezach. Nezach autem hoc nomine gaudet, quia per illam firmatur Malchuth; in quo conſentiunt omnes Interpretes. Quorum fortè hæc eſt intentio, quod per illam demittatur filum Cheſed ſuper Malchuth; per quod ornatur ſponſa ut pulchra ſit & deſiderabilis in oculis mariti ſui. Quæritur autem, quare non vocata ſit מכין *firmans* tempore præſenti; ſed יכין futuro tempore, quaſi *firmatura?* Nempe ſenſus eſt, quod ultra firmamentum præſens adhuc ulterius ſit firmatura; quaſi diceret: quamvis jam firmet, tamen ulterius quoque perenne contribuet robur: hæc ex mente Interpretum. Sed mihi videtur intendi Redemtio; Cujus initium erit à Nezach. Nam ſic & R. Schimeon ben Jochai dicit, initium Redemtionis eſſe ab Aurora, deinde ſecuturum diluculum; ubi per auroram intelligitur Nezach. Et quia Schlomoh ſciebat, templum dirutum iri, hinc iſtam collocabat columnam, quam vocabit Jachin: quaſi diceret: Eriget & Aptabit domum, & adjuvabit redemptionem. Pard. Tr. 23. c. 10.

2. In Sch. Orah de hoc nominè habentur ſequentia: Reſpectu Nezach, cui eſt Nomē יהוה צבאות Schlomoh fecit columnā

 dextram,

dextram, quam appellavit Jachin. Et qui novit mysterium duarum columnarum, quæ sunt Jachin & Boas, intelliget, quomodo devolent Neschamoth seu Mentes, & Ruchoth seu Spiritus, & Nephaschoth seu animæ per El-chai, & Adonai per influxum duarum istarum columnarum. Hinc dicitur 1. Reg. 7, 15. de duabus columnis; ℣. 16. de duobus capitellis: & ℣. 17. de trabeationibus. Ubi per *columnas* Nezach & Hod; per *Capitella* Gedulah & Gebhurah; & per *trabeationes* Chochmah & Binah intelliguntur. Et per duas has columnas & per El-chai Mentes & Spiritus & animæ devolant, tanquam per meatus & canales suos. Et per columnam hanc, Jachin, ædificabitur & erigetur Urbs Zijon, Jeruschalaim; juxta Psal. 60, 11. ubi si intelliges tres illas voces תכין בטובתיך לעני *Parabis in bonitate tua pauperem;* scies, quomodo Nezach præparet & demittat beneficia in El-chai; ut omnem influentiam atque benedictionem effundat in Malchuth, quæ vacua est, ad instar pauperis, qui nihil habet. Et huc pertinet locus Gen. 1, 9. Scito autem, dispositionem omnium formarum & effigurationem omnium informium esse ab hoc loco; ut tota Aziluth uniatur cum Adonai. Omnia etiam membra hominis ab hoc loco accipiunt formam dispositionis suæ, hinc Deut. 32, 6. dicitur: *Ipse fecit te,* ויכוננך *& formavit te.* Sch. Or. sub Nom. 3. & 4. post נצחים, sequitur conclusio.

ילדים *Pueri.* Sic vocantur Nezach & Hod in Sohar Sect. Vajischlach; & quidem ob mysterium Cherubim, quorum facies sunt ut puerorum. Pardes Tr. 23. c. 10.

ילל *Ejulatus.* Refertur ad Malchuth, quando est sub viribus judicii & Exteriorum, qui exsuscitant fletum. Atque hinc derivatur Nomen לילית & לילין Strygis & Lemurum; quæ omnia tamen à לילה nox; qua denotatur judicium. Pardes l. c.

ים *Mare.* Duæ Sephiroth sic vocantur. Et primò quidem Binah; quæ vocatur Mare, quando lucem demittit in 50. portas

portas & infra: & Ceti magni in eâ huc illuc vadunt, qui sunt Tiphereth & Justus, qui ambo habentur pro Uno, cui nomen est Leviathan, decumbens in mari isto. (Conf. Jech. 29, 3.) Magna tamen est differentia inter Nomina Jobel, & Mare, quamvis ambo pertineant ad Binah, & 50. portas ejus. Nam in ים Jod est Chochmah, & Mem est Binah. Et cum Binah vocatur ים *Mare*, id ostendit, quod etiam Chochmah manifestatur per 50. portas ejus. Differentia quoque est inter ים & מי, quamvis ambo ad idem referantur. Nam מי *Quis* est occultum quid & propterea Binah retrotrahitur in Chochmah, ut appareat, illam occultari in Chochmah, & non influere. ים verò seu *Mare* contrarium præ se fert, ostenditque, quod Chochmah sit in Binah ad influendum. Sed

2. Et Malchuth vocatur Mare, ut ostendatur illam esse amplam, aquisque repletam, quas in se recepit. Sed tunc saltem vocatur ים *Mare*, quando influxum recipit à Chochmah sicut traditur in Sohar Sect. behaalotecha, his verbis: *Mare vocatur, quando illuminatur luce Patris.* Quod quamvis fiat, tamen Maris nomen non competit ipsi, nisi respectu gradûs sui infimi; ut patet è Sohar. Eadem quoque dicitur

ים סוף *Mare Suph*; quia est סוף finis omnium graduum; quod adhuc inferius quid denotat, quam mare simpliciter. Quandoque etiam dicitur

ים המלח *Mare salsum*; Ob mysterium judicii, quod propinquum admodum est notioni ejus infimæ. Et si quis accuratè observet naturam Throni, apparebit, quod hic locum habeat notio Briah, sub qua est *fundus Maris*; quod est flagellum malum, pro cædendis impiis. Sed in Sohar Sect. Vajechi, contrarium asseri videtur, cum Malchuth dicitur vocari *Mare salsum*, quando assugit influxum à Jesod, qui vocatur Fœdus Salis; per quod mitigatur judicium; quia Sal saporem conciliat amaro & insipido. Sed hæc ita conciliari possunt, si distinctio fiat inter salsum vel magis vel minùs tale. Unde si

in

in Nomine *Maris salsi* parum salis concipiatur, subintelligetur Jesod, quo mitigetur judicium per Sal Justi; Sicut communiter per Sal saporosum reddi solet amarum & insipidum. Si autem concipiatur sal copiosus, subindicatur judicium & rigor ejus, sicut sale aduri solent edulia. Vel etiam dici potest, Nomen *Maris salsi* semper denotare judicium: quia nisi aquæ amaræ essent, non opus haberent sale: & quamvis sale condiantur, tamen in iis permanet vis judicii, quod omninò subverti nequit. Et cum his concordat textus quidam in Sohar Sect. Vajechi; ubi dicitur: Quare Sal? quia mitigat & temperat amarorem ut sapidior fiat. Nisi enim foret Sal, mundus amarorem sufferre non posset. Hinc Scriptum est Jesch. 26, 9. *Nam quando judicia tua in terra, justitiam didicerunt habitatores orbis.* Ubi Sal non dicitur planè tollere saporem amaroris judicii, sed ut mundani illum queant tolerare. Eadem quoque dicitur

ים האחרון *Mare ultimum*, cui opponitur ים הקדמוני *Mare primum*, quod est Binah, quæ sic vocatur ob unionem Coronæ cum Chochmah & Binah. Malchuth autem vocatur mare ultimum, quando Sephiræ ipsâ superiores sunt maria, inter quæ ipsa ultimum habet locum. Sunt autem 7. maria, septem Sephiroth, atque tunc influxus atque benedictio est in mundo. Hinc Malchuth etiam vocatur

ים כנרת *Mare Chinnereth*; Ob mysterium coloris cærulei, qui denotat judicium, quod ab ipsâ prodit. Imò ipsa quoque Malchuth vocatur

ימים *Maria* in plurali; quia in se continet septem maria, prout dicitur in Tikkunim. Et in Sect. Vajechi dicitur, quod notiones Malchuth sint multæ, prout variant operationes ejus. Dantur enim aquæ dulces, & salsæ, & amaræ; & omnium harum dantur *maria*; quæ sunt notiones Malchuth. Pardes Tr. 23. c. 10.

2. In Schaare Orah sub Nomine 1. post באר שבע de hac voce hæc habentur: Maris Cognomen sæpiùs nomini Divino Adonai adaptatur; quia in id ipsum (veluti in Mare flumina) omnes species stagnorum & influxus (vid. ברכה) & emanationis collabuntur, juxta illud: *Omnia flumina intrant in mare.* Eccl. 1,7. Mare enim non contentam aquam, sed continentem alveum insinuat, juxta illud: ***Sicut aquæ operientes mare.*** Jesch. 11,9. & illud: ***Congregationem aquarum vocavit mare:*** Gen. 1, 10. receptaculum ergo aquarum mare dicitur. De hoc autem mari multiformes angelorum creantur turmæ, variaque genera; alia, quæ in undis, quas mare complectitur, moventur, quæque omnia currus sunt & exercitus superni, juxta illud quod David enunciat: Psal. 104, 25. ***Hoc,*** inquiens, ***mare magnum & spatiosum*** manibus, ***illic reptilium innumera, animalia pusilla cum magnis.*** In eo insuper vasta navium nautarumque multitudo, plurimaque vexilla in capite mali extensa, multiplices gurgites, & quæ hujus sunt generis, quibus mare ipsum sine intervallo fluctuat, juxta illud: ***Ibi naves pertranseunt***, ib. ℣.26. In hujus autem maris latere alius quidam situatur locus, qui vocatur ים סוף Mare Suph, quod quidem limitibus illius terræ vicinum existit, quam indicat Mensura Adonai: unde judicium super Ægyptios irruit, quo impetu & id, quod inferius mare rubrum est, eos operuit, juxta illud Exod. 14, 25. ***Tetragrammaton enim pugnat pro eis in Ægyptum.*** Sic pariter rerum latentium sapientes eandem mensuram Adonai vocant ים חכמה Mare Sapientiæ; cum cujusvis Sapientiæ ac emanationis, & eorum, quæ de supernâ manant sapientiâ, hoc extet receptaculum, è cujus fonte omnes quidem Sapientiæ participes Sapientiam hauriunt: Eandem mensuram Regi Salomoni tradidit Altissimus, ut scribitur; 1.Reg.4,29. ***Et Deus dedit Sapientiam Salomoni:*** is enim cum hujus Sapientiæ intrasset Mare, effulgebat in eo virtus, quâ omnem, tam in superis quam imis, hierarchiarum ordinem calluit, ac nihil, quod ipsum la-

tuerit prorsus erat. Et vigore nominis Adonai super solium sedebat Altissimi, quo supera cum imis sui regni potestati subegit; quia Eum Dei afflavit sapientia ad agendum justitiam. Schaare Orah sub Adonai. Connectitur cum כל.

3. Vide plura de Mari in Soh. Sect. Vajechi 126. c. 499. Vaæra 13. c. 50. 52. Achare 26. c. 103. f. 29. c. 116. Behaalothecha 71. c. 284. Schlachlecha 78. c. 310. f. 81. c. 323. Pinchas 99. c. 395. f. 135. c. 540. Bo 19. c. 73. Trumah 72. c. 285. Breschith f. 10.

ימי קדם *Dies priores*. ימי עולם *Dies Mundi vel seculi*. In Sohar Sect. Vajikra, Dies priores referuntur ad Antiquum Sanctum occultissimum omnium occultorum. Sed dies mundi, ad Seir Anpin. Porrò dantur &

ימי רעה *Dies mali*, Eccl. 12, 1. De quibus in Sohar Sect. Mikkez, quod sicut in dextra & Sanctitate sunt dies, ita quoque dies sint in sinistra, qui dicuntur *Dies famis*, *Dies mali*, Dies, qui non delectant. Pardes Tr. 23. c. 10.

ימים *Dies*. Hic quoque aliquid dicendum est de Diebus septimanæ, eorumque ordine, quem in supernis habent, secundum Interpretes. quidam enim sic eos enumerant, ut primus sit Gedulah, secundus Gebhurah; tertius Tiphereth; quartus Nezach; quintus Hod; sextus Jesod; & Sabbathum, Malchuth. Et hæc est via ordinaria & simplex, juxta plerosque Interpretes. Sed in Libro Meirath Enajim alius proponitur modus; qui etiam probatur à Schem Tobh; nec minus ascribitur Rambano; & quidem hic, ut dies primus sit Tiphereth; 2. Malchuth; 3. Gedulah; 4. Gebhurah; 5. Nezach; 6. Hod; & Sabbathum Jesod. Hæc tamen opinio multas ob rationes approbari nequit. Sed in Tikkunim R. Schimeon ben Jochai, Dies sic enumerat: 1. Chesed; 2. Gebhurah; 3. Tiphereth; 4. Jesod; 5. & 6. Nezach & Hod; Nox Schechinah, quæ etiam est nox Sabbathina. Ubi jam alibi notavimus, quare Nezach & Hod non distinguantur, ut dies 5. sit Nezach, & 6.

& 6. Hod; sed in genere dicatur 5. & 6. sunt Nezach & Hod: quia dies quintus, qui est dies judicii, ad Nezach, ubi misericordia, non quadrat. Hic autem circa diem quartum hoc addimus; quod Tiphereth & Malchuth ceu duæ personæ creati sint, ita ut dies tertius fuerit Tiphereth, & quartus mensuræ Malchuth. Sic enim & R. Schimeon ben Jochai sæpiùs in Sohar tradit. Jam ergò dies 1. est Chesed, 2. Gebhurah; atque hinc in illo creata est gehenna: dies 3. Tiphereth; unde bis in eo repetitur vox *Boni*; primò pro Gebhurâ, & secundò pro ipso. Dies quartus autem fuerat Malchuth: Et quia in media Copulâ querelas instituerat, & diminuta & scabellum pedum ejus facta fuit, locum ejus sortitus est Jesod, quia corpus & fædus habentur pro uno. Et hæc est prima notio Jesod. Vel duabus notionibus Nezach & Hod dati sunt dies quartus & quintus; & sextum accepit Jesod, cui adhæsit Malchuth, ut denotat ה diei הששי *Sextæ*, Gen. 1, 31. Et sic Ipsa permansit Scabellum pedum ejus, & metrum Noctis. Dies Sabbathi autem dividitur inter Jesod & Malchuth. Vide tit. שבת Pardes Tr. 23. c. 10.

ימין *Dextra.* Hæc vox nudè posita refertur ad Chesed. Tria autem sunt dextra, nempe Chochmah, Chesed, & Nezach. Ubi non intelligitur situs dextri propriè dictus; sed quod illæ naturæ meliores, & ad benefaciendum paratiores sint, quàm oppositæ. Unde dixerunt Majores nostri: *Dextra sunt, quæ respiciunt bene facta, sinistra, quæ debita.* Quicquid igitur pertinet ad materiam peccati & quocunque modo illuc pertinet, sinistrum; & quicquid ad materiam rectè actorum spectat, dextrum vocatur; unde omnia dividuntur in judicium & dilectionem; quibus subordinantur malè & benè actum. Pardes Tr. 23. c. 10. Vid. in Sohar Mischpatim 44. c. 176.

יניקה *Suctio.* Vid. נוקבה n. 8. & ניצוצות 22.

יסוד *Fundamentum.* Omnes Interpretes Sephiram no-

nam propterea appellari hoc nomine dicunt, quod sit fundamentum ־־ Malchuth. Spiritualia enim corporalium contrarium obtinent; & cum corporalium fundamentum sit infra, in spiritualibus fundamentum est supra: Malchuth igitur quoad appetitum & desiderium suum ascendendi in isto gradu stabilitur, & per illum sustentatur. Fortè autem fundamentum tunc vocatur, cum residet & alit omnia à Cornibus Orygis, usq; ad lendes: tunc enim fundamentum est omniũ mundorum, & omnia ab eo nutriuntur, ad extremum usque punctum. Et in Sohar Sect. Noach indicium est, illum gradum propterea sic vocari, quia Malchuth nec influxum habet, nec vitam, nisi per illum; & si fortè subest ratio, ut hæc ejus notio cesset, status Malchuth insigniter diminuitur. Pardes Tr. 23. c. 10.

2. יסוד *Fundamentum*. In personis denotat membrum genitale utriusque sexus. Vid. 2. מלכים. מות. 5. כלים. טנתא. וק ניצוצות 15. 25.

3. Quemadmodum domum jactum sustinet fundamentum, sic & mensura Adonai, metro Jesod fulcitur, quia Adonai nec influxum habet, nec stabilitatem, nisi super Jesod, quod dicitur El-chai. Hinc in Gemarâ Tract. Chagigah proferunt sapientes: Mundus super quo consistit? super unica columna, cui nomen est Zaddik justus, ut dictum est Prov. 10, 25. *Justus fundamentum est mundi.* Considerare autem oportet, fundamenta non omnia esse æqualia: Datur enim fundamentum, quod locum obtinet superiorem, ipsa verò structura infra est, aliud ædificii obtinet medium, aliud in imo subsistens fabricam statuit supra se. Hinc dicitur trinum dari mundum, superiorem, medium, & inferiorem, cui innititur illud: Inferiora, secunda, tertia facies, & altum in alto, in medio medium, infra infimum: Cujus mysterium est Cholem, Schurek, Chirek. Convenit & huic illud priscorum: Considera (inquiunt) non talem esse Altissimi dimensionem, qualis carnis & sanguinis

nis est Mensura: hujus enim moles supereminet, ipsum verò sustentaculum & basis substat; Altissimus autem in sublimi residet, onus vero pendet deorsum, ut scribitur Jesch. 57, 15. *Sic dicit Dominus excelsus & sublimis.* Mensuram igitur Adonai veluti constructam domum fert fundamentum, quod El-chai vocatur. Quapropter pervolare semper Adonai ad Mensuram El-chai continua æstuat cupidine. Nec est quod mireris, cum & in hoc mundo sensibiliter percepta id ipsum similitudine insinuent: trahit namque Magnes super positus inferius locatum ferrum, idemque ignis, aër, aqua perlucidè monstrant. Schaare Orah sub El-chai, post מקור מים חיים. Sequiturque ibidem צדיק.

4. In naturalibus Jesod sub se continet argentum vivum; quia hoc est fundamentum totius artis transmutatoriæ. Et sicut Nomen אל subindicat naturam *argenti*, quia ambo pertinent ad classem Chesed; (hìc autem ad Chesed inferiorem Jesod,) ita nomen אל חי, idem quasi est ac כסף חי *argentum vivum.* Atque sic כוכב stella quod est nomen Planetæ cui hæc materia subest cum tota voce est 49, qui idem est Numerus אל חי. Sed memento non omne argentum vivum ad laborem tuum conducere; quia differunt ut linum & byssus, vel sericum; frustra autem linum præparabis, ut accipiat tenuitatem & splendorem byssi. Suntque qui putant hoc esse signum Aquæ hujus legitimæ, si cum auro mixta statim effervescat: Sed & solutio argenti vivi communis per plumbum præcipitata hoc præstat: & quid efficiet? Ego enim dico tibi, non aliud veri argenti vivi dari signum, quam hoc, quod in debito calore cuticulam induit, quæ purum putum aurum est, idque parvo temporis spatio, imò una nocte. Hoc est illud, quod non sine mysterio vocatur כוכב stella; quia juxta Kabbalam naturalem Num. 24, 17. *E* (metallo) *Jaacob incedit stella*, vel in plano, figuræ *virgarum* & ramorum *exurgunt*; & ab hac stellâ fluit influentia hæc, de qua loquimur. Hoc argentnm vivum in

Gemara, Tr. Gittin cap. 7. f. 69, b. vocatur אספירכא quasi diceretur Aqua Sphærica, quia è Sphærâ mundana profluit. Et Gen. 36, 39. dicitur מהיטבאל quasi מֵי הַטְבָלָא per transmutationem literarum, Aquæ immersionis, quia iisdem immergitur Rex purificandus, vel quasi מי אל הטב per similem metathesin, Aquæ El boni, seu Argenti vivi, vita enim & bonum, æquipollent, ut mors & malum. Hæc dicitur filia מטרד, Matredi, i. e. prout docet Targum, Viri aurificis laborantis cum assidua defatigatione; Nam hæc aqua non fluit è terra, nec effoditur in mineris, sed magno labore & multa assiduitate elicitur & perficitur. Hujus Uxor appellatur מי זהב *Aqua auri*, sive talis Aqua, quæ aurum emittit. Cùm hâc si desponsatur artifex, filiam generabit, quæ erit Aqua balnei regii. Quamvis alii sponsam hanc velint esse Aquas, quæ ex auro factæ sunt: quam tamen pauperes relinquunt magnatibus desponsandam. Maritus illius Mehetabel est, Rex iste Edomiticus & rubedinis, qui appellatur הדר Decor nempe decus regni (Dan. 11, 20.) metallici, quod est aurum; sed tale, quod referri possit ad Tiphereth, nam הדר repræsentat 209. quem numerum etiam habet Tetragrammaton multiplicatum per 8. qui est numerus circumcisionis & Jesod, si addatur tota vox. Sed ut observes intelligi Tiphereth gradûs Gebhurah, Scito, eundem numerum addito toto, etiam contineri in יצחק, quæ itidem est classis auri. Urbs istius Regis vocatur פעו à splendore juxta Deut. 33, 2. quod nomen & Nomen יוסף, quo designatur Jesod, eundem habent numerum 156; Ut scias argentum vivum requiri ad opus: & extra hanc urbem splendidam non residere decorem regium. Huc pertinet hujus metri cognomen aliud אלהים חיים, quasi diceretur aurum vivum; quia Elohim & aurum eandem denotant mensuram. Sic autem dicitur hæc aqua, quia est mater & principium auri vivi: nam omnis auri species alia, censetur esse mortua, hâc unicâ exceptâ. Nec errabis si ipsi tribues cognomen adhuc aliud ordinarium, ut dica-

dicatur מקור מים חיים, Scaturigo aquarum viventium: Ab his enim aquis vivificatur Rex, ut Vitâ tribuere possit omnibus tam metallis, quam viventibus. Kamea hujus Aquæ plane mirabilis est, & exhibet juxta numerum חי, vivi decies octies eandem summam in quadrato 64. numerorum, quæ est summa Nominis מי זהב Aquæ auri; in infinitum variabilem hoc modo:

ח	נח	נט	ה	ד	סב	סג	א
מט	טו	יד	נב	נג	יא	י	נו
מא	כג	כב	מד	מה	יט	יח	מח
לב	לד	לה	כט	כח	לח	לט	כה
מ	כו	כז	לז	לו	ל	לא	לג
יז	מז	מו	כ	כא	מג	מב	כד
ט	נה	נד	יב	יג	נא	נ	טז
סד	ב	ג	סא	ס	ו	ז	נז

Ubi habes summam 260. ab imo ad summum, à dextra ad sinistram & per diagonium. Cujus numerus minor est 8. numerus Jesod; sicut & radix totius quadrati est 8. Symbolum Summæ primæ 260. est סר recessit, quia progrediendo, Summa semper retrocedit in variationibus: v. g. si incipias à 2. Summa erit 268, qui resolvitur in 7. Incipiendo à 3, Summa erit 276, qui resolvitur in 6. & sic porrò. Nam sic quoque crescente numero purificationum, decrescit pondus aquæ tuæ. Æsch. Mezareph c. 7.

יעקוב *Jaacob.* Est Tiphereth. Sed magna est differentia inter Jaacob & Iisraël: Nam Iisraël certè denotat Tiphereth; sed יעקב defectivè ad sensum עקב calcanei refertur ad Malchuth: ut docet Sohar Sect. Balak ad Num. 24, 10. Item Sect. Vajiggasch ad Genes. 45, 27. Sed cum plenè scribitur cum ו; tum

Gemara, Tr. Gittin cap. 7. f[...] at enim Vav Tetragrammati, retur Aqua Sphærica, qu[...] Est tamen etiam differentia in- Gen. 36, 39. dicitur [...] יעקב; quia nomen illud infimam tan- tionem literarum [...] designat; si autem accedat Jod, etiam sub- tur Rex puri[...] indicatur notio ejus occulta, & punctum, quod illuminat cir- thesin[...] culum. Pardes Tr. 23. c. 10. Vide plura in Sohar Sect. Mezo- æo[...] ra 55. c. 98. Achare 26. c. 101. f. 30. c. 119. Tasria 20, c. 80. Pinchas 106. c. 421. Trumah 77. 78. Æmor 48. c. 192. Va- jeschebh 104.

2. יעקב Jacob est una Personarum Aziluthicarum è Systemate Seirico, de qua notentur seqq.

(1.) Alibi dictum est, quod Jacob & Leah proveniant de notione Achurajim Patris & Matris, quæ delapsa sunt tempore mortis Regum, nec tamen descenderunt in Systema Briathicum, sed remanserunt in Aziluth illo loco, qui tribuitur Racheli Uxori זא. Hic ergò quæritur: Quare formatio eorum atque restitutio facta non fuerit tunc, cum formarentur זון, qui sunt Iisraël & Rachel, sed posthac demum cum tamen naturæ sint sublimioris, quam זון? Nimirum, quia perfecta sunt Achurajim & Exteriora Patris & Matris, quæ sunt Dinin, hinc priùs formari oportebat זון etiam ad adolescentiam usque; in quibus etiam notio Panim seu Anteriorum existit. Et quia delapsa erant in locum Uxoris, hinc formatâ hâc, formabantur & illa. Et hæc sunt illa נובלות חכמה seu decidua à sapientiâ, quia Pater vocatur Sapientia; Thorah autem seu Lex, (quæ inter hæc decidua numeratur,) nempe scripta, est Jaacob.

(2.) De descensu autem istorum Achurajim notanda sunt sequentia: Jacob continet Achurajim Patris, delapsusque substitit coram facie uxoris זא tum temporis nondum delapsæ; ita ut Tergum Jacobi faciei Rachelis obverteretur. Achurajim autem matris, quæ in Leah sunt, etiam descendentes consistebant ad Tergum Rachelis; ita ut facies Leæ Rachelis Tergo obver-

obverteretur: hujus autem facies Jacobi Tergum respiceret, adeoque Rachel in medio constitueretur. Nondum autem adoleverat ז״א ut pedes ejus extenderentur deorsum sub mysterio Jeschurun. Cum deinde delaberentur Reges cumque his etiam uxor supra dicta in Briam descenderet, locus ille remanebat vacuus inter Jacob & Leah; & facies Leæ respiciebat Tergum Jacobi cum superiùs facies patris è contrario obverteretur Tergo matris. Ratio autem diversitatis hæc est: quia facies patris & matris nec non ז״א quia superinvestiunt [illegible], א״א omnes diriguntur ad statum faciei א״א qui incurvat staturam suam & affulget faciebus illorum illasque aspicit. Hoc igitur modo necesse etiam est ut ז״א aspiciat & illustret faciem Jacobi multo se minoris, quippe cujus caput incipit circa pectus illius. Quia ergo facies Jacobi illuc converti debebat quò conversa erat facies ז״א, ne aliàs ז״א despiciens intueretur Jacobi Tergum; hinc Leah ex adverso facie sua respiciebat Jacobi Tergum, ut ab inde lumen acciperet sub notione Achurajim, quò scil. satis haberet virium Lucem illam recipiendi.

(3.) Cum autem formarentur ז״ן & adscenderent in locum suum in Aziluth; tunc ז״א qui vocatur Iisraël, crescebat tempore Ibbur secundi, ejusque pedes extendebantur usque in notionem Jeschurun. Atque tunc etiam uxor ejus Rachel, quæ cum ipso coaluerat junctis tergis à pectore & porrò deorsum: atque sic ז״ן interponebantur inter Leam & Jacobum. Et prius quidem cum ז״א adhuc esset parvus & pedes ejus nondum extenderentur deorsum usque; locus quidem sat erat spatiosus pro tribus personis, quæ erant Leah, Rachel & Jacob sibi invicem adstantes: Deinde autem extensis pedibus seiricis, quatuor personæ locum ibi habere non poterant: hinc Leah elevabatur sursum ut consisteret à tergo ז״א facie ad Tergum ejus conversa, usque ad pectus ejus. Et Rachel sola manebat Tergis junctis cum ז״א combinata. Et Jacob Tergum suum obvertebat faciei ז״א, unde tres tantùm notiones ibi consistebant.

tum pertinet ad Tiphereth, est enim Vav Tetragrammati, quod sex membra continet. Est tamen etiam differentia inter עקב *calcaneus*, &c. & יעקב; quia nomen illud infimam tantùm notionem ejus designat; si autem accedat Jod, etiam subindicatur notio ejus occulta, & punctum, quod illuminat circulum. Pardes Tr. 23. c. 10. Vide plura in Sohar Sect. Mezora 25. c. 98. Achare 26. c. 101. f. 30. c. 119. Tasria 20, c. 80. Pinchas 106. c. 421. Trumah 77. 78. Æmor 48. c. 192. Vajeschebh 104.

2. יעקב Jacob est una Personarum Aziluthicarum è Systemate Seirico, de qua notentur seqq.

(1.) Alibi dictum est, quod Jacob & Leah proveniant de notione Achurajim Patris & Matris, quæ delapsa sunt tempore mortis Regum, nec tamen descenderunt in Systema Briathicum, sed remanserunt in Aziluth illo loco, qui tribuitur Racheli Uxori ז״א. Hic ergò quæritur: Quare formatio eorum atque restitutio facta non fuerit tunc, cum formarentur זו״ן, qui sunt Iisraël & Rachel, sed posthac demum cum tamen naturæ sint sublimioris, quam זו״ן? Nimirum, quia perfecta sunt Achurajim & Exteriora Patris & Matris, quæ sunt Dinin, hinc priùs formari oportebat זו״ן etiam ad adolescentiam usque; in quibus etiam notio Panim seu Anteriorum existit. Et quia delapsa erant in locum Uxoris, hinc formatâ hâc, formabantur & illa. Et hæc sunt illa נובלות חכמה seu decidua à sapientiâ, quia Pater vocatur Sapientia; Thorah autem seu Lex, (quæ inter hæc decidua numeratur,) nempe scripta, est Jaacob.

(2.) De descensu autem istorum Achurajim notanda sunt sequentia: Jacob continet Achurajim Patris, delapsusque substitit coram facie uxoris ז״א tum temporis nondum delapsæ; ita ut Tergum Jacobi faciei Rachelis obverteretur. Achurajim autem matris, quæ in Leah sunt, etiam descendentes consistebant ad Tergum Rachelis; ita ut facies Leæ Rachelis Tergo obver-

obverteretur: hujus autem facies Jacobi Tergum respiceret, adeoque Rachel in medio constitueretur. Nondum autem adoleverat ז״א ut pedes ejus extenderentur deorsum sub mysterio Jeschurun. Cum deinde delaberentur Reges cumque his etiam uxor supra dicta in Briam descenderet, locus ille remanebat vacuus inter Jacob & Leah; & facies Leæ respiciebat Tergum Jacobi cum superiùs facies patris è contrario obverteretur Tergo matris. Ratio autem diversitatis hæc est: quia facies patris & matris nec non ז״א quia superinvestiunt ה״, א״א omnes diriguntur ad statum faciei א״א qui incurvat staturam suam & affulget faciebus illorum illasque aspicit. Hoc igitur modo necesse etiam est ut ז״א aspiciat & illustret faciem Jacobi multo se minoris, quippe cujus caput incipit circa pectus illius. Quia ergo facies Jacobi illuc converti debebat quò conversa erat facies ז״א, ne aliàs ז״א despiciens intueretur Jacobi Tergum; hinc Leah ex adverso facie sua respiciebat Jacobi Tergum, ut ab inde lumen acciperet sub notione Achurajim, quò scil. satis haberet virium Lucem illam recipiendi.

(3.) Cum autem formarentur זון & adscenderent in locum suum in Aziluth; tunc ז״א qui vocatur Iisraël, crescebat tempore Ibbur secundi, ejusque pedes extendebantur usque in notionem Jeschurun. Atque tunc etiam uxor ejus Rachel, quæ cum ipso coaluerat junctis tergis à pectore & porrò deorsum: atque sic זון interponebantur inter Leam & Jacobum. Et prius quidem cum ז״א adhuc esset parvus & pedes ejus nondum extenderentur deorsum usque; locus quidem sat erat spatiosus pro tribus personis, quæ erant Leah, Rachel & Jacob sibi invicem adstantes: Deinde autem extensis pedibus seiricis, quatuor personæ locum ibi habere non poterant: hinc Leah elevabatur sursum ut consisteret à tergo ז״א facie ad Tergum ejus conversa', usque ad pectus ejus. Et Rachel sola manebat Tergis junctis cum ז״א combinata. Et Jacob Tergum suum obvertebat faciei ז״א, unde tres tantùm notiones ibi consistebant.

Kkk (4.)

(4.) Quæritur autem, quare elevata fuerit Leah & non Jacob? Cujus rei rationes sunt plures: Sicut enim Pater habebat prærogativam quandam præ matre ante Tikkun, & mater prærogativam aliam præ patre: cùm enim formaretur Caput עי׳, אוא constituebantur in statum tertium Panim be Achur, ita ut facies patris tergum matris respiceret: pater enim tantas habebat vires, ut lucem faciei superioris recipere posset sua facie: mater autem lucem faciei supernæ recipere non poterat nisi tergo suo: Matris autem prærogativa in eo consistebat, quod Achurajim ejus magnam lucem reciperent atque magis mitigarentur quam Achurajim Patris, quæ non recipiebant lumen supernum. Sic etiam res se habebat cum Jacob & Leah: nam & Jacob quidem lumen accipiebat à patre, qui est radix ejus, unde Achurajim Patris quæ constabant decem Sephiris satis habebant virium ut tempore Tikkun formarentur penitus fieretque persona Jacobi integra ex tota decade Achurajim Maternorum: adde quod ipse ut masculus excellentior esset fœminâ. In Leah autem, quæ fiebat ex Achurajim Matris, (cui tunc vires non erant, ut lumen reciperet facie sua) etiam nunc Achurajim hæc non poterant formare totam decadem Sephirothicam, sed solam Malchuth; ex qua deinde fiebat persona Leæ. Quia autem Achurajim Matris magis erant mitigata quam paterna, hinc etiam Leah ab illis profecta majorem habebat lucem quàm Jacob ab Achurajim Patris profectus: unde illa ascendere poterat supra pectus Seiricum Jacobo infra manente. Ipse tamen quia masculus, stabat coram facie ז״א, & Leah tanquam fœmina à Tergo ejus locabatur.

(5.) Alia ratio, quare Leah sit elevata sursum, hæc est: quia fundamentum loci ejus, ejusque suctio est à Malchuth Tebhunæ, quæ & ipsa inseritur תו׳ ז״א. Quia igitur supra est in capite ז״א, hinc circa eundem locum locanda etiam fuit Leah, ut lumen ab ea recipere posset. Jacob autem suctionem ha-

habet infra è Jesod patris quod detegitur à pectore Seirico & deorsum: hinc infra remansit.

(6.) Porrò quæritur quare Leah facie sua respiciat tergum ז״א & non tergo suo eidem adhæreat sicut Rachel? Nimirum quia Leah supra consistit ad posteriora trium primarum Seiricarum, ubi exteriores & cortices illam attingere nequeunt, prout Rachelem, quæ septem inferioribus Seiricis applicata est. Eodem modo quia ipsa non est uxor ז״א prout Rachel, nec est de numero decem Sephirarum generalium Systematis Aziluthici, sed tantum Achurajim Sephiræ tertiæ; ita ut non tantum intersit utrum Chizonim ad eam applicentur an non: quantum interest Racheli. Adde quòd ipsa sit ex Achurajim Matris: Mater autem pellit Klippas & istæ fugiunt ab illa.

(7.) Si autem quæritur: quia status iste Leæ quasi indifrens est, quare non potiùs Tergum applicet? sciendum est etiam corticibus aliquid concedendum fuisse, ut præmium esset & pœna in hoc mundo, unde habeant portionem atque vitam suam. Sic ergo voluit emanationis autor, ut notio omniũ vilissima esset Tergum Leæ: ubi quidem tantus non est attactus, quantus in posterioribus Rachel: nihilominus locus iste relictus est apertus, ut Chizonim ibi habeant accessum & suctionem quandam, cùm aliàs in Rachele adhæsio multò fuisset major.

(8.) De formatione autem Jacobi speciali sciendum, quod omnia lumina ad Jacobum pertinentia habeant notionem illius lucis, quæ prodit per ז״א, & ex illis luminibus detectis, quæ veniunt de vasis נה״י patris, & de cerebris ibidem repertis profectis à Patre, quæ non deteguntur nisi à pectore & deorsum, ubi nempe finem habet Jesod Matris.

(9.) Kether ergo Jacobi locum habet erga duas triades inferiores Tipherethicas דז״א quæ sunt à pectore usque ad corporis finem. Hoc autem loco detegitur Jesod Patris cui

inserta est Daath Seirica quæ de parte patris; & hæc Daath composita est è quatuor notionibus quæ sunt Chochmah & Binah, Chesed & Gebhurah, quarum Temperamentum in ipsa reperitur, sive spectentur Chochmah & Binah cerebrorum paternorum, seu Chochmah & Binah cerebrorum maternorum. Et ab illis prodit lux illarum è Seir Anpin versus anteriora ejus, unde fiunt quatuor ambientia pro Jacobo quæ sunt mysterium Phylacteriorum ejus. Deinde è virtute Chochmah & Binah cerebrorum paternorum (insertorum נה״י paternis quæ etiam insita sunt נה״י maternis) prodit Lux quædam, ex qua fit receptaculum, quod vocatur Kether: & in hoc receptaculum colliguntur quatuor illæ notiones Daath, fiuntque ibi cerebra in ista Kether. Et hæc est Kether Jacobi. Nec mirum est, quod ex luce Chochmah & Binah fieri dicatur vas; & ex luce Daath cerebra: Quia Lux Chochmæ exit vestita multis vestibus quæ sunt: Vasa נה״י paternorum; quæ sunt inserta נה״י maternis; quæ etiam insita sunt duobus brachiis ipsius Seir: & deinceps prodit foràs penetrando locum, articulorum mediorum *quæ* in brachiis ז״א, quos vocamus cubitos, ubi nempe applicantur Phylacteria brachii: porrò redeunt in ipsum corpus ז״א iterumque prodeunt è pectore, & deinde ex hoc fulgore demùm fit vas coronæ Jacobi. Nótio Daath autem nonnisi duplex habet vestimentum nempe Jesod patris & Tiphereth ז״א. Cumque prodit foràs, Lux illa non usque adeo involuta est & proinde fit notio cerebri in corona Jacobi.

(10.) Deinde è notione articuli infimi Nezachici paterni, cui inserta est Trias inferior Moach Chochmah paterni quæ omnia insita sunt tribus articulis Nezach Seiricæ, prodit lux quædam in Jacobum, ex qua fiunt tres partes lineæ ejus dextræ quæ sunt חח״ן. Et sic per latus sinistrum Jacobi distribuitur lux illa, quæ prodit è Triade inferiore Binæ paternæ, quæ inserta est in Hod matris ejusque articulum ultimum, qui vestitur tribus articulis Hod Seiricæ.

(11.)

(11.) De linea autem media Jacobi ſciendum, quia Jeſod Patris inſertum eſt Tiphereth Seirico (ex quo fit Kether Jacobi) & Atereth Jeſod paterni inſerta eſt per totum Jeſod Seiricum; hinc etiam ipſum diſtribuitur per ד״ת Jacobi, quæ eſt linea ejus media.

(12.) Poſtquam autem diximus, quod è cerebro Chochmah & Binah, quæ de parte patris factæ ſint Chochmah & Binah Jacobi: ſciendum eſt, ſimile quid contigiſſe cum Daath paterna veſtita intra Jeſod patris: de qua diximus quod habeat quatuor notiones nempe ח״ג & נ״ה. Ex hac ergo Chochmah & Binah proveniente è Daath paterna Lumen etiam proceſſit inſertumque eſt in Chochmah & Binah Jacobi (profectas ex ipſis Chochmah & Binah paternis, quæ inſertæ ſunt in נ״ה patris) & combinatæ ſunt in Chochmah Jacobi Chochmah proveniens de parte Patris & Chochmah proveniens de Daath patris. Et in Binah Jacobi combinatæ ſunt Binah proveniens ab ipſo patre & Binah è Daath patris profecta. Duæ autem notiones inferiores nempe ח״ג quæ in Daath paterna, ingreſſæ ſunt in Daath Jacobi, ſimilemque ibi fecerunt compoſitionem cum ח״ג. Et hæc omnia parallela ſunt radici ſupernæ Jeſod Seirici quatenus adhuc junctum eſt corpori ejus uſque ad initia femorum נ״ה. Iſtaque diſponuntur uſque ad pectus Jacobi. Sequitur autem reliqua extenſio longitudinis Jeſod Seirici ex qua facta eidemque parallela ſunt reliqua membra Tiphereth, quæ ſunt corpus Jacobi. Atque tandem Atarah Jeſod Seirici parallela eſt ipſi Jeſod Jacobi.

(13.) Sicut autem in ז״א diſtribuuntur Chaſadim & Gebhuroth; ſic eædem diſtribuuntur in Jacobo. Nam quinque Chaſadim quæ in Daath Jacobi locantur in חג״ת נ״ה & Gebhurah quæ in Daath ejuſdem etiam diſtribuitur in quinque Gebhuroth quæ derivantur uſque ad Jeſod Jacobi ibique ſociantur & colliguntur. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tr. Druſch. Iiſraël ve Rachel Jacob ve Leah.

יפה נוף *Pulcher ramus.* Psalm. 48, 3. In Sohar Section. Vajikra Tiphereth ita dicitur; quia pulcher est propter ramos: unde etiam vocatur תפארת *Pulchritudo.* At Sect. Vajiggasch dicitur, quod *pulcher ramus* vocetur Jesod, quia de Josepho dicitur, quod fuerit pulcher Gen. 39, 6. Et fortè ratio est, quia quod accidit Jaacobo, accidit & Josepho; cum & Jesod ornetur sex membris, & pariter vocetur Vav. Nam & in Tikkun. ad Jesod hoc nomen applicatur. Pard. Tr. 23. c. 10.

יפה עינים *Pulcher oculis.* 1. Schm. 16, 12. R. Moschel refert ad Nezach. Mihi autem videtur intelligi debere Nezach & Hod. Nam de Malchuth, mensura Davidis, prædicatur color rubicundus, ob judicium: sed etiam sugit influxum à Jesod, quatenus participationem habet oculorum, dum loti sunt lacte, Cant. 5, 12. Vel dici potest, quod oculi contineantur sub potestate Gebhurah; quibus tamen tribuatur pulchritudo, quatenus lavantur lacte matris. Et Malchuth per Davidem ab illa notione influxum accipiebat. Pardes Tr. 23. c. 10.

יצחק *Jizchak.* Refertur ad Gebhurah; quia Jizchak Patriarcha fuit sedes istius gradûs, ob quem ille hoc nomine appellabatur. Est autem nomen *lætitiam & risum* denotans, quæ ambo referuntur ad Gebhuram: Unde & *Levitæ* ad cantus destinati eodem referuntur, ut & *vinum lætificans*, sed non inebrians. Hæc reperimus in Sohar Sect. Vajera: ubi & dicitur, quod Jizchak denotet gaudium sub mystica hac notione, qua ignis mutari dicitur in aquas, & aquæ in ignem. Et fortè hanc ob causam יצחק vocatur nomine futuri temporis, ut sensus sit, intelligi judicium, quod mutandum sit in dilectionem & risum. Pardes Tr. cit. Vide Sohar Sect. Trumah in fin. & Pekude 106. c. 423. Æmor 45. c. 178.

יצר טוב ויצר הרע *Appetitus bonus & prava concupiscentia.* Vid. Sohar Sect. Lechlecha 57. 227. Vajera 68. c. 269. Vajischlach 95. c. 379. Toledoth 82. c. 325. Vajischlach 101. c. 406. Vajescheb 106. c. 424. Mikkez 111. c. 445. sq. Trumah

69.

69. c.275. f.72. c.287. Pekude 119. c.473. sq. Pinchas 115. c. 457. Vaæthchannan 128. c.511.

יקר *Pretiosus.* Sæpe reperitur ad Jesod, quandoque ad Tiphereth referri. Fundamentalis ejus significatio tamen lucem designat, juxta Ijob, 31, 26.

יראה *Timor.* Hæc vox nudè posita est in Gebhurah; quia ab hac fundamentum timoris provenit: unde idem vocari solet *Timor Elohim.* Sed & Schechinah ex parte Gebhurah vocatur timor. Sed datur & timor tertii generis quæ superna est, & hæc est Gazophylacium Sapientiæ, nempe Binah; quæ ita dicitur respectu Gebhurah, quando nimirum in hanc influit. Quod autem dicitur Psal. 111, 10. *Principium Sapientiæ timor Domini:* hunc habet sensum, quod Malchuth, quæ est timor Domini, fuerit prima in intentione, quamvis sit ultima in executione & opere. Unde etiam dicitur Prov. 1, 7. *Timor Domini principium scientiæ.* Vel sic: *Principium Sapientiæ*, id est Regni, est *timor* i. e. Binah. Hinc quoque intelliges locum Prov. 22, 4. *Præmium mansuetudinis est timor Domini.* Nam ענוה *Mansuetudo, humilitas* est Sapientia superna; & Sapientia quæ timorem facit esse coronam, est Sapientia inferior. Facit autem Timorem, id est Binah, coronam quæ cingat caput suum, & Sapientiæ, quæ est mansuetudo. Vel: Kether, facit Timorem i. e. Binah, esse præmium & corollam, quando unitur cum Binah. Pardes Tr. 23. c. 10. Vid. Sohar, Breschith 8, c. 30. Vaæra 11. c. 43. Sect. Vajakhel 97. c. 387. Mischpatim 43. c. 169. Achare 25. c. 100. Naso 69. c. 273. Vaætchannan 126. 520. & יראה per gem. est גבורה.

2. In Schaare Orah sub Nom. 9. post מחשבה de hoc Nomine occurrunt sequentia. Chochmah quoque vocatur Timor, quia qui meditando convertitur ad Scaturiginem, & sublimitatem atque profunditatem istam, formidine corripi debet, ne conturbentur cogitationes ejus, ut ulterius evagetur, quam limites ibidem statuti admittunt. Hinc in Libro Jezi-

Jezirah dicitur: ſtringe capiſtro os tuum, ne loquatur, & cor tuum, ne ſpeculetur: & ſi currit cor tuum, reduc illud in locum ſuum, quia hic locus eſt Locus ubi cum timore & pavore meditanda ſunt profunda illa myſteria. Et Jaacob cum pertingeret ad locum hunc, qui vocatur Jeſch, metuebat & expaveſcebat ſicut dicitur Gen. 28, 17. *Et timuit & dixit: quam terribilis locus iſte?* Et de Moſcheh pariter dicitur Exod. 3, 6. quod *timuerit aſpicere Deum*, & profundas has ſpeculationes; unde limitem poſuit meditationi ſuæ. Et beatus ille, qui pervenit ad gradum Timoris, ut Moſcheh. Cumque Deus veniret, ut Iiſraëlitis manifeſtaret occulta ſua myſteria per portas Binah, in promulgatione Legis, monebat hos, ne contuerentur profundum iſtud; nec meditarentur remota hæc ab intellectu, quibus non eſt terminus; utque metuerent accedere ad illum. Quod & faciebant, ut dicitur Exod. 20, 18. 21. *Et populus ſtetit à longinquo, & Moſcheh appropinquavit ad caliginem, &c.* Toti enim populo, qui ſtabat ad montem Sinai, cancelli atque gradus erant poſiti, quousque liceret accedere Exod. 19. 12. c. 24. 1. 2. *Et Moſcheh accedebat ſolus.* Et quia multi ſunt gradus, quousque extendi queat meditatio in Sephiram, quæ רצון ivdonla beneplacitum dicitur; hinc ipſis præcipiebat, ut quilibet accederet pro ratione termini ſibi ſtatuti. Unde Moſchek Exod. 20, 20. inquit: *Ut tentaret vos, vocavit Deus, & ut eſſet timor ejus ſuper facies veſtras, ne peccetis.* Id eſt: ut tentaret, quæ ſint vires veſtræ, quid poſſitis ſufferre; ſicut cum homo quidam tentat gladium, quantum poſſit ſecare: ſic tentavit vos, ut vobis innoteſceret, quousque ſe extenderent vires veſtræ, ad conſiderandam magnitudinem ejus, & quousque queatis pertingere. Vos autem fugiſtis, atque dixiſtis, nullam vobis eſſe facultatem, ut poſſitis ſubſiſtere coram viſione hac magna. Deut. 5, 23. 25. Hinc timere diſcite, cavete, ne id ſpeculemini, quod intueri non poteſtis, &c. Huc pertinent & dicta illa: Ijob. 28, 28. *Et dixit homini; Ecce timor Domini eſt*

est Sapientia, & recedere à malo, intelligentia. Item Prov. 22,4. *Terminus mansuetudinis timor Domini.* ubi per ענוה intelligitur Kether, apex literæ Jod, sed terminus istius apicis est litera He. It. Psal. 111, ult. *Initium sapientiæ timor Domini.* Unde patet, quod ex eo, è quo Sapientia sibi facit coronam, Mansuetudo faciat calcaneum pro crepidâ suâ. Et hæc omnia fiunt in mysterio duarum illarum Sephirarum Kether & Chochmah, quæ ambæ latent in mysterio Jod. In hoc igitur consistit & Mansuetudo & Sapientia, sed Timor inter ambas intromissus est, estque locus unionis & combinationis. Unde patet, quod timor gradus admodum excelsus sit. Si autem objicis, eum qui servit ex amore, majorem esse, quam eum qui è timore servit; scito, quod Amor, & timor ad serviendum impellens, unum sint, & idem. Duplex enim est Timor; externus & internus. Externus est, cum homo nondum assecutus est magnitudinem Dei, sed tantum servit metu pœnæ; ut si quis abstinet à cæde & furto, metuens ne iterum occidatur. Et hic timor non est verus; quamvis intentio sit bona. Timor autem internus major est isto, qui provenit per viam Contemplationis. Ut, cum homo dignus evadit intelligere magnitudinem Creatoris sui, & terribilem ejus majestatem; nec non bonitatem & celsitudinem, & species influxus & benedictiones, quæ hanc ipsam perceptionem insequuntur, tunc considerat vilitatem corporis sui, quodque tinea sit & vermis, atque expavescit, cavetque ne inobediens sit Regi tam magno: & dicit: Quis perduxit me hucusque, ut cognoscere & contemplari queam Regem tam magnum, tamque terribilem, omniumque Regum Regem; cum ego creatura sim tam humilis atque vilis & abjecta. Quid Ego sum, & quid vita mea, ut dignus sim qui ascenderem ad sublimem hunc gradum? Atque sic metuit ut fortè indignus reperiatur, qui suscipiatur in palatio Regis Regum; & hac ex causa studium adhibet, seque ipsum disponit & accingit animam suam, eamque exornat, si forte inveniat gratiam in ocu-

lis Domini, atque recipiatur ut ſerviat in palatio Regis. Cumque in hoc timore verſatur homo, tunc ad gradum illius per Eum quaſi alligatur, cuſtoditque corpus ſuum atque animam ſuam, ne ulla vitientur maculâ, ſed gratiam inveniat. Et hic eſt ille timor, qui tribuitur Abrahamo, poſt decem tentationes ejus, quas omnes ex amore ſuſcepit. Timor igitur externus abſtinet ſaltem à peccatis, formidine pœnarum rigoroſarum; ſed non applicatur ad obſervationem illorum præceptorum affirmativorum, quibus nulla annexa eſt pœna. Sed Timor internus præcepta potiſſimum affirmativa adimplere ſtudet, ut ſtabiliatur verbum creatoris ſui; abſtinere autem à delictis leve eſt in oculis ejus: hinc ſeipſum & bona ſua, & uxorem & liberos ſuos cultui & miniſterio Regis conſecrat: atque hæc omnia ex eo, quod tantopere adhæret Domino. Et hoc eſt illud Deut. 28,9. *Cùm ambulaveris in viis ejus.* In quem locum ſic commentati ſunt: Ipſe eſt gratioſus, gratioſus ſis & tu: Ipſe miſericors; miſericors ſis & tu. Quaſi dicerent: aſſueſce, ut exorneris illo ornatu, qui uſitatus eſt in aula regia, ut dignus evadas illuc ingredi, & ſervire coram eo: quia niſi veſtitus fueris iſtis veſtibus & iſtis monilibus, non ſuſcipieris. Quænam autem ſunt iſta ornamenta? omnia præcepta affirmativa, ſecundum ſpecies ſuas. Hic eſt ſenſus dicti illius myſtici Deut. 28,9. & Lev. 19,2. Et hic eſt Timor internus. Et hunc ſortitus eſt Abraham in ligatione filii. Isque major eſt amore: Nam ſervitium Abrahæ ſemper ex amore erat, quia dicitur Jeſch. 41, 8. אוהבי *Amans me*; non אהובי amatus à me. Cui ſimilis eſt locus Prov. 8, 21. Et hic eſt mundus ille, quem metuit ut videret Chiskijah, Jeſch. 38,11. Timore ergò externo Amor eſt ſuperior, ſed Timor internus amore ſuperior eſt. Hinc *Deus Abraham* eſt myſterium timoris interni, qui eſt myſterium Chochmah, è qua influxum ſugit menſura ejus Gedulah; & tempore ligationis eidem adhæſit; ſicut dicitur Gen. 22,12. *Quod timeas Elohim*; ubi mentio fit

nominis Elohim, quia non datur accessus ad hanc mensuram nisi per tentationem; quæ venit per Elohim; Confer Genes. 22, 1. Exod. 20, 20. Attende ergò, quinam timor intelligatur in Lege, utrum externus, cujus objectum sunt pœnæ variæ; an internus, quem insequuntur omnis generis influxus & benedictio, & vita. Hinc intelligi poterit excellentia Abrahami & locus Psal. 19, 10. & Ps. 128, 1. ubi intelligitur Timor internus. Hæc ibi sequiturque עדן.

ירד *Descendit.* Vide de Descensu נפל 4. 5. item אדם קדמון item . חור & כלים. it. מות. & נוקבה.

ירדן *Jarden.* Denotat Aquam mineralem ad mundificationem metallorum & mineralium leprosorum utilem. Fluit autem hæc aqua è duplici fonte, quorum alter ob fluiditatem יאר Jeor, quasi fluidus, naturam dextri & benignam habens, alter דן rigorosus & naturæ asperæ dicitur. Fluit autem per mare salsum, quod notetur, & tandem cum mari rubro commisceri censetur; quæ est materia sulphurea, masculina, omnibus veris operariis nota. Scito autem quod nomen זכו puritas per 8. numerum Jesod, multiplicatum producat numerum סדר ordo, 264. qui etiam continetur voce ירדן, ut memineris ad minimum octo requiri ordines purificationum, antequam vera puritas subsequatur. Æsch Mezareph c. 7.

ירים *Exaltabitur.* In Sohar Sect. Mikkez hæc vox refertur ad Binah: & sic Sect. Vajischlach ad locum Jesch. 32, 13. Ratio est, quia Binah est in supernis supra omnes Sephiras structuræ. Et quod Majores hunc locum sic explicant: *Extollet se præ Abraham*, prioribus non obstat: quia Abraham, i. e. Chesed proximè subsequitur sub Binah. Pardes Tr. 23. c. 10.

ירושלים *Jeruschalaim.* Est Malchuth, & quidem notio hujus exterior. Sic enim tradit R. Schimeon ben Jochai in Sohar, his verbis: ***Omnes gradus ejus Sancti, dum circumdant eam, dicuntur Jeruschalaim.*** Sensus est, quod habeat gradus intimiores, qui sint quasi atria; & adhuc interiores, qui se

habeant ut templum; intra quos adhuc sint alii: qui autem extrinsecus eam ambiunt, dicantur Jeruschalaim. Et hæc est Jeruschalem inferior nempe He ultimum. Pardes Tr. 23. c. 10. Vide Balak in fin.

ירח *Luna.* Est Schechinah: atque hæc aliquando est in decremento, aliquando plena, juxta mysterium querelæ. Dicitur autem Luna, ut denotetur incrementum Ejus atque decrementum; nam per ירח intelligitur ista ipsius notio. Differunt autem ירח, & לבנה, quia לבנה denotat Lunam plenam, quando est ad instar לבונה זכה Thuris puri Ex. 30, 34. adeoque alba, quia à Sole accipit lumen album. Sed ירח designat tempus decrementi. Et sex Sephiroth eodem respectu vocantur ירחים Lunæ, prout tradit R. Schimeon ben Jochai in Raja Mehimna Pard. Tr. 23. c, 10. Vid. in Sohar Jethro 35. c. 139.

2. In historia rerum naturalium Luna vocatur Medicina ad album; quia à Sole accepit splendorem albicantem, quæ simili fulgore illustrat & in sui naturam convertit terram omnem, id est metalla immunda. Et de hac mysticè intelligi potest locus Jesch. 30, 26. quia finito opere splendorem acquisivit solificum, in illo statu autem ad eam pertinet locus Cant. 6, 9. Eodem nomine appellatur materia operis; & ita quidem, ut quasi Luna falcata sit in statu primo consistentiæ; & quasi luna plena in statu ultimo fluiditatis & puritatis. Habent autem per gematr. eosdem numeros voces יָרֵחַ luna & רָזִיא arcana. item רִבּוּי multitudo; quia in hac materia consistunt arcana multiplicationis. Æsch Mezareph c. 8.

יריעה *Aulæum, cortina, tapes.* Est Tiphereth; sicut tradit R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim allegato loco Ps. 104, 2. Dicitur autem hoc nomine, quia extenditur à Binah, ubi initium ejus est, sub mysterio sex extremorum, usque ad Malchuth; ita ut transcurrat ab extremo Binah usque ad extremum Malchuth, & tamen unitus sit cum ambabus. In Sohar au-

autem Sect. Trumah, sic loquitur: אש ומים Ignis & aqua composita sunt, & ex iis creavit שמים cœlos, facta inter illa pace: cumque coaluissent, extendit eos sicut tapetem, fecitque ex illis Literam Vav; & hæc vocatur Aulæum aulæorum: quia dispandit ab illis lucem, & facta sunt aulæa. Pardes Tr. 23. c. 10. Vid. Soh. Trumah 73. c. 290. Jethro 33. c. 129. Pekude 105. c. 419.

ירכתי צפון. *Latera Aquilonis* Psal. 48, 3. In Tikkunim dicitur, quod sic appellentur Nezach & Hod, & quidem secundum notionem suam inferiorem; nam quatenus influxum assugunt à Gebhurah, vocantur *Septentrio.* Sunt tamen & aliæ ipsis notiones superiores, quam ירכתי, quæ vocantur ירכים *Femora*, sub quibus continentur notiones *Lumborum*, *Coxarum*, *Renum*, *Testiculorum* masculinorum & similes. Pardes Tr. 23. c. 10

יש *Est*; *Sunt*; *Essentia.* Fundamentum hujus Nominis est Chochmah, cum hac tamen sub eo comprehenditur Binah; literâ Jod enim denotatur Chochmah, & literâ Schin Binah, radix arboris. Atque sic vox איש hoc subindicat, quod illæ ambæ emanent à Kether, cui nomen אין, quasi diceretur יש provenit ab אין. Deinde etiam יש dicuntur, propter 310. mundos, qui in his duabus Sephiris continentur, & ab his promanant in Gedulah & Gebhurah, de quibus dictum est tit. אור. Atque hinc intelligitur locus Prov. 8, 21. Pardes Tract. 23. c. 10.

2. In Schaare Orah sub Nomine 9. post יה de hac voce habentur sequentia. Scito, quod Chochmah in Scriptura dicatur יש, Existens. Ratio, hæc est, quia Kether, Sephirah prima, ob naturam suam occultam & intellectui inaccessibilem vocatur אין, unde nec literam habet propriam, sed apice tantum literæ Jod designatur; secunda autem Sephirah est initium ideæ in actum deductæ, & manifestati ordinis: unde hoc in loco interrogare licet. Quamvis enim non omninò mani-

festata sit, attamen etiam non planè occultata est, sicut prima. Quia igitur hîc primùm quærere licet, & aliqualis interrogatio admittitur, hinc ob extantiam Emanantis Sephiræ extra Kether, istâ vocatur יש *extans, existens.* De arcanis igitur hujus Sephiræ jam aliquid manifestavit Jaacobh, quippe ad quem illa potiùs pertinebat quam ad Abraham & Jizchak, quia portio ejus fuit linea media, quæ est Daath, usque ad mundum Dilectionum. Conf. Jesch. 58, 14. Gen. 28, 14. Unde post somnium de scala Gen. 28, 16. inquit: *Verè* יש *Dominus est in loco hoc.* Et hoc est יש illud, cui Iisraëlitæ soli adhærent, intraturi in vitam mundi venturi: atque tunc assugunt varias influxûs species, atque bona & benedictiones, quia ab hac Sephirâ, quæ יש dicitur, influxus non venit cum mensura & præcisus; Deus enim promisit Jacobo hoc in loco, se daturum ei mercedem citra mensuram, quia dicit Gen. 28, 14. *Et erumpes, &c.* Hinc dicitur Prov. 8, 21. *Ut hæreditare faciam diligentes me Jesch, & gazophylacia eorum implebo.* Et 2. Chr. 15, 7. dicitur: *Et vos confortamini, & ne remittantur manus vestræ, quia* יש *est merces operis vestri:* i.e. ille, qui dicitur Jesch, est merces, ut effundantur in vos benedictiones & beneficia, & introducamini in mundum venturum, ob bona vestra opera. Et hoc est mysterium 310. mundorum, quorum tanta est magnificentia & excellentia, ut nemo hominum illos satis efferre queat: & nihilominus Deus typum & figuram eorum tradidit Abrahamo cum mensura אל 31. quod quasi est sigillum יש 310. mundorum; qui infinita & inæstimabili influentia & benedictione pleni sunt. Cum autem quidam intraturi sunt, ut aliquid sumant de thesauris horum mundorum, trecentæ & decem catervæ janitorum adstant, in Tribunali gradûs Gebhurah, qui accusant eos; unde dicitur Chab. 3, 3. *Et cornua de manu ejus ei, & ibi absconsio fortitudinis ejus.* Quotiescunque igitur influentiæ variæ ex istis mundis per Gedulah, cui nomen אל, eximuntur, dum ad Gebhuram deferuntur, ibi primum in judicio

dicio inquiritur, utrum deceat illas demitti: sique pronunciatur, non convenire ut descendant, ibidem relinquuntur in Gazophylaciis Gebhuræ, quæ vocantur אוצרות צפון Gazophylacia Septentrionis, hinc dicitur Psal. 31, 20. *Quam copiosa sunt bona tua, quæ* צפנת *in aquilone abscondisti timentibus te.* Hinc intelligitur illud Prov. 8, 21. Quidam Cabbalistæ autem statuunt, quod Nomen Jesch, denotet quod absconditum est pro justis. Unde in loco Exod. 17, 7. *An Jesch-Dominus inter nos, an Æn?* duæ Sephiræ denotantur; quasi dixissent: Sciendum nobis est, per quam Sephiram nobiscum agat in deserto, an per primam, quæ dicitur אין, quæque non nisi dilectiones exhibet excluso omni rigore; an verò per illam, cui admixtus est rigor, quæque dicitur Jesch: & in qua sunt 310. catervæ vigiles & adversariæ. Sique quæris, quare puniti sint, cum licitâ usi sint quæstione; Scito, quod si non interrogassent, per modum tentationis & litigii, sed Spiritu mansueto, quæstio ipsorum non fuisset inconveniens: sed quæstionem formabant verbis duris, hinc ipsis obviam veniebat canis ille custos dux adversantium illorum, sicut dicitur: Num. 24, 20. *Principium gentium Amalek.* Hinc etiam dicitur Pr. 30, 19. *Serpens supra petram:* cujus intuitu præmittur Exod. 17, 6. *Ecce ego sto coram te ibi super petrâ in loco vastitatis.* Ergò loco duro sese applicuerant, & per quæstionem importunam dixerant: An Jesch-&c. Et ut apertius dicam, non susceperant quæstionem per viam, quæ vocatur Amor, sed per viam quæ vocatur צור petra; ubi serpens insidiabatur, qui est fundamentum canis; hinc locus dicitur Tentatio & jurgium. Imò, profundè nimis interrogaverant, ut scirent, quid inter Sephiram אין & יש fundamentaliter intersit: & quia interrogabant per locum, in quo sunt multi adversarii, quique dicitur Tentatio & jurgium, hinc puniebantur, ut in ipsos irruerent serpens & canis Amalek, taurus & asinus. His de duabus Sephiris prioribus אין & יש præmissis, porrò notamus, quod Jaacob, qui est linea mediæ, quamvis

vis cum Abraham & Jizchak subsit principibus populorum, tandem tamen ascendat, & adhæreat Sephiræ Kether per Chochmah & Binah, juxta Gen. 28, 14. & Jesch. 58, 14. Cum interea Abraham sit ad dextram & Jizchak ad sinistram. David autem, qui est pes quartus est in fine Sephiræ nonæ, & adhæret apici imo literæ Vav, qui vocatur Jesod. Jam juxta omnes Cabbalistas duo sunt Jodin, Jod superius Chochmah; & Jod inferius Jesod: hinc יִשַׁי erat pater Davidis; & sicut Jaacob supra sese applicuit ad יש sic David idem fecit infra. Hinc in יִשַׁי reperitur Jod superum & Jod inferum; & tres patres in medio, nempe ש trium capitum, Gedulah, Gebhurah, Tiphereth, Nezach, Hod, Jesod. Hinc intelligi potest, quod dicitur de Jischai ad 1. Schmu. 17, 12; Jischai qui intrat cum turba, & exit cum turba. Huc pertinet locus Deut. 10, 15. *Tantummodo in patribus tuis adhæsit* חשק *Dominus ad diligendum eos.* Patres enim sunt Mercava, & vox חשק sensum habet loci Ex. 27. 10. ubi intelliguntur trabeationes desuper columnas connectentes & iis incubantes. *Et elegit eos in semine eorum post eos:* ubi intelligitur David; & vox זרעם intelligitur è loco Psal. 97, 11. *Lux sata est justo*, quia Jesod est locus seminis: Et huc pertinet locus Jesch. 11, 1. Hæc ibi. Et sequitur חכמה.

ישועה *Salus, Salvatio, auxilium.* Quicquid ad radicem ישע pertinet, ut יושע / הושיעה / ישועה &c. refertur ad Chesed, prout docetur in Sohar Section. Trumah his verbis: Quid est ישועות Psal. 18, 51? hæc est dextra, quæ salvat ab omnibus adversariis mundi, sicut scriptum est, Psal. 98, 1. &c. Pardes Tr. 23. c. 10.

ישורון *Jeschurun.* In Sohar Sect. Vajischlach Tiphereth ita vocatur, quatenus in se recipit dextram & sinistram, quæ sunt duæ שורות lineæ; antequam immutentur per conciliationem ejus in unum vel alterum ex membris, sed dum adhuc sunt binæ series, prout eas accepit. Cum è contrario dicatur Iisraël, quando utramque illam seriem jam mutavit in naturam

ram influentiæ ſuæ, & procul dubio in Cheſed, prout notat nomen אל in illo contentum. Pardes l.c.

ישר *Rectitudo, æquitas.* Eſt Schechinah, quatenus unita eſt cum Recto, qui eſt Tiphereth: prout tradit R. Schim. ben Jochai in Tikk. Præcepto de Tphilllin, his verbis: Deut. 6, 18. *Et facias rectum,&c.* Hoc eſt phylacterium manus, ut conformetur cum phylacterio capitis. Hæc ibi. Ubi per *rectum* intelligitur Malchuth, quatenus rectificatur & unitur cum omni illo, quod ſupra eſt; ſicut fit Phylacterium manus, in quo ſunt 4. textus, quatuor literæ Tetragrammati. Sed in Libro Bahir videtur Nomen *Recti* referri ad Tiphereth, cum omni quod à ישר derivatur; & dicitur eſſe Synonymum vocis תם perfectus, quæ pariter eſt in Tiphereth. Sed in Sohar תם refertur ad Malchuth, unde eodem refertur & ישר. Videtur autem non ob aliam cauſam Malchuth vocari nomine ישר, quam ob Tiphereth, qui rectum tenet inter duo extrema. Pardes l.c.

ישר *Rectum, rectilineum.* Eſt altera notio in *Aziluth* ſeu *emanatione,* cui opponitur *circulare* ſeu *Sphæricum.* Per medias enim *Sphæras Aziluthicas* lux influit ad inſtar *lineæ rectæ,* vel potiùs cylindri; in qua orbicularitas quidem, ſed tamen cum *recta linea* invenitur: Et in hoc *rectilineo* exiſtunt notiones τῶ *Arich-Anpin* ſeu *Longanimi, Abba ve Imma* ſeu *patris* & *matris,* & *Seir ve Nukbheh* ſeu *citò iraſcentis* & *uxoris ejus*; quæ omnia *rectilinea* ſunt. Et hæc notio nobilior eſt notione *Sphærica*; vocaturque רוח ſeu *Spiritus*; Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Adam Kadmon. Ex hac notione Scriptura hominem appellat imaginem Dei; quippe quòd ſit ſtaturæ rectæ, extenſus per lineas rectas. Totusque fere liber Zohar cum Tikkunim non niſi de hac notione *rectilinea* ſeu *cylindracea* loquitur. ibid. Vid. רשימו & אצל · בלים·

ישיבה של מעלה *Conſeſſus vel Schola, vel Academia ſuperna.* R. Schim. b. J. in Raja M. hoc nomen refert ad Binah; fortè, quia omnia membra inibi reſident. Pard. Tr. 23. c. 10.

ישראל *Iisraël.* Est Tiphereth, sed tunc, quando medium obtinet inter Chochmah & Binah, & lancem Binæ deflectit ad latus Chochmæ, prout solet cum ad Chesed inclinat. Atque sic resolvitur vox ישׂראל in אל, quod est Nomen ad latus Chochmah pertinens sub Chesed: & שיר *Canticum*, ad latus Binah pertinens sub mysterio cantûs Levitarum. Et sicut שמים dicitur quasi אש & מים ignis inclinās ad aquas: ita ישראל qs. שיר inclinans ad אל. Et hanc ob causam etiā vox שיר immutatur in ישר. Et quia hæc conciliatio nō propriè est in Tiphereth, sed in Daath occulta; hinc dicitur: Iisraël ascendit in cogitationem: Ut denotetur, quod vocetur Iisraël, quatenus ascendit ad cogitationem, quæ est Chochmah. Atque hinc etiam vocatur Iisraël senex, quia nomen סבא senex fundamentum suum habet in Chochmah. Datur autem & ישראל זוטא Iisraël parvus, tam in Jesod, quam in Malchuth. Et in Tikkunim explicatur de Metatron. Sed omnia recurrunt ad Tiphereth: nam & Metatron correspondet gradui Tiphereth. Et in Raja Meh. etiam Chochmah dicitur Iisraël, qui ascenderit in Binah, quæ dicatur מחשבה cogitatio. Vide tit. מחשבה. Pardes Tr. 23 c. 10. Vide in Sohar Trumah in fin. Vajakhel 57. c. 387. Acharé 33. c. 130. Pinchas 118. c. 471.

ישראל 1. Quamvis זא sit persona una integra quæ in genere vocatur Iisraël: nihilominus dividitur in duas notiones & usque ad pectus vocatur Iisraël in specie: ab hinc autem & porrò deorsum ad pedes usque vocatur Jeschurun. Ibid. Tract. Injan Ibbur, Ham Muchin.

2. זא Persona quidem una est integra è Capite usque ad pedes; sed medietas ejus superior à capite usque ad pectus vocatur Iisraël; & medietas inferior à pectore & porrò deorsum Jeschurum. Ratio autem horum nominum dari potest ex eo quod scribitur in Tikkunim, quod ישראל dicatur qs. שיר אל. שיר à finistris & אל à dextris. Quibus verbis indigitatur Uxor Leah rigorum notio, quæ vocatur שיר canticum, & ad finistram

ſtram eſt à Tergo. ז״א autem qui eſt Rachamim vocatur אל eſtque ad dextram antrorſum. Vel ita vocatur quia notionem habet duplicis cerebri, unam à parte matris, quæ vocatur ש״ד &c alteram à parte patris, qui vocatur אל.

3. Sed infra pectus appellatur Jeſchurun quaſi à שורה linea, de qua dicunt Magiſtri noſtri, quod nihil dicatur שורה niſi fuerint tria, &c. hic autem totidem ſunt: nempe Jacob antrorſum, Rachel retrorſum, & ז״א in medio. quæ quia non inveniuntur niſi in parte inferiore, hinc illa vocatur Jeſchurun. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Druſch Iiſraël ve Rachel, &c.

כ

כ *Caph.*

IN Libro Temunah Caph refertur ad Malchuth, ob naturam recipiendi è ſupernis ad inſtar cavi, & volæ cujuſdam, allegato loco Num. 7, 14. &c. de acerris. Dominium autem ejus in hora Lunæ eſſe dicitur. Alius dicit per Caph intelligi Schechinam, quatenus ſimilis eſt Lunæ dimidiatæ, quæ habet figuram dimidiæ areæ trituratoriæ, juxta myſticum illud Cant. 7, 2. & Conclavis Gazith, ubi erat Conſiſtorium Synedrii. Alius alludit ad duas lances juſtitiæ Nezach & Hod, ex Thr. 3, 41. Nobis hæc litera referenda videtur ad Binah, juxta Numer. 7, 14. &c. nam à Septentrione venit aurum Ijob 37, 22. & ipſa eſt plena קטורה, quia combinat & connectit mundos omnes. Vel Caph dageſchatum eſſe poterit lanx debiti Gebhurah; ſed Caph raphatum lanx meriti, Gedulah. Vel idem eſſe poterit in Malchuth juxta Exod. 33, 23. ejusque notionibus infimis; diciturque dageſchata, quando à Gebhurah; raphata cum è Gedulah accipit influxum. Sed in Tikkunim Caph ſæpè refertur ad כתר Coronam: quatenus decem numerantur deſcendendo, & totidem aſcendendo, quæ ſunt duo Jodin;

unde ̇כ 20. Sed tum intelligitur Kether, quatenus continet notionem Binah. Pard. Tr. 27. c. 14.

כב אותיות. De 22. literis vid. Soh. Naso 70. c. 257.

כבד *Hepar.* Est maritus Lilith impiæ. Nam & ad sinistram est mas & fœmina, ut in Sanctitate. Vide יותרת & טחול. Nam omnia hæc membra ad sinistram spectant, & in specie jecur quod nobilissimam sanguinis partem ad membra cætera dimittit, collecto in se fæculento: Et in quo fel locatur de quo Eccl. 7, 27. Pardes Tr. 23. c. 11. Vid. Soh. Zav 12, c. 46. Toledoth 82. c. 325. Pinchas 105. c. 417. Ki Teze 137. c. 545.

כבוד *Gloria.* Secundùm Interpretes quælibet Sephirah vocatur *Gloria*, respectu proximè inferioris; unde Chochmah dicitur Gloria prima, quia hæc est Principium Aziluth. Et sic Binah vocatur כבוד עליון Gloria summa, &c. Sed hæc omnia sine ratione. Sed juxta R. Schimeon ben Jochai, כבוד est Schechinah, quatenus unitur cum Amico suo & impletur decremetum ejus, ut fiat plenilunium. Ratio est, quia maritus ejus concedit ipsi vires 32. semitarum, qui est numerus כבוד; & fundamentum כבוד est in Chochmâh. Non enim in omni unione vocatur כבוד; sed quando ornatur, & dealbatur in palatio desiderabili, cui nomen כבוד juxta Ps. 29, 9. atque tunc *plenitudo totius terræ gloriâ ejus* Jesch. 6, 3. Quibus similia etiam occurrunt in Sohar Bresch. ad Ps. 19, 2. Deinde & Binah vocatur כבוד, quia Chochmah in ipsâ exsuscitat semitas suas: unde etiam *Domus semitarum* dicitur Pr. 8, 2. Et sic etiam כבודי *Gloria mea*, refertur ad Binah, ubi כבוד denotat 32. semitas; & ̇י decem dicta: & quando illa his omnibus illustrata est, dicitur כבודי. Datur autem differentia inter כבוד Gloria; & לב Cor; quamvis ambo denotent 32. semitas: Nam per כבוד intelliguntur 32. semitæ supernæ, quæ sunt in Chochmah per Binah: sed לב designat 32. semitas, quæ sunt in Malchuth: prout hoc docetur in Raja Mehimna. Et in Sohar Sect. Mikkez dicitur, quod semitæ deriventur in Malchuth

per

per Jesod, quatenus vocatur שלום pax. Pardes Tract. 23. c. 11.

כביר *Validus.* Est cognomen Gebhuræ. Et eadem, quando influxum assugit à כח potentia, quæ est Binah, vocatur כביר כח *Fortis potentia,* Ijob 36, 5.

כבר *Jam.* Hæc particula continet tres supremas: quæ sunt כתר Corona, בינה Prudentia; & ראשית Principium, seu Chochmah. Vide Pardes Tr. 9. c. 5.

כבשים *Agni.* R. Schimeon ben Jochai in R. Meh. dicit; *Septem agnos,* Lev. 23, 18. correspondere *Septem Sabbathis integris* ♈. 15. quæ sint septem Sephiræ, quatenus quælibet illustratur omnibus iisdem septem diebus. Dicique potest, quod tales sint ex parte Binah: quodq; dicantur כבשים, quasi à subigendo, quod subigant judicium; ex eo quod dies albedinem habere dicatur, &c. Sed in Tikk. R. Sch. b. J. tradit, quod

כבש *Agnus,* vocetur Tipher. ex parte Chesed. Et forte eodem respectu omnes vocantur agni, quia sunt albi. Pard. Tr. 23. c. 11.

כבשן *Fornax,* Gen. 19, 28. Sic vocatur Malchuth ex parte Gebhurah; quæ illam accendit, fervore judicii. Vocatur autem כבשן; & non caligo, vel hyacinthus; quia subigitur à marito suo, ita ut judicium subjiciatur dilectioni. Estque locus destinatus ad coctionem & elixationem influentiæ, à marito ad ipsam demissæ ad nutritionem catervarum. Sicut notum est; fœminam calore suo excoquere semen ad generandum, &c. Sic in R. M. Pard. ib.

כד *Cadus, hydria;* In Tikk. dicitur esse Jesod, quia illuc pertineant כ״ד 24. libri Legis: & 24 literæ: ברוך שם כבוד מלכותו לעולם ועד. Schechinah autem dicitur: כדה id. quasi diceretur כד ה *HydriaDomini.* Et de ambobus intelligitur locus Jesch. 54, 12. ubi כדכד sunt duo cadi, quatenus nempe repleti sunt aquis influentiæ è fluvio. Pard. ib. Vid. Trumah 62. c. 245.

כדה *Sic.* Est Malchuth. Et quidem secundum R. Schimeon

meon ben Jochai S. Lechlecha ad Gen. 15, 5. ex parte Gebhurah. Cui similis est locus in Naso ad Num. 6, 23. Sed in Sohar alibi reperimus, quod כה detur ex parte dextra, & aliud ex parte sinistra. Et quod locus Num. 6, 23. intelligendus sit de dextra, ob mentionem benedictionis, quæ pertinet ad latus Abraham. Sed Gen. 22, 5. pertinet ad judicium, ob ligationem. Eodem modo Jirm. 23, 29. His duobus modis כה correspondent 25. literæ lectionis Audi, Deut. 6, 4. Ita ut lectio matutina referatur ad diluculum Abrahami; & vespertina ad vesperam Jizchak. Dicendum ergò videtur, quod Malchuth dicatur כה respectu 25. portarum, quas accipit de parte dextra; & כה respectu 25. portarum quas accipit de parte sinistra. Si enim accipit Decem à Chesed & 10. à Nezach & 5. à Tiphereth, habet 25. à dextra: & si accipit 10. à Gebhurah 10. à Hod & 5. à Tiph. habebit 25. à sinistra. Istas accipit Malchuth per Jesod, quia Binah usque ad Hod pertingit. Notandum tamen, quod etiam, quæ à Chesed venire dicuntur, pertineant ad Gebhurah, quia portæ pertinent ad sinistram, ubi Binah est. Et in Tik. R. Schim. b. J. docet, quod Binah dicatur כה: quod mirum non est, quia continet utrumque genus כה, unde 50. portæ. Pardes l. c.

2. In Sch. Orah. כה *Sic.* Connectitur cum תפילה של יד & sic exponitur. Dictio qua Lex, Prophetæ & Hagiographi in exprimenda ultima Sephirarum utuntur, est כה: Et idipsum metrum, quia quorumcunque altiorum graduum ostium est, mysterium Spiritus Sancti designat, è quo Prophetiæ Sphæram prophetæ ingrediuntur: quorum multi eodem utuntur. Unde multis in locis sic cognominant Schechinam: *Sic*, dicit Dominus. Et Mensuram hanc cum imis reponere, cæpit Abraam: cui & primus nomen Adonai accommodavit dicens: Genes. 15, 2. Adonai Tetragrammaton, quid dabis mihi? cui Dominus respondens, ait: Quod nec Siderum, nec ullus tam superûm quam inferiorum esset ordo, qui ei prolem (sponderet) id

id ipsum solo vigore dimensionis כה evenire posse: hæc enim orationum (vid. תפלה) est janua, qua siderum minas propulsante, orantis petitiones exaudiuntur. Ipsa judicii dimensionem in misericordiam transfert: pro exanimi namque viventem, pro languente sanum, pro sterili fœcundum reddit; quia ab illa cuncta dependent, estque פתח עינים Gen. 38, 14. & omnibus veluti janua introitum præstat. Et quia ab hoc Modo descendunt omnia, idcirco Abrahæ spopondit Altissimus Gen. 14, 5. כה. *Sic erit semen tuum*: quasi dixerit, à mensura hac ingrediendi tenebis aditum, ad omnium Scaturiginum fontem, omniumque genitorum originem, usque ad eum locum, qui vocatur מזל כל המזלים omnium signorum influentium influentia, à qua in universa signa influentia, vivus (superum) liquor effluit. Signo hoc mediante semen propagare poteris; ipsum enim est illud מזל in quod majorum hæc vertitur sententia: Universa pendent de signo quodam Influente; etiam Legis liber in Templo repositus: Non enim de sidereo signo, ut pravè nonnulli arbitrantur, intelligendus sermo est, sed de Eo ulterius dicunt Sapp. nostri Schabbath c. 24. Multa stupenda & admiranda ibidem comprehenduntur. Cum igitur commensuratio ista in hæreditatem donata fuerit Abrahæ, juxta illud Gen. 12, 2. & c. 24, 1. Et sis benedictio, & Deus benedixit Abrahæ in omni, ideo opus erat, ut Altissimus claves traderet Iisraëli qua piscina hæc (vid. ברכה) reserari posset. Qua de re Sacerdotibus supernas Claves præbuit, quibus benedictiones & influentiam ac emanationem à gradibus omnibus, ac supremis Sephiroth in hanc piscinam Koh protraherent, idcirco mandavit benedictionem Sacerdotum, Num. 6, 23. loquere Aharon & filiis ejus dicens, Koh, i.e. sic benedicite, &c.

Cumque metrum hujuscemodi benedictum repletumque existit, tunc benedictio, defluxus ac emanatio applicatur Iisraëli, juxta illud Num. 6, 23. Et ponent nomen meum super filios

filios Iisraël, & אֲנִי ego benedicam illis: Sacerdotalis enim benedictio in metro Koh clauditur, juxta quod psallit David: Ps. 145, 10. *Confiteantur tibi Domini* כל *omnia opera tua, & Sancti* (seu gratia pleni) *tui* יברכוכה *benedicent tibi*, Hebraicè plenè cum ה quasi diceret, benedicunt Koh; Et hoc est illud phylacterium brachii, de quo diximus in תפלה של יד de quo pariter scribitur Deuter. 6, 8. *Et erit in signum super manum tuam*, Hebraicè super manum Koh. Nos autem alligamus lævæ ornamenta, eò quod de sinistra dimensione, quæ est timoris & roboris, prodit virtus in metrum Koh.

Et quoniam commensuratio hæc Koh, pro David bella peregit: ideo cecinit Ps. 18, 30. בכה Per te, Hebraicè quasi per Koh Curram accinctus, seu in accinctam militiam: hujus enim dimensionis virtute profligavit David & persecutus est omnes hostes suos. Eadem & hæc debellavit Reges pro Abraham (vid. צרק.) Et hoc metrum etiam illud est quod prodigia & portenta seculi reiterat, quodque decem Ægypto plagas intulit. In hoc autem te erudiri velim. Placuit majoribus Ægyptum in secundo collocare ordine post terram Iisraël, Ægyptiorum autem princeps ex proceribus est dominorum gentium, adeò ut ex cœlestibus sibi vendicet signis illud, quod primogenituræ vicem gerit, signum sc. arietis, cujus est Ortus in mense Nisan, qui mensium primus accipitur, & hic aries quasi primogenitus est 12. Signorum Zodiaci, juxta illud Exod. 12, 2 *Hic mensis vobis primus sit mensium*. Quoniam igitur suo principi (angelo sc.) adhæsit Pharao: ac nominis Tetragrammati, expers prorsus extitit, quia ille princeps ejus singulariter ipsi præerat, ideò ad ipsum ablegavit Altissimus Mosen, qui ei exponeret, quendam in universo omnium principum & exercituum mundi Dominum & præsidem existere, qui ipse (inquam) est יהוה benedictus, cujus portio atque possessio esset Iisraël: quique Moses eundem Pharaonem præmoneret, ut Iisraëlitas dimitteret: quia illi nullo modo cœlestis signi ac sideris vigore,

sed

ſed nutu Tetragrammati regerentur. Atque tunc dixit Moſi, nullam ad Nominis Tetragrammati ſcientiam eſſe viam, niſi ſi cui priùs janua pandatur prima, quæ eſt Koh. Quâ reclusâ, nomen Tetragrammaton in ea tanquam propriis ædibus temploque refulget, juxta illud Exod. 3, 14. Dixitque Deus Elohim Moſi: Ejeh aſcher ejeh, i.e. ſum qui ſum: & dixit Koh, i.e. ſic dicas filiis Iiſraël, Ejeh i.e. ſum, me miſit ad vos. Deinceps repetit idem, & dixit Deus Elohim Moſi: כֹּה ſic dicas filiis Iiſraël: Tetragrammaton, Deus Patrum veſtrorum, &c. Hoc eſt nomen mihi in æternum, & hæc eſt commemoratio mea in generationem & generationem. Quid hoc eſt nomen meum, commemoratio mea? nempe quamvis hic multa lateant abdita, unum tamen expedit, hæc ſcias; per verba: hoc eſt *Nomen meum* intelligi יהוה, idcircò τὸ לעלם æternum, caret Vav, & ſcribitur לְעָלָם quod ad cælandum ſonat, quia occultandum eſt nomen Tetragrammaton dum legitur: Vetitum namque eſt ipſum, niſi in Sanctuario ſuis literis enunciare, ſicut dixerunt Majores: in Templo pronunciatur ſicut ſcribitur, in provincia a proprio ſuo cognomine. Per verba autem: *Et hæc eſt recordatio mei*, intelligitur nomen Adonai, quod eſt Templum nominis Jedud., & ſubſtitutum ejus in legendo, ac ſi dicat: quoties nomen reperies Tetragrammaton, ipſum pronuncia cognomine Adonai, juxta illud Sapientum: non quibus Characteribus inſcriptum jaceo, eiſdem voce nuncupor: Scribor enim literis Jod, He, Vav, He; pronuncior verò Adonai. In his ambabus lectionibus quibus nomen Ehjeh & Tetragrammaton commemoratum eſt, Exod. 3, 14. 15. ſcribitur dictio Koh, quia oſtium eſt per quod ad hæc duo accedimus: tria enim nomina ſunt: Superiùs Ejeh, in medio Tetragrammaton, in extremo Adonai. Quia igitur commemoratio nominis Tetragrammati fit cognomine Adonai, in his duabus lectiunculis mentio eſt dictionis Koh. Et cum juſſu Altiſſimi ad Pharaonem acceſſiſſet Moſes, hac pariter voce incepit, quia hæc

ad nomen Tetragrammaton eſt porta, juxta illud Exod. 5, 11. Deinde venerunt Moſes & Aharon, dicentes Pharaani, Koh, i.e. ſic dicit Tetragrammaton, Elohim Hebræorum, &c. Quibus Pharao reſpondens ait: quiſnam Tetragrammaton, cujus voci auſcultare debeo? non novi Jedud: Cui rurſus Moſes: ſi à te, inquit, nomen Tetragrammaton abditum eſt; ſcito, priorem januam, per quam ad ejus notitiam ingredimur, eam eſſe quæ dicitur Koh, qua & cœli creantur & Terra (juxta illud Jeſa. 42, 5. Koh, i. e. ſic dicit El, Tetragrammaton creans cœlos, &c.) Ipſa eadem eſt, quæ pravis omnibus & prævaricatoribus magnas infert plagas, juxta illud Exod. 7, 16. nec audiviſti ad Koh; id eſt, hucusque (menſuram) Koh. Koh, id eſt, ſic dicit Tetragrammaton, ℣. 17. per hoc noſces quoniam ego Tetragrammaton (in medio terræ,) ecce ego מַכֶּה, i.e. percutiam (cum virga quam manibus teneo מכה qſ. à Koh) omnem enim plagam intulit menſura Koh, quarum (ut judicium expoſtulat) unaquæque quinque modis plaga erat. Eadem & ipſa primogenitorum flagellum præbuit, quia Ægyptiorum nomen inter cæteros gentium principes primogeniti vices obivit, (Huc pertinet Amos, 9, 1.) percute cardinem, & commoventur ſuperliminaria. Quapropter cum à pluribus legis mandatis recedit homo: menſura Koh parata eſt, ut illum *percutiat* & vindictæ pœnas exigat. Jubetque Altiſſimus eum, qui de ducentis & ſeptem transgreſſionibus unam transgreſſus fuerit, in prætorio noſtro quadraginta diverberari verberibus, ne plagas Menſuræ Koh ſubeat Iiſraël, quæ vehementiores & atrociores ſunt verberibus noſtris. Quia verò noſcit bos poſſeſſorem ſuum, & Aſinus præſepe Domini ſui, Eſa. 1, 3. ideo metrum hoc per bovem & aſinum (quæ ſunt Klippoth,) peccatores plectit: unde id quo verberum infertur ſupplicium, de aſini & bovis corio texitur. Cumque menſura hæc de timoris ac fortitudinis metro haurit, indeque repletur, tunc vaſtat Provincias, variisque ærumnis & cladibus univerſos mundi incolas

agitat.

agitat. Quamobrem præmonuit Altissimus Iisraëlitas, ut cum mensura Koh cautè se gerant, ne ipsa è formidinis ac roboris metro repleatur & ferveat exacerbescatque in iram: sed operam navent, ut misericordiam benedictionemque inducat; ne mundus devastetur. Et hoc est mysticum illud Num. 6, 24. Koh, i.e. sic benedicite filiis Iisraël: i.e. ad eam benedictionem gratiam & misericordiam attrahite, ut benedicere possitis illis. Hujus verò contrarium summopere cavendum: acerrimè enim ejus affligit percussio. Et præterea scribitur Deut. 25, 3. quadraginta verberibus eum percutiet, & non addat. Quare subjicitur: & non addat? nim. si peccator quadraginta hæc suscipit flagella, non affligent eum verbera mensuræ Koh, quæ his ingestis per vos verberibus longè atrociora sunt: cui deinceps annectitur, ne ipsum ulterius percutiat מכה רבה h. e. percussione magnâ; quasi innuat, nisi quispiam quadraginta in hoc seculo verbera susceperit, futuri seculi flagellationem, quæ vocatur מכה רבה evitare non poterit: Hinc dixerunt majores: non est Maccah legendum, sed מִכֹּה i. e. de Koh, רַבָּה verò numerum componit 207. juxta verberationum numerum, quem Lex continet. Explanaverunt insuper Magistri, quod scribitur: 40. verberibus eum percutiat: non addat. Quadraginta, inquiunt, quibus unum deest: omnia autem ipsa nos edocet scriptura. Cum igitur de primogenitorum plaga moniturus Moses accederet, illam à Mensura Koh prodire innuit, juxta illud Exod. 11,4. Koh, i.e. sic dicit Tetragrammaton, circa dimidium noctis ego exibo inter Ægyptios: ubi prisci transibo (ajunt,) per Terram Ægypti *ego*, & non Angelus, &c. Schaare Orah sub Adonai. Sequitur עץ הדעת.

כהן גדול *Sacerdos magnus.* Pertinet ad Chesed, quia hæc maxima est ex omnibus diebus principii, istorumque Caput. Sacerdotes enim referuntur ad Chesed, juxta Deut. 33, 8. Et in R. Meh. dicit R. Schimeon ben Jochai, quod Michaël sit Sacerdos vulgaris: cum autem ministrat ut caput omnium

 cir-

circumſtantium, vocetur Sacerdos magnus. Pardes Tract. 23. c. 11.

כובע הישועה *Galea ſalutis.* Jeſch. 59. 17. Quidam ad Æn-Soph, alii ad Tiphereth, alii ad Malchuth hoc nomen referunt. Fundamentum autem in eo conſiſtit, quod ſit quaſi corona capitis. Et ſalutis vox additur ob liberationem, quæ fit per aſſociationem gradus Cheſed. Pard. l. c.

כוכב *Stella.* Vide Sohar Breſch. 23. c. 90. Vajechi 118. & f. 123. 490. Schemoth 3. c. 12. Trumah 76. c. 303. Ki Teze 137. c. 545.

כוס של ברכה *Poculum benedictionis.* Refertur ad Malchuth, ſed non ad menſuram ipſam, verùm ad turmas ejus externas. Hinc lotione opus habet tam interna, quàm externâ, ut purgetur à Corticibus. Et iſte locus vocatur כסא Thronus: qui cum non uſque quaque perfectus eſt, vocatur כס, (Exod. 17, 16.) Cum autem כוס של ברכה *Poculum benedictionis* dicitur, rem magni momenti ſubindicat. Primò enim litera Vav ſubinnuit Dominum hujus Throni, qui in eo ſedet; prout glorioſum eſt Homini, inſidere ſolio. Atque hinc ſcribitur כוס ſcriptione plena, quia nimirum poculum plenum *eſt* benedictione Domini. Ante hanc ſeſſionem autem mundatur poculum, & prehenditur manu dextrâ tanquam ſuſtentetur à Cheſed. Et cum omnis hic honor eidem exhibitus eſt, tunc vocatur Poculum benedictionis; cui omnes iſti gradus competunt. Datur tamen &

כוס ישועות *Poculum Salvationum.* Pſal. 116, 13. Atque ſic vocatur Malchuth, quando prehenditur & unitur cum quinque Salvationibus; qui ſunt quinque digiti, quinque vectes tabernaculi, qui in latere dextro. Hinc Poculum benedictionis ſumitur manu dextra. Sic traditur in Sohar Sect. Breſch. Pard. Tr. 23. c. 11 Vid. Sohar Vajeze f. 90. c. 360. Vajechi 131. c. 521. Bo 19. c. 73. Miſchpatim 47. c. 185. Trumah 64. c. 255. & 75. c. 298. Ki Tiſſa 83. c. 331. f. Æmor 43. c. 172. Ki teze 134. c. 534.

כּוֹס autem per gem. eſt אלהים. Breſch. 5.c.17. Ser Sah.

כורע *Incurvans ſe.* Vide de incurvatione & genuflexione Sohar Breſch. 27. c.106. Chaje Sarah 79. c.314. Vajeze 86. c. 344. Pinchas 105. c.419. f. 112. c.448. f. 120. c.480.

כותל *Paries.* R. Schimeon ben Jochai in Raja M. hoc nomen refert ad Tiphereth, quatenus unitus eſt cum Malchuth per Juſtum. Nam literæ כו referunt numerum Tetragrammati, & תל, tumulus in quem omnes reſpiciunt, eſt Malchuth, cum Juſto. Cumque omnis hic honor exhibetur ד״ל Malchuth, omninò & Ipſa hoc Nomine vocatur. Pard. l.c.

כיור וכנו *Labrum lavacri, & baſis ejus.* Juxta R.Sch. b. J. in Tikk. his denotantur Nezach & Hod: unde Labrum Nezach, & baſis Hod erit; tanquam illius ſuſtentaculum: nam circa lumbos & paulò ſupra locum habet Nezach; & circa eosdem & paulò infra, Hod. Sunt autem ambo ex ære, quæ eſt notio illorum quatenus inclinant verſùs rigorem; ſicut ambæ tubæ (quæ etiam ſunt Nezach & Hod) ſunt argenteæ, quæ eſt notio eorum, quatenus inclinant ad Cheſed. Moveri tamen poſſet dubium, quod in Lavacro fuerit Aqua, quæ ad Cheſed pertinet: niſi Aquæ illæ cenſebuntur eſſe de natura aquarum pluviarum, quæ proveniunt à Gebhurâ: unde remanentes per noctem ſordidæ æſtimabantur; quia dominium in eas habebat judicium rigoroſum. Pard. Tr.23. c.11.

כח *Potentia.* Eſt in Binah, juxta Compoſitionem vocis חכמה, quaſi ſit כח מה potentia ד״ל מה. In Sohar autem Sect. Schlachlecha dicitur, quod Influentia, quæ demittitur in Malchuth, nempe è Kether in Chochmah, & hinc in Binah; atque exinde in Malchuth, vocetur כח אדני, *Virtus, potentia Domini.* Et juxta R. Moſcheh Nezach vocatur Vis Benignitatis, quia eſt Ramus de Cheſed; & Hod, vis Gebhuræ. Item Nezach vis incrementum largiens; & Hod vis debilitans: Porrò Nezach potentia Oſſium, ob albedinem, & Hod, potentia Carnis ob rubedinem; at Jeſod potentia Nervi genitalis. Quidam omnes

Sephiras כחות potestates appellat. Pardes l.c. Vid. Soh. Pinchas 102. c. 405.

כל *Omnis*, *Omne*. Est Jesod secundum R. Schim. b. J. & quidem respectu Matris supernæ, in qua 50. portæ, (juxta numerum כ״ל) à quâ cum fugit, & intra portas illas continetur כל vocatur. At in Sohar Tractatu de præceptis; præcepto de Tphillin כל refertur ad Chesed; ab hâc enim unitio quinquaginta portarum incipit, & Jesod vocatur ויכלו *& perfecti sunt*, Gen. 2, 1. cujus numerus est 72. ut חסד. Et in Tikkunim dicitur, quod Justus, quando continet tres Patres, vocetur בכל in omni; מכל de omni; כל omnis; qui sunt tres Patres per Justum repræsentati. Pard. Tr. 23. c. 11. Vid. Sohar Bresch. 18. c. 71. Trumah 70. c. 279. Pinchas 101. 401. f. 119. 474. Achare 33. 129. Naso 280. & Balak 98, 368. Heæsinu 141. 563.

2. כל *Omne*. (Connecte cum ים) Nonnunquam hoc Nomini Adonai ceu cognomen tribuitur, quoniam possidet universa, eique nihil deest, & qui pro voto aliquid impetrare nititur, nec potestatem, nec locum alium exoret: ipsum enim omnia circuit & ambit, indeque voti compos quicunque illud implorat efficitur. Et quamvis mensura, quæ ipsa יי *Adonai* dimensione eminentior priorque censetur, pariter *omne* nuncupari consueverit, hoc tamen aliunde radicē sortitur. *Quia igitur* dimensio hæc benedictionis mysterium denunciat, scribitur in Lege: Gen. 24, 1. & Deus benedixit Abraham in *omni* quæ de Abraham migravit in Isaac, juxta illud: Gen. 27, 33. & comedi de omni, de Isaac in Jacob, ut scribitur: Gen. 33, 11. quoniam gratificavit Deus, & mihi est omne; quasi dixerit Jacob Esavo: putásne, dempto quod tibi elargior munere, minus mihi bonorum relinqui? nequaquam. Omnes enim supernæ piscinæ, quæ Col, i.e. omne continet, claves possideo: idcirco etsi plura tibi impendam nec minus teneo quippiam. Sch. Orah sub Adonai. Connectitur cum אבן. & sub El-chai.

כלה *Sponsa*. Vid. כנסת ישראל.

3. In Schaare Orah porrò & sub Nomine secundo de hac voce habentur sequentia: El-chai vocatur כל, quia ab omnibus Sephiris supernis rivulos in se derivat secundùm speciem suam, eosque deducit in Nomen Adonai. Et quia omnia ab hoc metro dependent, quod vocatur כל, hinc dicitur Jesch. 44, 24. *Ego Dominus, qui facit omnia.* Ubi continentur duo modi, sub mysterio *Memento*, & *custodi*: Et huc pertinet mysticum illud Gen. 2, 1. ויכלו *Et consummati sunt cæli & terra.* & ℣. 2. ויכל *Et perfecit Deus die septimo.* Et tres Patres acquisiverunt hoc metrum כֹּל *Omne* in mysterio *Memento & Custodi.* Nam de Abrahamo scribitur Gen. 24, 1. *Et Dominus benedixit Abrahamo* בכל *in omni, &c.* De Jizchako scribitur Gen. 27, 33. *Et comedi* מכל *de omnibus.* De Jaacobo autem scribitur Gen. 33, 11. *Quia largitus mihi est Deus, & quia mihi sunt* כל *omnia.* Hinc & David dicebat Psalm. 119, ℣. 128. *Propterea omnia Præcepta, omnia direxi.* Et quia hæc mensura est septima à Binah, & huic competunt 50. portæ; & à 50. illis portis influxum assugit El-chai, hinc isti tribuitur nomen כֹּל. Ab hinc enim derivantur omnia. Hinc כל per gematr. refert 50. Omnia enim creata è 50. illis portis Binah prodierunt; & כֹּל *Universum*, est Nomen denotans omnes creaturas. Hinc dicitur Gen. 1. 31. *Et vidit Deus Universum illud quod fecerat, & ecce bonum erat valde.* Jam verò dictum est, quod hæc mensura vocetur *Universum.* Sed notetur & hæc subtilitas: Cum uniuntur Memento & Custodi; tunc universus mundus in plenitudine est atque perfectione: quod mysterium latet in verbis Eccles. 3, 11. *Omne fecit pulchrum in tempore suo.* Nam modus זכור vocatur כֹּל *Omne*; & modus שמור vocatur עת *tempus*, quæ ambo hoc in textu concurrunt. Et scias dari tempora ad bonum; & tempora ad malum; prout hæc tradit Schlomoh Eccl. 3, 2. sqq. Unde & Majores nostri dixerunt, dari tempus Benevolentiæ, & tempus mali. Nempe, Adonai vocatur *Tempus*; Cumque unitur cum Justo, qui vocatur טוב *Bonus*,

nus, tunc dicitur *Tempus bonum*; quia *Bonus* unitur cum *tempore*. Quod si autem טוב Bonus ille separetur à Tempore; tunc huic associatur natura illa altera, extra Sephiras degens, quæ vocatur *Malum*. Et hæc est *Arbor* illa, quæ dicitur *Cognitionis Boni* & *mali*; nempe metrum Adonai. Omnia autem illa fiunt secundum mensuram judicii recti; Et huc pertinet locus Eccl. 12, ult. *Omne opus Deus adducet in Judicium super omne occultum, sive bonum, sive malum.* Unde Sapientes nostri dixerunt; *Obligatum esse hominem benedictionem dicere ad malum, prout benedicit ad bonum.* Et hoc est mysticum illud Lev. 16, 2. *Loquere ad Aharon fratrem tuum, ne intret omni tempore in Sanctuarium.* Ubi per phrasin *omni tempore*, intelligitur *Tempus malum* cum naturæ malignæ uniuntur cum Tempore: Vel ne fortè Tempus illud sit in temporibus illis externis, quæ vocantur Tempora impuritatis: multa enim sunt Tempora externa extra Velum, quæ singula in pœnas destinata sunt: & tamen continentur sub generalitate hac: *Et non intret omni tempore in Sanctuarium.* Quodnam autem est Tempus illud, quo ipsi licet ingredi? nempe ℣. 3. *In* זאת *hoc intrabit, &c.* id est, in metro, quod vocatur זאת. Nam tunc modus, qui dicitur זה Hic, & Bonus vocatur, unitur cum Malchuth, quæ ab Illo vocatur זאת Hæc. Et hæc per Nomen Adonai vocatur Tempus Benevolentiæ: & hæc est Tempus רצ Adonai, qui vocatur צדק Justitia, quo nomine denotatur Bonum illud, quod descendit à Justo. Et quia per Hunc omnia creata accipiunt alimenta sua, hinc dicitur Psal. 145, 15. *Oculi omnium in te sperant, & tu das eis escam eorum in tempore suo*; ubi phrasis *in tempore suo*, explicanda est juxta locum Eccles. 3, 11. Quicunque igitur unire potest mensuram זכור cum שמור, de eo dicitur Ps. 106, 3. *Beati custodientes judicium; faciendo justitiam in omni tempore:* quasi diceretur: qui mensuram שמור combinat cum משפט, influxum benedictionum procurat in omnia quæcunque in mundo, tam in Sephiris interioribus, quam in naturis exterioribus,

ribus, quæ extra Sephiras locantur. Cum enim Sephiræ internæ replentur & ordinantur, omnia in mundo existentia, vim influxumque & immanationem accipiunt. Et hoc est mysticum illud: *Faciendo justitiam, seu prabendo eleemosynam in omni tempore.* Quomodo enim possibile esset homini, eleemosynam elargiri per totum tempus diei? sed mysterium in eo consistit, cum homo unit mensuram Custodi (Malchuth) cum Judicio (Tiphereth,) tunc largitur eleemosynam omnibus in mundo existentibus, etiam externis; nedum internis; nam tota universitas in genere vocatur *Omne Tempus.* Et qui intelligit locum Jesch. 45, 7. *Faciens pacem & creans malum*, etiam intelligit mysterium arboris cognitionis boni & mali; & mysterium temporis boni & mali. Quare enim pax hîc opponitur malo; cum illius contrarium sit bellum, & hujus bonum? sed mensura illa, quæ vocatur pax, vocatur & Boni nomine; malum autem extra locum boni est, cui cognomen כֹּל tribuitur. Hæc ibi post צִיּוֹן; & sequitur אביר יעקב.

כלה *Sponsa.* Cum Malchuth influxum accipit à 50. portis per Jesod, tunc vocatur כלה *Sponsa*; vel prout dicitur in Sohar Sect. Trumah; quando accipit septem benedictiones à Binah. כלה enim est quasi כל ה֗, ubi denotantur 50. portæ, quæ sunt quinque Sephiroth, & Jesod, qui dicitur כל, quæ sunt sex; accedit benedictio vini, qua denotatur benedictio quam Malchuth accipit à Binah, unde septem. He autem in כלה est Malchuth. Cum his concordant Tikkunim. Idem mysterium latet in הכל; Ubi כל est Jesod & 50. portæ, quæ sunt 5. Sephiroth: ipso autem quinquagenario designatur Binah; quæ sunt 7. Continetur autem in voce כלה notio perfectionis, qualis in luna est, cum à Sole repletur. Sic Malchuth ita vocatur cum perficitur omni perfectionis genere à Jesod; non quasi hæc perfectio à Jesod proveniret, sed à sole, marito ejus; & ulterius à Binah. Pardes Tr. 23. c. 11.

כלב *Canis.* Vid. Soh. Beschallach 29, 114. Vajikra. 11, 41.

כליות *Renes.* Sunt Nezach & Hod. Mihi autem videtur hoc nomen tunc istis tribui, quando accipiuntur sub notione sua occultâ, quâ concipiuntur Consilium dare; quia Testiculi, cum Jesod Fœdere, sunt quasi Consistorium triumvirale. Hinc enim dicitur: כליות יועצות *Testiculi Consiliarii.* Ubi innuitur mysterium, quod influxum accipiant à Chochmah per Binah. Hinc dicitur: Ijob. 38, 36. *Quis posuit in renibus* (testiculis) *Sapientiam:* ubi indicatur, quod מי i.e. Binah è Chochmah influxum derivet in renes: Unde vox כליות etiam derivatur à כל, quo ob quinquagenarii notam designatur Binah. Debebant autem dici כלות, sed inseritur י, ut doceatur influxum demitti per Binam è Chochmah. Differunt autem טוחות & כליות, quæ idem significant; quod illud denotet naturam occultam, quatenus sc. adhuc accipiunt: sed hoc, manifestius quid, quatenus sc. jam influxerunt. Pardes l.c.

כלים *Vasa.* 1. Est notio lucis diminutæ, intra quam continetur lux alia excellentior. Talia *vasa* in *cylindraceo aziluthico* non dantur, quia hoc non prodiit ex *contractione.* Hinc essentia hominis rectilinei nobilior est notione Sphæricâ, quæ ex contractione orta est. Sunt ergò vasa tertium quid inter notionem *Sphæricam* & *cylindraceam.* Etz Chajim Tract. Ozaroth Chajim Tract. Adam Kadmon.

2. Principium ergò Constitutionis & existentiæ *Vasorum* est *Zimzum* seu *Contractio* lucis primævæ. Et ex eo, quod in hac Luce contineri dicitur Lux alia, illa hujus *Vas* appellatur; cujus attributa sunt esse tenuissimum & pellucidum maximè. Ibid. Vide infra in Voce פרח. item עקודים. item פנימי.

3. Porrò ita se habet natura *vasis.* Lux æqualis est undiquaque; cùm autem non tota possit subintrare ad interiora *vasis* ob nimiam ipsius copiam, aliqua illius pars extra remanet, vocaturque *ambiens.* Lux interna igitur interius lucet, penetratque usque ad mediam parietis ejus crassitiem ab interna

terna scil. parte. Deinde & lux *ambiens* etiam ab extra hoc ipsum *vas* penetrat & id quoque usque ad mediam parietis ejus crassitiem externam: quibus duabus irradiationibus hoc vas ita consequenter illustratur. Ibid. Propterea autem principium *emanativum* produxit *vasa*, ut naturæ recipientes influxum illum lucis debito ordine sustinere possent. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Olam Haakudim.

4. Paulò aliter natura *vasis* etiam sic proponitur. Lumina influentia concipiuntur descendere ad statum minoris cujusdam perfectionis adeoque desiderare perfectionem insigniorem; atque in hunc finem rursum adscendere ad Scaturigines suas, ut ibi ad complementum reducantur desideratum. Deinde lumina descendendo concipiuntur spissiora reddi atque crassiora. Cum ergo ex ore prodiret Lux, ut dictum supra, commixtis inter se omnibus ejus gradibus, tantopere inspissabatur, ut non posset redire ad suam Scaturiginem. Subtiliore autem ejus natura ad summa *redeunte* adhuc major in residuo suboriebatur spissitudo; unde tandem perfecta evadebat notio vasis. ibid. Vid. רשימו.

5. Huc accedebat collisio luminum (vid. הכאה); Cum enim ita jam existerent *vasa*, ut supra dictum, *scintillæ* delabentes cum ipsis permiscebantur: Ubi in specie notanda sequentia: *Malchuth* non reliquebat *vestigium* (vid. רשימו) unde etiam vocatur speculum non fulgidum. Cum ergo *Sephiræ* adscenderent & *Malchuth* occuparet locum *Jesod*, illius *vas* relinquebatur luce penitus *vacuum*. Jesod autem ipsam illuminabat *parte* sua *aversa*; quæ lux *descendens* cum luce *Malchuth* adscendente *collisa*, diffundebat *scintillas* in *vas Malchuthicum*. Deinde *Jesod* suo loco relinquebat *vestigium*; Cum autem acciperet lucem à *parte aversa* superioris, facta *collisione* lucis descendentis cum luce *vestigii* pariter *descendebant scintillæ* pro perficiendo *vase Jesodico*. (Ipsum autem *vestigium* vas hoc tantum à longinquo illuminabat, & non ingrediebatur.)

tur.) Sic & in cæteris *Sephiroth* exceptâ *Coronâ*, quippe in qua nulla esse poterat *collisio*, quia ipsi adscendenti nihil poterat occurrere. Quia autem *Sephiræ* postquam saturatæ essent luce Scaturiginis, *redibant* ad loca sua excepta *Corona*, tunc *vasculum corona* seu potius *vestigii* ejus fiebat h.m: *Chochmah* descendens *allidebatur vestigio*, quod *corona* reliquerat loco suo, & idem *vestigium* quod per naturam superius erat quàm *Chochmah allidebatur* ad *sapientiam*; unde duplex productio *scintillarum*, duoque *vasa*, unum pro *vestigio Coronæ* & alterum pro *Sapientia* nunc *redeunte*. ib. V. אזנים. אצל. חוטם. דעת. חור. שנתא. מות. מלכים. מסך. ניצוצות 1. 10. 12. 13. 22.

6. Fieri etiam possunt Vasa ex collisione Lucis interioris ad Lucem ambientem. Ibid. Tract. Attik. Vid. Soh. Vajakhel 98, 390. Behaalothecha 73, 289.

כלל ופרט *Generale & speciale*. Vid. Sohar Vaæra 12, 43. Trumah 72, 285. Vajikra 4, 16. Behaalothecha 71, 282. Vaæthchannan 126.

כנור *Cithara*. Est Malchuth; hæc enim est filia *decem chordarum*, Psal. 33, 2. quia continet Decadem. Ventus autem septentrionalis Eandem afflans, est commotio (& affectus amorosus) Gebhuræ, unde Amplexatio. Et hic dicitur ludere in citharâ hâc, per influxum scilicet, qui provenit à Septentrione: *Ludere* enim fidibus & *canere* ad sinistram pertinent. Sic traditur in Soh. Vox כנור autem per Notarikon resolvitur in כֹּו & נֵר; quo denotatur unio & copula *Tiphereth*, ad quem pertinet כֹּו 26. numerus Tetragrammati; & *Malchuth*, quæ dicitur נר lucerna, juxta Prov. 6, 23. Pard. Tract. 23. c. 11. Vid. Soh. Bresch. 22, 87. Vajikra 4, 16. Pinchas 114. Schlachlecha 84, 334.

כנסת ישראל *Ecclesia Iisraël*. Sic vocatur Schechinah, Malchuth; vel à congregatione populi, quod nempe Hæc in se colligat omnes Exercitus superiores: vel à collectione & confluxu, quod nempe influentia in Illam confluat & intromitta-

nittatur: Ipſa verò non niſi parum diſtribuat. Ob inſignem enim pulchritudinem Ejus omnia ipſi adhærent; & quia hîc infra tam pauci illo influxu digni ſunt, hinc Ipſa parum ſaltem deſe emittit, & omnia in ſeſe colligit. Pard. Tr. 23. c. 11.

כנסת ישראל *Eccleſia Iiſraël.* De hac notanda ſequentia: Quoties majores commemorant Eccleſiam Iiſraël, ultimam cujus ſunt nomina Adonai, Schechinah, &c. menſuram oſtendunt. In ſe namque hæc omnem continet Iiſraëlis conventum, inque eam pariter congrediuntur, ibique aggregantur in unum; hâc eâdem à cunctis nationibus ſecernuntur Iiſraëlitæ, juxta illud: Levit. 20, verſ. *26.* Et vos ſeparavi à gentibus, ut peculium ſitis mihi, & illud: Deuter. 32, ℣. 8. Dum Altiſſimus poſſeſſionem impertivit gentibus, dum ſeparabat filios Adæ, ſtatuit terminos populorum, ad numerum filiorum Iiſraël. Quare metrum hoc etiam ארץ ישראל Terra Iiſraël vocari conſuevit, quia iſta in duodecim Tribuum portiones diſcinditur. Deinde hæc rurſus menſura in Cantico Canticorum כלה, id eſt, Sponſa dicitur. Iſtorum tamen & plurium enodationem, quia latiùs ſequentia cuncta evolvent, modò ſilentio prætereundam duxi. Sed hoc tandem compendiosè collectum reſerva: Id ſcil. nomen Adonai, magnum eſſe Templum, in quo inundationis ac influentiæ omnes reponuntur modi, qui Pulchritudine, h.e. Tetragrammato mediante à capite erumpunt Coronæ Ejeh appellatæ. In hoc ipſum namque collabuntur Templum quæcunque flumina prodeuntia à tredecim Coronæ gradibus, deque duabus & triginta ſapientiæ ſemitis; & de quinquaginta prudentiæ januis; éque duobus & ſeptuaginta pontibus, ad ſummæ miſericordiæ aquas pertinentibus; item ex 42. ſpeciebus flammei ignis, è Rigoris menſurâ exeuntibus, nec non ex 70. meatibus & canalibus per mediam lineam incedentibus; Iſti enim gradus, ſemitæ, pontes, Ignes, canaleſque omnes per viam Nezach, ſeu Victoriæ & Hod ſeu Gloriæ in menſurâ El-Chai, i. e. Dei vivi,

quæ Jesod, seu fundamentum vocitatur, conjunguntur atque conspirant, & inde in istam Cisternam seu puteum, Piscinamque supernam, quæ Adonai dicitur vergunt. (vid. ברכה) Ne existimes tamen assiduè omnia prædicta simul erumpere; sed tunc, dum in Plenitudine sua & completum est nomen, ut Deus Tetragrammaton unus vocitetur Zach. 14.9. Tunc enim omnes Altitudines istæ in Nomen Adonai, unanimes confluunt, & pro inundationis plenitudine in ipsum ab altioribus novem Sephiroth emanante, idem bonorum copiam secundum cujusque naturæ limitem, creaturis singulis elargiri solet. Et interdum quidem Benignitates Judicii meatus minuunt, gratiæque & misericordiæ defluxus adaugentur. Sæpius verò è contra gratiæ & misericordiæ canales impii demunt, judiciique plures addunt & constituunt. Quare acerrima omnia sævaque in nomen Adonai prodeunt; unde variis ærumnis opprimitur mundus. Quandoque etiam supernæ obturantur fistulæ omnes & ab Externis canalibus erumpunt meatus, qui dicuntur Aquæ malæ: sicque ingentia mala regurgitant, ubique dolor est & afflictio: desolantur regna, corruunt sceptra, & truculentissimæ captivitates emergunt. Conclude itaque talem Nomen Adonai appellationem subire, quale id, quod vel ab intus, vel ab extra, sive bonum seu malum, *in illud* vehitur, existit, juxta illud Gen. 2,9. Lignum scientiæ boni & mali. Si enim à gratiæ latere tractus educitur, ei boni inditur cognomen; item si à judicii latere, judicii, inquam, quod de internis trahitur catervis, rursus & in bonum dicitur, ut illud innuit 1. Sam. 16, 12. & ipse rubicundus, cum oculorum pulchritudine, bonitateque aspectus. Si vero ab exteris turmis judicium emanaverit dolorificum malum erit, Eccl. 5, 12. & natura pravi. Istud ergò considera, quoties nomen Adonai de latere gratiæ, aut judicii eorum, qui ab intra, in eum profluxerint, existet, boni sortitur appellationem, in cujus mysterium dicimus: Benedictus judex veritatis. Unde iis, qui Bit-

teræ

r eræ occiſi ſunt, bonum & beneficium accidiſſe dicitur. Si autem judicium à Turmis externis procedit, Malum eſſe ſtatuitur. At ſi ſpiritu gratiæ miſerationumque veſtitur hæc menſura, tunc univerſus mundus locupletiſſimè miſericordia alitur & gratia, ut ex illo percipitur: Dan. 9, 9. *Quoniam Domini noſtri ſunt miſericordiæ & propitiationes.* Schaare Orah ſub Adonai (ſequitur אל חי.)

כנפים *Alæ.* Sæpè dicit R. Schim. b. J. quod per quatuor *alas* intelligatur Nomen ארני; & per quatuor *facies* nomen Tetragrammaton. Sicut enim alis obtegitur facies, ſic nomen Adonai obtegit Tetragrammaton, cum invicem uniuntur h. m. יאהדונהי. Eandem ob cauſam

כנפי העין *Palpebræ,* ſunt Nezach & Hod. Quia oculus denotat tres Patres, qui obvelantur & conteguntur ab his. Pard. Tract. 23. c. 11.

כסא *Thronus.* Datur Thronus judicii nempe Malchuth; & Thronus miſericordiæ nempe Tiphereth; ille ad ſiniſtram, hic ad dextram tendens. Quandoque tamen & Binah vocatur Thronus miſericordiæ: quia Illa tanquam ſedes ſubſternitur Dilectionibus ſupernis. Et Tiphereth vocatur Thronus כבוד Gloriæ, quando fit ſubjectum influentium in ſe 32. ſemitarum; Quidam nomen Throni Gloriæ refert ad Malchuth; quia hæc eſt ſedes Tiphereth. Cum autem Throni nomen nudè ponitur, ad Malchuth pertinet; & quidem non tam ad Ipſam, quam ad locum Sedis ejus, cui nomen Briah; quæ vocatur כסא הכבוד Thronus Gloriæ. Pardes l. c. Vid. Soh. Behar 53, 211. Trumah 59, 235.

כסף *Argentum,* eſt ſub Gedulah, ob albedinem, qua denotatur miſeratio. Et in Raja Meh. dicitur, quod per 50. argenteos Deut. 22, 29. &c. intelligatur Binah, ob 50. portas, quando inclinat ad latus Gedulah. Pard. Tr. 23. c. 11.

In re metallica de *Argento* ſic ſcribit R. Mordechai. Sumatur minera argenti rubea, teratur ſubtiliſſimè, admiſce ejuſdem

dem unciis 6. calcis Lunæ unciam ſemis ; ponatur in phiala ſigillatâ in arenam ; detur ignis primis octo diebus lenis, ne humidum ejus radicale aduratur : hebdomate ſecundâ gradu uno fortior ; & adhuc fortior tertiâ ; & quartâ ut arena non quidem candeat, ſed affuſa aquâ tamen ſibilet. Et ſic in ſummitate vitri habebis materiam albam, quæ eſt materia prima, arſenicum tingens, aqua viva metallorum, quam omnes Philoſophi ſiccam dicunt, & acetum ſuum. Hæc ita purificetur. ℞. ſublimatum hoc candidum cryſtallinum teratur cum calcis Lunæ partibus æqualibus in marmore ; ponatur in phialâ ſigillatâ in arenam iterum, primo bihorio leniori, ſecundo fortiori, tertio, adhuc vehementiore igne, & quidem arenæ ſibilantis, adhibito : & iterum ſublimabitur arſenicum noſtrum, emiſſis radiis ſtellatis. Cum autem hujus aliqua requiratur copia, ſic illud augmentabis. ℞. Ejuſdem unc. 6. & limaturæ Lunæ puriſſimæ unc. ſem. & fiat aaa. quod in phiala ſigillata in cineribus calidis digeratur, donec omnis luna ſoluta ſit, & in aquam arſenicalem converſa. Hujus ſpiritus præparati ſumatur uncia ſemis in phialâ clauſa cineribus calidis committatur, & aſcendet atque deſcendet ; qui calor continuetur donec non amplius ſudet, & in fundo quieſcat colore cinereo. Sic ſoluta eſt materia & putrefacta. Materiæ hujus cineræ ſumatur pars una, & aquæ ſuæ ſupradictæ pars dimidia, miſceantur, & in vitro ut antea deſudent, quod octo diebus circiter eveniet. Cum igitur terra cinera albeſcere incipiet, eximatur, & imbibatur aquæ ſuæ lunaris 5. lotonibus ; digeraturque ut antea. Imbibaturque & tertiâ vice unciis quinque ejuſdem aquæ & coaguletur ut antea per octiduum. Quarta imbibitio requirit Aquæ lunaris uncias 7. & finitis ſudoribus præparatio hæc finita eſt. Jam pro opere albo ſumantur Terræ hujus albæ, drachmæ 21. Aquæ lunaris drachmæ 14. calcis lunæ puriſſimæ drachmæ 10 ; miſceantur ſuper marmore, & committantur coagulationi, donec indureſcant. Imbibe partibus tribus aquæ ſuæ, donec po-

otionem hanc ebiberit: idque repete toties, donec in lamina andente cupreâ ſine fumo fluat: & habebis Tincturam ad al-um; quam modo prædicto augebis. Ad rubeum adhibetur Calx Solis & ignis fortior; eſtque opus plus minus quatuor nenſium. Hæc ille. Et conferantur hæc cum ſcriptis Phi-oſophi Arabis; quando de materia arſenicali latiùs ſcribit. Eſch Mezareph cap. 3.

כף זכות וכף חובה *Lanx meriti & Lanx debiti.* Lanx me-iti eſt Cheſed; & Lanx debiti Gebhurah; quia illa exaggerat nerita, & miſeretur creaturarum: altera autem judicare niti-ur univerſum mundum. Pard. Tr. 23. c. 11.

כפורים *Expiationes.* Secundum R. Moſcheh ſic vocatur Binah, quia dealbat iniquitates Iiſraëlitarum. Hinc die Ex-piationum prohibita ſunt lotio, unctio, comeſtio & bibitio, calceatio, & coitus; quinque afflictiones reſpectu He ſuperni. Vid. יום הכפורים Pard. loc. c.

כפורת *Propitiatorium.* Exod. 25, 17. eſt Jeſod: quatenus eſt ſuper Arcam, quæ eſt Malchuth. Pard. l.c.

כפות תמרים *Faſciculi, Rami palmarum.* Sic vocatur Ju-tus, quaſi annexus cœlo & terræ. Vox כפות enim habet ſi-gnificationem rei ligatæ. Nam כל connectitur cum cœlo & cum terra juxta 1. Paral. 29, 11. Vid. Targum: & Sohar Sect. Vajikra. Pard. Tr. 23. c. 11.

כרובים *Cherubim;* Senſu literali ſunt duo Cherubim, qui ſub Malchuth nempe Metatron & Sandalphon. Sed in Azi-uth ita vocantur Nezach & Hod; ſuntque ſuper Propitiato-io, Jeſod: & quidem ex auro, inclinantes ſcil. ad Gebhurah. Sic quoque vocantur Tiphereth & Malchuth. Quidam ad Ge-lulah & Gebhurah per accidens hoc nomen refert. Quando-que & Chochmah cum Binah ſic appellantur. In Tikkunim utem hæc omnia ſic conciliantur: *Quod ſcil. fundamentali-er Cherubim ſint Tiphereth & Malchuth; In alis eorum pars uperior denotat Gedulam & Gebhuram; pars inferior propitia-*

 torium

torium (quod est Jesod) respiciens sit Nezach & Hod; Facies eorum Chochmah & Binah, intuentes illum qui intromittit sese in Coronam, id est infinitum. Jesod autem tegitur, ob verecundiam, & ne Exteriores aliquid assugant de canali ejus sinistro. Pard. l. all. Vid. Soh. Vajechi 122, 483. Breschith 43, 171. sq. Achare 26, 105.

כרם *Vinea* est Malchuth, juxta Jesch. 5, 7. Ratio denominationis esse potest à Jesod, cui influxus inseritur per series, quales in vineâ dantur. Pard. l.c.

כריעה *Incurvatio*; juxta R. Moscheh est in Nezach & Hod: sed juxta Sohar in Justo; sicut dicitur: Qui se incurvat, id faciat cum dicit *Benedictus, &c.* ubi intelligitur Justus: & qui se elevat, id faciat, cum pronunciat Nomen, quod est Tiphereth. Pard. Tr. 23. c. 11.

כתובים *Hagiographa*; Nudè sumta sunt in Malchuth; omnia enim prodita sunt per Spiritum Sanctum. Et sunt inferiora Prophetis, quæ sunt Nezach & Hod, & ambo sub Lege, Tiphereth. Specialiori autem significatione voce כתובים denotatur Chesed & Gebhurah, quæ quasi scripta sunt; Malchuth autem ea exponit sic in Tikk. Pard. l. c.

כתף *Humerus.* Duo Humeri sunt duo Hehin; superius, dextrum; & inferius sinistrum. Tikk. Pard. l. c.

כתר *Corona.* Quidam derivant hoc Nomen ab *expectando*, juxta Ijob. 36, 2. ut sensus sit, neutiquam speculandum esse super hoc loco, sed expectandum, donec procedat; & tunc fore ut intelligatur. Hæc expositio est Gæonæorum. Alii sensum ordinarium retinent; quia sicut *Corona* suprema est omnium vestium Corporis; sic hic Modus, summitas est totius Aziluth. Alii adhibent sensum *circundandi*, juxta Chab. 1, 4. quod quasi circundet totam Aziluth. Ubi simul subindicantur תרך 620. columnæ Lucis, quæ in Ipsa & ab ipsa radiant, suntque potentiæ occultæ, lucem occultam immittentes in Emanantia inferiora. Est autem Fœminini generis, ut denotetur

:tur illa ejus notio, qua id, quod emisit, dum revertitur, ite-
um recipit. At in Tikkunim etiam Malchuth vocatur Ke-
her, nempe Corona Legis, Corona Sacerdotii, & Corona Re-
ni, quatenus est supra tres Patres juxta Prov. 12,4. Pardes l. c.
2. In Schaare Orah sub Nomine 10. post קדם hæc ex-
ant: Sephirah decima vocatur *Corona*: quia sicut Corona
ingit caput, sic hæc Sephirah ambit omnes Sephiroth, quia
st Mundus Dilectionum, quæ omnia circundant. Hæc au-
em Corona circumcirca plena est canalibus occultis, variisque
peciebus miserationum & Benignitatum. Et in hanc Coro-
nam intenti sunt Principes Sellæ Curulis ut Coronationem in-
tituant. Quia autem ignorant locum ejus, hinc tantum col-
igunt varia laudum & Psalmorum genera, eaque emittunt,
per Nomen magnum atque sanctum: quorum aliqua ascen-
dunt & adhærent Coronæ. Et in diebus illis, ubi precamur
Orationis Additamentum, commemorare tenemur in Sancti-
tate mysterium Coronæ; unde dicimus: Coronam dant tibi,
Domine, Deus noster. Et ista Corona in sese colligit omnes
preces & laudes, quæ dicuntur in Oratione Jozer Or. Et o-
mnes turmæ summæ & imæ uniuntur, cum mittitur hæc Co-
rona ad profunditatem notionis suæ primæ: & expectant se
invicem, ut omnes uniantur, & preces ascendant ad Mundum
Miserationum, quò omnes mundi alimenta accipiant à pro-
funditate naturarum. Omnes enim turmæ supernæ intentæ
sunt, & expectant, quando ad eas veniat portio Coronæ, per
quam sustentationem accipiunt. Quæ omnia latent in loco
Psal. 145, 15. Quoniam per רצון & Beneplacitum omni vi-
venti dantur, quæ ipsi necessaria sunt, à Coronâ. Hæc ibi, &
sequitur ראש הלבן. Vid. Titul. אצל. & חור. & טנתא & כלים 5.
& מות. it. נוקבה 1. 5. 6. & ניצוצות 15.

ל

ל *Lamed.*

IN Libro Temunah hæc litera refertur ad Binah, ob ſignificationem *diſcendi*. Et figura ejus denotat, quod altiſſima ſit omnium. Eadem quoque repræſentat duas literas Caph & Vav; quæ ſunt Malchuth & Tiphereth; & illa quidem ſub hoc; Ille autem deſuper ad ſiniſtram, ut denotetur, quod influxum accipiat à Binah. Atque ſic hæc litera eſt myſterium unionis. Dominium autem ejus ibidem dicitur eſſe in hora planetæ Schabthai; quia & Binah eſt Sabbathum magnum. Alii aliter de hac litera ſentiunt: ſed & R. Schim. b. J. in Cantic. Cant. eandem ad Binah refert. Pard. Tr. 27. c. 15. Vide Soh. Breſchith 19, 74.

לאה *Leah*, refertur ad Binah. Sicut enim Leah genuit ſex filios & filiam: ſic è Binah prodierunt totidem: in quos cum influit, nomine hoc vocatur. Pard. Tr. 23. c. 12.

לאה. Vid. אבא ואמא.

לאה. Eſt una de repræſentationibus Divinis nempe uxor ſuperior ז״א de qua notanda ſequentia:

1. Poſtquam per ז״א diſtributa eſſet vis Cerebrorum, lumina de iſtis non tantum ipſi inſerviebant, pro uſu proprio; ſed & foràs prodibant extra ipſum. Et quidem ſuperius ubi verus eſt Cerebrorum Locus & magna eſt luminum copia, ſplendor aliquis prodibat ex parte ejus poſteriore; unde fiebat perſona Leæ à Tergo ז״א, à Capite nempe uſque ad pectus ejus.

2. Et hæc prodibat ex notione luminis Cerebrorum quæ à Matre provenerant; atque ibi unum tantum erat interſtitium penetrandum. Et propter iſtorum Cerebrorum naturam tota Leah naturam Dinin habet.

3. Ab anteriori parte ſupernâ ז״א autem nulla egreditur perſona: quoniam Maſculi proveniunt à Cerebris paternis, & à parte anteriore; fœminæ autem à Cerebris maternis & à parte poſteriore ז״א. Et quia Cerebra paterna producta uſque

ıſque ad pectus Seiricum contecta ſunt duplici tegumento, ˌuorum unum ſunt נה״י Patris & alterum vaſa נה״י Matris; ıinc tantas non habent vires, ut per duplex hoc involucrum ›enetrare & lumen foras emittere poſſint; niſi infra pectus antùm. Datur tamen hujus rei & alia ratio: ſi enim Perſona 'acob ab anteriore parte Seirica ſupernâ prodiret, tunc facies ז״ז contegeretur, nec luceret: cum tamen ſcriptum ſit: In lu-e faciei Regis vita eſt. Nam per lumen hoc faciëi mitigan-ur Rigores, & deſtruitur poteſtas Externorum.

4. A pectore autem & porrò deorſum, Cerebra paterna ınum tantum habent tegumentum; quia Involucrum Vaſo-'um נה״י Maternorum in pectore terminatur. Hinc ibi ſat vi-·ium habent, ut penetrent & lumen foràs emittant; produ-:antque Perſonam Jacob, quæ prodit à fulgore cerebrorum Pa-'ernorum, à pectore & porro deorſum.

5. Sed è notione Chaſadim omninò denudatarum, abs-ןue ullo tegumento, provenientium è Daath, & quidem è par-:e materna, prodit Rachel, Uxor ז״א, ſterilis in domo, & luce ›mnino deſtituta; à pectore & porrò deorſum à parte poſtica Seirica uſque ad finem pedum ejus. Quod ita ſe non habet in Leah, quæ tranſit per diaphragma prout dictum eſt: nec niſi 'ulgor eſt & tota Dinin. Uno verbo: Leah ſupra pectus eſt à ›arte poſteriore, proditque è cerebris matris: Jacob autem ›ectore deorſum exiſtit antrorſum proditque è cerebris pater-ıis. Ratio autem quare maſculus prodeat à parte anteriore, x fœminæ à parte poſteriore, hæc eſt: quod ille à patre, hæ à natre proveniant: & quod maſculus reſpectu fœminæ ſem-›er antrorſum, hæc verò retrorſum locetur, juxta illud Pſal. 139,5. retro & ante formaſti me.

6. Hic etiam dari poteſt ratio, quare maſculus tantum ınus prodeat & fœminæ duæ: quia nempe Cerebra paterna, ınde prodit Maſculus, non deteguntur niſi ſub pectore, non 'erò deſuper: ſed cerebra materna, quæ etiam ſuperiùs tegu-

mentum non habent nisi proprium emittunt fœminas duas, unam supra & alteram infra.

7. Porrò sciendum quod Jacobi Tergum conversum sit ad ז״א; sed facies Leæ Tergo ז״א sit opposita: & tergum Rachelis applicetur Tergo ז״א. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Drusch Iisraël ve Rachel.

8. De speciali autem formatione personæ Leæ uxoris Jacobi notentur seqq. Alibi jam dictum quod Jacob consistat ex tota decade Sephirothica Achurajim paternorum; Leah autem tantùm sit Malchuth i. e. ultima in Decade Sephirothica Achurajim maternorum. Reliquæ enim novem non potuerunt secerni ac formari: Quia sunt rigores omnimodi & posteriora maximè extrinseca in matre à qua etiam ipsa excitantur rigores. Secerni ergò tantùm potuerunt Achurajim Malchuth maternæ: & ex illa facta est persona Leæ. Reliquæ autem novem Sephiroth Achurajim Maternorum infra remanserunt in loco illo in quem deciderant; cumque formaretur Aziluth non potuerunt in ordinem redigi. Postmodum autem à creatione hominis usque adventum Messiæ quotidie per preces hominum quædam fiunt secretiones atque conformationes Achurajim maternorum & quidem quoad novem istas Sephiras reliquas: quæ tamen Secretio non *absolvetur* donec adveniat Messias. Malchuth autem formationem accepit tempore Aziluth.

9. Cùm igitur נה״י Matris ingrederentur in ז״א ad faciendum ipsi Cerebra; multò magis Malchuth Matris quæ inferior est illis נה״י intravit & quidem prior, substititque in Daath Seirica. Sic ergo Malchuth ista materna locata fuit, in interioribus ז״א nempe in Daath ejusdem, & Leah facta ex ejusdem Achurajim atque elevata ad locum Daath apposita est extrinsecus. Leah autem adhuc punctum erat unicum & propterea Malchuth hæc eidem affulsit ut cresceret & formaretur fieretque persona integra. Caput ergo Leæ incipit cum Daath Seirica,

ica, & persona ejus descendit usque ad pectus: ubi Caput Rahelis incipit. Supra Daath Seiricam autem Leah non excreit nec ascendit, quia radix ejus nempe Malchuth Matris, erat n Daath ז״א.

10. Hæc Leah autem accepit quatuor Alephin, quatuor ιominum אהיה, quæ in cerebris ז״א; inque ipsa est splendor quatuor cerebrorum. Prius enim una tantum erat Sephirah: Cùm autem ascenderet versùs Daath Seiricam Malchuth matris, ab intra in Daath Seirica constituta, lumen ipsi præbebat trium Sephirarum infimarum matris nempe נה״י. Atque tunc Leah fiebat persona integra constans quatuor Sephiris, quæ sunt נה״י & Malchuth matris. Rachel autem Uxor ז״א, quamvis & ipsa tantum æqualis esset spatio quatuor Sephirarum infimarum ז״א, decem tamen habet Sephiroth: cum Leah ut dictum quatuor tantum habeat.

11. Cum autem haberet quatuor istas Sephiras, accipiebat notionem literæ ה supernæ (Leah enim & Rachel sunt duo Hehin summum & imum,) persona enim fœminæ habet figuram literæ ה in qua sunt tres lineæ dextra, sinistra & media, quæ constituunt omnes personas. Et quia mater vocatur אה״י & quælibet ejus Sephirah hoc nomine appellatur, hinc quatuor ejus Sephiroth infimæ nempe נה״י & Malchuth ingressæ sub mysterio cerebrorum in ז״א sunt quatuor nomina אה״י quorum radix est in ז״א splendor autem transit in Leam, suntque quatuor Alephin supra dicta.

12. Jam etiam dicendum quomodo cohæreat Leah cum ז״א. Nimirum sicuti dictum est alibi quomodo Rachel extracta sit atque formata per articulos נה״י ז״א ita ut ex illis factæ sint tres lineæ: ita tres lineæ Leæ factæ sunt ex חג״ת Seir Anpin.

13. Hic autem quæritur: Quia Caput Rachelis statim incipit à pectore: brachia autem ubi locum habet Leah multum infra pectus dependet; annon Leah transeat in terminos

quæ Jesod, seu fundamentum vocitatur, conjunguntur atque conspirant, & inde in istam Cisternam seu puteum, Piscinamque supernam, quæ Adonai dicitur vergunt. (vid. ברכה) Ne existimes tamen assiduè omnia prædicta simul erumpere; sed tunc, dum in Plenitudine sua & completum est nomen, ut Deus Tetragrammaton unus vocitetur Zach. 14.9. Tunc enim omnes Altitudines istæ in Nomen Adonai, unanimes confluunt, & pro inundationis plenitudine in ipsum ab altioribus novem Sephiroth emanante, idem bonorum copiam secundum cujusque naturæ limitem, creaturis singulis elargiri solet. Et interdum quidem Benignitates Judicii meatus minuunt, gratiæque & misericordiæ defluxus adaugentur. Sæpius verò è contra gratiæ & misericordiæ canales impii demunt, judiciique plures addunt & constituunt. Quare acerrima omnia sævaque in nomen Adonai prodeunt; unde variis ærumnis opprimitur mundus. Quandoque etiam supernæ obturantur fistulæ omnes & ab Externis canalibus erumpunt meatus, qui dicuntur Aquæ malæ: sicque ingentia mala regurgitant, ubique dolor est & afflictio: desolantur regna, corruunt sceptra, & truculentissimæ captivitates emergunt. Conclude itaque talem Nomen Adonai appellationem subire, quale id, quod vel ab intus, vel ab extra, sive bonum seu malum, *in illud* vehitur, existit, juxta illud Gen. 2, 9. Lignum scientiæ boni & mali. Si enim à gratiæ latere tractus educitur, ei boni indi-tur cognomen; item si à judicii latere, judicii, inquam, quod de internis trahitur catervis, rursus & in bonum dicitur, ut illud innuit 1. Sam. 16, 12. & ipse rubicundus, cum oculorum pulchritudine, bonitateque aspectus. Si vero ab exteris turmis judicium emanaverit dolorificum malum erit, Eccl. 5, 12. & natura pravi. Istud ergò considera, quoties nomen Adonai de latere gratiæ, aut judicii eorum, qui ab intra, in eum profluxerint, existet, boni sortitur appellationem, in cujus mysterium dicimus: Benedictus judex veritatis. Unde iis, qui Bit-

teræ

eræ occisi sunt, bonum & beneficium accidisse dicitur. Si autem judicium à Turmis externis procedit, Malum esse statuitur. At si spiritu gratiæ miserationumque vestitur hæc mensura, tunc universus mundus locupletissimè misericordia alitur & gratia, ut ex illo percipitur: Dan. 9,9. *Quoniam Domini nostri sunt misericordia & propitiationes.* Schaare Orah sub Adonai (sequitur אל חי.)

כנפים *Ala.* Sæpè dicit R. Schim. b. J. quod per quatuor *alas* intelligatur Nomen אדני; & per quatuor *facies* nomen Tetragrammaton. Sicut enim alis obtegitur facies, sic nomen Adonai obtegit Tetragrammaton, cum invicem uniuntur h. m. יאהדונהי. Eandem ob causam

כנפי העין *Palpebra*, sunt Nezach & Hod. Quia oculus denotat tres Patres, qui obvelantur & conteguntur ab his. Pard. Tract. 23. c. 11.

כסא *Thronus.* Datur Thronus judicii nempe Malchuth; & Thronus misericordiæ nempe Tiphereth; ille ad sinistram, hic ad dextram tendens. Quandoque tamen & Binah vocatur Thronus misericordiæ: quia Illa tanquam sedes substernitur Dilectionibus supernis. Et Tiphereth vocatur Thronus כבוד Gloriæ, quando fit subjectum influentium in se 32. semitarum; Quidam nomen Throni Gloriæ refert ad Malchuth; quia hæc est sedes Tiphereth. Cum autem Throni nomen nudè ponitur, ad Malchuth pertinet; & quidem non tam ad Ipsam, quam ad locum Sedis ejus, cui nomen Briah; quæ vocatur כסא הכבוד Thronus Gloriæ. Pardes l. c. Vid. Soh. Behar 53, 211. Trumah 59, 235.

כסף *Argentum*, est sub Gedulah, ob albedinem, qua denotatur miseratio. Et in Raja Meh. dicitur, quod per 50. argenteos Deut. 22, 29. &c. intelligatur Binah, ob 50. portas, quando inclinat ad latus Gedulah. Pard. Tr. 23. c. 11.

In re metallica de *Argento* sic scribit R. Mordechai. Sumatur minera argenti rubea, teratur subtilissimè, admisce ejusdem

dem unciis 6. calcis Lunæ unciam ſemis; ponatur in phiala ſigillatâ in arenam; detur ignis primis octo diebus lenis, ne humidum ejus radicale aduratur: hebdomate ſecundâ gradu uno fortior; & adhuc fortior tertiâ; & quartâ ut arena non quidem candeat, ſed affuſa aquâ tamen ſibilet. Et ſic in ſummitate vitri habebis materiam albam, quæ eſt materia prima, arſenicum tingens, aqua viva metallorum, quam omnes Philoſophi ſiccam dicunt, & acetum ſuum. Hæc ita purificetur. ℞. ſublimatum hoc candidum cryſtallinum teratur cum calcis Lunæ partibus æqualibus in marmore; ponatur in phialâ ſigillatâ in arenam iterum, primo bihorio leniori, ſecundo fortiori, tertio, adhuc vehementiore igne, & quidem arenæ ſibilantis, adhibito: & iterum ſublimabitur arſenicum noſtrum, emiſſis radiis ſtellatis. Cum autem hujus aliqua requiratur copia, ſic illud augmentabis. ℞. Ejuſdem unc. 6. & limaturæ Lunæ puriſſimæ unc. ſem. & fiat aaa. quod in phiala ſigillata in cineribus calidis digeratur, donec omnis luna ſoluta ſit, & in aquam arſenicalem converſa. Hujus ſpiritus præparati ſumatur uncia ſemis in phialâ clauſa cineribus calidis committatur, & aſcendet atque deſcendet; qui calor continuetur donec non amplius ſudet, & in fundo quieſcat colore cinereo. Sic ſoluta eſt materia & putrefacta. Materiæ hujus cineræ ſumatur pars una, & aquæ ſuæ ſupradictæ pars dimidia, miſceantur, & in vitro ut antea deſudent, quod octo diebus circiter eveniet. Cum igitur terra cinera albeſcere incipiet, eximatur, & imbibatur aquæ ſuæ lunaris 5. lotonibus; digeraturque ut antea. Imbibaturque & tertiâ vice unciis quinque ejuſdem aquæ & coaguletur ut antea per octiduum. Quarta imbibitio requirit Aquæ lunaris uncias 7. & finitis ſudoribus præparatio hæc finita eſt. Jam pro opere albo ſumantur Terræ hujus albæ, drachmæ 21. Aquæ lunaris drachmæ 14. calcis lunæ puriſſimæ drachmæ 10; miſceantur ſuper marmore, & committantur coagulationi, donec indureſcant. Imbibe partibus tribus aquæ ſuæ, donec po-

ıotionem hanc ebiberit: idque repete toties, donec in lamina ;andente cupreâ ſine fumo fluat: & habebis Tincturam ad al-ɔum; quam modo prædicto augebis. Ad rubeum adhibetur Calx Solis & ignis fortior; eſtque opus plus minus quatuor nenſium. Hæc ille. Et conferantur hæc cum ſcriptis Phi-oſophi Arabis; quando de materia arſenicali latius ſcribit. Eſch Mezareph cap. 3.

כף זכות וכף חובה *Lanx meriti & Lanx debiti.* Lanx me-iti eſt Cheſed; & Lanx debiti Gebhurah; quia illa exaggerat nerita, & miſeretur creaturarum: altera autem judicare niti-ur univerſum mundum. Pard. Tr. 23. c. 11.

כפורים *Expiationes.* Secundum R. Moſcheh ſic vocatur Binah, quia dealbat iniquitates Iiſraëlitarum. Hinc die Ex-piationum prohibita ſunt lotio, unctio, comeſtio & bibitio, calceatio, & coitus; quinque afflictiones reſpectu He ſuperni. Vid. יום הכפורים Pard. loc. c.

כפורת *Propitiatorium.* Exod. 25, 17. eſt Jeſod: quatenus eſt ſuper Arcam, quæ eſt Malchuth. Pard. l. c.

כפות תמרים *Faſciculi, Rami palmarum.* Sic vocatur Ju-tus, quaſi annexus cœlo & terræ. Vox כפות enim habet ſi-gnificationem rei ligatæ. Nam כל connectitur cum cœlo & cum terra juxta 1. Paral. 29, 11. Vid. Targum: & Sohar Sect. Vajikra. Pard. Tr. 23. c. 11.

כרובים *Cherubim*; Senſu literali ſunt duo Cherubim, qui ſub Malchuth nempe Metatron & Sandalphon. Sed in Azi-uth ita vocantur Nezach & Hod; ſuntque ſuper Propitiato-io, Jeſod: & quidem ex auro, inclinantes ſcil. ad Gebhurah. Sic quoque vocantur Tiphereth & Malchuth. Quidam ad Ge-lulah & Gebhurah per accidens hoc nomen refert. Quando-que & Chochmah cum Binah ſic appellantur. In Tikkunim autem hæc omnia ſic conciliantur: *Quod ſcil. fundamentali-er Cherubim ſint Tiphereth & Malchuth; In alis eorum pars ſuperior denotat Gedulam & Gebhuram; pars inferior propitia-*

Ppp *torium*

torium (quod eſt Jeſod) reſpiciens ſit Nezach & Hod; Facies eorum Chochmah & Binah, intuentes illum qui intromittit ſeſe in Coronam, id eſt infinitum. Jeſod autem tegitur, ob verecundiam, & ne Exteriores aliquid aſſugant de canali ejus ſiniſtro. Pard. l. all. Vid. Soh. Vajechi 122, 483. Breſchith 43, 171. ſq. Achare 26, 105.

כרם *Vinea* eſt Malchuth, juxta Jeſch. 5, 7. Ratio denominationis eſſe poteſt à Jeſod, cui influxus inſeritur per ſeries, quales in vineâ dantur. Pard. l.c.

כריעה *Incurvatio*; juxta R. Moſcheh eſt in Nezach & Hod: ſed juxta Sohar in Juſto; ſicut dicitur: Qui ſe incurvat, id faciat cum dicit *Benedictus, &c.* ubi intelligitur Juſtus: & qui ſe elevat, id faciat, cum pronunciat Nomen, quod eſt Tiphereth. Pard. Tr. 23. c. 11.

כתובים *Hagiographa*; Nudè ſumta ſunt in Malchuth; omnia enim prodita ſunt per Spiritum Sanctum. Et ſunt inferiora Prophetis, quæ ſunt Nezach & Hod, & ambo ſub Lege, Tiphereth. Specialiori autem ſignificatione voce כתובים denotatur Cheſed & Gebhurah, quæ quaſi ſcripta ſunt; Malchuth autem ea exponit ſic in Tikk. Pard. l. c.

כתף *Humerus*. Duo Humeri ſunt duo Hehin; ſuperius, dextrum; & inferius ſiniſtrum. Tikk. Pard. l. c.

כתר *Corona*. Quidam derivant hoc Nomen ab *expectando*, juxta Ijob. 36, 2. ut ſenſus ſit, neutiquam ſpeculandum eſſe ſuper hoc loco, ſed expectandum, donec procedat; & tunc fore ut intelligatur. Hæc expoſitio eſt Gæonæorum. Alii ſenſum ordinarium retinent; quia ſicut *Corona* ſuprema eſt omnium veſtium Corporis; ſic hic Modus, ſummitas eſt totius Aziluth. Alii adhibent ſenſum *circundandi*, juxta Chab. 1, 4. quod quaſi circundet totam Aziluth. Ubi ſimul ſubindicantur תרך 620. columnæ Lucis, quæ in Ipſa & ab ipſa radiant, ſuntque potentiæ occultæ, lucem occultam immittentes in Emanantia inferiora. Eſt autem Fœminini generis, ut denotetur

tetur illa ejus notio, qua id, quod emisit, dum revertitur, iterum recipit. At in Tikkunim etiam Malchuth vocatur Kether, nempe Corona Legis, Corona Sacerdotii, & Corona Regni, quatenus est supra tres Patres juxta Prov. 12,4. Pardes l. c.

2. In Schaare Orah sub Nomine 10. post קדם hæc extant: Sephirah decima vocatur *Corona:* quia sicut Corona cingit caput, sic hæc Sephirah ambit omnes Sephiroth, quia est Mundus Dilectionum, quæ omnia circundant. Hæc autem Corona circumcirca plena est canalibus occultis, variisque speciebus miserationum & Benignitatum. Et in hanc Coronam intenti sunt Principes Sellæ Curulis ut Coronationem instituant. Quia autem ignorant locum ejus, hinc tantum colligunt varia laudum & Psalmorum genera, eaque emittunt, per Nomen magnum atque sanctum: quorum aliqua ascendunt & adhærent Coronæ. Et in diebus illis, ubi precamur Orationis Additamentum, commemorare tenemur in Sanctitate mysterium Coronæ; unde dicimus: Coronam dant tibi, Domine, Deus noster. Et ista Corona in sese colligit omnes preces & laudes, quæ dicuntur in Oratione Jozer Or. Et omnes turmæ summæ & imæ uniuntur, cum mittitur hæc Corona ad profunditatem notionis suæ primæ: & expectant se invicem, ut omnes uniantur, & preces ascendant ad Mundum Miserationum, quò omnes mundi alimenta accipiant à profunditate naturarum. Omnes enim turmæ supernæ intentæ sunt, & expectant, quando ad eas veniat portio Coronæ, per quam sustentationem accipiunt. Quæ omnia latent in loco Psal. 145, 15. Quoniam per רצון & Beneplacitum omni viventi dantur, quæ ipsi necessaria sunt, à Coronâ. Hæc ibi, & sequitur ראש הלבן. Vid. Titul. אצל. & חור. & טנחא & כלים 5. & מורה. it. נוקבה 1. 5. 6. & ניצוצות 15.

ל

ל *Lamed.*

IN Libro Temunah hæc litera refertur ad Binah, ob significationem *discendi.* Et figura ejus denotat, quod altissima sit omnium. Eadem quoque repræsentat duas literas Caph & Vav; quæ sunt Malchuth & Tiphereth; & illa quidem sub hoc; Ille autem desuper ad sinistram, ut denotetur, quod influxum accipiat à Binah. Atque sic hæc litera est mysterium unionis. Dominium autem ejus ibidem dicitur esse in hora planetæ Schabthai; quia & Binah est Sabbathum magnum. Alii aliter de hac litera sentiunt: sed & R. Schim. b. J. in Cantic. Cant. eandem ad Binah refert. Pard. Tr. 27. c. 15. Vide Soh. Breschith 19, 74.

לאה *Leah*, refertur ad Binah. Sicut enim Leah genuit sex filios & filiam: sic è Binah prodierunt totidem: in quos cum influit, nomine hoc vocatur. Pard. Tr. 23. c. 12.

לאה. Vid. אבא ואמא.

לאה. Est una de repræsentationibus Divinis nempe uxor superior ז״א de qua notanda sequentia:

1. Postquam per ז״א distributa esset vis Cerebrorum, lumina de istis non tantum ipsi inserviebant, pro usu proprio; sed & foràs prodibant extra ipsum. Et quidem superius ubi verus est Cerebrorum Locus & magna est luminum copia, splendor aliquis prodibat ex parte ejus posteriore; unde fiebat persona Leæ à Tergo ז״א, à Capite nempe usque ad pectus ejus.

2. Et hæc prodibat ex notione luminis Cerebrorum quæ à Matre provenerant; atque ibi unum tantum erat interstitium penetrandum. Et propter istorum Cerebrorum naturam tota Leah naturam Dinin habet.

3. Ab anteriori parte supernâ ז״א autem nulla egreditur persona: quoniam Masculi proveniunt à Cerebris paternis, & à parte anteriore; fœminæ autem à Cerebris maternis & à parte posteriore ז״א. Et quia Cerebra paterna producta usque

usque ad pectus Seiricum contecta sunt duplici tegumento, quorum unum sunt נה״י Patris & alterum vasa נה״י Matris; hinc tantas non habent vires, ut per duplex hoc involucrum penetrare & lumen foras emittere possint; nisi infra pectus tantùm. Datur tamen hujus rei & alia ratio: si enim Persona Jacob ab anteriore parte Seirica supernâ prodiret, tunc facies ז״א contegeretur, nec luceret: cum tamen scriptum sit: In luce faciei Regis vita est. Nam per lumen hoc faciëi mitigantur Rigores, & destruitur potestas Externorum.

4. A pectore autem & porrò deorsum, Cerebra paterna unum tantum habent tegumentum; quia Involucrum Vasorum נה״י Maternorum in pectore terminatur. Hinc ibi sat virium habent, ut penetrent & lumen foràs emittant; producantque Personam Jacob, quæ prodit à fulgore cerebrorum Paternorum, à pectore & porro deorsum.

5. Sed è notione Chasadim omninò denudatarum, absque ullo tegumento, provenientium è Daath, & quidem è parte materna, prodit Rachel, Uxor ז״א, sterilis in domo, & luce omnino destituta; à pectore & porrò deorsum à parte postica Seirica usque ad finem pedum ejus. Quod ita se non habet in Leah, quæ transit per diaphragma prout dictum est: nec nisi fulgor est & tota Dinin. Uno verbo: Leah supra pectus est à parte posteriore, proditque è cerebris matris: Jacob autem pectore deorsum existit antrorsum proditque è cerebris paternis. Ratio autem quare masculus prodeat à parte anteriore, & fœminæ à parte posteriore, hæc est: quod ille à patre, hæ à matre proveniant: & quod masculus respectu fœminæ semper antrorsum, hæc verò retrorsum locetur, juxta illud Psal. 139,5. retro & ante formasti me.

6. Hic etiam dari potest ratio, quare masculus tantum unus prodeat & fœminæ duæ: quia nempe Cerebra paterna, unde prodit Masculus, non deteguntur nisi sub pectore, non verò desuper: sed cerebra materna, quæ etiam superiùs tegu-

 mentum

mentum non habent nisi proprium emittunt fœminas duas, unam supra & alteram infra.

7. Porrò sciendum quod Jacobi Tergum conversum sit ad זא; sed facies Leæ Tergo זא sit opposita: & tergum Rachelis applicetur Tergo זא. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Drusch Iisraël ve Rachel.

8. De speciali autem formatione personæ Leæ uxoris Jacobi notentur seqq. Alibi jam dictum quod Jacob consistat ex tota decade Sephirothica Achurajim paternorum; Leah autem tantùm sit Malchuth i. e. ultima in Decade Sephirothica Achurajim maternorum. Reliquæ enim novem non potuerunt secerni ac formari: Quia sunt rigores omnimodi & posteriora maximè extrinseca in matre à qua etiam ipsa excitantur rigores. Secerni ergò tantùm potuerunt Achurajim Malchuth maternæ: & ex illa facta est persona Leæ. Reliquæ autem novem Sephiroth Achurajim Maternorum infra remanserunt in loco illo in quem deciderant; cumque formaretur Aziluth non potuerunt in ordinem redigi. Postmodum autem à creatione hominis usque adventum Messiæ quotidie per preces hominum quædam fiunt secretiones atque conformationes Achurajim maternorum & quidem quoad novem istas Sephiras reliquas: quæ tamen Secretio non absolvetur donec adveniat Messias. Malchuth autem formationem accepit tempore Aziluth.

9. Cùm igitur נה״י Matris ingrederentur in זא ad faciendum ipsi Cerebra; multò magis Malchuth Matris quæ inferior est illis נה״י intravit & quidem prior, substititque in Daath Seirica. Sic ergo Malchuth ista materna locata fuit, in interioribus זא nempe in Daath ejusdem, & Leah facta ex ejusdem Achurajim atque elevata ad locum Daath apposita est extrinsecus. Leah autem adhuc punctum erat unicum & propterea Malchuth hæc eidem affulsit ut cresceret & formaretur fieretque persona integra. Caput ergo Leæ incipit cum Daath Seirica,

rica, & persona ejus descendit usque ad pectus: ubi Caput Rachelis incipit. Supra Daath Seiricam autem Leah non excrevit nec ascendit, quia radix ejus nempe Malchuth Matris, erat in Daath ז״א.

10. Hæc Leah autem accepit quatuor Alephin, quatuor nominum אהיה, quæ in cerebris ז״א; inque ipsa est splendor quatuor cerebrorum. Prius enim una tantum erat Sephirah: Cùm autem ascenderet versùs Daath Seiricam Malchuth matris, ab intra in Daath Seirica constituta, lumen ipsi præbebat trium Sephirarum infimarum matris nempe נה״י. Atque tunc Leah fiebat persona integra constans quatuor Sephiris, quæ sunt נה״י & Malchuth matris. Rachel autem Uxor ז״א, quamvis & ipsa tantum æqualis esset spatio quatuor Sephirarum infimarum ז״א, decem tamen habet Sephiroth: cum Leah ut dictum quatuor tantum habeat.

11. Cum autem haberet quatuor istas Sephiras, accipiebat notionem literæ ה supernæ (Leah enim & Rachel sunt duo Hehin summum & imum,) persona enim fœminæ habet figuram literæ ה in qua sunt tres lineæ dextra, sinistra & media, quæ constituunt omnes personas. Et quia mater vocatur אהי׳ & quælibet ejus Sephirah hoc nomine appellatur, hinc quatuor ejus Sephiroth infimæ nempe נה״י & Malchuth ingressæ sub mysterio cerebrorum in ז״א sunt quatuor nomina אהי׳ quorum radix est in ז״א splendor autem transit in Leam, suntque quatuor Alephin supra dicta.

12. Jam etiam dicendum quomodo cohæreat Leah cum ז״א. Nimirum sicuti dictum est alibi quomodo Rachel extracta sit atque formata per articulos נה״י ז״א ita ut ex illis factæ sint tres lineæ: ita tres lineæ Leæ factæ sunt ex חג״ת Seir Anpin.

13. Hic autem quæritur: Quia Caput Rachelis statim incipit à pectore: brachia autem ubi locum habet Leah multum infra pectus dependet; annon Leah transeat in terminos

nos Rachelis? Sciendum autem quod brachia & crura sint membra solida, quæ lux penetrare non potest nisi inter juncturas articulorum ubi suum habet ingressum atque exitum. Iste enim locus magis vacuus est, & quamvis clausus sit, lux tamen facilè ibi penetrat. Quodlibet autem brachium, unde structuram suam habet Leah, tres habet articulos. Lux ergò quæ descendit è cerebro Chochmah Seirico in brachium Chesed dextrum pro usu ipsius Seir, quia è Summitate deorsum tendit, habet notionem lucis rectilineæ. Primò ergo descendit lux illa è dicto cerebro intratque in articulum supernum brachii ubi nempe coalescit cum humero Seirico: inde descendit in articulum secundum & porrò in tertium: quia nempe lux Seirica est rectilinea, sicut lux masculina solet. (in Rachel enim locum habet lumen reflexum ab imo ad summum, quæ dicitur lux fœminina.) Est ergo in Leah, quæ fœmina est lux reflexa: Et postquam descendit lux cerebri Chochmah אֵ֙ז intratque in caput articuli superni brachii usque ad finem illius articuli per lineam rectam ad cubitum usque, tunc reflectitur ab imo sursum, à cubito nempe usque ad summitatem juncturæ humeralis, atque ibi prodit lux illa foràs in apricum *ad initium* usque gutturis; & ex hoc fulgore fit Chesed quod est brachium dextrum Leæ. Idemque accidit in brachio *sinistro* Gebhurah. Deinde lux rectilinea demissa in articulum secundum brachii dextri Serici à cubito usque ad manum, reflectitur, juxta morem Lucis fœmininæ ad cubitum usque, proditque è cubito in apricum: & inde fit Nezach (quod est femur dextrum Leæ) pergitque usque ad initium articuli primi brachii ubi nempe jungitur humero. Unde patet, quod Nezach Leæ quidem fiat ex articulo secundo Seirico; sed consistat ex adverso articuli superni: & hæc omnia propterea, quod lumina prodeant ab imo sursum. Atque sic etiam fit Hod Leæ. Idemque fiebat in linea media, quæ est Tiphereth Leæ.

14. Jesod autem Leah non habet sed Tiphereth tantum

fit

fit ipsi adversus Triadem supernam Tipherethicam ז״א: Donec per certas intentiones in precibus ipsi etiam tribuatur Jesod: qua via etiam Daath item Chochmah & Binah ipsi datur. Et Daath quidem ipsi datur à Daath Seirica: Chochmah autem & Binah in illa fiunt ex elevatione manuum in benedictione Sacerdotali; cum qua ז״א elevat manus suas versus caput, ita ut extremitates digitorum capiti æquentur; ubi tunc lumina prodeunt inter ungues, ex quibus detectis fiunt Chochmah & Binah Leæ. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Drusch Iisraël ve Rachel Jacob ve Leah.

לאמר Vid. אמירה.

לב *Cor*; est Malchuth, quatenus ad sinistram inclinat & judicium, quod est habitaculum Binah. Hinc dixerunt Majores nostri: *Cor intelligit*. Et per Binah Malchuth accipit ל״ב, 32. semitas Sapientiæ, & tunc dicitur לב. Pardes Tract. 23. c. 12. Vid. Soh. Breschith 31, 121. 38, 150. Toledoth 82, 325. Trumah 65, 229. Kedoschim 37, 147. Schlachlecha 77, 307. Pinchas 100, 397. 107, 426.

לבונה *Thus*. Cant. 4, 14. In Raj. Meh. ad Chochmah, in Tikkun. ad Hod refertur illud ob colorem, hoc ob saporem. Pard. Tr. 23. c. 12.

לבוש *Vestis*. De Vestibus Justorum vid. Sanhedr. f. 90. & Soh. Sect. Vajechi 119, 120, 476. & 127, 504. De Tunicis lucis Bo 18, 69. Pekude 103, 412, De Veste Legis Æmor 49, 197. Behaalothecha 72, 288. De Vestibus angelorum ibid. Vide & Schlachlecha 81, 321. Item Vajechi 122, 484, Beschallach 26, 103. Jethro 33, 129.

לבינה *Later*. Est Natura immúda, Gen. 11, 3. Pard. tr. 23, c. 12.

לבן *Laban* nom. propr. & *album*. Coronæ metrum in decade Sephirothica nomen hoc sortitur nonnunquam, ut vocetur *Caput album*, quia Ipsa est mundus vel systema miserationum magnarum & רצון *ἐυδοκία* Benevolentia illa; & albificat & candida reddit scelera delictaque Iisraël: dum detegit faciem Beneplaciti & Dilectionum. Primum siquidem (ut

constat) in coloribus genus *albedo* est, postremum verò nigredo. Quare ut caput candoris, & perfectissimè alba est coronæ dimensio; sic & extra castra offenditur locus, quem summa atque perfectissima nigredo inhabitat. In quod dicitur illud: *Qui inter Sanctum separat & prophanum, inter lucem & tenebras.* Huc pertinet locus Jesch. 46, 4. & Lev. 19, 32. Est & alius Laban, scil. Aramæus, versipellis, & hominum insidiator, quos in atrum caliginis metrum, assiduè ducere molitur. Conf. Prov. 14, 12. c. 5, 3. Is sanè Patriarcham Jacob ejusque progeniem & stirpem insequi (ut sui est moris) & radicitus evellere studuit, nisi Deus Abraham, & timor Jizchak fuisset: Et Jaacob virtute Altissimi, cujus se sedem statuit, una cum virgularum virtute, in quibus cortice ablato candor enituit, omnes facultates Labano Aramæo eripuit. Et hîc applicetur locus Jesch. 1, 18. Et qui hæc mysteria novit, is etiam intelliget locum Psal. 104, 16. Nam unde fuerunt Cedri Libanon? à Capite albo. Item locum Genes. 2, 8. Nam unde erant plantationes illæ? à Kedem. Item mysterium Particulæ panni coccinei, dealbari solitæ, quia erat dies expiationum. Qui igitur Typicum Candoris Caput noverit, is & reconditum de Lebanah mysterium i. e. Lunæ à principio ad finem intelligere poterit. Vetustus enim serpens de Labanis Aramæi virtute pendens in Lunam per primi hominis delictum vitium injecit, siquidem is primus sc. Adam non poterat expectare horam unam, ut transiret tempus præputii; sed de arbore vescebatur, dum simul bona & mala existebat: nec expectabat, donec natura illa, quæ *præputium* vocatur, locum suum separatum & stationem peculiarem accepisset: ubi arbor illa statim boni, & non mali appellationem subiisset, & tunc ei ad votum ab illâ comedere licuisset, & vixisset in æternum, juxta mysterium arboris vitæ, quæ associata fuisset arbori scientiæ, si bona solummodo fuisset: ut legitur, Deuter. 30, 15. *Vide, exhibui coram te vitam & bonum, mortem & malum, &c.* adde locum Proverb. 31,

1, 12. Quod si enim Adam expectasset, ut resectum fuisset præputium, Arbor cognitionis non fuisset boni & mali, sed boni tantum. Sed eâdem hora, qua comedebat, adhuc erat boni & mali. Beatus, qui intelligit insigne hoc mysterium, quia ex eo potest intelligere mysterium Albedinis & Lunæ, à principio ad finem. Atque hinc etiam intelliget mysterium Labani Aramæi, à quo ortum habuit cæsura Lunaris; quique in causa fuit, ut clauderetur mundus dilectionum, quo facto decrementum passa est Luna. Hinc etiam Lepra continetur sub mysterio Labani Aramæi, unde dicitur Exod. 4, 6. *Et ecce manus ejus leprosa erat ut nix.* Qui hoc intelligit, etiam capiet mysterium Lepræ, quæ signum est, quod clausus sit mundus dilectionum, (unde Targumicè *Lepra* dicitur סגירו, quasi *clausura*, & Leprosus מוסגר quasi clausus) sive quis Leprosus sit simpliciter, (primo aspectu, ut nullâ inclusione opus sit,) sive mundari queat; quod est mysterium magnum. Lepra enim venit ob Linguam malam; quæ omnia clara sunt; omnia enim proveniunt è Scaturigine serpentis antiqui, qui causa est, ut claudantur portæ Rachamim. *Et si* juxta Ijob 33, 21. *fuerit pro eo Angelus intercessor unus ex mille*, is causa est, ut aperiatur mundus miserationum, qui clausus erat. Et tunc leprosus includitur, & fieri potest, ut non simpliciter talis & incurabilis sit. Si autem nullus pro eo est intercessor, fit Lepra simpliciter talis & incurabilis. Ille autem qui intelligit mysteria hæc magna, de comestione Adami ab arbore cognitionis tempore præputii, etiam intelliget, quare vocetur *Arbor cognitionis*; & quare vocetur *Boni & mali.* Fieri enim potuisset, ut vocata fuisset *Boni* & non mali; si nimirum cum illa consociata fuisset *Arbor vitæ*, & non natura illa, quæ vocatur *præputium:* & hoc est illud quod dicitur Prov. 31, 12. Mira itaque & solida in servandis Dei mandatis Iisraëlitarum est virtus; siquidem ubi prior Adam horam expectare nequivit, ne comederet præputium; tribus annis moram contrahit Iisraël, scriptum namq;

est Lev.19, 23. *Tribus annis sint vobis praeputiati*, non comedentur. Jam correspondent loca haec Gen.3, 6. *Quod bona arbor ad cibum:* & Levit. 19, ℣. 23. *Et plantaveritis omnem arborem cibi & praeputiabitis praeputium ejus, fructum ejus.* Item Genes. 3. ℣. 6. *Et accepit de fructu ejus.* Et Levit. ℣. 19, 23. *Tribus annis vobis erunt praeputiati.* Triplicis namque praeputii parietes sunt, *& in quarto anno omnis ejus fructus Sanctus sit in Laudes Tetragrammato, &c.* Quartus enim paries tenuis extat: *anno autem quinto comedetur fructus ejus, quatenus vobis ejus frugum fiat additio, &c.* Quod si fructum manducasset & Adam, dum fuisset sub mysterio illius naturae, quae vocatur *Quinta*, haut unquam tantae poenae supplicium illatum fuisset seculo. Qui igitur intelligit mysterium anni quarti & anni quinti, in loco Lev. 19, 23. sq. Is quoque intelliget, quomodo praeputium adhaeserit *arbori cognitionis boni & mali*, & mysterium, quomodo separatum fuisset ab ea in naturâ Quintâ. Hinc legimus Jechesk. 1, 1. *Et fuit in trigesimo anno, in quarto; in quintâ mensis;* & ℣. 4. *Et vidi; & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, &c.* quae omnia perspicua sunt sapientibus. Et qui haec intelligit, etiam sciet, quare Majores nostri dixerint: quod Adam primus attraxerit sibi praeputium; item, quod Adam primus haereticus fuerit: & alia similia. Quoties cunq; igitur in lege dictionem לב, aut inde quippiam dependens audis, mentis aciem dirige, intentoque examine perpende, an Candidum insontemque Laban, qui est mundus miserationum, an vero flagitiosum & nequam Aramaeum literae personet intellectus. Memento autem non solum diadema, sed tria pariter oracula eminentiora à Sanctissimo Dei nomine complexa, humanam in hoc seculo intelligentiam aufugere, juxta Ijob. 28, 12. 22. 23. Et quamvis Binah aliquatenus cognita fuerit Mosi, & forte dici queat, quod maxima ejus pars ipsi innotuerit; tamen porta illa unica, quae ipsi defuit, praeponderat omnibus; in futurum verò nobis eorum locuples admittetur cognitio. Schaare Orah Ehjeh in fine.

לבנת

לבנת ספיר *Albedo cryſtalli.* Præterquam quod hoc eſt u-um è ſeptem Palatiis, eodem nomine quoque vocatur Mal-huth; non quidem ſimpliciter, ſed juxta phraſin Exod. 24, o. *Sicut opus albedinis cryſtalli.* Sic reperimus in Tikkunim. ard. Tr. 23. c. 12.

לבנה *Luna.* Sic vocatur Malchuth. Quia ſicut Luna non abet lucem per ſe ipſam, ſed eam tantum, quam à ſole accipit: ic & Malchuth lucem non habet aliam, niſi quam accipit à Ti-hereth. Vid. ירח. Pard. ib. Vid. Soh. Breſch. 13, 52. Noach o, 197. 51, 203. Vajeſchebh 102, 409. Beſchallach in fin. Ki Tiſſa 82, 328. Pinchas 115, 458. 9.

לבנון *Libanon.* Eſt Corona ſumma, ob eminentiſſimam lbedinem, qua dilectiones & miſerationes denotantur ſimpli-iſſimæ. Tunc autem ſic vocatur, quando demittit influen-iam, juxta Cant. 4, 14. Vid. Sohar Vajikra. Pard. l. c.

להב *Flamma.* Sic vocatur Malchuth, quatenus induitur lammâ Gebhuræ. Et hæc eſt Flamma altaris. Et influen-iæ Sephirarum in Gebhurâ contentarum vocantur *Flamma.* Dantur tamen & Flammæ ignis gehennalis, de quibus dicit ocus Jeſch. 13, 8. Pard. Tr. 23. c. 12.

להט חרב המתהפכת *Flamma gladii verſatilis.* Multi pu-ant, quod ſic appelletur Ipſa Malchuth: ſed in Sohar Pekude. L. Schim. b. J. ſic ait: *Jeſch. 3, 12. dicitur: Mulieres dominatæ unt in eum: certè hæ dicuntur flammæ Gladii verſatilis; non quaſi int ipſe gladius vibratus, ſed flammæ illius Gladii, qui* Lev. 26, 5. *vocatur Gladius vindicans vindictam Fœderis.* Hæc ibi. Iſtæ unt virtutes Judicii exterioris τῆς Malchuth; quæ vocantur cintillatio eradians à Gladio, qui eſt Malchuth. Eſt iſta Flam-a mutabilis eſt, & quandoque Virorum, quandoque mulie-um naturam habet. Sed in Tikkunim Ipſa Malchuth vo-atur Flamma gladii, quæ variat pariter, ut quandoque rigoris, uandoque miſericordiæ naturam habeat: & ibidem docetur, uod per flammam intelligantur ſex modi: qui aliquando

ſunt מותר, licitum; כשר legitimum; טהור mundum; קדוש ſanctum; פטור liberum; & זכאי innocens, & pertinent ad claſſem Dilectionum: aliquando autem אסור illicitum; פסול illegitimū; טמא immundum; פגול abominandum; חייב מיתא reus mortis; חייב ממון reus mulctæ; & pertinēt ad claſſem Judicii. Et dici poteſt, quod ſex iſti ordines ſint Poteſtates ejus inferiores; ſub myſterio *arboris Boni*, id eſt Metatron, *& Mali*, i.e. Samaël. Nam מט טורן quaſi מט טהור ſi Nun mutetur in He, quod alludit ad מט 49. modos puritatis; & 49. modos impuritatis, quò pertinet Samaël. Hinc alibi dicitur: Quid eſt *flamma gladii?* Eſt Metatron, qui mutatur de baculo in ſerpentem, & de ſerpente in baculum. Atque ibi quoque traditur, quod *Lex oralis* ſit Flamma gladii, quæ, ſi quis probus ſit, medicina vitæ; ſi improbus, medicina mortis ſit: quoniam Malchuth quandoque Rigorem, quandoque Lenitatem præ ſe fert. Omnia autem ad idem redeunt: & quod in Tikkunim dicitur, ſex ordines illos eſſe in Metatrone; intelligendum eſt de Luce, quæ manifeſtatur in Jezirah, cujus intuitu denominatio puri vel impuri, legitimi & illegitimi, &c. locum habet. Pard. Tr. 23. c. 12. Vid. Soh. Breſchith 21, 83. 37, 147. Vaæra 12, 48. Vajakhel 90. Vajikra 8, 32. Achare 33, 132. Æmor 52, 207. Toledoth 84, 335. Zav. in pr.

לוחות *Tabulæ.* Duæ Tabulæ lapideæ, in quibus tradita eſt Lex, ſunt Nezach & Hod. Tikk. Quod autem repoſitæ fuerunt in Arca, reſpectum habet ad Tiphereth & ad Malchuth. Nam reſpectu ſcripturæ reſpectum ad Tiphereth habent; ſed reſpectu Tabularum, quæ fœmininum genus referunt, & lapidis, & arcæ ad Malchuth pertinent. Et hæc clara ſunt. Sed ibidem porrò dicitur, quod duæ Tabulæ ſint Vav & He Tetragrammati; ubi intelligitur Tiphereth, qui in Nezach; & Malchuth, quæ in Hod. Vel Scriptura ſub Nezach reſpiciens gradum Tiphereth; ſubjectum ejus autem ſub Hod in Malchuth. Pard. Tr. 23. c. 12. Vid. Soh. Jethro 38, 150. Miſchp. 51, 202.

לו *Utinam, quaeso, fortassis, si.* Respectu Vav est Tiphereth, quatenus unitus est cum Binah, quæ est Lamed, Turris volitans in aëre. Pard. l.c.

לוי *Levi, Levita.* Sicut Sacerdos est sub Chesed; sic Levita est sub Gebhurah. Hinc dicitur Exod. 32, 29. *Vir in filium suum, & in fratrem suum:* quia repræsentant vehementiam Judicii. Sed in Sohar Schlachlecha loco de Zizith, ad textum Ex. 2, 1. לוי dicitur habere significationem unionis & associationis: ubi intelligitur Unio inter Binah & Chochmah; & *Domus Levi*, denotat duarum illarum unitionem; sub mysterio Daath. Porrò in Sohar alibi, ubi de Tribubus agitur, Reuben refertur ad Chesed; Schimeon ad Gebhurah; & Levi ad Tiphereth; sub mysterio, uniendi duo illa extrema. Hinc Leah dicebat Gen. 29, 34. *Hac vice copulabitur vir meus ad me, quia peperi ei tres filios.* Erat enim Symbolum conciliationis perfectæ, & pacis inter duo extrema. Quæ fortè non pugnant invicem; quia appetitus incalescens ad copulam conjugalem Gebhurah est. Et in Sohar dicitur: In mundo superno, quidnam est analogon ה״ר Jezer hara? Gebhurah. Et Nomen אלהים, quod in Gebhurah, resolvitur in מילה א Circumcisio unius, quæ sunt corpus & fœdus. Atque sic traditur in Sohar Cantici Cant. Pard. Tr. 23. c. 12. Vid. Soh. Vajischlach 101, 404. Vajera 72, 285.

לויתן *Leviathan.* R. Schimeon ben Jochai in Tikkunim & Raja M. dicit, sub hoc nomine simul intelligi ambos Gradus Tiphereth & Jesod. Et fundamentaliter quidem Tiphereth; qui statuitur oculatus esse, & per oculos intelliguntur Chochmah & Binah, juxta Eccles. 2, 14. cum è contrario Leviathan lateris sinistri supponatur esse cœcus. Deinde per corpus ejus intelligitur Justus; per squamas, capiti propinquas, Gedulah & Gebhurah; per pinnas Nezach & Hod. Et alitur intra septem maria; nempe à Mari magno, quod est Binah, usque ad mare inferum. Significatio autem vocis לויתן est, quasi combinatio

binatio & *unio illorum*; quæ ſunt duæ uniones, Daath, ſupra & Jeſod infra. Pard. Tr. 23. c. 12. Vid. Soh. Breſchith 26, 101, Miſchpatim 49, 193.

לולב *Ramus Tabernacularis*; Juxta R. Schim. ben Jochai eſt Jeſod, è Pſalm. 92, 13. *Juſtus ut palma virebit:* ut cacumine ſuo ad cœlum uſque pertingere queat. Quidam tamen ad Tiphereth referunt; qui capite ſuo ad Coronam uſque ſummam pertingit. Sed omnia ad idem tendunt, quia intelligitur Linea mediâ. Pard. Tr. 23. c. 12.

לחם *Panis*. Communiter refertur ad Malchuth è loco 1. Reg. 13, 19. Sed in Raja Meh. לחם dicitur eſſe Vav, ſcil. in Tiphereth. Pro quorum conciliatione notetur è Tikkunim, quod Malchuth triplicem habeat notionem, nempe Cholem, Schurek, Chirek. Cholem autem dicitur, quando eſt ſupra Vav, tanquam corolla Tiphereth ratione Chochmah: & חלם per metatheſin eſt לחם panis, & huc pertinet locus Pſal. 78, 25. atque ſic Malchuth & Tiphereth concipiuntur eſſe in unione. Quando igitur in Raja Meh. לחם dicitur Vav, ibi intelligitur Cholem. Sed Sect. Trumah, per Panem intelligitur Influentia, quæ demittitur in Malchuth. Dicendum ergo, quod Malchuth tunc dicatur Panis, quando repleta eſt influxu, quod fit per unionem ejus cum Tiphereth. Ubi ſi prævalet Tiphereth, Panis ille dicitur לחם פנג & Panis maſculinus, & Vav: ſed ſi prævalet Fœmina, erit לחם עוני Panis paupertatis, Deut. 16, 3. reſpectu Malchuth. Pard. ibid. Vid. Soh. Breſchith 18, 71. 40, 151. Vajechi 127, 506. 130, 517. Æmor 47, 187. Pinchas 114, 118, 119. Ekeb 130, 519.

לחם הפנים *Panis facierum*. Eſt Jeſod: Et fortè denotatur influentia duarum facierum, ſuperioris & inferioris, prout dicitur Princeps facierum; quod eſt Nomen יאהדונהי. Pard. Tr. 23. c. 12.

לט *Maledixit*. Eſt Klippah maligna, & flagellum, quo cæſio fit 39. plagarum; quæ ſunt 40, minùs unâ; ubi myſterium

rium defectûs. Et hinc ortum habet Lot, Prava concupiscentia. Et pertinet ad naturam Loci Genes. 9, 25. *Maledictus Canaan:* quia maledictiones cum ipso prodeunt. In Sanctitate oppositum ejus est מל Ros, nomen Benedictionis. Pardes Tr. 23. c. 12.

לי Particula, *Mihi.* R. Schim. b. J. Tractatu de Præceptis, & in specie de Tphillin hanc refert ad Binah: quasi diceretur *pro me*; ita ut inferiora Illam assequi nequeant. Et hæc est notio Binah, qua occultata est in Chochmah. Vel לי, quasi Palatium לי pro *Jod*, quia Chochmah in eâ reconditur. Vel etiam per ל Binah, & per י Chochmah intelligi potest. Pard. ib.

לילה *Nox.* Est Malchuth, ob tenebras Judicii. Quandoque autem vocatur ליל; quando sc. nondum in se suscepit masculum; quod si factum est, vocatur לילה. Illo enim casu judicium vehementius est; hoc verò admiscetur lenitas. Locus autem Ps. 139, 12. *Nox sicut dies lucebit;* interpretationem accipit è Jesch. 30, 26. Et è loco Ps. 19, 3. *Nox nocti indicabit scientiam*, Interpretes duplicem exponunt Noctem, ut sunt Binah & Malchuth; quod tamen incongruum est. Et R. Moscheh inquit, Sephiras sinistras vocari *Noctes;* cum quo aliquatenus consentit Sohar. Pardes l.c. Vid. Soh. Æmor 47, 183. Lechlecha 57, 222. 59, 234. 63, 249. Mikkez 112, 449. Vajechi 117, 465. 123, 489. 124, 491. 129, 511. Bo 17. Trumah 58, 230. 73, 289. 77, 306. Vajakhel 96, 382. Mezora 24, 93. Achare 30, 120. Æmor 52, 208. Bammidbar 58, 229. Naso 59, 233. Schlachlecha 75, 296. 82, 325. Vaæthchannan in pr. 124, 496. Vajelech, 138, 550.

ליש לישה *Leo, Leæna*; longo & simplici villo, adeoque ferocior. In Sohar Sect. Noach refertur ad classem Gebhurah. Et quidem, juxta Ijob 4, 11. *Leo perit;* denotatur totalis defectus influentiæ; sed juxta Pr. 30, 30. *Leo* גבור *fortis inter animalia*, denotatur, quod suctionem habeat à Gebhurah. Pard. Tr. 23. c. 12.

לך *Tibi.* In Sohar S. Lechlecha refertur ad Malchuth, qui est gradus manifestus, unde in persona secundâ compellatur. Fortè etiam tunc sic vocatur, quando 50. portas supernas continet, juxta numerum לך. Hoc nomen tamen & Binæ competit, ob mysterium quinquagenarii; & naturam ejus manifestiorem, & inferiorem, quâ influit in structuram. Pardes l.c.

למורי ה׳ *Edocti à Domino* Jesch. 54, 13. sunt Nezach & Hod; quia hi gradus erudiuntur & accipiunt influxum doctrinæ propheticæ à Tiphereth, qui est Tetragrammaton. Pard. ibid.

למנצח *Vincenti.* Est sub Nezach; habetque sensum vincendi & prævalendi gradui illi, cujus ibidem fit mentio. Ut Psal. 12, 1. *Victori Octava*, quæ est Hod; Psal. 22, 1. *Victori Cerva*, quæ est Malchuth. Pard. ib.

לפידים *Faces.* Ex. 20, 18. Sunt Fulgura sub classe Jesod: nisi quod ברקים fulgura, subtiliora esse concipiantur, quatenus sunt in ipso Jesod, quando autem crassiora fiunt & manifestantur in Malchuth, vel in ipso Jesod apparent, dicuntur faces. Pard. ib.

לשון *Lingua.* Juxta R. Moscheh & omnes Interpp. est Binah, quia sicut Lingua cogitationes cordis producit & manifestat, sic Binah manifestat omnia interna atq; occulta triũ primarum. Sed juxta Raj. M. Jesod vocatur Lingua; & quatenus suctionem habet à Nezach & Hod, dũ sunt *Eruditi à Domino, Lingua Eruditorum dicitur* Jesch. 50, 4. Hi modi enim sunt instar Labiorum, & Jesod in medio. Jesod etiam dicitur *Septuaginta Lingua*, quatenus influit in Malchuth, quæ est mensura ע׳׳ 70. quatenus continet septem, quæ singulæ è decade constant. Dici etiam potest duplex esse *Os*, superius & inferius; In superiore Gedulah & Gebhurah sunt Labia, & Lingua in medio Binah: Vox autem inter duo illa prodiens Tiphereth: In inferiore autem Labia sunt Nezach & Hod, & Lingua Jesod; Loquela autem Malchuth. Ex ore autem superiore tantum procedit vox inarticulata,

culata, ob nimiam ſubtilitatem & ſpiritualitatem: ſed os inferius Loquelâ innoteſcit, quæ articulata eſt. Sed juxta Sohar S. Achare Malchuth dicitur *Lingua Sancta*, quando ab Eâ traduntur arcana Legis; & quando influxum accipit à Sanctitate supernâ, quæ eſt Chochma. Pard. l. c. Vid. Sohar Trumah 58, 229. 71, 284. behaalothecha 71, & 80. Noach 94. Vajeze 90, Pekude 120, 478. Schlachlecha 77, 305. Toledoth 84, 335. Miſchpatim 54, 219.

לשכת הגזית *Conclave cæſum.* Juxta R. Moſcheh eſt Gebhurah, quia ibi deciſiones fiunt judiciales. Mihi videtur hoc nomen pertinere ad Malchuth, quatenus 70. Synedriales ſuperni congregantur in Eâ, ad deciſiones rerum controverſarum faciendas. Pard. Tr. 23. c. 12.

מ

מ *Mem.*

AUtor Libri Temunah literam Mem tam apertam, quàm clauſam refert ad Malchuth, quæ aperta dicatur, dum influxum accipit à Dilectionibus, eundemque ad inferiora demittit: nam quod Mem apertum eſt infra, id infert, quod influentia deſcendat uſque ad Abyſſum, eandemque ſubigat, ne aquæ ejus aſcendant, terramque inundent. Cum autem Mem clauſum eſt, hoc notatur, quod in eo colligatur vis judicii, adeoq; impediatur, ne deſcendat. Utriusque autem dominium dicitur eſſe ſub Jove. Sed juxta ſententiam R. Sch. b. J. utrumque Mem pertinet ad Binah; quæ, quando influit in inferiora, aperta; cum autem influxum intra ſe colligit, & non demittit in Sephiras, clauſa dicatur. Pard. Tr. 27. c. 16. Vid. Sohar Vajakhel 94, 375. Sclachlecha 75, 296. Achare 30, 119. Trumah 60, 239. Tezavveh in pr. Vajikra 30, 119.

מאד *Valdè.* In Sohar Sect. Lechlecha ad Gen. 13, 2. hæc vox ad Orientem referri dicitur; i. e. ad Tiphereth. Sed S. Jethro eadem refertur ad Gebhurah. Pertinebit ergò ad Tiphe-

reth quatenus ad Gebhurah inclinat: Et per metathesin est אֹרם Pard. Tr. 23. c. 13. Vid. Sohar Pinchas 114, 46.

מאור *Luminare.* Duo sunt luminaria, magnum & parvum; illud Tiphereth, qui Sol, hoc Malchuth, quæ Luna est. Et in Sohar quidem Sect. Trumah, per Solem intelligitur Binah: cui simile quid & in Tikkunim occurrit: Sed re accuratiùs pensitatâ Binah non tam dicitur Sol, quam *Lux Solis*, juxta Jesch. 30, 26. nempe qui in Solem, i. e. Tiphereth influit. Pard. Tr. 23. c. 13.

מאכל *Cibus.* Designat Alimentum illud, quod nutritioni destinatum, cum nempe influentia demittitur à Jesod in Malchuth. Soh. Sect. Vajechi. Pard. l. c.

מארת *Luminaria*; Vel Luminare; cum nempe defectivè scribitur absque Vav; denotatur Malchuth, *Tikkun.* Sed sub significatione *Maledictionis* & *defectus*, ad sensum loci Pr. 3, 33. hâc voce denotatur Lilith. Pard.

מב Nomen 42. literarum, de quo notanda sequentia.

1. Mysterium Nominis מב intelliges ex doctrina de *Morte Regum:* Nimirum quod est Nomen אבגיתץ קרע שטן &c. Et hoc nomen pertinet in *Systema Jezirathicum.* *Jezirah* autem habet notionem *Seir;* in quo latet mysterium septem Regum, unde nomen מב intelligendum est ex mysterio *Regum.* Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Olam Hannekud.

2. Intentio autem nominis מב ea est ut eleventur omnia secernenda quæ relicta sunt de זון in *Jezirah* & *Asiah.* Unde omninò constat hoc nomine indigitari *Mortem* Regum. Elevandi autem sunt eo ordine, quo sunt mortui secundum modos seligendi per nomen istud. *Mors* igitur *Regum* septem indigitatur Nomine primo; dein ביטול seu *corruptio Posteriorum Patris & Matris*, innuitur nomine secundo, ib. Vide differentiam inter מות / ביטול & פגם sub titulo מות n. 3.

3. Jam ergò Nomen אבגיתץ correspondet gradui *Chesed;* quia igitur hic incipit *mors* Regum, hinc liquet, quod hoc No-

Nomine mors istorum innuatur. Hæc autem est expositio Nominis אבגיתץ; quod si dividatur in duo; pars prima אבגי per Gematr. continet 16. in quo numero latet mysterium 7. Regum: Nam *Malchuth*, quæ punctum tantum est unicum, denotatur per י Nominis אבגי: Literæ אבג autem per Gematr. sunt 6. quibus indigitantur sex *Extremitates* ז״א; unde septem illi *Reges*. Et huc etiam pertinet mysticum illud quod Rabbini nostri b. m. dixerunt: quod nempe רשות הרבים seu locus ubi licentia est plurium, latitudine sua contineat 16. cubitos. Quo nomine, nimir. Reschuth ha Rabbim, etiam appellantur 7. *Reges*, quatenus nempe fuerunt ante *Restauratione*; Post *Restaurationem* autem vocantur נחי. Cum autem septem isti *Reges* qui dicuntur אבגי sint *confracti* & destructi atque *mortui*; hinc ad nomen אבגי adjicitur vocula תץ quæ habet significationem diruendi, destruendi, demoliendi. Et quia *Chesed* incepit *mors* istorum Regum, hinc mors omnium primo hoc nomine indigitatur. Aliter explicari potest אבגיתץ e textu Talmudico; אבגא דבי רב, ubi denotatur Satan inventus in Academia illâ. Adeoque liquet, quod אבגיתץ omninò explicari possit eo modo, qui occurrit circa literas שעטנז quæ transpositæ sunt שטן עז [σατανᾶς.]

4. Nomen secundum קרע שטן refertur ad *Gebhurah*; qui est *Rex* secundus, quo moriente *delabebantur Posteriora Matris*, unde *Bittul* atque corruptio *Achurajim Patris & Matris* hoc nomine indigitatur. Expositio ejus autem hæc est: קרע significatum habet findendi, rumpendi, lacerandi; ut innuatur, hoc loco non factam destructionem atque Mortem propriè dictam, sicut de 7. Regibus dictum; sed fissionem atque lacerationem tantum in *Systemate*. Nethiza autem seu demolitio, denotat projectionem quasi lapidis violentam de loco suo in locum alium. Per lacerationem istam verò prodierunt *Klippos*, qui vocantur nomine Satan. ib.

5. קרע שטן autem per Gematr. est 729; qui numerus

proximè accedit ad numerum תשכח 728. de quo vide בנים בפנים. num. 2. qui est numerus *Achurajim Patris & Matris* ad denotandum *lapsum* eorundem. ib. Vid. etiam אמירה.

Vide nomina omnia Tikkunim f. 54. b.

מגדל *Turris*. Refertur ad Binah & ad Malchuth, ob connotationem Celsitudinis. Sed Turris volitans in Aëre, est Binah, volitans super Tiphereth, qui dicitur Aër; Et aliquando Corona Summa; quæ imminet super Chochmah & Binah, quibus simul sumtis tribuitur nomen אויר, quasi dicerentur י & אור. Sed Malchuth vocatur

מגדל עוז *Turris fortitudinis*. Prov. 18, 10. quando scil. Tiphereth, qui vocatur עוז in Ipsa est. Sæpe enim Turris connotat qualitatem asservandi & continendi aliquid. Sic quoque *Turris David*. Cant. 4, 4. Pard. Vid. Sohar Vajiggasch 115, 457. Balak 97, 386. Schlachlecha 78, 312.

מגן *Clypeus*: Refertur ad Malchuth, quando suctione gaudet à tribus Patribus, & influit in tres exercitus, quorum Capita sunt Michaël, Gabriel, Nuriel; quorum literæ initiales constituunt vocem מגן. Sed in Soh. Sect. Schemoth super locum Psal. 84, 12. per Scutum intelligitur Fœdus, *i. e.* Jesod. Pard.

מ״ד Est Abbreviatura vocum מים דכורים Aquæ masculinæ. Vide מ״ן.

מדה *Mensura*. Vid. Soh. Breschith 8, 32. Pekude 105, 418, 419. In Præfatione Libri Schaare Orah §. 7. 8. ad hunc titulum pertinentia reperiuntur, quæ sequuntur. Scito, præfationis loco; quod Ipsam Essentiam Creatoris nemo assequi valeat, nisi Ipse: cum inter omnes Turmas supernas nemo sciat locum ejus, multò minùs Ipsam veram Essentiā ejus: Unde Angeli superni Jechesk. 3, 12. dicunt: *Benedicta gloria Domini de loco suo*; id est, omni in loco, ubicunque sit. Quod si superiores ignorant, quantò magis inferiores ignorabunt. Quid igitur denotant omnia hæc, quæ in Lege reperimus, v. g. Manus, & pes,

&c pes, oculus & auris & similia? Scito, quamvis omnia ista tenentur de magnificentia & veritate Ejus, à nulla tamẽ creaturâ cognosci posse vel intelligi, quid sint in se, manus illa vel pes & similia: cumque nos sub imagine & similitudine sic loquimur, ne cogites oculum ibidem dari, qualis est oculus noster, vel manum similem; sed sunt naturæ penitùs internæ, & inter internas abstrusæ in Ipsa Essentiâ divinâ, à quibus provenit Scaturigo atque influxus pro omnibus Entibus. Essentia autem illius manûs non est ut essentia hujus manus; nec figura eorum similis est huic: sicut dicitur Jesch. 40, 25. *Et ad quem assimilabitis me, & æquabor?* Inter ipsum enim & inter nos nulla vera est similitudo essentialis; sed quod conceptum nobis figuræ alicujus membrorum nostrorum in illo formamus, ideò tantum fit, ut signa quasi aliqua nobis suppetant rerum occultarum & sublimium, quas nulla scientia cognoscere potest, ut illarum mentio fieri & externa quædam denominatio eas exprimere valeat. Sicut cum quis scribit *Ruben, filius Jacob;* Illæ sanè literæ & istæ formationes non sunt ipse Ruben, vel forma vel similitudo, vel essentia ejus; sed expressio tantum memorativa, quod iste sit Ruben; & scriptura hæc tantummodò signum est Illius Naturæ & essentiæ, quæ Ruben dicitur. Et quia Deus ille Benedictus delectatur justitiâ nostrâ, hinc in corpore hominis multa creavit membra, naturæ occultæ & abstrusæ, ad similitudinem & signum Operis Vehicularis metaphysici. Quod si igitur homo dignum se præstat ut purificet unum de membris suis; tunc membrum hoc quasi thronus evadit illius naturæ sublimis & internæ, quæ simili vocitatur nomine, sive oculus sit, sive manus vel aliud quoddam. Ex. gr. si caveat homo, & custodiat visionem oculorum suorum, ne respiciat vel contueatur rem aliquam turpem vel inhonestam, sed ea tantùm, quæ pertinent ad Sanctitatem Domini ejusque cultum; tunc oculus iste, quasi thronus evadit & sedes illius naturæ, quæ in supernis vocatur oculus. Eodem modo manus, & pes & membra

bra reliqua. Et propterea Majores noſtri dixerunt; Patres eſſe מרכבה thronum vel ſedem. Et non dicunt, quemlibet è Patribus eſſe Mercavam, vel thronum divinum; ſed Patres. Nam verbi gr. Abraham ſervavit puritatem lateris dextri, & *dextri* accepit poſſeſſionem in ſupernis, quæ eſt Menſura vel proprietas Cheſed & Benignitatis: hinc ſcr. e. Gen. 12, 9. *Et profectus eſt Abram eundo, & proficiſcendo ad meridiem.* Jizchak autem adeptus eſt puritatem proprietatis lateris ſiniſtri, qui eſt *Pavor:* hinc ſcr. e. Gen. 31, 53. *Et jurabat Jaacobh in pavore Patris ſui Jizchak.* Jaacobh verò ſeſe applicuit ad puritatem lineæ mediæ, hinc ſcr. e. Gen. 25, 27. *Et Jaacobh erat Vir perfectus, manens in tabernaculis*, i.e. inter Tabernaculum Abraham, & inter Tabernaculum Jizchak. Unde tres iſti Patres Thronus ſunt vehicularis; & hoc modo natura naturæ & formator ſedi ſuæ applicatus fuit. Jam nota, quæ hinc conſequuntur.

מדות ſeu Proprietates hominis dependent à membris ejus. Nam proprietas oculi eſt videre; auris audire; manûs, tangere; pedis, ambulare; adeoque facultates & proprietates iſtæ conſequuntur membra ſua. Unde Majores *noſtri* dixerunt: Cum ſermo eſt de מדות ſeu proprietatibus & modis (divinis,) phraſis hæc מדות proprietatū, vel modorum, *ſecundum* excellentiam intelligenda eſt; prout etiam voces Auris, oculi, pedis, manus, ſicut diximus. Et ſicut nulla eſt proportio inter membra illa, & noſtra; ſic quoque nulla eſt proportio inter proprietates illas & noſtras. Unde cùm adhibemus phraſin מדות *menſurarum, modorum, proprietatum*, cavendum eſt, nè Deus concipiatur eſſe menſuratus termino quodam, vel aliqua dimenſione aliâ: quia ſicut illud quod in eo dicitur auris vel oculus, nullam admittit dimenſionem vel terminum, vel ſimilitudinem; ſic ſe quoque habent proprietates. Et Magiſtri quidem noſtri מדות ſeu proprietates vocarunt Nomina ejus ſancta; prout legimus c. 100. Tr. Roſch ha Schanah: Dixit

xit R. Jehudah: Fœdus pactum est, tredecim modis seu proprietatibus; quæ non revertuntur inanes; juxta illud Exod. 34,10. Et tredecim modi sunt in verbis Exod. 34,6. *Dominus, Dominus Deus, misericors, & gratiosus, longanimus, &c.* Summa hæc est, ne concipias inter proprietates vel modos Divinos, & nostros, ullam esse similitudinem; præterquam secundum externam denominationem & expressionem signi. Unde Majores nostri: semper observa, quod proprietas Sancti benedicti non sit sicut proprietas Carnis & sanguinis. Schaare Orah præfat. sequitur ארני.

מדון *Contentio.* In Sohar Vajikra ad locum Pr. 16,28. dicitur esse influxus judicii rigorosi, demissi in omnes Sephiras, instigante Viro perversitatis: quia iste exsuscitat vim judicii. Pard.

מדורין *Mansiones, habitacula.* Sohar Bresch. 7. & 30, 119.

מדין *Lis, contentio.* Est latus sinistrum, ut Pr. 21, 9. c. 18, 18. & Cortex. Vid. Soh. Sect. Jethro, ad Gen. 41, 45. 50. Ex. 3, 1. c. 18. 1. Sacerdos enim On, & Sacerdos Midian referuntur ad unum. Pard. Conf. Soh. Debharim 122,488. Vajera 73, 283.

מדע *Scientia.* Dan. 1, 4. Eccl. 10, 20. Est Binah; quatenus est Scaturigo Daath sc. cognitionis: nam Daath manifestat, quod est in מדע. Pard.

מדת היום מדת הלילה Proprietas diei, est in Tiphereth, & Noctis, in Malchuth: quatenus utrique competunt duodecim horæ, & duodecim termini. Quidam diei appellationem ad Nezach, & noctis ad Hod referunt. Pard.

מדת הדין Proprietas judicii rigorosi est in Gebhurah, remissioris in Malchuth: suntque duo Synedria superna.

מה *Quid.* Prov. 30, 4. dicitur: *Nomen ejus est* מה *& Nomen filii ejus est* מה. i.e. מה vocatur Chochmah; & מה vocatur Tiphereth. Nam Tetragrammaton hâc plenitudine exaratum יוד הא. ואו. הא., quatenus continet decem literas, ad

Chochmah refertur, quatenus in illa resplendent decem Sephiroth, unde ejus character est י: quatenus autem continet numerum 45, quem etiam habet אדם, refertur ad Tiphereth. Chochmah enim vocatur Pater, & Filius ejus est Tiphereth. Et מה quidem est in Chochmah, sed manifestatur in Binah; hinc in Tikkunim dicitur, quod שמו Nomen ejus sit Binah. Et sic Tiphereth manifestatur in Malchuth, & hæc est Nomen filii ejus. Et Sect. Trumah dicitur, quod מה sit in ultimâ notione Malchuth, si non legatur מה sed מאה, centum, quatenus illa è decade constat, cujus singuli gradus iterum decadem continent. Pard. Vid. Soh. Trumah 62, 245. Pekude 105, 418. s. Korah 85, 340. Pinchas 114, 457.

מֹה. Vide מלוי. item תיקון 10. מצח טנחא. נוקנה 1. 5. 6. 7. ניצוצות 9. 11. 14. 16. 19. 22.

1. Cùm prodiret Lux nova Nominis מֹה allevati tunc ista secernebat ex punctis Nominis סֹג, quæ passa erant *confractionem*, quantumcunque poterat: & hæc cum illa conjungebantur: adeoque מֹה accipiebat notionem *Masculi* & סֹג notionem *uxoris* ejus. Quàmprimùm autem סֹג fieret *uxor* Nominis מֹה, statim aliud assumebat nomen; quod est Tetragrammaton בֹן, hehathum h. m. יוד. הה. וו הה. Jamque non ampliùs habet appellationem סֹג sed בֹן.

2. Quia enim Nomen סֹג simul continebat *Taamim*, *Nekudoth*, *Taggin*, & *Othioth*, hinc illa pars quæ vocabatur *Nekudoth*, non poterat habere Nomen totius sc. סֹג. Hinc cùm pars ista nempe *Nekudoth* cum Nomine מֹה conjungeretur, evaderetque ejusdem qs. *Uxor*, deinceps Nomen בֹן sortiebatur, & ex hinc totum *Systema Aziluthicum* suam accipiebat *redintegrationem*. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Attik.

3. Et hæc lux nominis מֹה nova è *fronte* prodiens, est mysterium *Regis* octavi, cujus mentio fit Genes. 36, 39. quique vocatur Hadar & in cujus Regimine nulla fit mentio *mortis*: quia ipse non moriebatur ut reliqui; cum potiùs restitueret

&

& exsuscitaret septem Reges priores, qui *mortui* erant ante ipsum.

4. Et quia, quam primum prodibat, statim incipiebat eligère sibi quicquid poterat è *Regibus* reliquis *Uxoris* loco quod est nomen בן, hinc etiam scriptura huic attribuit Uxorem cum antea nondum facta esset uxoris mentio, de quo plura in Idra majore & minore. Et nunc locum habet appellatio Adam f. hominis, quia homo complectitur utrumque sexum, unde etiam nomen מה & אדם per Gematriam idem valent. ib.

5. Atque nunc quidem postquam *Restitutum* est *Systema* Aziluthicum, nomen מה tanquam *masculus* prævalet, nomini סג, è cujus *Nekudoth* factum est Nomen בן tanquam Uxor ejus; quia 1. illud ortum est è congressu עב cum סג prævalente natura Nominis עב. 2. quia in illo nulla unquam fuit *mors* nec *fractura*; 3. quia continet מנחא, cum ibi tantùm *Nekudoth* sint. 4. quia Nomen סג adhuc magnam patitur imperfectionem, nec adhuc plenâ secretione purificatum est; unde nomen מה jam excellentius est. Seculo venturo autem cum restauratæ erunt omnes notiones סג omnesque Reges penitus erunt vivificati & secretio facta erit perfecta, juxta illud: absorpta est mors in æternum: tunc Nomen סג ad pristinam redibit Excellentiam, atque dominabitur & lucebit in mundo: atque tunc nomen מה abolebitur. Et hæc abolitio nominis מה intelligitur, quando dicitur, Mundum reductum iri in Tohu & Bohu tempore Messiæ: atque tunc tria saltem erunt Lumina, quæ sunt è Nominibus עב & סג tantùm. ibid.

מוח *Cerebrum.* Est in Chochmah: & tegumentum cerebri, nempe Cranium, est Kether, & capilli designant mundos à Coronâ emanantes. Cerebrum autem dividitur in tres partes, quæ sunt Chochmah, Binah, Daath. Cerebrum quoque frigidum est ob aquas misericordiæ, quas Chochmah emittit in Binah. Hinc & Chesed quandoque Cerebrum cognominatur. Sicut autem à Chochmah emanant 32. semitæ; ita è

Cerebro prodeunt 32. nervi. Aliis & Corona dicitur Cerebrum occultum. Et generali acceptione omnes Sephiroth dicuntur מוח cerebrum, quia una includitur in alterâ, ut cerebrum in Capite. Pard.

מוחין *Cerebra.* Vid. מלוי. מצח. נוקבה. 5.

1. Fundamentum ז״א equidem eſt notio ſex extremitatum quatenus iſte ſenſu generaliore refertur ad totum Syſtema Aziluthicum ſub una tantùm Perſona repræſentatum. Senſu autem ſpecialiore ipſe ז״א quoque unam ſpecialem repræſentat perſonam è decem Sephiroth conſtantem. Unde præter notionem 6. extremitatum ipſi etiam competunt tres ſupernæ Sephiroth. Et hoc in quolibet ejus ſtatu ſive ſit in Ibbur ſeu in Jenikah ſeu in Gadeluth, i. e. ſive in ſtatu Embryonis ſeu Lactationis ſeu adoleſcentiæ. Quamvis enim communiter Cerebrorum appellatio tantùm tribuatur ſtatui ætatis adultioris, id non ex eo fit, quaſi fœtationis & lactationis tempore Cerebris omnino careat; quippe qui ſemper habeat decem Sephiroth, unde ſemper etiam tres priores quæ vocantur Cerebra. Sed id ex eo tantum fit quod & illa Cerebra *quæ habet* in Ibbur & Jenikah non veniant in conſiderationem; ſed illa tantum quæ habet in ſtatu adultiore unde etiam Cerebrorum notio eidem ſtatui adultiori appropriatur.

2. Sciendum ergo, quod etiam tempore Ibbur & Jenikah quod ſpecialiter vocatur tempus קטנות ſeu Parvitatis ז״א habeat 3. Primas quæ vocantur Cerebra ultra ſex *ſuas* extremitates.

3. Sicut autem dictum eſt (Tit. עיבור) quòd in ſex Extremitatibus ponantur vaſa, ſcintillæ & lumina: Ubi vaſa aſſimilantur membris humanis; Scintillæ autem ſunt Nepheſch membrorum externorum, quæ ex carne, nervis & oſſibus conſtant & numerantur רמח 248. Lumina autem ſunt Nepheſch membrorum interiorum ſeu viſcerum ubi caro, oſſa & nervi non reperiuntur qualia ſunt Cor, pulmo, renes, hepar, & ſimilia.

lia. Sub Nephesch autem sic intelligitur quicquid est spirituale seu sit Nephesch, seu Ruach, seu Neschamah, &c. Ita etiam de tribus primis statuendum quod in illis pariter sint vasa scintillæ & lumina eodem plane sensu.

4. Tempore Parvitatis tamen aliqua hic reperitur diversitas. Nempe è vasis fieri dicuntur membra externa qualia sunt Ossa, quæ vocantur tres Cavitates Cranii: Ex scintillis autem fieri dicuntur tres Membranæ in tribus illis Cavitatibus contentæ, quæ Menynges vocantur, & istæ Menynges semper vocantur Cerebra nominis אלהים, quia fiunt ex Nizuzoth, quæ sunt Dinin. Ex luminibus autem fieri dicuntur tria Cerebra ipsa, quæ habent naturá visceris mollis humidique & albi qualis est in homine: Et hæc Cerebra, quæ fiunt è notione luminum sunt ipsæ Havajoth etiam in diebus Ibbur & Jenikah: Menynges autem solæ sunt Cerebra Nominis אלהים sub tempore parvitatis. In statu adultiore autem Cerebra non habent analogiam Cerebri materialis, sed potius interni illius spiritualis qualis est Neschamah.

5. Cum ergò Cerebra perfecta accipere deberet ז״א coibant או״א: & pater quidem de cerebro suo progenerabat guttam masculinam, quæ continebat naturam Chochmæ & Binæ & quinque Benignitatum, & quinque severitatum sub notione Daath. Atque sic etiam mater guttam dabat aquarum suarum fœmininarum, quæ etiam sunt Chochmah, Binah & quinque Chasadim atq; quinque Gebhuroth sub notione Daath. Quas, postquam fuissent in statu Embryonis, deinde in lucem edebat Tebhunah.

6. Dictum autem est alibi quod hæc Cerebra ז״א ד״ע primò vestita sint intra נה״י Tebhunæ. In Idra parva autem dicitur quod pater magis sit occultus quam mater: hinc etiam נה״י Patris vestiuntur intra נה״י Tebhunæ, h. m. ut Cerebrum Chochmah ז״א ד״ע proveniens à patre vestiretur in Nezach patris. Cerebrum autem ejus quod Binah vocatur proveniens à

patre, reconderetur intra Hod Patris. Et tandem Cerebrum ejus quod Daath eſt, proveniens à Daath paterna reconderetur intra Jeſod Patris. Et hac ratione tria etiam Cerebra provenientia à matre recondebantur intra hujus נה״י. Quo facto נה״י Patris habentia intra ſe Cerebra à Patre progreſſa recondebantur intra נה״י matris. Unde patet quod hæc חב״ד quæ à patre, duplex haberent operimentum nimirum vaſa דז״א נה״י Patris; & vaſa דז״א נה״י Matris. Illa autem חב״ד quæ à Matre, Tegumentum tantum habebant unicum nempe vaſa דז״א נה״י Matris. Chochmæ ergo Seiricæ, quæ à Patre & quæ à Matre in dextro latere capitis ejus, cenſentur ſibi invicem includi: & ſic Binæ in ſiniſtro; & Deoth in medio.

7. Cerebrum autem Seiricum, quod Daath dicitur à Patre profectum, mixtum eſt duplici temperatura: unâ quâ medio modo ſe habet inter Chochmah & Binah quæ à Patre; & alterâ, quâ mediat inter Chochmah & Binah, quæ à Matre. Unde in illo dantur quatuor notiones, nẽpe natura Chochmæ & Binæ, quam accepit à Chochmâ & Binâ profectis à Patre, & natura Chochmæ & Binæ, quam accepit à Chochmâ & Binâ profectis à Matre; quæ quatuor in hoc Cerebro efficiunt quatuor cerebra ſpecialia, quæ omnia vocantur Daath. Illa autem notio Chochmæ & Binæ quas à Matre habet, *in eo fiunt* Cheſed & Gebhurah, reſpectu illarum quæ à Patre, ſed tamen appellantur ſpeciali nomine Daath; unde in Cerebro generali Daath tria cerebra ſpecialia חב״ד. Et huc pertinet illud, quod dicitur 1. Sam. 2, 3. quia Scientiarum Deus, Dominus eſt.

8. Jam dicendum, quomodo hæc נה״י Patris incluſa in נה״י Matris recondita ſint intra ז״א. Nempe Nezach dividitur in tres articulos, & ſic Cerebrum, quod Chochmah dicitur in illo exiſtens pariter dividitur in tres Triades; & hæc extenduntur per latus dextrum דז״א, ita:

Articulus ſupernus Nezachicus maternus, in quo eſt Trias ſu-

superna Cerebri Chochmah, reconditur in Vas Chochmæ Seiricæ.

Articulus medius Nezachicus maternus in quo Trias media cerebri Chochmah reconditur in Vas Chesed Seiricæ.

Articulus infimus Nezachicus maternus, in quo Trias ima cerebri Chochmah reconditur in Vas Nezachicum דז Seir.

Et sic pariter extenduntur tres articuli Hodici materni intra quos tres Triades cerebri Binah, qui reconduntur in latus sinistrum דז זא quod est בינה. Atque eodem modo etiam נה Patris in quibus est cerebrum חב reconduntur & extenduntur in latus dextrum & sinistrum דז זא intra נה materna.

9. Sciendum autem quod articulus secundus Nezachicus vel hodicus matris extendatur per totam longitudinem brachii dextri vel sinistri דז זא usque ad finem unguium. Et ex unguibus digitorum lux prorumpit, & (quia brachia concipiuntur curvata, manusq; impositæ femoribus) subintrat longitudinem femoris & cruris dextri & sinistri, & extenditur per renes usque ad finem pedum. Atque hinc patet connexio Chochmæ cum Chesed & Nezach, item Binæ cum Gebhurah & Hod.

10. Per lineam autem mediam Seiricam extenduntur cerebra דז זא directò citra separationem: nempe à Daath in Tiphereth & ab hinc in Jesod. Lux ergo Daath proveniens ab אוא reconditur intra vas Jesod דאו אוא. Jesod autem Matris non habet tres articulos sicut נה sed unum tantum, qui intromittitur in Daath Seiricam ibique fit cerebrum Daath. Illud Jesod autem locum saltem habet in medio summorum duorum capitum דאו נה. Attamen adhuc etiam habet notionem, quæ vocatur עטרה Corolla. Et ipsum quidem Jesod reconditur supra in Daath Seir adeoque in capite ejus: Sed Atarah ejus ulterius demittitur in triadem supernam Tipherethicam

cam ejusdem, & pertingit usque ad locum pectoris. Ulterius Jesod Matris non extenditur.

11. Lumina autem Daath à patre provenientia reconduntur in Jesod Patris etiam per lineam mediam Seiricam. Et quia Jesod istud masculinum est, hinc ulterius protenditur nempe usque ad Jesod Seiricum. Quamvis autem in נ׳ה reperiantur terni articuli: in Jesod tamen tantum duo sunt, nempe Jesod & Atarah ejus. Et quamvis dividatur in tres Tertias; duos tamen saltim habet articulos. Tempore enim Lactationis in Linea media Seirica tantum erant Tiphereth & Jesod: sed per Ibbur secundum accedebat Daath. Priores autem duo articuli dividebantur in tres Tertias quæ efficiunt sex: ex quibus deinde duæ referuntur ad Daath, duæ mediæ, quæ sunt inferior Tipheretica & superior Jesodica referuntur ad Tiphereth; & duæ infimæ ad Jesod. Et hinc patet combinatio Tiphereth cum Jesod, ob quam corpus & fœdus unum dicuntur. Sicut autem Jesod Patris dividitur in Jesod speciale & Ataram: ita Jesod illud speciale duas iterum habet partes: quarum una est radicalis in medio duorum femorum cum illis unita, ex qua parte Jesod Patris facta est Daath Seirica, & hæc protrahitur usque ad Tertiam Tipherethicam superiorem Seiricam, nempe usque ad locum pectoris, quousque etiam Atarah *matris pertingit*. Altera pars specialis Jesod paterni ibidem incipit ubi separatur à femoribus נ׳ה in substantiam propriam: & extenditur à pectore Seirico usque ad finem Tiphereth Seiricæ. Atarah autem Jesod paterni vestitur à Jesod Seirico per totam hujus quantitatem. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Injan Ibbur Ham-Muchin.

מום *Macula, Labes.* Vid. Sohar Breschith 16, 65. 43, 172. Æmor 44, 173. Balak 91, 364.

מוסדי ארץ *Fundamenta terræ.* Sunt Jesod & Malchuth. Tikkun. Pard.

מוסף *Additamentum.* Refertur ad Jesod; cum enim per hunc

hunc gradum uniuntur Tiphereth & Malchuth, hæc vocatur Sanctitas, & Jesod Sanctitatis additamentum. Pard. Conf. Sohar Breschith 16,66. Pinchas 112,447. it. 115.

מועד *Tempus statutum.* Sect. Vajeze ad Num. 8,2. dicitur, quod unio Chesed & Gebhurah, quæ sunt duo tempora, matutinum Abrahami, & vespertinum Jizchaci, quando sc. ignis in aqua, & aqua in igne continetur, adeoque ambo simul vocentur tempus unum in singulari. Sed in Tikkunim dicitur, quod sex extrema vocentur tempora statuta; & quidem tria priora, *tempora Domini*, Lev. 23, 2. & tria posteriora הם מועדי *sunt tempora mea;* ibid. quasi dicerentur tempora Malchuth, quia הם per metathesin est מה, quæ est Malchuth. Et alibi dicitur, quod per vocem מועדם Levit. 23, 4. intelligatur Binah. Pardes.

מופלא *Occultum*, est Corona, quæ ita dicitur ob naturam abstrusam & incognitam. Pard.

מוצאי שברת *Exitus Sabbathi.* Vid. Soh. Trumah 68,269. Vajakhel 93,371.

מור *Myrrha.* In Raja M. ad Cant. 3, 6. מר dicitur Kether, quasi alluderetur ad significationem מר *Domini.* Corona enim prædominatur in Aziluth. Et ad Cant. 5, 1. ubi מור plenè, sic vocatur Chesed, quia sicut myrrha primarium est inter aromata, ita Chesed in structurâ. Et in Tikkunim myrrha vel ad Chesed, vel ad Nezach refertur. Pard.

מושיע *Servator, Salvator.* Juxta Raj. Meh. est Tiphereth, quia ille Schechinam liberat ab exilio; procul dubio ex parte Chesed, quo aliàs phrases ישועה *Salvandi* omnes pertinent: nempe vi Binæ, ubi liberationis Scaturigo. Pard.

מושל *Dominator.* Juxta R. Schimeon b. J. est Tiphereth, de parte Jesod, juxta Gen. 45,26. Pard.

מורת *Mors.* In Sohar Vajeze dicitur, quod Cortex Fœmina, de qua Prov. 2, 16. dicatur Mors. Pard. vid. & Pinchas 110,437. S.

מות / מיתא *Mors.* Dicitur de *Regibus* quorum *Vaſa confracta* dicuntur, de quibus in שבירה & נפל. Nota tamen & ſequentia:

1. Non deſcenderunt *Achurajim Patris* donec *moreretur Rex* ſecundus, qui eſt *Cheſed:* nec *deſcenderunt Poſteriora Matris*, donec *moreretur Rex* tertius, qui eſt *Gebhurah*: ita ut poſt mortem Gebhuræ demum utriusque poſteriora penitus deſcenderent. Quamvis enim mortuo *Rege Cheſed Achurajim Patris* deſcenderint; ea tamen non vocantur *Poſteriora perfecta*; quia Binah adhuc eidem obvertebat faciem, illuminabaturque per *Tergum* ejus. Delapſis autem etiam *Patris Poſterioribus*, tunc ambo plenè deſcenderunt, ut eſſent *Achur be Achur*, ſeu oppoſitis Tergis.

2. Sed ſeptem *Regum Mors* verè talis erat ab initio ſtatim; ita ut mortuo Rege *Cheſed*, deſtruerentur penitus omnes ipſius notiones. In hoc ergo differunt *Mors Regum*, à *corruptione poſteriorum Patris & Matris*, quod illa ſtatim dicatur *Mors* cum *mortuus* eſſet *Rex* primus: Hæc verò talis non diceretur niſi mortuo *Rege* tertio. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Olam Hannekud.

3. Ex Idra magna atque parva apparet, quod non ſint Mortui, niſi ſeptem *Reges* tantum: ex aliis autem *Textibus* libri Sohar patet, quod etiam in אוא facta fuerit aliqua *Corruptio*, quæ dicitur ביטול; quin imò in *Kether* quoque aliquantulum ſimile. Certum enim eſt, quod ex omnibus decem *Punctis* deciderint aliquæ Notiones: cum hâc tamen differentiâ, quod ז״ון penitus ſint *delapſi* tam juxta notionem ſuam *Achur be Achur*, ſeu ſtatum oppoſitorum invicem Tergorum; quam juxta notionem *Panim be Panim*; ſeu ſtatum obverſarum invicem facierum. Atque iſtud propriè dicitur מיתה mors; toti enim *delapſi* ſunt atque *deſcenderunt*. In Patre & Matre autem, ubi non deſcenderunt niſi *Achurajim* ſeu *poſteriora*, adhibetur vox ביטול ſeu *corruptio* atque perditio: & ירידה deſcenſus:

[c]ensus: non autem Mortis nomen. In *Kether* autem, à qua [n]on *delapsa* sunt, nisi notiones *Nezach*, *Hod*, *Jesod*, quæ in[g]ressæ sunt sub notione מוחין seu *cerebrorum* in *Patrem & Matrem*; (ubi ne *posteriorum* quidem analogia locum habet) [n]equidem dicitur contigisse *Bittul* seu *corruptio*; sed פגם *la[s]io* tantum aliqualis in systemate. Quæ differentia etiam alio [m]odo proponitur: Nimirum Nihil aliud est *Mors*, quam transi[t]us de uno mundo in alium, de uno *systemate* in aliud; adeo[q]ue *separatio* ex suo *mundo vel systemate*. Septem ergò *Reges*, [q]ui extiterant in *Aziluth*, & *descenderunt* in Briah, dicuntur [e]sse *mortui*; prout ita loquitur Idra magna (f.135.edit.min.240. [m]aj.) Nihil dicas *mori*, nisi quod *descendit* de gradu suo priore; [d]e eo enim prædicanda est *Mors*; sicut dicitur. Et mortuus est [R]ex Ægypti. Cum autem scriptum est: & mortuus est, & [m]ortuus est (Gen. 36.) ne putes quod cessaverint esse penitus; [n]eutiquam: sed si quid *descendit* de statu illo, in quo priùs fue[r]at, id dicitur *mors*. *Patris* & *Matris* autem *posteriora* quæ *de[l]apsa* sunt, non descenderunt in Briam, sed remanserunt in[f]erius in *mundo* seu *Systemate Aziluth* ipso; (illo nempe loco, [q]uem deinde occupare debebat Uxor זא) cum ergò non nisi [s]uo loco remanserunt, non dicuntur mortua, sed tantum cor[r]upta, ibid.

4. Hic quoque notandum, quod in Descriptione Re[g]um Edomiticorum, 1. Chron. 1. non omnibus adscribatur [N]omen Patris, sed quatuor tantum, qui sunt Bela filius Beor; Jobab filius Serach; Hadad filius Badad; & Baal Chanan filius [A]chbor. Nec minùs & hoc notabile est, quod etiam in his [q]uatuor non fiat mentio Nominum paternorum, nisi cum [d]escribitur tempus Regiminis eorum, non verò cum de Morte [e]orum sermo est: e. g. Et regnavit in Edom Bela filius Beor; [c]irca mortem autem sic: & mortuus est Bela, non adjecto no[m]ine Patris. Quo ipso ostenditur, quatuor notiones *Achu[r]aim* descendisse à Parentibus, & non plures. Quia autem istis

non tribuitur *Mors*, ſed tantum *corruptio* quædam in Syſtemate, hinc patrum nomina *mortis* tempore non apponuntur; ibid.

5. Ratio autem hujus differentiæ hæc eſt: quia *ſeptem Reges* non acceperunt quicquam de Luce *Aurium*, atque *Naſi* & *Oris Adami Anterioris*; ſed tantum de corpore ejus. Deinde quia tres primæ etiam ita prodierunt ab initio, ut aliquid jam haberent de natura *Tikkun*, ſeu *debitæ Conformationis*; mox enim ordinabantur trium linearum ordine, & ſitum conſtituebant medium dextrumque & ſiniſtrum: Cum 7. inferiores tantum una lineâ ſibi invicem inſiſterent citra ullam *Conformationem*. Natura autem תיקון ſeu *Conformationis* legitimæ in hoc potiſſimum conſiſtit, ut triplici ordine linearum ſibi invicem innexarum appareat: atque tunc vocatur רשות היחיד ſeu locus ubi licentia eſt *uni*: cum autem unâ tantùm lineâ ſibi invicem imminent, tunc ſeparatæ ſunt ab invicem, atque vocantur רשות הרבים locus multorum. ibid.

Vid. דעת. מב. מה. מלוי. מלכים. נוקבה. 3. ניצוצית. [illegible]

מזבח *Altare*. Internum eſt Binah, ubi aurum & ſuffimentum, (קטורת autem quaſi à קשר connectere) ipſa enim connectit omnes Sephiras. Sed externum æneum eſt Malchuth, ubi mors locum habet, quia *pedes ejus deſcendunt in mortem*. Prov. 5, 5. & eſt coloris ænei, quia tenetur cibare cortices, qui vocantur montes æris Sechar. 6, 1. atque hæc notio prævalebat ante Templum. Eratque terreum juxta Exod. 27, 8. c. 20, 24. quæ notio prævalebat ſub Templo, quia אדמה terra alludit ad Adam Tiphereth, cum quo Malchuth tempore extructi Templi unita erat, unde reſpectus major eſt ad interna Altaris. Hæc autem quandoque dicitur

מזבח אלהים *Altare Dei*, quando ſuctionem habet à Gebhurah. Sed

מזבח יי *Altare Domini*, quando influxum recipit à Tetragrammato ſuo. Pard. vid. Sohar Breſchith 16, 61. S. Vajechi

131,

31, 520. Beſchallach 117. infra. Miſchpatim 46. *Trumah* 2, 246. 68, 272. 183. *Vajikra* 11, 41. Zav. 13. Schemoth), 34.

מזוזה *Poſtis*, quod in poſte. Juxta Raja Meh. ſic vocatur chechinah de parte Tiphereth. Pard. Nam מזוזה habet fiuram ה & numeris æquipollet vocibus היכל & ארני, Schlachecha 83, 332. Vaæthchan. 126. Pard.

מזון *Alimentum*. Sic vocatur Cheſed, quia ab hac depenet nutritio, quæ hinc demittitur. Vide טוב. Et Sohar Bechallach 28, 109. Trumah 62, 246. 68, 271. 70, 279. Pard.

מזל *Influentia*. Eſt Kether, quia influit in omnes Sephias: ſed hæc eſt è notionibus ejus manifeſtis. Pard. vid. Jethro 5, 138. 64. Naſo 70, 253. Pinchas 100, 397. In Schaare)rah ſub Nominibus 3. & 4. de מזל extant ſequentia poſt עצם השמי. Binah liberos producit à *Corona*, à loco ſcil. qui ocatur מזל *influentia*. Hæc eſt Influentia ſuperna ob exitentes ibidem 13. proprietates miſerandi: & ab hac Influntia Liberi, Vita, & Alimenta proveniunt atque depenlent, imò & ipſe Liber Legis, qui in Templo. Ne enim cogies, à Planetarum & ſtellarum influxu dependere Librum Leis, quia totus mundus per Legem conditus; quomodo igitur ex dependeret ab eo, quod ab ipſa eſt conditum. Sed à Coroa dependent omnes Sephiroth, & omnia creata. Dicitur auem מזל *Influentia*, quia ab ipſa profluunt vires in omnes Sehiras, & in omnes mundi filios: imò & Liber Legis ab hâc Inuentiâ vires haurit atque recipit. Channah igitur intentioe orationis ſuæ valde ſcandebat ſurſum, uſque ad locum, qui *nfluentia* dicitur: unde de ipſa legitur 1. Schmu. 1, 10. *Et erat mara animo, oravitque* יי על *ſuper Dominum*. Non dicitur *ad ominum*, ſed *ſuper Dominum*: Notum quippe eſt tria dari Noiina, in imo Adonai; in medio Tetragrammaton, in ſumo Ehjeh; Corona ſc. & Influentia, unde proveniunt Liberi.)rabat ergò ſuper Tetragrammaton, i.e. ad אהיה in Summis

 loca-

locatum, & ibi impetrabat quod volebat. Unde dictum est: Circa liberos vitam & alimenta; non à merito, sed à Fortuna seu Influentia res dependet. Locus meriti autem est Tribunal magnum supernum septuaginta univirale, Elohim Gebhurah; sed ab Influentia res dependet, ubi gratis aliquid conceditur è mera benevolentia, si quis invenerit gratiam in oculis ejus sub mysterio 13. proprietatum miserandi. Si quis ergò miraculosè vult generare liberos ad hunc locum ascendat oportet: atque sic etiam si quis vitam sibi superaddi desiderat supra dies sibi statutos; & si quis plura expetit alimenta, quam vigore nativitatis suæ ipsi competunt. Quod probatur de vita ex Jesch. 38,5. ubi dicitur יוסיף superaddit, non superaddo: de liberis ex 1. Schmu. 1, 10. ut dictum supra: de alimentis ex Psalm. 55,23. *Projice* על *super Dominum, &c.* Et ista nemo assequi valet in hoc mundo per tribunal supra dictum, sed ascendendum est ultra mundum venturum, usque ad Coronam, quæ est Ensoph ad locum 13. graduum miserandi, quorum unus vocatur מזל influentia. Hæc ibi.

מזמור *Psalmus.* Juxta R. Schimeon b. J. est Malchuth, *item* Chesed, & fortè Malchuth ex parte Chesed, cum filum Chesed ad Illam derivatur. Et Sect. Trumah dicitur: *Psalmus est Spiritus Sanctus, quia hic semper laudat Regem supremum omnium.* Ubi intelligitur Malchuth, quæ vocatur Spiritus Sanctus, & semper laudat gradum Binah, ut ascendat ad hanc eique sit similis. Pard. Tr. 23. c. 13.

מזרח *Oriens*, in Sohar refertur ad Chochmah. Sed Sect. Vajeze idem nomen refertur ad Binah. Alia loca ibidem illud referunt ad Tiphereth; sed omnia ad idem tendunt. Nam Tiphereth illuminatur vi Orientis, i.e. accipit lumen à Chochmah; item à Binah. Pard.

מחזה *Visio.* In Soh. Lechlecha ad Gen. 15, 1. explicatur de Malchuth solâ non accedente ullâ Sephirâ aliâ ad prophetiam: Vid. חזה. Pard.

מחצית השקל *Medietas sicli.* Siclus continet viginti Geras, quæ sunt duo Jodin, & Tiphereth in medio, qui propterea ocatur medietas sicli; nam in figurâ א Jod est supra & Jod nfra, & Vav in medio. Sic R. Schim. Sed in Raja Meh. tiam Malchuth sic vocatur, quando ascendit ad Tiphereth ub mysterio Vav Schurek. Pard. Vid. Trumah 71, 222.

מחשבה *Cogitatio, Idea*; multis in locis dicitur esse Ænoph, item Kether, & Chochmah & Malchuth, juxta Tikk. t juxta Raja M. & Binah: ubi הרהור *meditatio confusior*, quæ on usque adeò idem est ac מחשבה *cogitatio, formatio conceptus*; dicitur esse in Chochmah, & מחשבה in Binah, tanuam manifestius quid. Et juxta R. Moscheh in Kether quiem *Cogitatio vel Consideratio* locum habet, sed non השגה *pprehensio vel perceptio*; & sic quoque in Chochmah; & de traque intelligendus est locus Psalm. 92, 6. *Valdè profunda unt cogitationes tuæ.* Malchuth igitur dicitur מחשבה seu *onsideratio* respectu inferiorum, quia subtilissimæ est naturæ: nde multò magis hoc nomen competet toti Aziluth, quæ ab nterpp. Punctum intellectuale vel ideale dicitur, ad ostendenlam naturam ejus subtilem; Inter corporea enim simile nulum datur subtilius, cogitatione, ita ut punctum intellectuale el ideale dicatur, quia hoc omni extremitate caret. Et sic Biah respectu septem inferiorum est Cogitatio, & occultum uid: & Sephiræ inferiores respectu ejusdem sunt effectus, & tructura, & opus manifestum. Binah tamen, quia manifestat apientiam est Cogitatio crassior, & Chochmah Cogitatio subilior; Corona autem subtilior utraque; ita ut tota Aziluth ocetur opus respectu Cogitationis hujus spiritualis in Emanaionis Autore, qui est Regum omnium super Reges constituorum Rex. Pard. V. in Soh. Vajechi 131, 519. Pinch. 102, 408.

מחשבה *Cogitatio.* Ita nona decadis Sephirothicæ ab imis scendendo pronunciata legitur; cogitabile sc. punctum, quod nitium defluxus Voluntatis in Emanationem & creationem

at-

cam ejusdem, & pertingit usque ad locum pectoris. Ulterius Jesod Matris non extenditur.

11. Lumina autem Daath à patre provenientia reconduntur in Jesod Patris etiam per lineam mediam Seiricam. Et quia Jesod istud masculinum est, hinc ulterius protenditur nempe usque ad Jesod Seiricum. Quamvis autem in נ״ה reperiantur terni articuli: in Jesod tamen tantum duo sunt, nempe Jesod & Atarah ejus. Et quamvis dividatur in tres Tertias; duos tamen saltim habet articulos. Tempore enim Lactationis in Linea media Seirica tantum erant Tiphereth & Jesod: sed per Ibbur secundum accedebat Daath. Priores autem duo articuli dividebantur in tres Tertias quæ efficiunt sex: ex quibus deinde duæ referuntur ad Daath, duæ mediæ, quæ sunt inferior Tipheretica & superior Jesodica referuntur ad Tiphereth; & duæ infimæ ad Jesod. Et hinc patet combinatio Tiphereth cum Jesod, ob quam corpus & fœdus unum dicuntur. Sicut autem Jesod Patris dividitur in Jesod speciale & Ataram: ita Jesod illud speciale duas iterum habet partes: quarum una est radicalis in medio duorum femorum cum illis unita, *ex qua* parte Jesod Patris facta est Daath Seirica, & hæc protrahitur usque ad Tertiam Tipherethicam superiorem Seiricam, nempe usque ad locum pectoris, quousque etiam Atarah *matris* pertingit. Altera pars specialis Jesod paterni ibidem incipit ubi separatur à femoribus נ״ה in substantiam propriam: & extenditur à pectore Seirico usque ad finem Tiphereth Seiricæ. Atarah autem Jesod paterni vestitur à Jesod Seirico per totam hujus quantitatem. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Injan Ibbur Ham-Muchin.

מום *Macula, Labes.* Vid. Sohar Breschith 16, 65. 43, 172. Æmor 44, 173. Balak 91, 364.

מוסדי ארץ *Fundamenta terræ.* Sunt Jesod & Malchuth. Tikkun. Pard.

מוסף *Additamentum.* Refertur ad Jesod; cum enim per hunc

hunc gradum uniuntur Tiphereth & Malchuth, hæc vocatur Sanctitas, & Jesod Sanctitatis additamentum. Pard. Conf. Sohar Breschith 16,66. Pinchas 112,447. it. 115.

מועד *Tempus statutum.* Sect. Vajeze ad Num. 8,2. dicitur, quod unio Chesed & Gebhurah, quæ sunt duo tempora, matutinum Abrahami, & vespertinum Jizchaci, quando sc. ignis in aqua, & aqua in igne continetur, adeoque ambo simul vocentur tempus unum in singulari. Sed in Tikkunim dicitur, quod sex extrema vocentur tempora statuta; & quidem tria priora, *tempora Domini,* Lev. 23, 2. & tria posteriora הם מועדי *sunt tempora mea;* ibid. quasi dicerentur tempora Malchuth, quia הם per metathesin est מה, quæ est Malchuth. Et alibi dicitur, quod per vocem מועדם Levit. 23, 4. intelligatur Binah. Pardes.

מופלא *Occultum,* est Corona, quæ ita dicitur ob naturam abstrusam & incognitam. Pard.

מוצאי שבת *Exitus Sabbathi.* Vid. Soh. Trumah 68,269. Vajakhel 93,371.

מור *Myrrha.* In Raja M. ad Cant. 3, 6. מר dicitur Kether, quasi alluderetur ad significationem מר *Domini.* Corona enim prædominatur in Aziluth. Et ad Cant. 5, 1. ubi מור plenè, sic vocatur Chesed, quia sicut myrrha primarium est inter aromata, ita Chesed in structurâ. Et in Tikkunim myrrha vel ad Chesed, vel ad Nezach refertur. Pard.

מושיע *Servator, Salvator.* Juxta Raj. Meh. est Tiphereth, quia ille Schechinam liberat ab exilio; procul dubio ex parte Chesed, quo aliàs phrases ישועה *Salvandi* omnes pertinent: nempe vi Binæ, ubi liberationis Scaturigo. Pard.

מושל *Dominator.* Juxta R. Schimeon b. J. est Tiphereth, de parte Jesod, juxta Gen. 45, 26. Pard.

מות *Mors.* In Sohar Vajeze dicitur, quod Cortex Fœmina, de qua Prov. 2, 16. dicatur Mors. Pard. vid. & Pinchas 110,437. S.

מות / מיתא *Mors.* Dicitur de *Regibus* quorum *Vasa confracta* dicuntur, de quibus in שבירה & נפל. Nota tamen & sequentia:

1. Non descenderunt *Achurajim Patris* donec *moreretur Rex* secundus, qui est *Chesed:* nec *descenderunt Posteriora Matris*, donec *moreretur Rex* tertius, qui est *Gebhurah:* ita ut post mortem Gebhuræ demum utriusque posteriora penitus descenderent. Quamvis enim mortuo *Rege Chesed Achurajim Patris* descenderint; ea tamen non vocantur *Posteriora* perfecta; quia Binah adhuc eidem obvertebat faciem, illuminabaturque per *Tergum* ejus. Delapsis autem etiam *Patris* Posterioribus, tunc ambo plenè descenderunt, ut essent *Achur be Achur*, seu oppositis Tergis.

2. Sed septem *Regum Mors* verè talis erat ab initio statim; ita ut mortuo Rege *Chesed*, destruerentur penitus omnes ipsius notiones. In hoc ergo differunt *Mors Regum*, à *corruptione posteriorum Patris & Matris*, quod illa statim dicatur *Mors* cum *mortuus* esset *Rex* primus: Hæc verò talis non diceretur nisi mortuo *Rege* tertio. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Olam Hannekud.

3. Ex Idra magna atque parva apparet, quod non sint Mortui, nisi septem *Reges* tantum: ex aliis autem Textibus libri Sohar patet, quod etiam in אוא facta fuerit aliqua *Corruptio*, quæ dicitur ביטול; quin imò in *Kether* quoque aliquantulum simile. Certum enim est, quod ex omnibus decem *Punctis* deciderint aliquæ Notiones: cum hâc tamen differentiâ, quod ז״ת penitus sint *delapsi* tam juxta notionem suam *Achur be Achur*, seu statum oppositorum invicem Tergorum; quam juxta notionem *Panim be Panim*; seu statum obversarum invicem facierum. Atque istud propriè dicitur מיתה mors; toti enim *delapsi* sunt atque *descenderunt*. In Patre & *Matre* autem, ubi non descenderunt nisi *Achurajim* seu *posteriora*, adhibetur vox ביטול seu *corruptio* atque perditio: & ירידה descensus:

census: non autem Mortis nomen. In *Kether* autem, à qua non *delapsa* sunt, nisi notiones *Nezach*, *Hod*, *Jesod*, quæ ingressæ sunt sub notione מוחין seu *cerebrorum* in *Patrem & matrem*; (ubi ne *posteriorum* quidem analogia locum habet) nequidem dicitur contigisse *Bittul* seu *corruptio*; sed פגם *læsio* tantum aliqualis in systemate. Quæ differentia etiam alio modo proponitur: Nimirum Nihil aliud est *Mors*, quam transitus de uno mundo in alium, de uno *systemate* in aliud; adeoque *separatio* ex suo *mundo vel systemate*. Septem ergò *Reges*, qui extiterant in *Aziluth*, & *descenderunt* in Briah, dicuntur esse *mortui*; prout ita loquitur Idra magna (f. 135. edit. min. 240. maj.) Nihil dicas *mori*, nisi quod *descendit* de gradu suo priore; de eo enim prædicanda est *Mors*; sicut dicitur. Et mortuus est Rex Ægypti. Cum autem scriptum est: & mortuus est, & mortuus est (Gen. 36.) ne putes quod cessaverint esse penitus; neutiquam: sed si quid *descendit* de statu illo, in quo priùs fuerat, id dicitur *mors*. *Patris* & *Matris* autem *posteriora* quæ *delapsa* sunt, non descenderunt in Briam, sed remanserunt inferius in *mundo* seu *Systemate Aziluth* ipso; (illo nempe loco, quem deinde occupare debebat Uxor ז״א) cum ergò non nisi suo loco remanserunt, non dicuntur mortua, sed tantum corrupta, ibid.

4. Hic quoque notandum, quod in Descriptione Regum Edomiticorum, 1. Chron. 1. non omnibus adscribatur Nomen Patris, sed quatuor tantum, qui sunt Bela filius Beor; Jobab filius Serach; Hadad filius Badad; & Baal Chanan filius Achbor. Nec minùs & hoc notabile est, quod etiam in his quatuor non fiat mentio Nominum paternorum, nisi cum describitur tempus Regiminis eorum, non verò cum de Morte eorum sermo est: e. g. Et regnavit in Edom Bela filius Beor; circa mortem autem sic: & mortuus est Bela, non adjecto nomine Patris. Quo ipso ostenditur, quatuor notiones *Achurim* descendisse à Parentibus, & non plures. Quia autem istis

non tribuitur *Mors*, sed tantum *corruptio* quædam in Systemate, hinc patrum nomina *mortis* tempore non apponuntur; ibid.

5. Ratio autem hujus differentiæ hæc est: quia *septem Reges* non acceperunt quicquam de Luce *Aurium*, atque *Nasi* & *Oris Adami Anterioris*; sed tantum de corpore ejus. Deinde quia tres primæ etiam ita prodierunt ab initio, ut aliquid jam haberent de natura *Tikkun*, seu *debitæ Conformationis*; mox enim ordinabantur trium linearum ordine, & situm constituebant medium dextrumque & sinistrum: Cum 7. inferiores tantum una lineâ sibi invicem insisterent citra ullam *Conformationem*. Natura autem תיקון seu *Conformationis* legitimæ in hoc potissimum consistit, ut triplici ordine linearum sibi invicem innexarum appareat: atque tunc vocatur רשות היחיד seu locus ubi licentia est *uni*: cum autem unâ tantùm lineâ sibi invicem imminent, tunc separatæ sunt ab invicem, atque vocantur רשות הרבים locus multorum. ibid.

Vid. ניצוצית. 3. נוקבה. מלכים. מלוי. מ״ה. מ״ב. הערת

מזבח *Altare*. Internum est Binah, ubi aurum & suffimentum, (קטורת autem quasi à קשר connectere) ipsa enim connectit omnes Sephiras. Sed externum æneum est Malchuth, ubi mors locum habet, quia *pedes ejus descendunt in mortem*. Prov. 5, 5. & est coloris ænei, quia tenetur cibare cortices, qui vocantur montes æris Sechar. 6, 1. atque hæc notio prævalebat ante Templum. Eratque terreum juxta Exod. 27, 8. c. 20, 24. quæ notio prævalebat sub Templo, quia אדמה terra alludit ad Adam Tiphereth, cum quo Malchuth tempore exstructi Templi unita erat, unde respectus major est ad interna Altaris. Hæc autem quandoque dicitur

מזבח אלהים *Altare Dei*, quando suctionem habet à Gebhurah. Sed

מזבח יי *Altare Domini*, quando influxum recipit à Tetragrammato suo. Pard. vid. Sohar Breschith 16, 61. S. Vajechi 131,

31, 520. Beschallach 117. infra. Mischpatim 46. *Trumah* 62, 246. 68, 272. 183. *Vajikra* 11, 41. Zav. 13. Schemoth 9, 34.

מזוזה *Postis*, quod in poste. Juxta Raja Meh. sic vocatur Schechinah de parte Tiphereth. Pard. Nam מזוזה habet figuram ה & numeris æquipollet vocibus היכל & ארני Schlachecha 83, 332. Vaæthchan. 126. Pard.

מזון *Alimentum.* Sic vocatur Chesed, quia ab hac dependet nutritio, quæ hinc demittitur. Vide טוב. Et Sohar Beschallach 28, 109. Trumah 62, 246. 68, 271. 70, 279. Pard.

מזל *Influentia.* Est Kether, quia influit in omnes Sephiras: sed hæc est è notionibus ejus manifestis. Pard. vid. Jethro 35, 138. 64. Naso 70, 253. Pinchas 100, 397. In Schaare Orah sub Nominibus 3. & 4. de מזל extant sequentia post עצם השמי. Binah liberos producit à *Corona*, à loco scil. qui vocatur מזל *influentia*. Hæc est Influentia superna ob existentes ibidem 13. proprietates miserandi: & ab hac Influentia Liberi, Vita, & Alimenta proveniunt atque dependent, imò & ipse Liber Legis, qui in Templo. Ne enim cogites, à Planetarum & stellarum influxu dependere Librum Legis, quia totus mundus per Legem conditus; quomodo igitur Lex dependeret ab eo, quod ab ipsa est conditum. Sed à Corona dependent omnes Sephiroth, & omnia creata. Dicitur autem מזל *Influentia*, quia ab ipsa profluunt vires in omnes Sephiras, & in omnes mundi filios: imò & Liber Legis ab hâc Influentiâ vires haurit atque recipit. Channah igitur intentione orationis suæ valde scandebat sursum, usque ad locum, qui *Influentia* dicitur: unde de ipsa legitur 1. Schmu. 1, 10. *Et erat amara animo, oravitque* על יי *super Dominum.* Non dicitur *ad Dominum,* sed *super Dominum:* Notum quippe est tria dari Nomina, in imo Adonai; in medio Tetragrammaton, in summo Ehjeh; Corona sc. & Influentia, unde proveniunt Liberi. Orabat ergò super Tetragrammaton, i.e. ad אהיה in Summis

locatum, & ibi impetrabat quod volebat. Unde dictum est: Circa liberos vitam & alimenta; non à merito, sed à Fortuna seu Influentia res dependet. Locus meriti autem est Tribunal magnum supernum septuaginta univirale, Elohim Gebhurah; sed ab Influentia res dependet, ubi gratis aliquid conceditur è mera benevolentia, si quis invenerit gratiam in oculis ejus sub mysterio 13. proprietatum miserandi. Si quis ergò miraculosè vult generare liberos ad hunc locum ascendat oportet: atque sic etiam si quis vitam sibi superaddi desiderat supra dies sibi statutos; & si quis plura expetit alimenta, quam vigore nativitatis suæ ipsi competunt. Quod probatur de vita ex Jesch. 38,5. ubi dicitur יוסיף superaddit, non superaddo: de liberis ex 1. Schmu. 1, 10. ut dictum supra: de alimentis ex Psalm. 55,23. *Projice* על *super Dominum, &c.* Et ista nemo assequi valet in hoc mundo per tribunal supra dictum, sed ascendendum est ultra mundum venturum, usque ad Coronam, quæ est Ensoph ad locum 13. graduum miserandi, quorum unus vocatur מזל influentia. Hæc ibi.

מזמור *Psalmus*. Juxta R. Schimeon b. J. est Malchuth, *item* Chesed, & fortè Malchuth ex parte Chesed, cum filum Chesed ad Illam derivatur. Et Sect. Trumah dicitur: *Psalmus est Spiritus Sanctus, quia hic semper laudat Regem supremum omnium.* Ubi intelligitur Malchuth, quæ vocatur Spiritus Sanctus, & semper laudat gradum Binah, ut ascendat ad hanc eique sit similis. Pard. Tr. 23. c. 13.

מזרח *Oriens*, in Sohar refertur ad Chochmah. Sed Sect. Vajeze idem nomen refertur ad Binah. Alia loca ibidem illud referunt ad Tiphereth; sed omnia ad idem tendunt. Nam Tiphereth illuminatur vi Orientis, i.e. accipit lumen à Chochmah; item à Binah. Pard.

מחזה *Visio*. In Soh. Lechlecha ad Gen. 15, 1. explicatur de Malchuth solâ non accedente ullâ Sephirâ aliâ ad prophetiam: Vid. חזוה. Pard.

מחצית השקל *Medietas sicli.* Siclus continet viginti Geras, quæ sunt duo Jodin, & Tiphereth in medio, qui propterea vocatur medietas sicli; nam in figurâ א Jod est supra & Jod infra, & Vav in medio. Sic R. Schim. Sed in Raja Meh. etiam Malchuth sic vocatur, quando ascendit ad Tiphereth sub mysterio Vav Schurek. Pard. Vid. Trumah 71, 222.

מחשבה *Cogitatio, Idea*; multis in locis dicitur esse Æn-soph, item Kether, & Chochmah & Malchuth, juxta Tikk. et juxta Raja M. & Binah: ubi הרהור *meditatio confusior,* quæ non usque adeò idem est ac מחשבה *cogitatio, formatio conceptus*; dicitur esse in Chochmah, & מחשבה in Binah, tanquam manifestius quid. Et juxta R. Moscheh in Kether quidem *Cogitatio vel Consideratio* locum habet, sed non השגה *apprehensio vel perceptio*; & sic quoque in Chochmah; & de utraque intelligendus est locus Psalm. 92, 6. *Valdè profundæ sunt cogitationes tuæ.* Malchuth igitur dicitur מחשבה seu *Consideratio* respectu inferiorum, quia subtilissimæ est naturæ: unde multò magis hoc nomen competet toti Aziluth, quæ ab interpp. Punctum intellectuale vel ideale dicitur, ad ostendendam naturam ejus subtilem; Inter corporea enim simile nullum datur subtilius, cogitatione, ita ut punctum intellectuale vel ideale dicatur, quia hoc omni extremitate caret. Et sic Binah respectu septem inferiorum est Cogitatio, & occultum quid: & Sephiræ inferiores respectu ejusdem sunt effectus, & structura, & opus manifestum. Binah tamen, quia manifestat sapientiam est Cogitatio crassior, & Chochmah Cogitatio subtilior; Corona autem subtilior utraque; ita ut tota Aziluth vocetur opus respectu Cogitationis hujus spiritualis in Emanationis Autore, qui est Regum omnium super Reges constitutorum Rex. Pard. V. in Soh. Vajechi 131, 519. Pinch. 102, 408.

מחשבה *Cogitatio.* Ita nona decadis Sephirothicæ ab imis ascendendo pronunciata legitur; cogitabile sc. punctum, quod initium defluxus Voluntatis in Emanationem & creationem at-

atque descensum mysticè demonstrat. Hoc etiam refert nominis Tetragrammati literam Jod, quæ est punctum cogitabile, quod sacrum diadematis & Infiniti Templum intimè introclusum inhabitat, ac super eodem puncto sinceræ misericordiæ machina in infinitum protenditur longè latèque, quatenus hæret in Corona: & de eo dicitur Psalm. 92, 6. *Quam profundæ sunt cogitationes tuæ?* Enunciatur autem plurali sensu *Cogitationes*: quia duo & triginta Sapientiæ & cogitationis sunt calles, quos quia dicuntur עומק רום *profundum Celsitudinis*, quasi dicantur protendi à Corona, quæ est רום עליון Celsitudo superna; nemo, nisi à fonte infinitè profundo urnâ hauriat aquas, spectare discernereque valet: hauriens autem non in ipsum fontem ut hauriat ingreditur, sed (foris astans) hydriâ haurit aquas è fonte: usque adeo nulla Creatura intelligere valet mysterium profunditatis Machschabæ, nisi per Binah, quæ situlæ similis est, & ingreditur dum haurit de profundo putei Cogitationis; qui autem haurit extra adstat. Et huc pertinet locus Prov. 20, 5. *Aqua profunda Consilium in corde Viri & Vir Intelligentiæ hauriet illud.* Nulla enim est via hauriendi aquas de profundo Cogitationis: nisi per תבונה Intelligentiam. Atque hinc intelligi potest illud; quod nullus unquam homo subintrare queat interiora Gradûs Binah, ne Moses quidem; sed si aliquid assequitur de duabus Sephiris supremis, foris adstare cogitur, & de illis haurit mediante Binah: juxta quod infert Salomo Eccles. 7, 25. *Profundum profundum* מי *quis inveniet ipsum, &c.* ubi profundum profundum sapientiam insinuat & coronam: *quis* verò prudentiam. Qualem sensum etiam reperies Ijobh 38, 29. Ps. 106, 2. Jesch. 40, 26. & 14. Et huc pertinet illud Ex. 15, 1. אז *Tunc cecinit Moscheh & filii Iisraël, &c.* item Psalm. 93, 2. *Paratum est solium tuum* מאז *ex tunc*; quasi si quis numeraret: Unum & unum; unum & duo; unum & tria; unum & quatuor; unum & quinque; unum & sex; *unum & septem*: quæ est *Dies Expiationum*

tionum (Binah;) אז unum & septem à summis descendendo, & אז unum & septem ab imis ascendendo. In eâdem die Expiationis autem non intendebat (summus Sacerdos sanguinem) spargere vel sursum vel deorsum; sed imitabatur motum percutientis: (qui manum violenter elevat & eodem modo demittit.) Quod ulterius explicatur per illud quod Schlomoh dicit, illâ ipsâ die, qua Schechinah fixam sortita est sedem in Adyto locoque suo hîc infra 1. Reg. 8, 12. אז *Tunc dixit Schlomoh: Dominus dixit se habitaturum in caligine. Ædificando ædificavi domum habitaculi tibi.* Cum quo concordat locus Ruth 4, 11. *Sicut Rachel & sicut Leah, quæ ædificaverunt ambæ domum Iisraël.* Istæ sunt Rachel & Leah; Annus intermissionis & Jubilæus; He superum & He inferum. Atque hîc etiam mentio facienda est illius, quod dixerunt sapp. nostri: *Ascendit in Cogitationem:* & non; *descendit.* Quibus verbis innuitur, quod Cogitatio sit supernum quid., vocaturque רצון Beneplacitum infinitum, & est Sephirah secunda, quæ nunquam dimovetur è loco suo, ut foras procedat in systema Binah, sed solitaria persistit, & semper annexa manet Coronæ summæ: unde si quis per illam aliquid procurare velit, eundem ascendere oportet ad ipsam per Binah, quæ in eam subintrat, ut aliquid ex eâ producat: Cogitatio autem non descendit. Et quicquid existit atque creatum est in mundo, ita comparatum est, prout ascendit in cogitationem vel ideam. Sicut in Talmude dicitur: *Sic ascendit in cogitationem.* Unde quandoque, etiam cum Malchuth elevatur & ascendit usque ad Binah, ita ut adhærescat Cogitationi, & tunc dicitur: *Sic ascendit in cogitationem.* Sed cum de Mercava sermo est, *descendendi* phrasis adhibetur, e. g. *descendit in Vehiculum:* Nam qui de Mercavâ meditationem instituit, primò quidem ascendit intratque in sublimia usque ad locum Lucis, à qua influxum accipit ad speculandum, reditque descendens & spe-

culatur super Mercavâ: & illa omnia profunda sunt admodum. Summa hæc est: quod Machschavah in æternum non separetur à Coronâ, quia una litera ambas continet, Jod nempe & apex ejus. Si quis autem dignus est qui illuc usque ascendat, ille ascendit per Binah. Ascendit autem *in Cogitationem*; & non *super Cogitationem*. Nam in cogitationem ascenderunt omnia creata, non verò super eam; quia intra illam nemo potest ingredi, nisi מי quis (Binah.) Ubicunque autem dicitur: *Ascendit in Cogitationem*; ibi innuitur *silendum esse*; eò quod portæ in illâ materiâ clausæ sint nobis: daturque in Machschavâ conclave aliquod profundum, quod vocatur רצון *Beneplacitum, arbitrium*, hinc compesce os tuum, ne loquatur. Et hoc ipsum est, quod dicitur, cum sermo est de R. Akiba, quod caro ejus strigili pecteretur: dictum nempe fuisse Mosi: Sile, quia sic ascendit in cogitationem: quasi dixisset; quæstio tua talis est, quam assequi neutiquam vales, cum eo usque ascendere nequeas; & Ipsa quoque è loco suo descendere non solet, ut ad te pertingat; quia Illa adhæret systemati Miserationum nempe Coronæ Summæ; hinc tace. Indicatur ergò his verbis, materiam esse abstrusam, quam nulla creatura possit intelligere, quia Machschavah nullatenus est objectum contemplationis: nam cum ad illam non liceat ingredi, Ipsa etiam omni careat fine atque termino, quomodo natura aliqua finita æstimare poterit infinitum illud? De similibus ergò dictum est Ps. 92,6. *Valdè profunda sunt cogitationes tuæ.* Et huc pertinet materia de prosperitate malorum, & adversitate justorum: (Laudetur Dominus Arbitrii, cujus intentionem & sapientiam assequi nemo potest,) prout de R. Akiba dictum est: *Sile, &c.* & de hac in isto Psalmo tractatur ℣. 6.7.8. *Cum florent impii, &c. exterminabuntur.* Quare? ℣. 9. *Et tu excelsus, &c.* quasi diceret: in sublimitate cogitationis hoc latet, & nemo illuc pertingere potest; quia sic ascendit in cogitationem. Quamvis autem spe-

ſpeculando naturam *Cogitationis* nemo queat aſſequi; Juſtis tamen oretenus tradita eſt doctrina de Illa: hinc dicitur ℣. 11. *De malignis audient aures meæ: Juſtus, &c.* Unde & Moſi, cum ſpeculando aſſequi vellet naturam Machſchavæ, quæ ipſi tamen abſcondita erat, ſic reſpondebatur Ex. 33, 19. *Gratiam exhibeo, &c.* hoc enim nulli innotuit creaturæ. Conf. Pſ. 40, 6. ubicunq; enim reperitur vox נפלאות, ibi denotatur res quædam occulta, & nemini nota niſi Deo. Conf. Pſ. 136, 4. Ijobh 42, 3. Jud. 13, 18. ubi פלאי, i. e. non habeo nomen certum, niſi in Cogitatione; Ex. 15, 11. Jeſch. 25, 1. Imò etiam id quod aſſequi poteſt homo, cum nimis ipſi difficile eſt, vocatur פלא *occultum*, ut Deut. 17. 8. Jeſch. 29, 14. quo in loco ſimul involvuntur Chochmah & Binah; & ibidem agitur de felicitate malorum & adverſitate juſtorum. Et de his dicitur Pſ. 92, 6. *Valde profunda ſunt cogitationes tuæ;* Schaare Orah ſub Jah; ſequitur יראה.

מחשוף הלבן *Nudatio candoris* Geneſ. 30, 37. juxta R. Moſcheh eſt Corona ſumma, quia abhinc manifeſtatur albedo. Sed in Sohar Vajeze, Tiphereth, cum in eo prævalet natura Cheſed, ita vocatur, quia manifeſtat albedinem, ut prævaleat Rigori. Pard. Tr. 23. c. 13.

מטה *Lectus*, eſt Malchuth in loco ſuo inferiore conſiſtens, quia ibidem fit congreſſus conjugalis graduum Tiphereth & Malchuth. Hic eſt *lectus Schlomoh*, Cant. 3, 7. i. e. Regis illius cujus eſt pax, *circa quem 60. potentes*, qui ſunt 60. vibrationes ignis; Sohar beſchallach 30, 118. provenientes de poteſtate Gebhurah; ut cuſtodiant lectum, ne aliquid illegitimi ad illum appropinquet. Et ſunt *de Heroibus Iiſraël*, i.e. de potentia Tiphereth inclinante ad Gebhuram. Pard. l.c. Conf. Vajechi 119, 474. Beſchallach 19, 76. 24, 96. Bammidbar 57, 228. 58, 230.

מטה *Baculus* vocatur Tiphereth, quia eſt Vav, ſex extremitates continens: Sed in Tikk. Binah dicitur מטה האלהים

Baculus Dei Ex. 17, 9. respectum habens ad Gebhurah. Et vox מטה resolvitur in מט quæ sunt 49. portæ; & He primum Tetragrammati, quæ est porta quinquagesima. Pard. l. c.

מטרה *Scopus* in Tikk. dicitur Malchuth, respectu sagittæ, quod est semen. Vel quod sit similis pupillæ oculi, quod est Jod *servatum* in litera He. Pard. l. c.

מטרוניתא *Matrona*; sic vocatur *Briah*, vel Thronus, quod *custodiat* hortum. Quandoque tamen & Malchuth vocatur מטרנא, i. e. Domina; & tunc Briah est ancilla. Pard.

מטטרון *Metatron*. Si scribitur cum י nempe מיטטרון Schechinam denotat: sed sine Jod est Angelus, Legatus Schechinæ, qui etiam vocatur נער *Puer*: (& Chanoch) de quo dicitur, quod nomen ejus se habeat sicut nomen Domini sui; quia æquipollet cum שַׁדַּי. Dicitur & habere 70. Nomina; sicut Deus; de quibus in Kabbalah practica. Et cum dicitur Exod. 23, 21. *Quia nomen meum in medio ejus*, intelligitur] Schechinah, quæ in ipso occulta est. Pard. vid. Sohar Chaje Sarah 77, 304. Trumah 73, 289. Kedoschim 36, 144. 96, Zav. 13, 49. Kedosch. 38, 149. Balak 91, 363, 364. Pinchas 103, 410, seq. 15, 16. 113. Ki Teze 133, 532. Estque in Jezirah.

מי *Quis?* Juxta R. Schimeon b. J. in Sohar ad Binah refertur, quia illa occulta est, ut opus sit quæstione. Vocatur autem מי quatenus constat è septem Heptaëtiis in anno Jubilæo terminatis, cujus numerus æquipollet voci מי. Pard. v. Soh. Mischpatim 47, 187. Trumah in pr. & 52, 205. 62, 245. Pekude 102, 405. Balak 89, 353. 94, 376. Breschith 9, 33. seq.

מיכאל *Michaël* Bresch. 19, 74. Lechlecha 57, 227. Chaje Sarah 76, 301. Pekude 114, 456. Zav. 14, 26. Naso 59, 234.

מים *Aqua*, Juxta R. Schimeon b. J. ad Chesed pertinet, sed quatenus inclinat ad Gebhurah (Soh. Trumah.) unde aquarum mentio fit die secunda.

מים עליונים ותחתונים *Aquæ superiores & aquæ inferiores*. Juxta R. Moscheh sunt Chochmah & Chesed; ita ut firmamentum

entum sit Binah. Et superiores masculinæ, inferiores fœmininæ dicuntur. vid. מן. Juxta alios quinque Sephiræ superiores aquæ supernæ; & 5. inferiores infernæ sunt. Cuidam sola Malchuth dicitur Aquarum inferiorum nomine. Sed pro commodiore explicatione notetur, quod Gen. 1,6.7. per quinque illas aquas intelligantur Gedulah, Gebhurah, Tiphereth, Nezach, Hod, quinque nempe rami Gedulæ; cujus gratiâ & dicuntur *aquæ*, & ex his quinque tota structura constat, quia Jesod & Malchuth cum Tiphereth connectuntur. Ubi tamen quidam etiam ỳ. 8.9. 10. adjungunt, ubi adhuc bis *aquarum* fit mentio, ut 7. sint aquæ, & duæ ultimæ propagines Tipherethicæ nempe Jesod & Malchuth; unde numerus completur. Sed aquæ supra cœlestes & inferiores res sunt una & eadem; unde R. Akiba distinctionem inter aquas facere prohibuit, de quo latè agitur in Tikk. & fit applicatio ad duo Jodin literæ Aleph, superius & inferius, quorum illud ad Chochmah, hoc ad Malchuth refertur, illud ex Tetragrammato, hoc ex אדני. Hoc autem vocatur aquarum fœmininarum nomine, & illud masculinarum. Nam Malchuth ab inferioribus in se recipit bona opera, eademque repræsentat supernis, addito lumine suo; quod lumen veluti receptaculum, palatium & vestis est lucis à Tetragrammato descendentis, sub notione aquarum masculinarum: & hinc intelligi potest quid sint claves internæ & externæ; internum enim est, quod rectilineariter descendit, à Tiphereth; & externum est lux reflexa. Et hoc est mysterium Nominis יאהדונהי ubi Jod in principio, & Jod in fine: quæ sunt duo illa Jodin, quæ à R. Akiba vocantur *Lapides marmoris puri*; ob albedinem & miserationem, qui etiam aquæ color est. Et uniuntur per Vav intermedium, non verò separantur, quod tantum fit in impuritate. Et Vav illud quasi cœlum est. Porrò dicit R. Moscheh, quod Chesed appelletur

מים מרוח *Aqua ex aëre*, & allegat Libr. Jezirah c. 1. Misch. 10. Idem dicit, quod Chesed vocetur

מים קדושים *Aquæ Sanctæ*, & Aquæ puræ; quæ sunt Aquæ Vivæ. Sed in regione externa & corticum dantur Aquæ immundæ, Aquæ superbæ Ps. 124, 5. Aquæ malæ; Aquæ amaræ; maledictæ Num. 5, 18. Aquæ diluvii. Et ibi locum habet separatio juxta Gen. 1, 6. inter aquas, quæ differunt ut sanguis purus & sanguis menstruus. Idem dicit, quod Chesed dicatur

מים זכים *Aquæ claræ;* quibus opponuntur aquæ turbidæ. Item quod dicatur

מים רבים *Aquæ multæ*, quibus opponuntur Aquæ paucæ; quæ sunt in Nezach; vel æquipollent Benignitatibus inferioribus & Benignitatibus David, vid. חסדים. Juxta R. Moscheh autem Aquæ paucæ sunt in Gebhurah, procul dubio ad Chesed inclinante. Sed in Soh. Mezora Nomen מים רבים refertur ad Binah, quia hæc est fluvius cujus aquæ nunquam cessant. In Sohar quoque S. Trumah dicitur; quod

מי מנוחות *Aquæ quietum* Ps. 23, 2. sit influxus à Binah descendens. Porrò dicit R. Moscheh quod Chesed vocetur

מי כיור *Aquæ Labri*, quia profluant ab Aquis supernis, quæ sunt radix gradûs Chesed, nempe Chochmah. Idem *dicit*, quod Binah vocetur

מים נאמנים *Aquæ certæ;* procul dubio, quia illius fluvius nunquam cessat. Pard. l. c. Vide plura de Aquis in Sohar Bresch. 23, 92. Noach 51, 201. Vajera 67, 267. Behaalothecha 73, 289. Schemoth 2, 3. f. 10, 37. Trumah 66, 261. f. 69. Pekude 121, c. 2. Vajikra 5, 19. Pinchas 114, 455. seq.

מילה *Circumcisio*; Ita vocatur Jesod, quando influxum accipit à vehementia Gebhuræ, exsuscitatæ à vino lætificante: adeoque à Nomine אלהים, existit מילה, si addatur א. Nam à Gebhurah dependet eversio Corticum. Pard. Vid. Soh. Bresch. 10, 40. f. 43, 169. Lechlecha 64, 253. f. Vaæra in f. Bo 15, 59. Beschallach 30, 118. Jethro 39, 153. Mischpatim 55, 218. f. f. 56, 222. Pekude 115, 459. Vajikra 6, 21. Tasria 19, 76

Acha

Achare 33, 131. Æmor 44, 174. ſ. f. 45, 179. Sclachlecha 79, 315. Chükkath 88, 350. Pinchas 120,478.

מכון *Locus, Baſis, ſedes, repoſitorium.* Reſpectu trium ſuperiorum eſt Binah: reſpectu totius Aziluth eſt Malchuth. Pard.

מכוסה *Opertum, tectum*: eſt Corona ſumma, ob naturam occultam; quæ quaſi non Ens eſt, quia ad inferiora non exporrigitur. Pard. l. c.

מכפלה *Duplicitas.* Gen. 23, 17. In Sohar S. Chaje Sarah, Malchuth ita vocatur, quia unâ ſui notione reſpicit Sephiras, & alterâ Thronos & ſyſtemata inferiora. Vel quia in Tetragrammato litera ejus He, bis occurrit: Quo tamen reſpectu & Binah eodem gaudet cognomine. Pard. Tr. 23. c. 13.

מכריע ראשון ושני *Conciliator ſeu Mediator primus & ſecundus*, ſunt Tiphereth & Jeſod. Pard. ibid.

מכתם *Kimelium aureum.* Hanc vocem R. Schim. b. J. in Raja M. dividit in מך pauper, i. e. *Juſtus*, & תם perfectus i. e. Tiphereth; quibus junctis corpus & fœdus habeantur ut unum. Pard. v. Pinchas 103, 410.

מלא *Plenitudo.* Pſ. 24; 1. In Sohar Sect. Noach; Schechinah dicitur Terra, & plenitudo ejus animæ juſtorum. Nam ubique plenitudo Schechinæ eſt Influentia & Lux ſuperna, à Tiphereth proveniens, in Malchuth, quæ ſunt Animæ Juſtorum. Pard.

מלאך *Angelus.* Sic vocatur Malchuth, quando exequitur duas legationes per Metatron vel Sandalphon. Et quandoque dicitur

מלאך יי *Angelus Domini*, cum exequitur Legationem mariti ſui Tiphereth; vel cum maritus ejus cum Ipſa eſt eamque adjuvat. Dicitur etiam

מלאך הגואל *Angelus Vindex*, quando aliquem liberat ex anguſtiis. Conf. Gen. 48, 16.

מלאך הברית *Angelus fœderis* autem eadem tunc dicitur cum fœderis ultionem inſtituit. Sicut Eadem ipſa quoque vocatur

מלאך

מלאך האלהים *Angelus Dei*; cum rigorem administrat & judicium, ut contra Ægyptios Ex. 14,19. Non autem vocatur Angeli nomine cum jam in operatione est, sed antequam ad operationem deveniat, tempore demandationis: cum autem operatur, jam sedet super Cherubin. Pard. vid. Sohar Toledoth 70, 336. Vajechi 123,487. Bo 15,57. f. Trumah 66, 262. Vajakhel 89, 354. Pekude. Et de Angelo mortis Trumah 67, 266. Vajakhel 87, 344. Naso 60, 240. Debharim 122. 487. Ekebh 131, 523.

מלאך הגאל *Angelus Redemtor*. Jesod aliquando vocatur גואל Liberator. Nam cum uniuntur אלחי Deus vivus, cum ארני, quod est mysterium Liberationis & precum, tunc Adonai repletur ab influxu Liberationis; & ipsa quoque proprietas Adonai operatur Liberationem, quatenus mittitur ab El-chai, eripitque Justos, ab omni adversitate & perditione atque pœnis. Atque tunc Illa vocatur מלאך הגואל *Angelus Redemtor*. Hinc, quia metrum Adonai, quod Schechinah appellatur comitabatur Jacobum, ablegatum sc. ab El-chai, juxta Genes. 28, 20. eumque eripuerat ab omni malorum genere, Jacob dicebat Gen. 48, 16. *Ipse angelus qui me de omni malo redemit, &c.* Ratio autem, quare Malchuth ab ipso vocetur Angelus, hæc est; quia Ipsa non operatur Redemtionem, *nisi* mittatur ab El-chai; cum & Ipsa liberatione opus habeat; sicut dixerunt Sapp. nostri, Schechinam cum Patribus in Ægypto exulasse. Cum igitur Adonai Redemtionem exequitur, illud fit ex demandatione *Dei vivi*. Atque hinc Illa vocatur Legatus Redemtor; Legatum namque delegantis nomine cognominari fas est. Sed ut hoc magis elucescat huc aures deflecte: Jubilei metrum, septimum vid. obtinens locum superius, redemtionis libertatisque summæ & perfectæ oraculum extat, per quod sicut vitæ, ita & ereptionis facultatem & influxum nanciscitur mensura El-chai, eumque in mundum demittit. Atque sic ab Ægypto ejusdem Jubilæi virtute transmissâ in

El-

El-chai, liber exivit Iisraël: cui innititur illud Exod. 13, 18. *Et quinquageni adscenderunt filii Iisraël de terra Ægypti:* non enim legendum est וחמושים quod *amati* sonat. Sed Vachamischschim, quod *quinquaginta* insinuat, ut scribitur Levit. 25,10.11. *Jubilaus ipse est annus hachamischschim,* i.e. *quinquagenarius.* Et rursum legitur ℣. 31. *Et redemtio ei sit, ac in Jubilao exeat.* Insuper ℣. 24. *Et in omni Terra possessionis vestra redemtionem date Terra.* Summa hæc omnia complectens est ℣. 13. *In anno hujus Jubilai, revertemini singuli ad possessionem suam.* A Jubilæo igitur El-chai ad se trahit Redemtionem, liberatque Justos, cum sese applicat ad Adonai. Sabbathum ergo τῆ El-chai dimensionem referens, septimum est inferius, Jubilæus vero septimum sublimius: at nos Jubilæum in septem Sabbatha annorum, Sabbathum in dies sex, & in septimum Sabbathi, sc. diem absolvimus. Quare autem octavi metri initium Jubilæus enumeretur, id exponit Tractatus de Tetragrammato prolato Elohim: altum quippe mysterium ibi decernitur. Nec te lateat quod Sabbathum fons sit omnis boni & Scaturigo omnis immanationis in Nomen Adonai & in Iisraëlitas eidem adhærentes: & de Sabbatho homo intrat in vitam mundi venturi, quod est mysterium Jubilæi. Et seculum venturum *magnum* vocitatur *Sabbathum*, quod septimum occupat superius ordinem: & El-chai Sabbathum est septimum inferius: cui prudentiæ delubrum omniformes elargitur opes, immensæque libertatis ac vitæ dona munificentissimè porrigit. Si ergo vitæ ac redemptionis te participem efficere concupiscis, memento ut Sabbathum, quod vestibuli more futuri seculi magnive Sabbathi aditum pandit, exactissimè celebres, ad quod concordat Jesch. 58,13. *Vocabisque Sabbathum oblectationem,* hoc est, Sabbathum nostrum, & *Sanctum Tetragrammato glorificatum:* Sabbathum sc. quod est altius & dicitur Jobel, ubi declarant Majores, *per Sanctum Deo glorificatum:* intelligi *diem propitiationis;* quævis autem propitiatio de Jubilæo prosilit, à quo

atque descensum mysticè demonstrat. Hoc etiam refert nominis Tetragrammati literam Jod, quæ est punctum cogitabile, quod sacrum diadematis & Infiniti Templum intimè introclusum inhabitat, ac super eodem puncto sinceræ misericordiæ machina in infinitum protenditur longè latèque, quatenus hæret in Corona: & de eo dicitur Psalm. 92, 6. *Quam profundæ sunt cogitationes tuæ?* Enunciatur autem plurali sensu *Cogitationes:* quia duo & triginta Sapientiæ & cogitationis sunt calles, quos quia dicuntur עומק רום *profundum Celsitudinis*, quasi dicantur protendi à Corona, quæ est רום עליון Celsitudo superna; nemo, nisi à fonte infinitè profundo urnâ hauriat aquas, spectare discernereque valet: hauriens autem non in ipsum fontem ut hauriat ingreditur, sed (foris astans) hydriâ haurit aquas è fonte: usque adeo nulla Creatura intelligere valet mysterium profunditatis *Machschabæ*, nisi per Binah, quæ situlæ similis est, & ingreditur dum haurit de profundo putei Cogitationis; qui autem haurit extra adstat. Et huc pertinet locus Prov. 20, 5. *Aqua profunda Consilium in corde Viri & Vir Intelligentiæ hauriet illud.* Nulla enim est via hauriendi aquas de profundo Cogitationis: nisi per תבונה Intelligentiam. Atque hinc intelligi potest illud; quod nullus unquam homo subintrare queat interiora Gradûs Binah, ne Moses quidem; sed si aliquid assequitur de duabus Sephiris supremis, foris adstare cogitur, & de illis haurit mediante Binah: juxta quod infert Salomo Eccles. 7, 25. *Profundum profundum* מי *quis inveniet ipsum, &c.* ubi profundum profundum sapientiam insinuat & coronam: *quis* verò prudentiam. Qualem sensum etiam reperies Ijobh 38, 29. Ps. 106, 2. Jesch. 40, 26. & 14. Et huc pertinet illud Ex. 15, 1. אז *Tunc cecinit Moscheh & filii Iisraël, &c.* item Psalm. 93, 2. *Paratum est solium tuum* מאז *ex tunc;* quasi si quis numeraret: Unum & unum; unum & duo; unum & tria; unum & quatuor; unum & quinque; unum & sex; *unum & septem:* quæ est *Dies Expiationum*

rionum (Binah;) אז unum & septem à summis descendendo, & אז unum & septem ab imis ascendendo. In eâdem die Expiationis autem non intendebat (summus Sacerdos sanguinem) spargere vel sursum vel deorsum; sed imitabatur motum percutientis: (qui manum violenter elevat & eodem modo demittit.) Quod ulteriùs explicatur per illud quod Schlomoh dicit, illâ ipsâ die, quâ Schechinah fixam sortita est sedem in Adyto locoque suo hîc infra 1. Reg. 8, 12. אז *Tunc dixit Schlomoh: Dominus dixit se habitaturum in caligine. Ædificando ædificavi domum habitaculi tibi.* Cum quo concordat locus Ruth 4, 11. *Sicut Rachel & sicut Leah, quæ ædificaverunt ambæ domum Iisraël.* Istæ sunt Rachel & Leah; Annus intermissionis & Jubilæus; He superum & He inferum. Atque hîc etiam mentio facienda est illius, quod dixerunt sapp. nostri: *Ascendit in Cogitationem:* & non; *descendit.* Quibus verbis innuitur, quod Cogitatio sit supernum quid, vocaturque רצון Beneplacitum infinitum, & est Sephirah secunda, quæ nunquam dimovetur è loco suo, ut foras procedat in systema Binah, sed solitaria persistit, & semper annexa manet Coronæ summæ: unde si quis per illam aliquid procurare velit, eundem ascendere oportet ad ipsam per Binah, quæ in eam subintrat, ut aliquid ex eâ producat: Cogitatio autem non descendit. Et quicquid existit atque creatum est in mundo, ita comparatum est, prout ascendit in cogitationem vel ideam. Sicut in Talmude dicitur: *Sic ascendit in cogitationem.* Unde quandoque, etiam cum Malchuth elevatur & ascendit usque ad Binah, ita ut adhærescat Cogitationi, & tunc dicitur: *Sic ascendit in cogitationem.* Sed cum de Mercava sermo est, *descendendi* phrasis adhibetur, e. g. *descendit in Vehiculum:* Nam qui de Mercavâ meditationem instituit, primò quidem ascendit intratque in sublimia usque ad locum Lucis, à qua influxum accipit ad speculandum, reditque descendens & spe-

atque descensum mysticè demonstrat. Hoc etiam refert nominis Tetragrammati literam Jod, quæ est punctum cogitabile, quod sacrum diadematis & Infiniti Templum intimè introclusum inhabitat, ac super eodem puncto sinceræ misericordiæ machina in infinitum protenditur longè latèque, quatenus hæret in Corona: & de eo dicitur Psalm. 92, 6. *Quam profundæ sunt cogitationes tuæ?* Enunciatur autem plurali sensu *Cogitationes*: quia duo & triginta Sapientiæ & cogitationis sunt calles, quos quia dicuntur עומק רום *profundum Celsitudinis*, quasi dicantur protendi à Corona, quæ est רום עליון Celsitudo superna; nemo, nisi à fonte infinitè profundo urnâ hauriat aquas, spectare discernereque valet: hauriens autem non in ipsum fontem ut hauriat ingreditur, sed (foris astans) hydriâ haurit aquas è fonte: usque adeò nulla Creatura intelligere valet mysterium profunditatis Machschabæ, nisi per Binah, quæ situlæ similis est, & ingreditur dum haurit de profundo putei Cogitationis; qui autem haurit extra adstat. Et huc pertinet locus Prov. 20, 5. *Aqua profunda Consilium in corde Viri & Vir Intelligentiæ hauriet illud.* Nulla enim est via hauriendi aquas de profundo Cogitationis: nisi per תבונה Intelligentiam. Atque hinc intelligi potest illud; quod nullus unquam homo subintrare queat interiora Gradûs Binah, ne Moses quidem; sed si aliquid assequitur de duabus Sephiris supremis, foris adstare cogitur, & de illis haurit mediante Binah: juxta quod infert Salomo Eccles. 7, 25. *Profundum profundum* מי *quis inveniet ipsum, &c.* ubi profundum profundum sapientiam insinuat & coronam: *quis* verò prudentiam. Qualem sensum etiam reperies Ijobh 38, 29. Ps. 106, 2. Jesch. 40, 26. & 14. Et huc pertinet illud Ex. 15, 1. אז *Tunc cecinit Moscheh & filii Iisraël, &c.* item Psalm. 93, 2. *Paratum est solium tuum* מאז *ex tunc*; quasi si quis numeraret: Unum & unum; unum & duo; unum & tria; unum & quatuor; unum & quinque; unum & sex; *unum & septem*: quæ est *Dies Expia-*

tionum

tionum (Binah;) אז unum & septem à summis descendendo, & אז unum & septem ab imis ascendendo. In eâdem die Expiationis autem non intendebat (summus Sacerdos sanguinem) spargere vel sursum vel deorsum; sed imitabatur motum percutientis: (qui manum violenter elevat & eodem modo demittit.) Quod ulterius explicatur per illud quod Schlomoh dicit, illâ ipsa die, qua Schechinah fixam sortita est sedem in Adyto locoque suo hîc infra 1. Reg. 8, 12. אז *Tunc dixit Schlomoh: Dominus dixit se habitaturum in caligine. Ædificando ædificavi domum habitaculi tibi.* Cum quo concordat locus Ruth 4, 11. *Sicut Rachel & sicut Leah, quæ ædificaverunt ambæ domum Iisraël.* Istæ sunt Rachel & Leah; Annus intermissionis & Jubilæus; He superum & He inferum. Atque hîc etiam mentio facienda est illius, quod dixerunt sapp. nostri: *Ascendit in Cogitationem:* & non; *descendit.* Quibus verbis innuitur, quod Cogitatio sit supernum quid., vocaturque רצון Beneplacitum infinitum, & est Sephirah secunda, quæ nunquam dimovetur è loco suo, ut foras procedat in systema Binah, sed solitaria persistit, & semper annexa manet Coronæ summæ: unde si quis per illam aliquid procurare velit, eundem ascendere oportet ad ipsam per Binah, quæ in eam subintrat, ut aliquid ex eâ producat: Cogitatio autem non descendit. Et quicquid existit atque creatum est in mundo, ita comparatum est, prout ascendit in cogitationem vel ideam. Sicut in Talmude dicitur: *Sic ascendit in cogitationem.* Unde quandoque, etiam cum Malchuth elevatur & ascendit usque ad Binah, ita ut adhærescat Cogitationi, & tunc dicitur: *Sic ascendit in cogitationem.* Sed cum de Mercava sermo est, *descendendi* phrasis adhibetur, e. g. *descendit in Vehiculum:* Nam qui de Mercavâ meditationem instituit, primò quidem ascendit intratque in sublimia usque ad locum Lucis, à qua influxum accipit ad speculandum, reditque descendens & spe-

culatur super Mercavâ: & illa omnia profunda sunt admodum. Summa hæc est: quod Machschavah in æternum non separetur à Coronâ, quia una litera ambas continet, Jod nempe & apex ejus. Si quis autem dignus est qui illuc usque ascendat, ille ascendit per Binah. Ascendit autem *in Cogitationem*; & non *super Cogitationem*. Nam in cogitationem ascenderunt omnia creata, non verò super eam; quia intra illam nemo potest ingredi, nisi מי quis (Binah.) Ubicunque autem dicitur: *Ascendit in Cogitationem*; ibi innuitur *silendum esse*; eò quod portæ in illâ materiâ clausæ sint nobis: daturque in Machschavâ conclave aliquod profundum, quod vocatur רצון *Beneplacitum, arbitrium*, hinc compesce os tuum, ne loquatur. Et hoc ipsum est, quod dicitur, cum sermo est de R. Akiba, quod caro ejus strigili pecteretur: dictum nempe fuisse Mosi: Sile, quia sic ascendit in cogitationem: quasi dixisset; quæstio tua talis est, quam assequi neutiquam vales, cum eo usque ascendere nequeas; & Ipsa quoque è loco suo descendere non solet, ut ad te pertingat; quia Illa adhæret systemati Miserationum nempe Coronæ Summæ; hinc tace. Indicatur ergò his verbis, materiam esse abstrusam, quam nulla creatura possit intelligere, quia Machschavah nullatenus est objectum contemplationis: nam cum ad illam non liceat ingredi, Ipsa etiam omni careat fine atque termino, quomodo natura aliqua finita æstimare poterit infinitum illud? De similibus ergò dictum est Ps. 92,6. *Valdè profunda sunt cogitationes tuæ*. Et huc pertinet materia de prosperitate malorum, & adversitate justorum: (Laudetur Dominus Arbitrii, cujus intentionem & sapientiam assequi nemo potest,) prout de R. Akiba dictum est: *Sile, &c.* & de hac in isto Psalmo tractatur ℣. 6.7.8. *Cum florent impii, &c. exterminabuntur*. Quare? ℣. 9. *Et tu excelsus, &c.* quasi diceret: in sublimitate cogitationis hoc latet, & nemo illuc pertingere potest; quia sic ascendit in cogitationem. Quamvis autem spe-

›eculando naturam *Cogitationis* nemo queat assequi; Justis ımen oretenus tradita est doctrina de Illa: hinc dicitur ℣. 11. *'e malignis audient aures meæ: Justus, &c.* Unde & Mosi, cum ›eculando assequi vellet naturam Machschavæ, quæ ipsi taıen abscondita erat, sic respondebatur Ex. 33, 19. *Gratiam exibeo, &c.* hoc enim nulli innotuit creaturæ. Conf. Ps. 40, 6. bicunq; enim reperitur vox נפלאות, ibi denotatur res quæam occulta, & nemini nota nisi Deo. Conf. Ps. 136, 4. Ijobh .2, 3. Jud. 13, 18. ubi פֶּלִאי, i. e. non habeo nomen certum, ıisi in Cogitatione; Ex. 15, 11. Jesch. 25, 1. Imò etiam id]uod assequi potest homo, cum nimis ipsi difficile est, vocatur פלא *occultum*, ut Deut. 17. 8. Jesch. 29, 14. quo in loco simul nvolvuntur Chochmah & Binah; & ibidem agitur de felicitate nalorum & adversitate justorum. Et de his dicitur Ps. 92, 6. *'alde profunda sunt cogitationes tuæ*; Schaare Orah sub Jah; equitur יראה.

מחשוף הלבן *Nudatio candoris* Genes. 30, 37. juxta R. Mocheh est Corona summa, quia abhinc manifestatur albedo. ›ed in Sohar Vajeze, Tiphereth, cum in eo prævalet natura Chesed, ita vocatur, quia manifestat albedinem, ut prævaleat Rigori. Pard. Tr. 23. c. 13.

מִטָּה *Lectus*, est Malchuth in loco suo inferiore consistens, quia ibidem fit congressus conjugalis graduum Tiphereth & Malchuth. Hic est *lectus Schlomoh*, Cant. 3, 7. i. e. Regis illius cujus est pax, *circa quem 60. potentes*, qui sunt 60. vibrationes ignis; Sohar beschallach 30, 118. provenientes de potestate Gebhurah; ut custodiant lectum, ne aliquid illegitimi ad illum appropinquet. Et sunt *de Heroibus Iisraël*, i.e. de potentia Tiphereth inclinante ad Gebhuram. Pard. l.c. Conf. Vaiechi 119, 474. Beschallach 19, 76. 24, 96. Bammidbar 57, 228. 58, 230.

מַטֶּה *Baculus* vocatur Tiphereth, quia est Vav, sex extremitates continens: Sed in Tikk. Binah dicitur מטה האלהים

Baculus Dei Ex. 17, 9. respectum habens ad Gebhurah. Et vox מטה resolvitur in מט quæ sunt 49. portæ; & He primum Tetragrammati, quæ est porta quinquagesima. Pard. l. c.

מטרה *Scopus* in Tikk. dicitur Malchuth, respectu sagittæ, quod est semen. Vel quod sit similis pupillæ oculi, quod est Jod *servatum* in litera He. Pard. l. c.

מטרוניתא *Matrona*; sic vocatur *Briah*, vel Thronus, quod *custodiat* hortum. Quandoque tamen & Malchuth vocatur מטרונא, i. e. Domina; & tunc Briah est ancilla. Pard.

מטטרון *Metatron*. Si scribitur cum י nempe מיטטרון Schechinam denotat: sed sine Jod est Angelus, Legatus Schechinæ, qui etiam vocatur נער *Puer*: (& Chanoch) de quo dicitur, quod nomen ejus se habeat sicut nomen Domini sui; quia æquipollet cum שדי. Dicitur & habere 70. Nomina; sicut Deus; de quibus in Kabbalah practica. Et cum dicitur Exod. 23, 21. *Quia nomen meum in medio ejus*, intelligitur] Schechinah, quæ in ipso occulta est. Pard. vid. Sohar Chaje Sarah 77, 304. Trumah 73, 289. Kedoschim 36, 144. 96, Zav. 13, 49. Kedosch. 38, 149. Balak 91, 363, 364. Pinchas 103, 410, seq. 15, 16. 113. Ki Teze 133, 532. Estque in Jezirah.

מי *Quis?* Juxta R. Schimeon b. J. in Sohar ad Binah refertur, quia illa occulta est, ut opus sit quæstione. Vocatur autem מי quatenus constat è septem Heptaëtiis in anno Jubilæo terminatis, cujus numerus æquipollet voci מי. Pard. v. Soh. Mischpatim 47, 187. Trumah in pr. & 52, 205. 62, 245. Pekude 102, 405. Balak 89, 353. 94, 376. Breschith 9, 33. seq.

מיכאל *Michaël* Bresch. 19, 74. Lechlecha 57, 227. Chaje Sarah 76, 301. Pekude 114, 456. Zav. 14, 26. Naso 59, 234.

מים *Aqua*, Juxta R. Schimeon b. J. ad Chesed pertinet, sed quatenus inclinat ad Gebhurah (Soh. Trumah.) unde aquarum mentio fit die secunda.

מים עליונים והתחונים *Aqua superiores & aquæ inferiores.* Juxta R. Moscheh sunt Chochmah & Chesed; ita ut firmamentum

nentum sit Binah. Et superiores masculinæ, inferiores fœmininæ dicuntur. vid. מן. Juxta alios quinque Sephiræ superiores aquæ supernæ; & 5. inferiores infernæ sunt. Cuidam sola Malchuth dicitur Aquarum inferiorum nomine. Sed pro commodiore explicatione notetur, quod Gen. 1,6.7. per quinque illas aquas intelligantur Gedulah, Gebhurah, Tiphereth, Nezach, Hod, quinque nempe rami Gedulæ; cujus gratiâ & dicuntur *aquæ*, & ex his quinque tota structura constat, quia Jesod & Malchuth cum Tiphereth connectuntur. Ubi tamen quidam etiam ℣. 8.9. 10. adjungunt, ubi adhuc bis *aquarum* fit mentio, ut 7. sint aquæ, & duæ ultimæ propagines Tipherethicæ nempe Jesod & Malchuth; unde numerus completur. Sed aquæ supracœlestes & inferiores res sunt una & eadem; unde R. Akiba distinctionem inter aquas facere prohibuit, de quo latè agitur in Tikk. & fit applicatio ad duo Jodin literæ Aleph, superius & inferius, quorum illud ad Chochmah, hoc ad Malchuth refertur, illud ex Tetragrammato, hoc ex אדני. Hoc autem vocatur aquarum fœmininarum nomine, & illud masculinarum. Nam Malchuth ab inferioribus in se recipit bona opera, eademque repræsentat supernis, addito lumine suo; quod lumen veluti receptaculum, palatium & vestis est lucis à Tetragrammato descendentis, sub notione aquarum masculinarum: & hinc intelligi potest quid sint claves internæ & externæ; internum enim est, quod rectilineariter descendit, à Tiphereth; & externum est lux reflexa. Et hoc est mysterium Nominis יאהדונהי ubi Jod in principio, & Jod in fine: quæ sunt duo illa Jodin, quæ à R. Akiba vocantur *Lapides marmoris puri*; ob albedinem & miserationem, qui etiam aquæ color est. Et uniuntur per Vav intermedium, non verò separantur, quod tantum fit in impuritate. Et Vav illud quasi cœlum est. Porrò dicit R. Moscheh, quod Chesed appelletur

מים מרוח *Aqua ex aëre*, & allegat Libr. Jezirah c. 1. Misch. 10. Idem dicit, quod Chesed vocetur

מים קדושים *Aquæ Sanctæ*, & Aquæ puræ; quæ sunt Aquæ Vivæ. Sed in regione externa & corticum dantur Aquæ immundæ, Aquæ superbæ Ps. 124, 5. Aquæ malæ; Aquæ amaræ; maledictæ Num. 5, 18. Aquæ diluvii. Et ibi locum habet separatio juxta Gen. 1, 6. inter aquas, quæ differunt ut sanguis purus & sanguis menstruus. Idem dicit, quod Chesed dicatur

מים זכים *Aquæ claræ;* quibus opponuntur aquæ turbidæ. Item quod dicatur

מים רבים *Aquæ multæ*, quibus opponuntur Aquæ paucæ; quæ sunt in Nezach; vel æquipollent Benignitatibus inferioribus & Benignitatibus David, vid. חסדים. Juxta R. Moscheh autem Aquæ paucæ sunt in Gebhurah, procul dubio ad Chesed inclinante. Sed in Soh. Mezora Nomen מים רבים refertur ad Binah, quia hæc est fluvius cujus aquæ nunquam cessant. In Sohar quoque S. Trumah dicitur; quod

מי מנוחות *Aquæ quietum* Ps. 23, 2. sit influxus à Binah descendens. Porrò dicit R. Moscheh quod Chesed vocetur

מי כיור *Aquæ Labri*, quia profluant ab Aquis supernis, quæ sunt radix gradûs Chesed, nempe Chochmah. Idem *dicit*, quod Binah vocetur

מים נאמנים *Aquæ certæ;* procul dubio, quia illius *fluvius* nunquam cessat. Pard. l. c. Vide plura de Aquis in Sohar Bresch. 23, 92. Noach 51, 201. Vajera 67, 267. Behaalothecha 73, 289. Schemoth 2, 3. f. 10, 37. Trumah 66, 261. f. 69. Pekude 121, c. 2. Vajikra 5, 19. Pinchas 114, 455. seq.

מילה *Circumcisio*; Ita vocatur Jesod, quando influxum accipit à vehementia Gebhuræ, exsuscitatæ à vino lætificante: adeoque à Nomine אלהים, existit מילה, si addatur א. Nam à Gebhurah dependet eversio Corticum. Pard. Vid. Soh. Bresch. 10, 40. f. 43, 169. Lechlecha 64, 253. s. Vaæra in f. Bo 15, 59. Beschallach 30, 118. Jethro 39, 153. Mischpatim 55, 218. f. f. 56, 222. Pekude 115, 459. Vajikra 6, 21. Tasria 19, 76

Acha

Achare 33, 131. Æmor 44, 174. ſ. f. 45, 179. Sclachlecha 79, 315. Chükkath 88, 350. Pinchas 120, 478.

מכון *Locus, Baſis, ſedes, repoſitorium.* Reſpectu trium ſuperiorum eſt Binah: reſpectu totius Aziluth eſt Malchuth. Pard.

מכוסה *Opertum, tectum*: eſt Corona ſumma, ob naturam occultam; quæ quaſi non Ens eſt, quia ad inferiora non exporrigitur. Pard. l. c.

מכפלה *Duplicitas.* Gen. 23, 17. In Sohar S. Chaje Sarah, Malchuth ita vocatur, quia unâ ſui notione reſpicit Sephiras, & alterâ Thronos & ſyſtemata inferiora. Vel quia in Tetragrammato litera ejus He, bis occurrit: Quo tamen reſpectu & Binah eodem gaudet cognomine. Pard. Tr. 23. c. 13.

מכריע ראשון ושני *Conciliator ſeu Mediator primus & ſecundus*, ſunt Tiphereth & Jeſod. Pard. ibid.

מכתם *Kimelium aureum.* Hanc vocem R. Schim. b. J. in Raja M. dividit in מך pauper, i. e. *Juſtus*, & תם perfectus i. e. Tiphereth: quibus junctis corpus & fœdus habeantur ut unum. Pard. v. Pinchas 103, 410.

מלא *Plenitudo.* Pſ. 24; 1. In Sohar Sect. Noach; Schechinah dicitur Terra, & plenitudo ejus animæ juſtorum. Nam ubique plenitudo Schechinæ eſt Influentia & Lux ſuperna, à Tiphereth proveniens, in Malchuth, quæ ſunt Animæ Juſtorum. Pard.

מלאך *Angelus.* Sic vocatur Malchuth, quando exequitur duas legationes per Metatron vel Sandalphon. Et quandoque dicitur

מלאך יי *Angelus Domini*, cum exequitur Legationem mariti ſui Tiphereth; vel cum maritus ejus cum Ipſa eſt eamque adjuvat. Dicitur etiam

מלאך הגואל *Angelus Vindex*, quando aliquem liberat ex anguſtiis. Conf. Gen. 48, 16.

מלאך הברית *Angelus fœderis* autem eadem tunc dicitur cum fœderis ultionem inſtituit. Sicut Eadem ipſa quoque vocatur

מלאך

מלאך האלהים *Angelus Dei*; cum rigorem adminiſtrat & judicium, ut contra Ægyptios Ex. 14,19. Non autem vocatur Angeli nomine cum jam in operatione eſt, ſed antequam ad operationem deveniat, tempore demandationis: cum autem operatur, jam ſedet ſuper Cherubin. Pard. vid. Sohar Toledoth 70, 336. Vajechi 123,487. Bo 15,57. ſ. Trumah 66, 262. Vajakhel 89,354. Pekude. Et de Angelo mortis Trumah 67, 266. Vajakhel 87, 344. Naſo 60, 240. Debharim 122.487. Ekebh 131, 523.

מלאך הגאל *Angelus Redemtor*. Jeſod aliquando vocatur גואל Liberator. Nam cum uniuntur אלהי Deus vivus, cum אדני, quod eſt myſterium Liberationis & precum, tunc Adonai repletur ab influxu Liberationis; & ipſa quoque proprietas Adonai operatur Liberationem, quatenus mittitur ab El-chai, eripitque Juſtos, ab omni adverſitate & perditione atque pœnis. Atque tunc Illa vocatur מלאך הגואל *Angelus Redemtor*. Hinc, quia metrum Adonai, quod Schechinah appellatur comitabatur Jacobum, ablegatum ſc. ab El-chai, juxta Geneſ. 28, 20. eumque eripuerat ab omni malorum genere, Jacob dicebat Gen. 48,16. *Ipſe angelus qui me de omni malo redemit, &c.* Ratio autem, quare Malchuth ab ipſo vocetur Angelus, hæc eſt; quia Ipſa non operatur Redemtionem, *niſi* mittatur ab El-chai; cum & Ipſa liberatione opus habeat; ſicut dixerunt Sapp. noſtri, Schechinam cum Patribus in Ægypto exulaſſe. Cum igitur Adonai Redemtionem exequitur, illud fit ex demandatione *Dei vivi.* Atque hinc Illa vocatur Legatus Redemtor; Legatum namque delegantis nomine cognominari fas eſt. Sed ut hoc magis eluceſcat huc aures deflecte: Jubilei metrum, ſeptimum vid. obtinens locum ſuperius, redemtionis libertatiſque ſummæ & perfectæ oraculum extat, per quod ſicut vitæ, ita & ereptionis facultatem & influxum nanciſcitur menſura El-chai, eumque in mundum demittit. Atque ſic ab Ægypto ejuſdem Jubilæi virtute transmiſsâ in El-

El-chai, liber exivit Iisraël: cui innititur illud Exod. 13, 18. *Et quinquageni adscenderunt filii Iisraël de terra Ægypti:* non enim legendum est וחמושים quod *amati* sonat. Sed Vachamischschim, quod *quinquaginta* insinuat, ut scribitur Levit. 25,10.11. *Jubilæus ipse est annus hachamischschim*, i.e. *quinquagenarius.* Et rursum legitur ℣. 31. *Et redemtio ei sit, ac in Jubilæo exeat.* Insuper ℣. 24. *Et in omni Terra possessionis vestræ redemtionem date Terræ.* Summa hæc omnia complectens est ℣. 13. *In anno hujus Jubilæi, revertemini singuli ad possessionem suam.* A Jubilæo igitur El-chai ad se trahit Redemtionem, liberatque Justos, cum sese applicat ad Adonai. Sabbathum ergo τῇ El-chai dimensionem referens, septimum est inferius, Jubilæus vero septimum sublimius: at nos Jubilæum in septem Sabbatha annorum, Sabbathum in dies sex, & in septimum Sabbathi, sc. diem absolvimus. Quare autem octavi metri initium Jubilæus enumeretur, id exponit Tractatus de Tetragrammato prolato Elohim: altum quippe mysterium ibi decernitur. Nec te lateat quod Sabbathum fons sit omnis boni & Scaturigo omnis immanationis in Nomen Adonai & in Iisraëlitas eidem adhærentes: & de Sabbatho homo intrat in vitam mundi venturi, quod est mysterium Jubilæi. Et seculum venturum *magnum* vocitatur *Sabbathum*, quod septimum occupat superius ordinem: & El-chai Sabbathum est septimum inferius: cui prudentiæ delubrum omniformes elargitur opes, immensæque libertatis ac vitæ dona munificentissimè porrigit. Si ergo vitæ ac redemptionis te participem efficere concupiscis, memento ut Sabbathum, quod vestibuli more futuri seculi magnive Sabbathi aditum pandit, exactissimè celebres, ad quod concordat Jesch. 58,13. *Vocabisque Sabbathum oblectationem*, hoc est, Sabbathum nostrum, & *Sanctum Tetragrammato glorificatum:* Sabbathum sc. quod est altius & dicitur Jobel, ubi declarant Majores, *per Sanctum Deo glorificatum:* intelligi *diem propitiationis*; quævis autem propitiatio de Jubilæo prosilit, à quo

indulgentia in templum יי Adonai descendit. Atque tunc locum habent textus Dan. 9, 9. 19. Quicunque igitur Sabbathum observat legitimè, ille applicatur septenario inferiori, cui nomen est Sabbathum; atque exhinc dignus fit septenario superiore, qui vocatur mundus venturus. Qui autem profanat Sabbathum, ille procul abest à vita, unde morte mori debet, quia occlusa ipsi est porta, ne ingrediatur ad vitam venturi seculi. Unde Majores nostri dixerunt: Quamvis non liceat manifestare præmium ejus, ipsum tamen manifestare licet. Nam præmium seculi venturi occultum est, ejusque bonitatem oculus non vidit, Jesch. 64, 4. Ps. 31, 20. Dignoscere ergo operæ pretium, quod etsi Sabbathum nobis quid sit constat, tamen Sabbathi merces non innotuit: sed obsignatum quid & occultum est, ita ut ne unus quidem Prophetarum de ea vaticinatus sit, quid nempe sit, eximium enim quid bonorum existit, ac è sex principii diebus abditum lumen, in quod ne ulla quidem creatura proprium figere meretur introitum. Vigil igitur *esto*, ne trinam epularem Sabbathi refectionem prætereas, quæ unionis typum, cum nostroque Sabbatho magni Sabbathi nexum præ se fert: nam hujusce triplæ refectionis Sabbathinæ observator, Altissimi quasi nominis unionem facere censetur, juxta mysticum illud Zach. 14, 9. *Deus unus ejusque nomen unum:* in tribus scil. & septem, de tribus insuper angustiis (Gog Magog) meritò eruetur. Harum una rursus Sabbathi epulationum nomen concernit Adonai, quod cum die Sabbathi, & 7. altioribus vinculum assumit: secunda respicit nomen Tetragrammaton: tertia in oraculum prudentiæ declinat, quæ sublimiori delubro Ejeh inserta manet. Et hæc est unio trium, pro quo depromitur illud Esai. 58, 13. *Et vocabis Sabbathum Oblectationem, &c.* & in voce עונג latet illud Gen. 2, 10. *Fluviusque exivit de voluptate ad irrigandum hortum, &c.* ubi nota voces עדן נהר גן, habesq; mysterium veræ & perfectæ unionis. Quapropter trinam hanc servans epularem refectionem,

non ſecus eſt quam ſi decem Sephirothica lumina in unum conglomeraret, juxta Templa Adonai, Tetragrammaton E-jeh: & totus denique Sephiriſticus ordo per Sabbathum, vel metrum El-chai, coadunabitur. Ideoque de Sabbatho dicitur *Memento*, & *Cuſtodi*. Schaare Orah ſub El-chai, poſt שבת: ubi dein ſequitur ברית.

מלאכה *Opus*. In Sohar S. Vajiſchlach hæc vox refertur ad Malchuth, quia per hanc omne opus hujus mundi factum eſt. Sic ergo vocatur, quatenus operatur in mundo. Atque ſic quoque reperimus in Tikkun. ad Exod. 31, 3. quamvis hîc eidem voci tribuatur ſenſus *abſolvendi* & *conſummandi*, ex Ex. 39, 32. quia & in Malchuth finitur tota Aziluth, cum illa ſit ה ultimum Nominis Pard. l.c.

מלוי *Plenitudo* ſeu ſcriptio plena, quando in certo quodam nomine ſcribuntur omnes literæ literarum. 1. Tales in Tetragrammato יהוה ſunt quatuor: nomen ע״ב ſeu ſeptuaginta duo numeris exprimens יוד. הי. ויו. הי: Nomen ס״ג ſeu ſexaginta tria valens יוד. הי. ואו. הי. 3. nomen מ״ה ſeu 45. exprimens. יוד. הא. ואו. הא. Tandê nomen ב״ן ſ. 52. continens יוד. הה. וו. הה. Iſtæ quatuor notiones attribuuntur omni conceptui de ſtatura humana in *Aziluth* & omnibus *Syſtematibus* aliis, dicunturq; 4. הויות ſeu ſcriptiones Tetragrammaticæ. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Adam Kadmon. Vid. ניצוצות 6. 8.

2. Cuilibet harum *plenitudinum* attribuuntur טנת״א. In *Adam Kadmon* autem *Cerebri* loco eſt ע״ב 72. ab *auribus* verò uſque ad finem *pedum* ejûs locum habet ס״ג. Sed hoc tantum ante *mortem Regum*. Poſtmodum enim à *fovea pectoris* ejus & porro ſunt מ״ה & ב״ן. ib. Tract. Olam Hannekudim. Nimirum litera ו eſt nomen מ״ה novum quod prodit è *fronte* pro reſtitutione *Syſtematis Nekudici*: litera ה ultima autem eſt nomen ב״ן quæ ſunt *Nekudim* poſt *reſtitutionem* ib.

3. Nomen ע״ב refertur ad *Cerebra* & vocatur *Accentuum* nomine & correſpondet *Syſtemati Aziluth*. Deinde *Accentus*

nominis סג sunt in Briah: & *puncta* ejusdem correspondent Jeziræ: suntque mysterium *Malchuth* mortuæ. *Puncta* enim pertinent ad notionem זון qui ad Jeziram referuntur. ib.

4. אלהים & מלוי per Gematriam æquivalent suntque naturæ *fœminina* quæ est Dinim & Rigorum: *Fœmina* autem semper denotat Dinim quoniam prima illius radix desumpta est è *Regibus demortuis* ib. Tract. Attik. Vid. נוקבא.

5. Quando nomen solum est sine plenitudine, minoris æstimatur quàm plenitudo: si autem ambo simul considerantur tunc nomen per se excellentius est *plenitudine* sua. ib. Tract. Oroth, Nizuzoth Kelim.

מלוי המלוי *Plenitudinis plenitudo.* Vid. ניצוצין 7. 8. 9.

מלוכה *Regnum.* In Sohar Vajikra ad Obadi. 1, 21. Sic vocatur Malchuth, quando unita est cum Rege Tiphereth. Pard.

מלון *Hospitium*, ut Jes. 10, 29. Est Malchuth, quia hospitio excipit Sanctum i. q. b. s! Tikk. Sic autem vocatur extra statum Unionis. Eadem Jer. 9, 2. vocatur Diversorium viatorum, ratione Jesod, qui viator & hospes dicitur. Pard.

מלח *Sal*, Juxta Soh. S. Vajechi, hæc vox refertur ad *Jesod*, à quo sapor conciliatur eduliis; quod nisi fieret, nemo consistere posset, præ amaritudine Judicii quod in Malchuth. Unde & propter ipsum Malchuth vocatur *mare salsum*, quatenus suctionem habet à fœdere salis. Pard. Vid. Vajechi 128, 509. Behaalothecha 73, 290.

מלחמה *Bellum.* Vid. Soh. Beschallach 25, 98. Vaæthchannan 129, 514. f.

מלך *Rex*; Hæc vox nudè posita, refertur ad Tiphereth; quatenus copulatur cum Malchuth; & non aliàs. Raja Meh. Sed in Sohar, Trumah, ad Cant. 3, 4. eadem vox refertur ad Malchuth; metonymicè sc. ob Regem Tiphereth. Sed

מלך שלמה *Rex Schlomoh*, in Trumah & Cant. Canticor. refertur ad Tiphereth, quia ad hunc pertinet pax, i. e. Jesod: Alibi in Cant. Cantic. idem nomen refertur ad Binah, quia ad

hanc

hanc pertinet pax, i. e. Tiphereth. Sed in Sohar in historia de sene illo, idem nomen refertur ad Chochmah, quod & illuc pertineat pax seu Tiphereth, ob cognomen Filii יש״י, quod refertur ad Chochmah ob יש & ob י, septuaginta enim sunt modi interpretandi Legem. Deinde

מלך הגדול *Rex magnus* est Binah, quatenus influit in Gedulah. Eadem quandoque etiam vocatur

מלך הקדוש *Rex Sanctus*, respectu Tiphereth, qui Sanctus vocatur: vel respectu Gebhurah, ad quam etiam refertur Sanctitas. Sed & ad Tiphereth referri potest hoc *Regis Sancti* Nomen, ut & *Regis puri*, sed illud ratione Gedulæ, hoc ratione Gebhuræ vid. טהרה. Atque sic etiam *Regis magni*. Notandum autem, cum utrique nomini tam Regis, quam epitheti, præmittitur He demonstrativum, intelligi gradum Binah; ut המלך המשפט: המלך הקדוש: cum verò non adhibetur He demonstrativum, intelligi Tiphereth: nisi fortè ipsa natura Epithethi aliud efflagitet. Ut cum in Soh. S. Vajeze Binah vocatur

מלך רב *Rex magnus*, ob connotationem Chochmah, ad quam pertinet nomen רב. Item

מלך העולם *Rex mundi*, quia Nomen עולם ad Binah spectat; quæ toti mundo præest, i.e. sex diebus structuræ; quibus influxum præbet, sicut Rex alit servos suos. Porrò

מלך מלכי המלכים *Rex super Reges Regum*, sic exponitur à R. Moscheh, quod *Rex* sit Binah, *super Reges* tres Patres; *Regum*; tres Rami eorum. Nobis videtur *Rex* esse Corona Summa; *super Reges* Chochmah & Binah; *Regum*, septem inferiores, sic tota decas involvitur. Sed

מלך נורא *Rex terribilis*, est Tiphereth, cui competit cognomen נורא. Ulteriùs

מלך שלם *Rex Schalem* est Binah (Sohar Lechlecha;) nimirum cum dominatur in Tiphereth, qui vocatur Schalem. Quamvis ibidem Rex Schalem etiam vocetur Malchuth,

cum unita est cum Tiphereth; quia tunc perfecta est. Tandem in Sohar Sect. Vajechi ad Malchuh refertur Nomen

מלך המשיח *Rex Meschiah*, quatenus nihil habere concipitur, nisi quod accipit à Tiphereth, quasi diceretur Rex, qui nihil habet nisi unctionem olei superni. Pard. Tr. 23. c. 13. Vid. plura de *Rege* in Soh. Breschith 23, 89. Vajera 69, 273. Vajeze 88, & 93. Mikkez 108, 432. Vajechi 126, 501. Bo 15, 57. Beschallach 19, 76. Jethro 30, 119. Kedosch. 37, 147. Ekeb 130, 518. Vaæthchannan 129, 514. Balak 89, 353.

מלכות *Regnum*, sic vocatur modus decimus. Nomen Regni autem continet totam familiam seu œconomiam supernam: multæ enim ibidem sunt facies faciebus obversæ, quæ videntur; & multa posteriora posterioribus obversa, quæ non videntur; quæ omnia simul sumta magna & parva, dicuntur Malchuth. Sed quando gradus iste Malchuth, & virgines ipsam insequentes unitæ sunt cum Rege Tiphereth, cum quo omnia superna sunt; tunc vocatur

מלכות השמים *Regnum cœlorum*, nam cœlum est Tiphereth; atque tunc est in perfectione sua. Quandoque *etiam* vocatur

מלכות בית דוד *Regnum Domûs David*: quia totum Regnum Davidicum ab Eâ dependet. Sicut autem datur Regnum cœlorum, ita etiam datur

מלכות זדון *Regnum superbiæ*, improbum: quæ est Lilith impia cum omni prosapia & familia sua. Pard. Tr. 23. c. 13.

2. מלכות *Regnum*, est ultima Sephirarum in omni Systemate, quæ iterum habet suam decadem Sephirothicam, quæ fundamentum est & radix Systematis subsequentis. Sic in Olam ha-Akudim decem sunt pro fundamento Decadis Nekudicæ; & sic in reliquis. Etz Chajim; Part. Ozaroth Chajim, Tract. Olam han-Nekudim. Vid. כלים. 5. it. מה. it. מלוי. it. מלכים. 2. & ניצוצות 17. 18. 23, 24. 25.

3. In

3. In Schaare Orah Nom. 1. post אני de Malchuth extant sequentia: מלכות sic dicta est, quia ipsa dominatur super omnes mundi creaturas, quarum & magna est altrix, & per eam Tetragrammaton quævis sua munia obit, juxta illud Psalm. 22, 29. *Tetragrammati est regnatio, praeestque gentibus*: Et מלוכה *regnatio* quidem & ארנות dominatio ambo præsidentiam potestatemque designant; (in genere,) nomen autem Adonai quod & Dominium sonat, testatur modum recipiendæ virtutis inundinationisque à nomine magnifico יהוה. מלכות Regni verò dictio præsidentiæ normam edocet sub connotatione judicii, quatenus hoc emergit à nomine Adonai: nam hoc ipso, intercedentibus 216. literis, quas ןך 54. existentiæ continent nomina, populum suum judicat. Et quia metrum hoc fœderis ultionem explere consuevit, ideo mandata ejus vilipendentem Regem Saul à proprio regno dispulit, quod exinde tradidit Davidi: Unde Malchuth, i.e. regnum, vocari solet Domus David. Et hæc quidem commensuratio à Davide minimè discedens, ejusdem bella hostilemque vindictam exercebat, ex quo protulit David Psal. 18, 38. *Persequar inimicos meos, eosque assequar, quos & vulneribus confodiam nec poterunt stare.* Huic ergo mensuræ adhæsit David, unde & regnandi munus accepit. Hanc & pronus implorare solitus; *Ad te* (inquit Psalm. 28, 1. 30, 9. *Deus Tetragrammaton clamabo, & in Adonai preces effundam.* Hac duce suos profligavit hostes, juxta illud Ps. 35, 23. 22. *Surge & expergiscere ad judicium meum Elohim & Adonai in jurgia mea vidisti, Tetragrammaton, ne sileas; Adonai, ne discedas à me.* Et prima ejus in hanc semper erat cupido, juxta illud Ps. 38, 10. *Adonai, erga te omne desiderium meum, nec à te absconditus est, &c.* & scriptum est Ps. 38, 17. *Quoniam Te, Domine, expectavi & tu responsum dabis, Adonai, &c.* Conf. Ps. 39, 8. Et quoties ipsum oppressit tribulatio, in hanc suum semper posuit refugium, juxta Ps. 77, 3. Ps. 86, 3. *Et quoniam hoc metrum in exilio comes est Israëlitarum, idcirco dicere consuevimus:*

vimus: Regnumque Domus David Christi tui properè restitue, ipsumque in pristinam suam sedem repone. Hæc ibi. ubi sequitur נשר.

Hoc quoque adjiciendum, hunc modum Malchuth pro varietate virium è supernis in Ipsum descendentium, in varios quasi mutari colores, ac vices; ut modò vivificet, modò occidat, modò exaltet, modò deprimat, modò vulneret, modò sanet. Prout enim accipit hoc vel illud, ita erga omnes creaturas operationes suas exercet; & quidem quàm accuratissimè, nullâ intercedente prævaricatione vel prosopolepsia. Et prout nunc ab hoc, nunc ab illo Gradu è supernis repletur, ita sæpè ab eodem Gradu denominationem accipit. Verbi gratia; Notum est Nomen characteristicum Gebhuræ & Rigoris esse אלהים: quo denotatur Synedrium supernum, à quo judicantur omnes Creaturæ, sive ad dextram sistantur, sive ad sinistram, prout edicit Linea media; & quidem sincerè semper, & juxta rectam veritatis normam. Cum ergò Gebhurah aliquid pronunciat contra inferiores, quod abolitionem, necem & interitum præ se fert; tunc Proprietas Adonai, quæ Gazophylacium est omnium è summis descendentium, illo ipso judicio ab Elohim pronunciato, repletur; illudque exequitur contra inferiores: atque tunc & Ipsa vocatur *Elohim;* propter metrum Gebhurah, ubi hæc decreta fuerant: quemadmodum Legatus appellari solet nomine Ablegantis.

Eandem ob rationem hæc Ipsa Proprietas *aliquando* vocatur Tetragrammati nomine, aliquando Adonai; *aliquando* Elohim; & aliquando Schaddai; prout hic vel ille modus in Eam defert vel misericordiam, vel contrarium. Cum igitur Mensura hæc repletur è scaturigine cui nomen Schaddai, quasi à sufficientia, perfectione, & plenitudine; atque adeò & Ipsa eodem gaudet Nomine; tunc ab Ipsâ fugiunt omnia Perdentium & Nocentium genera: quod patet è Psal. 91, 1. ubi nomen *Schaddai* reperitur. Et hoc est Canticum contra infausta Acci-

Accidentia. Et quia hæc Middah est porta, per quam aditus patet ad Tetragrammaton, hinc Nomen Schaddai in Schedulâ Posti infigendâ adhibetur extrinsecus, ex adverso textus Deut. 11, 13. cum quo idem habet initium locus Ijobh 22, 25.

Et hîc monendus es, quod hæc Dimensio quasi vestiatur & obtegatur triplici Ignis specie, dum tribus his Nominibus appellatur, quæ sunt, Schaddai, Elohim, & Adonai: omnia tamen virtute Tetragrammati, quod omnia portat, & omnia operatur. Cum igitur vocatur Schaddai, vestitur specie *Ignis comedentis:* & tunc ab Illa fugiunt omnes Noxæ, omnesque spiritus maligni; & quam plurimæ catervæ atque Copiæ Creaturarum immundarum perterrefiunt & contremiscunt, nec consistere possunt, sed disperguntur.

Cum autem Elohim nominatur, colorem habet *Ignis rubentis* sub specie Ignis comedentis & comburentis & absumentis, ut exerceat judicium rigorosum in supernis & infernis. Atque tunc executio fit judicialis contra justos & impios. Et ab Illâ licentiam accipiunt omnes Ministri judiciarii, omnesque Legati, alius alio excellentior, ut judicium exequantur contra creaturas. Hæc dimensio autem parata est ad occidendum & vivificandum, ad vulnerandum & sanandum, ad humiliandum & erigendum; virtute Tetragrammati, quod intra Ipsam reperitur.

Cumque habet Nomen Adonai, tali Ignis colore vestitur, quē timent atq; conturbantur omnes creaturæ. Atq; tunc Ipsa consistit in Solio Regni, & omnes turmæ tam supra quàm infra contremiscunt coram ipsa. Illa autem regio utitur cultu statumque Domini habet & Imperantis, insidens & Dominans super thronis, & imperium habens super omnia per Nomen quadraginta duale. Et huc pertinet quod dicitur Psalm. 8, 2. *Tetragrammaton Domine noster, quam magnificum est Nomen tuum in universâ terra, quod posuisti gloriam tuam super cælos.*

His traditis, sciendum est, quod sicut tria dantur Nomi-

na vera unitate connexa, quæ ſunt *Adonai*, *Tetragrammaton* & *Ehjeh*; ita è tribus his nexis in hominem deriventur Nephesch, Ruach & Neſchamah, ſeu Pſyche, Spiritus & Mens. Unde connectere tenetur homo Nephesch ſuam cum Ruach; & Ruach cum Neſchamah; & Neſchamah cum Adonai, quod myſticè continetur in loco 1. Schmu. 25, 29.

Et quia hoc nomen Adonai eſt ultimum à ſummis deſcendendo, & primum ab imis aſcendendo, eſtque He ultimum Tetragrammati, quod Nomen Adonai cum 9. gradibus ſupernis combinat; Hinc omnibus viribus ad id eniti tenetur homo, ut uniatur & adhæreat Tetragrammato; quæ unio & adhæſio fit per Nomen Adonai, Deut. 10, 20. Hæc ibidem ſub Nomine 1. ubi ſequitur כנסת ישראל.

מלכים *Reges*. 1. Sic appellantur decem *Sephiroth Nekudica* quarum *vaſa confracta* dicuntur, unde ipſis *mors* atque deſtructio per analogiam tribuitur. vid. נקודים 13. 14. Huc referenda eſt allegoria de decem *guttis ſeminalibus* ejectis ex unguibus pedum, de quibus in Tikkunim Tikk. 69. item Tract. Schebuoth cap. 2. Everſio autem *regum* iſtorum propterea facta eſſe dicitur, quòd Adam nondum conformatus eſſet in naturam maris & fœminæ. Item huc pertinent decem occiſi regni. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Olam Hannekud.

2. Septem autem reges ſic intelligantur: 1. *Daath*. 2. *Chesed*. 3. *Gebhurah*. 4. *Tiphereth*. 5. *Nezach*, *Hod*, quæ ſunt duæ medietates corporis. 6. *Jeſod*. 7. *Malchuth*. Vid. etiam שבירה N. 8. Quomodo autem prodierint ſeptem iſti *Reges* latiùs deſcribitur in נפל, 7. ſeq. per tot. Vid. טנתא. רעית. נוקבה. מלוי. מורת. מה. מב.

3. Iſti Reges delapſi nondum penitus ſunt ſelecti: Temporibus autem Meſſiæ pleniſſima fiet illorum ſecretio & ſcoriæ abolebuntur, juxta illud myſticum: abſorpſit mortem in æternum. Quod enim bonum in illis, jungitur cum Sanctitate. Sed

longo

longo temporis tractu & paulatim. Et isti sunt adhuc velut *Neschamah* דה׳ *Klippoth*, ib. Tract. Oroth, Nizuzoth, Kelim.

מלכיצדק *Malchizedek*; In Sohar ad locum Ps. 110, 4. hoc nomen refertur ad Malchuth; diciturque esse synonymum vocis דבר *Verbum*, (quod est Malchuth.) Pardes Tr. 23. c. 13.

ממונים *Praefecti*. Vid. Sohar Vajechi 119, 471. Pekude ubi multa.

ממלכת כהנים *Regnum Sacerdotale*. In Soh. Sect. Zav, dicitur, hoc nomen referri ad Malchuth, quando unitur cum Tiphereth, & elevatur per Chesed, quae influit per Sacerdotes. Pard. Tr. 23. c. 13.

מן Est abbreviatura vocum מיים נוקבים *Aquae foeminina*; quo termino denotatur semen seu principium foemininum vel passivum circa generationem seu productionem alicujus rei vel conceptus. Et his opponitur terminus מים דכורים *Aqua masculina*; quo denotatur semen seu principium masculinum seu activum. Vid. נקודים 8. נפל 2. Vide de Manna Sohar Beschallach c. 92. Balak 96, 384. Ki Tissa 84, 335.

מנוחה *Quies*. A R. Moscheh refertur ad Jesod, quo & Noach refertur. Mihi videtur pertinere ad Binah, ob Jubilaei notionem, ubi quiescunt omnes quietes septennales, unde eadem quoque dicitur Sabbathum magnum. Pardes Tr. 23. c. 13.

מנורה *Candelabrum*, est Schechinah, quatenus septem Sephirae superiores ceu totidem infundibula in Ipsam influunt, vel quatenus influxum accipit à Chochmah per Chesed; unde Candelabrum stabat versus meridiem; quo & referuntur Chochmah & Chesed. Sic in Tikkunim. Alibi Candelabrum vocatur Metatron, nempe Vasculum, in quo ellychnium, sit Schechinah; oleum, influxus à Jesod; Lux autem Tiphereth. Pard. l. c. Vid. Soh. Bo 19, 76. Trumah 59, 235. 71, 281. Pinchas 119, 473.

מנחה *Oblatio*. In Raja M. Malchuth existens inter duo brachia vocatur oblatio nova Lev. 23, 16. Num. 28, 26. Sed

Yyy 2 ora-

oratio Mincha, quæ eſt pomeridiana ad claſſem Gebhurah ſpectat; unde Majores noſtri dixerunt, quod Jizchak diſpoſuerit eandem. Pard. ib. Vid. Sohar Schemoth 36. Jethro 40, 158. Trumah 277, Naſo 59, 233. Pinchas 115, 459.

מסגרת *Clauſura*, *Tania*, Ex. 25, 27. In Sohar S. Breſch. dicitur eſſe Binah. Pard. l. c.

מסך ***Velum***, ***operimentum***. 1. Alibi dictum cauſam ***fractorum vaſorum*** hanc fuiſſe: quod lux afflueret non mediantibus ***velis*** vel ***tegumentis***: ex quo lumina eorumque vis nimis erat intenſa ut ***vaſa*** eadem non poſſent ſupportare. Poſt factam autem ***reſtaurationem*** & ***conformationem*** lux accedit diminutior, interpoſitis quaſi ***velis*** quibuſdam & ***operimentis***, per quæ cum tranſit lux illa, ***vaſa*** inferiora eandem ſuſcipere poſſunt. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Injan Ibbur ham Muchin. Vid. נוקבה 7.

מספר הימים ***Numerus dierum***; In Tikk. refertur ad Malchuth; quia ſicut numerus terminat & manifeſtat numeratum, ita Illa manifeſtat dies ſupernos. Pard. l. c.

מעון ***Habitaculum***, juxta R. Moſcheh eſt Cheſed, è *Deut.* 33, 27. ubi Kedem refertur ad Chochmah. Idemque ipſam quoque Chochmam, imò & Malchuth, ſicut alii Coronam ita appellant. Pard. l. c.

מעיין ***Fons***. Binah vocatur ***Fons hortorum***. Cant. 4, 15. Horti enim ſunt Sephiræ inſequentes; Scaturigo fontis autem eſt Chochmah. Sed Kether vocatur ***Fons obſignatus*** Cant. 4, 11. Vel ſi omnes tres ſupernæ dicuntur ***fons***, primum punctum Scaturiens erit Kether; fiſtula aquam effundens, Chochmah; & fons ipſe & aquarum effluxus ad exteriora eſt Binah; quæ hortos irrigat. Si autem Malchuth fontis nomine vocatur, id tunc fit, quando Tiphereth quam plurimum Influentiæ in Ipſam immittit, quo in caſu Ipſe eſt Scatebra; Jeſod fiſtula ſeu canalis; & Malchuth fons. Pard. l. c.

מעייני הישועה ***Fontes Salvationis*** ſeu ***Salutis***. Jeſch. 12, 3.

In

In Sohar S. Balak ita vocantur Chochmah & Binah, quia ab his ortum habet libertas & ereptio. Sic quoque appellantur Nezach & Hod, forte, quia liberationem à Chesed hauriunt, quæ ibidem suum habet fundamentum. Chesed autem eandem à Binah accipit; atque sic transmittitur in ששון Gaudium, quod est Jesod in loco Jesch. 12, 3. Pard. l. c.

מעלות vide ראש אצילות.

מעל השמים *Super Supercœlestia.* In Sohar, Vajikra, per *cœlum* intelligitur Tiphereth; per *Supercœlestia* gradus Gedulah & Gebhurah; Super hæc Supercœlestia autem Binah. Pardes l. c.

מעמקים *Profunditates.* Pf. 130, 1. juxta R. Moscheh ita vocantur Chochmah & Kether. In Sohar autem sæpe hoc Nomine Chochmah intelligitur. Pard.

מערב *Occidens,* est Malchuth; quia ibi Sol in domum suam divertit. Item, quia Oriens est Tiphereth, cui opponitur occidens, uxor, quæ è regione ejus Gen. 2, 18. Vel, quia juxta significationem vocis מערב in Ipsa *commiscetur* omnis Influentia. Item, quia ibidem Lucis defectus est. Pard.

מערכה *Ordinatio, dispositio.* In Raja M. ita vocatur Binah, quia in eâ disponuntur Havajoth, tanquam in muliere prægnante, & ab eâ progignuntur. Eandem ob causam hoc Nomen etiam ad Malchuth referri potest, quæ etiam manifestat Havajoth à Tiphereth prodeuntes. Pard.

מערת המכפלה *Spelunca duplex.* Vid. Sohar Schlachlecha 75, 311.

מעשה *Opus.* A R. Schimeone b. J. ita semper vocatur Binah, sicut Chochmah מחשבה *Cogitatio, intentio.* Hæc enim ab opere manifestatur, & perficitur, & sic Binah perficit Havajoth à Chochmah productas. Conf. Soh. Sect. Pekude ad locum Exod. 36, 4. *Sapientes, facientes, &c.* Pard.

מעשה מרכבה *Opus Vehiculi.* In Tikk. sic vocatur Metatron, quasi

quasi רכב מה Currus ײ Mah; Mah autem est Malchuth. Vid. Soh. Vajera 65, 260. Bammidbar 58, 232.

מעשה בראשית *Opus Principii* est Malchuth, vel quia Ipsa Opus omnium Operum Principii; vel quia Ipsa est Thronus Chochmah, quæ vocatur Breschith. Pard.

מעשר *Decima.* Est Malchuth, vid. Soh. Lechlecha ad Gen. 14, 20. Ipsa enim est decima in Aziluthica Decade. At Decima Decimæ sic exponitur in Tikkunim: quod, sicut Decima denotet unionem cum Levita, i. e. Gebhurah; sic Decimæ decima sit unio cum Sacerdote, i. e. Chesed. Chesed enim se habet ut unum, tanquam Decima decimæ, ad instar centri; extenditque se ad Gebhurah, quæ, si Chesed nucleum repræsentat, corticis notionem habet, cujus cortex iterum sit Tiphereth. Si igitur Tiphereth est centum quasi rami à decem: quæ sit Gebhurah, Levita; Chesed erit unum, & decima decimæ. Pardes l. c. Vide Sohar Breschith 11, 42. Trumah 65, 259. Pekude 101, 402. f. Korach 85, 340. Mischpatim 53, 212. f.

מפרע *Retrorsum.* Pertinet ad notionem אחורים. *Ita ut* si quid in scriptura retrogradum observet ordinem, ex isto capite explicationem sortiatur. Etz Chajim Tract. Ozaroth Chajim Sect. Olam Hannekud.

מצבה *Statua*, in Sohar, Chaje Sarah, ad Gen. 28, 22. ita vocatur Malchuth, quatenus unita est cum Tiphereth. Pard. l. c Vide Soh. Vajischlach 99, 398.

מצה פרוסה *Azymum fractum*, Paschale, est Malchuth, quatenus fermento caret, & jam purificata est pro marito suo. Dicitur autem fracta, quia nondum est in copula; ubi demum suppletur ruptura ejus. Imò quamvis non addatur mentio fractionis, Azyma tamen etiam per se sunt *panis afflictionis*, Deut. 16, 3. Vid. Sohar Vajeze. Et in Tikkunim dicitur, quod Azymum sit הֹ; cum autem fractum & frustum est, יֹ. Pard. vid. Soh. Vajeze 91, 364. Trumah 71, 282. Tezavveh 80, 317. 319. 320.

5 20. Vajikra 5, 19. Vajechi 120,476. Pinchas 114,452, 117, 4 66, f. Bo. 18,70. Achare 31, 124. Æmor 46,183.

מצוה *Præceptum*, sic vocatur Malchuth, quando unita est cum marito, quia ו superadditur ad vocem מצה. Hinc מצוה Præceptum, fundamentum suum habet in Lege, (Tiphereth,) quæ proinde combinanda, & non separanda sunt. Deinde in מצוה latet Tetragrammaton; nam מצ per אתבש sunt יה. Et huc pertinet appellatio מצות המלך Præceptum Regis 2. Reg. 18, 36. 2. Par. 8, 15. Nechem. 11, 23. *Præceptum Regis mundi, &c.* ubi intelligitur Tiphereth. Pardes l.c. Vide Sohar Schemini 18,70.

מצולות ים *Profunda maris*, sunt Samaël & uxor ejus, quia sunt sub mari superno, i.e. Malchuth. Imo omnes Klippoth, eandem ob causam sic vocantur, in Tikkun. & Sohar. Pard. v. Soh. Tezavveh 81, 323. Achare 29, 114. Balak 91,364.

מצח *Frons*. In specie *Frons* Adam Kadmon. 1. Notio Nominis Tetragrammatici מה Alephati prodibat è *Fronte Adam Kadmon.* Sicut autem Transpiratio ex *Auribus* prodiens minor erat, quam Exspiratio *Nasi*; & ista minor *Oris halitu*; (in quibus omnibus tamen Notio הבל seu *Halitus* & *Taamim* locum habet; quæ in *oculis* cessat, quibus competit attributum הסתכלות *Intuitus* & *Nekudoth.* Ita lux Nominis מה Novi è *fronte* prodeuntis, minima est & ultima omnium; eique nec *Halitus*, nec *Intuitus* competit, sed notio tantum הארה seu fulgoris.

2. Et hoc ipsum est, quod toties in Idra magna & parva occurrit, nempe: *Cum detegitur Frons, &c.* Huic enim non tribuitur nisi sola fulgoris manifestatio. Item huc pertinet quod toties in Sohar repetitur: Cum ascenderet ipsi in mentem, seu cum esset beneplacitum ejus, condere mundum, &c. *Frons* enim & Beneplacitum unum idemque involvunt mysterium; & hinc prodiit Lux מה nova, per quam *restauratus* est totus mundus Aziluth.

3. Sicut

3. Sicut ergò notio עַב reperitur in *Capite Adam Kadmon*, estque ipsi *Cerebri* loco; situati interiùs, *frontem* versus; ita facta est maritalis quasi *copula* istius עַב cum Taamim סג, quæ est *Aurium, Nasi* & *oris* notio, *cerebro* paulò inferior circa extremum *capitis*. Atque sic ex nimia lucis copiâ ex hôc *congressu* propagatâ, Lux nova è *fronte* prodiit, quod est nomen מה. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Attik. Vid. מה׳ מנחא מלוי, 2. Vide etiam de *Fronte* S. Naso 65, 256.

מצפץ Est *Tetragrammaton*, per transmutationem literarum ex Alphabetho אתבש vid. Soh. Breschith 28, 109. Ki Teze 136, 543.

מקדש *Sanctuarium* in Tikk. ad Lev. 19, 30, & 26, 2. refertur ad Tiphereth & Jesod. Pard. vid. Sohar Beschallach 27, 105.

מקוה *Receptaculum aquarum* est Malchuth, quando plena est influxu. Item Tiphereth è sensu Jer. 14, 8. c. 17, 13. vel Jesod, vid. Soh. Breschith ad Jer. 17, 13. Pard.

מקום *Locus*, est Tiphereth; quia Tetragrammati quadratura, i.e. denarius decies, quinarius quinquies, & senarius sexies sumti, assurgunt ad numerum מָקוֹם. Tikk. Ratio, quia est Locus mundi, & portat totum mundum, i.e. sex extremitates. Sed R. Moscheh dicit Coronam esse totius mundi Locum. Pard.

מקום העצה *Locus consilii.* Nezach & Hod vocantur Locus Consilii in Curia superna, è Jesch. 14, 27. Cum enim Dominus aliquid decernere vult in Consistorio supremo, *primò* consultat in duobus his metris, vid. Jesch. 14, 26. 27. Quamvis enim initium Consilii sit in Binah, in Nezach & Hod tamen ejusdem consummatio est. Conf. Jesch. 40, 14. Pr. 8, 14. Jesch. 9, 6. ubi per פלא Chochmah intelligitur, juxta Librum Jezirah, in pr. per יועץ Binah; per אל Gedulah; per גבור Gebhurah; per אבי־עד Tiphereth; per שר שלום Jesod in quo involvuntur Nezach & Hod. Synedrium enim magnum supernum est in Gebhurah; & cum aliquid decernendum est super hac

vel

vel illâ creatura, consilium initur in Binah, quæ Gebhurâ est Superior; & in Nezach & Hod, quæ infra Eandem; quod exhibent in locis allegatis voculæ בינה, & מי, & צבאות יי item phrasis *rescindendi*, Rescissio enim votorum est in Binah; ut & vota ipsa. Prophetæ igitur, & Justi, quia sciebant magnum hoc secretum, rescindebant omnia decreta in Synedrio Summo promulganda, juxta 2. Schmu. 23, 3. ubi quasi sic dicit Deus: *Ego Dominor in hominem*; quis autem dominatur in me? Justus: quia Ego decerno, & iste rescindit. Conf. Ex. 32, 11. ubi vox ויחל habet significationem *incipiendi*; Intentio enim Mosis ascendebat usque ad locum ubi rescindi possunt decreta, i.e. Binah, ubi est initium septem Sephirarum. Hinc Majores nostri, cum de rescissione decretorum loquuntur, allegant locum Deut. 4,7. Rectè igitur dicitur Jeschai. 14, 27. *Dominus exercituum consultavit* cum Synedrio magno superno, ut decretum fieret & subsignaretur; sed Binah, quæ est locus *Conversionis*, illud rescindere potest; ut supra dictum, de Votis: adde Jesch. 40, 14. quasi diceretur: cum מי את consilium habuit & produxit Binam, & creavit mundum, atque h. e. יבינהו. Quamvis igitur sigillo confirmatum sit decretum supernum; Iisraëlitæ tamen illud irritum reddere possunt pœnitentia; quæ vocatur מי; Et hinc Jesch. 14, 27. ob notionem תשובה reperitur vox ישיבנה quia ille Mi retrahere potest manum Domini extensam, quippe quæ influxum accipit à Gradu מי. Huc refer Jesch. 40, 26. ubi notentur verba מי ברא אלה. Nam אלהים inferior, cui Nomen ים, creavit mundum, virtute יי אלהים superni, seu Binah, cui Nomen מי. Consideretur etiam vox שוב Exod. 32, 12. ob hunc locum, qui תשובה dicitur: & Lev. 25, 13. Hinc quoque intelligi potest mirum illud, quod in L. Jezirah dicitur, & aliàs à Sapp. nostris, *Consilium consummari in renibus*, unde istuc refertur eruditio.

Hoc insuper tenendum, quod in Palatiis Nezach & Hod, quæ vocantur צבאות יי Angelus quidam adsit, qui præfectu-

ram habet in omnia decreta judicialia, prodeuntia è Synedrio magno contra omnes mundi incolas; cui duo scribæ subsunt: antequam autem executioni mandantur decreta illa in mundo, Præfectus iste potestatem habet eadem rescindendi, vel corrigendi; prout ille, contra quem decernitur, pœnitentiam egerit: & prout miserationes descenderint è loco מי, qui ista reducere potest; unde תשובה dicitur.

In his Palatiis deinde adhuc alius Præfectus est, sub imperio Tetragrammati, qui præest gazophylaciis & reconditoriis & præpositis aliis, qui suscipere tenentur omnes Animas illorum, qui occisi sunt à Synedrio. Et sic quoque qui occisi sunt à Regno, sive à Gentibus, his in locis asservantur.

Sunt & eorundem Palatiorum alia quædam loca recondita, quæ vocantur כוס תנחומים *Calix consolationum*, à quibus Dominus solamen demittit in omnes lugentes & afflictos; aliosque qui consolatione digni sunt. Sicut & reconditoria sunt, quæ vocantur כוס התרעלה *Calix horroris*; unde ultionem Deus demittit in eos, qui coram eo non ambulant decenter, & indignos se exhibent.

In quibusdam horum Palatiorum locis etiam Repositoria sunt plurimis pretiosis amictibus repleta, quibus vestiuntur Animæ puræ. Cum enim ante conspectum Domini benedicti admittuntur Animæ, singulæ, prout dignæ fuerint, vestibus quibusdam hoc in loco exornantur.

Porrò in istis quoque Palatiis loca quædam *sunt*, quibus applicantur omnes Sapientiæ cultores, ut illuc ingressi intimiora assequantur & occulta superna, Visionesque & apparitiones atque somnia. Et his reconditoriis annexus fuit *Daniel* vir desideriorum, juxta Dan. 1, 17. inque his vidit omnes apparitiones & specula & magna negotia & interpretationes, de quibus in Libro ejus. Et complura alia magna & terribilia in Palatiis graduum Nezach & Hod, reperiuntur, de quibus alibi. Sch. Orah sub Nezach & Hod post מקור הרצון, ubi deinde sequitur Nezach.

צמצום מקום פנוי *Locus Vacuus*. Vide infra Parte II. p. 32. it. חלל x.

מקור *Scaturigo*. Refertur ad Kether, cui etiam tribuitur Nomen מקור מים חיים *Scaturigo aquarum viventium*, quæ est nfluentia; & מקור הברכות, *Scaturigo benedictionum*, & מקור החיי׳ *Scaturigo Vitæ*. Quæ omnia tamen etiam referuntur ad Chochmah, & quandoque ad Binah & Jesod: idque ob alle- goriam de Fonte, vide מעין. Vid. Soh. S. Zav, de Binah. In Tikkunim autem etiam Malchuth unita cum Kether vocatur מקור מים חיים, quatenus nimirum, quod affluxit, iterum emit- it. Pard.

מקור החיים *Scaturigo Vitæ*. In Schaare Orah sub Nomi- ne 8. post שכינה עילאה ad hunc tit. pertinent seqq. Binah vo- catur Scaturigo Vitæ, quia à mundo miserationum influxum vitæ derivat in omnia Entia. Et sic Tiphereth vocatur *Arbor Vitæ*, quia vitam à Scaturigine summa in se admittit. Hæc est Arbor illa vitæ in horti medio constituta, nempe Linea media, quæ vitam immittit in Jesod, cui propterea Nomen El-chai, & Elohim Chajim, *Dei vivi*. Et quia Malchuth influxum Vitæ accipit à Scaturigine Vitæ, per Arborem Vitæ, mediante Deo vi- vo, hinc & Ipsa vocatur *Terra Vitæ* Psalm. 116, 9. Deut. 30, 15. Hæc ibi, & sequitur כפורים.

מקור מים חיים *Scaturigo aquarum viventium*. In Schaa- re Orah sub El-chai post El-Schaddai huc pertinent sqq. Je- sod aliquando vocatur *Scaturigo aquarum viventium*, quia A- quæ istæ scaturiunt ex Eden superiore, è Scaturigine quæ voca- tur Æn-Soph, unde vita promanat in omne quod vivit. Et vocatur Scaturigo vitæ, quia dantur & aliæ Aquæ malæ, quæ dicuntur Aquæ mortuæ, turbidæ, quæ proveniunt è scatebris aquarum superbarum, qui sunt putei alieni, in quibus varia aquarum malarum genera, & è quibus profluunt Aquæ amaræ, et maledictæ. Conf. Jirm. 2, 13. c. 17, 13. Vocatur autem Sca- turigo aquarum viventium 1. quia Scaturigo ista profluit ex

 Eden

Eden superno, unde Vitam habent omnia viventia, & quando has aquas bibunt, nec esuriunt, nec sitiunt, semperque vivunt & in æternum persistunt. 2. quia sicut animal vivum huc illuc movetur, varia peragendo opera; sic Aquæ hæ agitantur, semperque fluunt, ut irrigent valles, agros, vineas, hortos, utque homines varia rerum emolumenta hinc desumere & operationes suas peragere queant. 3. quia si quis vitam quærit veram à Domino, hæ Aquæ locum ejus illi ostendunt. Cum enim homo deambulat ad ripam hujus rivi, nuspiam deflectens; ipsum flumen tandem ipsum deducet ad locum unde profluit, & ad scatebras, unde vita promanat; juxta Num. 21, 19. *E dono, in flumen Dei, & de flumine Dei in Excelsa*, Conf. Deuter. 30, 15. Quicunque enim ad *Dei vivi* gradum se applicat, vitam invenit & bonum; & qui contra, contra. Omnia enim per modum oppositionum dispofita sunt. Eccl. 7, 15. Hæc ibi, & sequitur יסוד.

מקל לבנה *Baculus albus*; est Tiphereth sub influxu Chesed, Soh. Vajeze; ob figuram τῆ Vav, involvitur autem significatio Lucis albæ è Chesed, quatenus occulta est in *Chochmah*; non Aquarum: Chesed enim dum manifestatur, demum *Aqua* nomen habet, & humorem exhibet. Pard.

מקלות *Baculi*, juxta Soh. Vajeze, sunt Potestates Judicii, quibus homo dirigitur in viam rectam, quæ est Tiphereth; linea recta, Pard.

מקנה *Pecus*, in Soh. Lechlecha ad Gen. 13, 2. refertur ad Malchuth è sensu Pf. 104, 25. Pard.

מראה. *Visio, aspectus.* Sic vocatur Binah, quia repræsentat Sephiras occultas superiores: quam ob rationem etiam Malchuth sic vocatur; quamvis in Binah repræsentatio magis, in Malchuth minùs sit subtilis; unde hoc in loco melius percipi potest. Deinde omnes etiam Sephiræ vocantur מראות Visiones, repræsentationes, juxta R. Schim. b. J. in Raja Meh. ad Visiones Jecheskel. quippe ubi decies repetitur vox מראה.

Et

Et vox במראה in Visione per metathesin est אברהם, 248. Alia autem est Visio *somniantis*, alia *vigilantis: Illa* fit oculis clausis, quando pupilla oculi, i.e. Malchuth, & colores tres, i. e. tres Patres non apparent, sed duæ palpebræ, i.e. Nezach & Hod, claudunt & tegunt eam, & separant eam à marito ejusque unione: *Hæc* oculis apertis, quando Malchuth in unione est cum Tiphereth, & colores illuminantur in eâ & apparent. Unde alicubi *Hæc* ad Tiphereth; *Ille* ad Jesod refertur. Item alia est visio *occulta*, i.e. Binah; & alia *manifesta*, i.e. Malchuth. Porrò

מראה הנוגה *Visio splendoris*, est Binah ex parte Chesed; nam נוגה semper ad dextram spectat. Tikk.

מראה הנבואה *Visio Prophetiæ*, est Malchuth ex parte Nezach & Hod.

מראות הצובאות Ex. 38,8. *Specula turmarum*, juxta R. Moscheh refertur ad Nezach, Hod, quibus tribuitur Nomen Zebaoth, tanquam classi Prophetarum, ascendentium de turma in turmam, eo usque: quamvis Moscheh altiùs ascenderit. Mihi videntur intelligi Nezach & Hod, quatenus influunt in Jesod, cujus turmæ vocantur Zebaoth. Vel Tiphereth & Malchuth, ut duo specula nitidum & non nitidum, quando sunt in Zebaoth, i.e. Nezach & Hod. Pard. vid. Soh. Pekude 121,4.

מרה *Fel;* pertinet ad genus pravum, estque gladius Angeli mortis, adhærens hepati, quia ejusdem sunt naturæ, vid. יותרת.

מרכבה *Currus, vehiculum Thronus, Sella curulis.* In Raja Meh. Gedulah, Gebhurah, Tiphereth, vocantur sella curulis superior; & Nezach, Hod, Jesod, inferior vel secunda. Sed in Tikk. superior dicuntur: Chochmah, Binah, Gedulah, Gebhurah; nempe Gedulah Leo; Gebhurah, Taurus; Binah, Aquila; & Chochmah facies Hominis; qui est Homo superior. Aquila autem illa magna dicitur habere sex alas, quæ sunt 6. Sephiroth: & homo superior insidere Aquilæ, Leoni & Bovi. Inferior autem sella curulis vocantur Nezach, Hod, Jesod, Leo,

 Taurus,

Taurus, Aquila; & Tiphereth facies hominis insidens istis superiùs; Malchuth autem omnium facies comprehendere dicitur. Aliter Gedulah, Gebhurah, Tiphereth, Malchuth vocantur Sella curulis superior, tanquam Leo, &c. ita ut inferior sit Briah, Thronus nempe quatuor columnas habens: quæ vocantur Mercabha altera, quia sequioris sunt naturæ quam Sephiræ supernæ. Deinde in Tikkunim etiam Malchuth vocatur Mercabha, quando quasi vestita est vehiculo, & operatur per Animalia; atque tunc appellatur facies Aquilæ, &c. secundum naturam operationis. Pard. vid. Sohar Jethro 37, 142. Pinchas 103, 411.

משה *Moscheh*, est Mercabha seu thronus & sedes gradûs Tiphereth sub mysterio Daath, quæ est occulta notio Tiphereth, quatenus applicatur ad Chochmah, natura sc. gradûs *Tiphereth* subtilis, quæ sex extremitates continet conceptu subtiliore, & quasi Anima Tiphereth manifestati, in hoc reconditur. Jacob ergò ipsius Tiphereth, & Moscheh gradûs ejusdem, sed sub notione Daath vehiculum fuit. Tikk. Hinc de solo Moscheh in Tikk. ea dicuntur, quæ ad hominem & tres *patres* pertinerent, quia ad ipsum referuntur *6*. extremitates occultæ. Pard. vid. Soh. Breschith 29, 115. 36, 144. 41, 161. Jethro 40, 158. Mischpatim 51, 203. Trumah 71, 282. 77, 308. Vajakhel 97, 385. Mezora 24, 95. Naso 63, 251. 70, 280. Schlachlecha 77, 305. Chükkath 87, 345. Pinchas 119, 474. Vaethchannan 129, 513. & משה ואהרן per gematriam *æquipollent* numeris vocibus אדם הראשון 607.

משבצות זהב *Ocellata aurea*, sunt Nezach & Hod cum respectu Gebhurah. Tikk. Pard.

משוש כל הארץ *Gaudium universæ terræ*, Thr. 2, 15. est Tiphereth, quatenus ab eo exhilaratur Jesod & Malchuth. Vid. Soh. Vajikra.

משחית *Perdens*, est una de quatuor Potestatibus Corticis è Ps. 78, 38. quæ sunt משחית *Perdens*; עון Iniquitatis pœna; אף *ira*; & חמה *furor*. P. Soh. Bo 18, 71.

משיח *Messias.* Soh. Lechlecha 59, 235. Vajera 73, 292. Toledoth 82, 328. Vajechi 127, 503. Schemoth 3, 11. f. Acharε 26, 103. Behaalothecha 73, 291. Balak 91, 361. Pinchas 116, 118. Ki Teze 135, 539. f. Æmor 43, 171.

משכון *Pignus;* Malchuth in Tikk. vocatur Pignus Iisraëlis, propter quod Tiphereth inter eos commoratur. Pard.

משכיל *Erudiens*, eſt Jeſod, informator Davidis, i.e. gradûs Malchuth, ſive David præmittatur aſcendendo Pſ. 32, 1. Sive poſtponatur deſcendendo Pſal. 53, 1. Sed Informator Ethan Eſrachitæ Pſal. 89, 1. eſt Binah; quæ adhæret Chochmæ, cui competit Nomen שכל intellectus; & informat Eſrachitam, i. e. Abrahamum. Ob hujus influxum & Jeſod vocatur Erudiens. Pard.

משכן *Tabernaculum.* Duo ſunt tabernacula, ſuperius, Binah; & inferius Malchuth: Tikk. de quibus Pſ. 132, 5. Tiphereth enim inter duo hæc degit, quorum Symbola ſunt Tentoria Leah & Rachel. Et

משכן תעדות *Tabernaculum Teſtimonii*, eſt Malchuth, quæ eſt locus teſtimonii, i.e. Unionis graduum Tiphereth & Jeſod. Illa tamen non vocatur Tabernaculum, niſi cum Tiphereth in Ipſa eſt. Pard. Soh. Trumah 64. 254. Vajakhel 86.

משלם גמול *Retribuens*, eſt Gebhurah, quæ æquali utitur retributione, menſuram reddens pro menſura. Et quia in Gebhura tres ſunt gradus, primus ad Cheſed, ultimus ad interitum inclinans, hoc nomine reſpicitur medius, qui eſt æqualis diſtributionis. Quò etiam reſpicit vox תשלומין *Retributiones, compenſationes.* Pard.

משנה *Secunda* eſt Malchuth, quatenus reperitur in Briah, tanquam ſecunda à Regina, vel ſub notione He, quod ſecundum eſt à Jod. Vel quia eſt ſecunda à Rege Tiphereth. Pard.

משפט *Judicium, Æquitatis.* Eſt Tiphereth, quatenus functionem habet à Din ſeu Rigore Gebhuratico, cui tamen tantundem miſerationum inſit, ut exactiſſimè obſervetur medium

dium. Fundamentum ergò habet in Binah, respectu Rigoris, & suctionem habet à Chochmah, respectu miserationum. Soh. Pekude 116,462. Schemini 18, Kedoschim 39, 156. Achare, &c.

In Schaare Orah sub Nomine 5. post נורא huc pertinent sequentia. Tiphereth vocatur משפט *Judicium æquitatis*. Nam Tetragrammaton est Judex omnium mundi incolarum, à cujus dextra & sinistra turmæ Benignitatis consistunt & Rigoris, Ipse autem Dominus in medio sedet sub proprietate Rachamim seu dilectionum, quæ & Benignitatem continet & severitatem. Ubicunque igitur phrasis משפט occurrit, ita ut Tetragrammati mentio haud procul absit; ut Jesch. 3, 14. vel Nomen Elohim adhibeatur ut Deut. 4, 17. ibi semper judicii consummatio denotatur. Hoc tamen in genere notetur, *quod* vox Mischpat nunquã rigorem omnimodum significet. Quandocunque enim Tetragrammaton mundum judicat, tunc creaturæ judicantur per Rachamim seu dilectiones, quæ vocantur Mischpat, & non per rigorem asperum. Sed cum *Adonai*, quod est synedrium inferius, solum judicat creaturas, *tunc eas*dem absumit, & severitate asperrimâ plectit, non ulla miseratione admixtâ. Synedrium Tetragrammati igitur vocatur Mischpat; sed Synedrium Adonai vocatur Zedek; hinc rigorosè judicat, quia nihil continet misericordiæ, nisi aliqua in Ipsum influat è Tetragrammato: cum nihil habeat Luminis ex se, nisi aliquid à Tiphereth accipiat. Si autem *quæras*, quando Tetragrammaton, & quando Adonai judicium exerceant? Recordare, quod tria sint Nomina, Ehjeh, quod non nisi *Rachamim* & dilectio; Tetragrammaton, severitatem & benignitatem & dilectionem continens; & Adonai, quod merus rigor. Quicquid autem boni & influentiæ descendit in Adonai, id procedit è Tetragrammato, atque tunc Nomen Adonai repletur omni bono & benedictione, & influxu, & vita & eudociâ. Cum igitur creaturæ aliquantum peccant, nec adhuc merentur, ut

canales

canales à Tetragrammato in Adonai decurrentes præſcindantur; tunc Adonai adhæret Gradui Rachamim ſeu dilectionis; nec ullatenus creaturas dijudicat; ſed Tetragrammaton ſolum judicium exercet per Miſchpat, id eſt, judicium Æquitatis; & per Cheſed & Rachamim, benigne & commiſerando. Sed cum homines majoribus delictis implicantur & omnimoda impuritate ſe polluunt, tunc cauſa ſunt, ut omnes canales ſupradicti tollantur, unde Nomen Adonai fit aridum & omni dilectione privatur. Cumque eidem committantur Negotia, ad corrigendas corruptelas, Illud, quia ſolum eſt, à Dilectione ſeparatum, influxum accipit à ſiniſtro latere, & ſolum judicat creaturas rigore omnimodo, atque præduro; unde in mundo excitat bella graviſſima & morbos peſſimos, atque mortes, peſtemque & famem & captivitatem, donec conſummetur judicium. Væ tunc creaturis illis, in quas hoc judicium irruit, quia tunc nulla eſt commiſeratio, donec Nomen Adonai omnia in ſe commiſſa peccata ſufficienter puniverit. Atque tunc ſimul accelerantur pœnæ, ut mox reſtituatur, quod corruperunt creaturæ, & Tetragrammaton, tunc ab Ipſo ſeparatum, citò rurſus ad Ipſum applicetur. Hæc ſunt duo Synedria illa Miſchpat & Zedek, quæ cum ambo concurrunt ad judicium, tunc Miſchpat ſeu judicium æquitatis experiuntur creaturæ, ſed mitiori modo & blandiùs: conf. Pſ. 97, 2. Jeſch. 1, 21. cum nempe Jeruſchalaim plena erat juſtitiâ, tunc judicabatur cum commiſeratione, quando enim Zedek repletur à Miſchpat, influxus optimus ſuperabundat & judicatur partim commiſerando, partim condonando Dan. 9, 9. Et huc etiam pertinent loca Deut. 16, 20. & ỳ. 18. Et huc pertinet illud Majorum: David antequam peccaſſet non verebatur ad proprietatem Zedek ſeſe applicare Pſ. 17, 15. ſed poſt peccatum etiam judicium Miſchpat metuebat, quod tamen eſt Rachamim & cum amore, Pſal. 143, 2. Quid autem illud eſt, quod Moſcheh dicit Ex. 34, 9. *Vadat Adonai, &c.*? Scito; quod omnes Principes mundi à Sy-

ram habet in omnia decreta judicialia, prodeuntia è Synedrio magno contra omnes mundi incolas; cui duo scribæ subsunt: antequam autem executioni mandantur decreta illa in mundo, Præfectus iste potestatem habet eadem rescindendi, vel corrigendi; prout ille, contra quem decernitur, pœnitentiam egerit: & prout miserationes descenderint è loco מִי, qui ista reducere potest; unde תשובה dicitur.

In his Palatiis deinde adhuc alius Præfectus est, sub imperio Tetragrammati, qui præest gazophylaciis & reconditoriis & præpositis aliis, qui suscipere tenentur omnes Animas illorum, qui occisi sunt à Synedrio. Et sic quoque qui occisi sunt à Regno, sive à Gentibus, his in locis asservantur.

Sunt & eorundem Palatiorum alia quædam loca recondita, quæ vocantur כוס תנחומים *Calix consolationum*, à quibus Dominus solamen demittit in omnes lugentes & afflictos; aliosque qui consolatione digni sunt. Sicut & reconditoria sunt, quæ vocantur כוס התרעלה *Calix horroris*; unde ultionem Deus demittit in eos, qui coram eo non ambulant decenter, & indignos se exhibent.

In quibusdam horum Palatiorum locis etiam Repositoria sunt plurimis pretiosis amictibus repleta, quibus vestiuntur Animæ puræ. Cum enim ante conspectum Domini benedicti admittuntur Animæ, singulæ, prout dignæ fuerint, vestibus quibusdam hoc in loco exornantur.

Porrò in istis quoque Palatiis loca quædam *sunt*, quibus applicantur omnes Sapientiæ cultores, ut illuc ingressi intimiora assequantur & occulta superna, Visionesque & apparitiones atque somnia. Et his reconditoriis annexus fuit *Daniel* vir desideriorum, juxta Dan. 1, 17. inque his vidit omnes apparitiones & specula & magna negotia & interpretationes, de quibus in Libro ejus. Et complura alia magna & terribilia in Palatiis graduum Nezach & Hod, reperiuntur, de quibus alibi. Sch. Orah sub Nezach & Hod post מקור הרצון, ubi deinde sequitur Nezach.

מקום פנוי *Locus Vacuus.* Vide infra Parte II. p. 32. it. צמצום & חלל.

מקור *Scaturigo.* Refertur ad Kether, cui etiam tribuitur Nomen מקור מים חיים *Scaturigo aquarum viventium*, quæ est influentia; & מקור הברכות, *Scaturigo benedictionum*, & מקור החיים *Scaturigo Vitæ.* Quæ omnia tamen etiam referuntur ad Chochmah, & quandoque ad Binah & Jesod: idque ob allegoriam de Fonte, vide מעין. Vid. Soh. S. Zav, de Binah. In Tikkunim autem etiam Malchuth unita cum Kether vocatur מקור מים חיים, quatenus nimirum, quod affluxit, iterum emittit. Pard.

מקור החיים *Scaturigo Vitæ.* In Schaare Orah sub Nomine 8. post שכינה עילאה ad hunc tit. pertinent seqq. Binah vocatur Scaturigo Vitæ, quia á mundo miserationum influxum vitæ derivat in omnia Entia. Et sic Tiphereth vocatur *Arbor Vitæ*, quia vitam à Scaturigine summa in se admittit. Hæc est Arbor illa vitæ in horti medio constituta, nempe Linea media, quæ vitam immittit in Jesod, cui propterea Nomen El-chai, & Elohim Chajim, *Dei vivi.* Et quia Malchuth influxum Vitæ accipit à Scaturigine Vitæ, per Arborem Vitæ, mediante Deo vivo, hinc & Ipsa vocatur *Terra Vitæ* Psalm. 116, 9. Deut. 30, 15. Hæc ibi, & sequitur כפורים.

מקור מים חיים *Scaturigo aquarum viventium.* In Schaare Orah sub El-chai post El-Schaddai huc pertinent sqq. Jesod aliquando vocatur *Scaturigo aquarum viventium*, quia Aquæ istæ scaturiunt ex Eden superiore, è Scaturigine quæ vocatur Æn-Soph, unde vita promanat in omne quod vivit. Et vocatur Scaturigo vitæ, quia dantur & aliæ Aquæ malæ, quæ dicuntur Aquæ mortuæ, turbidæ, quæ proveniunt è scatebris Aquarum superbarum, qui sunt putei alieni, in quibus varia aquarum malarum genera, & è quibus profluunt Aquæ amaræ, & maledictæ. Conf. Jirm. 2, 13. c. 17, 13. Vocatur autem Scaturigo aquarum viventium 1. quia Scaturigo ista profluit ex

Zzz 2 Eden

Eden superno, unde Vitam habent omnia viventia, & quando has aquas bibunt, nec esuriunt, nec sitiunt, semperque vivunt & in æternum persistunt. 2. quia sicut animal vivum huc illuc movetur, varia peragendo opera; sic Aquæ hæ agitantur, semperque fluunt, ut irrigent valles, agros, vineas, hortos, utque homines varia rerum emolumenta hinc desumere & operationes suas peragere queant. 3. quia si quis vitam quærit veram à Domino, hæ Aquæ locum ejus illi ostendunt. Cum enim homo deambulat ad ripam hujus rivi, nuspiam deflectens; ipsum flumen tandem ipsum deducet ad locum unde profluit, & ad scatebras, unde vita promanat; juxta Num. 21, 19. *Edom, in flumen Dei, & de flumine Dei in Excelsa*, Conf. Deuter. 30, 15. Quicunque enim ad *Dei vivi* gradum se applicat, vitam invenit & bonum; & qui contra, contra. Omnia enim per modum oppositionum dispofita sunt. Eccl. 7, 15. Hæc ibi, & sequitur יסוד.

מקל לבנה *Baculus albus*; est Tiphereth sub influxu Chesed, Soh. Vajeze; ob figuram τῦ Vav, involvitur autem significatio Lucis albæ è Chesed, quatenus occulta est in Chochmah; non Aquarum: Chesed enim dum manifestatur, demum *Aquæ* nomen habet, & humorem exhibet. Pard.

מקלות *Baculi*, juxta Soh. Vajeze, sunt Potestates Judicii, quibus homo dirigitur in viam rectam, quæ est Tiphereth; linea recta, Pard.

מקנה *Pecus*, in Soh. Lechlecha ad Gen. 13, 2. refertur ad Malchuth è sensu Ps. 104, 25. Pard.

מראה *Visio, aspectus.* Sic vocatur Binah, quia repræsentat Sephiras occultas superiores: quam ob rationem etiam Malchuth sic vocatur; quamvis in Binah repræsentatio magis, in Malchuth minùs sit subtilis; unde hoc in loco melius percipi potest. Deinde omnes etiam Sephiræ vocantur מראות Visiones, repræsentationes, juxta R. Schim. b. J. in Raja Meh. ad Visiones Jecheskel. quippe ubi decies repetitur vox מראה.

Et

Et vox במראה in Visione per metathesin est אברהם, 248. Alia autem est Visio *somniantis*, alia *vigilantis*: *Illa* fit oculis clausis, quando pupilla oculi, i.e. Malchuth, & colores tres, i. e. tres Patres non apparent, sed duæ palpebræ, i.e. Nezach & Hod, claudunt & tegunt eam, & separant eam à marito ejusque unione: *Hæc* oculis apertis, quando Malchuth in unione est cum Tiphereth, & colores illuminantur in eâ & apparent. Unde alicubi *Hæc* ad Tiphereth; *Ille* ad Jesod refertur. Item alia est visio *occulta*, i.e. Binah; & alia *manifesta*, i.e. Malchuth. Porrò

מראה הנוגה *Visio splendoris*, est Binah ex parte Chesed; nam נוגה semper ad dextram spectat. Tikk.

מראה הנבואה *Visio Prophetiæ*, est Malchuth ex parte Nezach & Hod.

מראות הצובאות Ex. 38, 8. *Specula turmarum*, juxta R. Moscheh refertur ad Nezach, Hod, quibus tribuitur Nomen Zebaoth, tanquam classi Prophetarum, ascendentium de turma in turmam, eo usque: quamvis Moscheh altiùs ascenderit. Mihi videntur intelligi Nezach & Hod, quatenus influunt in Jesod, cujus turmæ vocantur Zebaoth. Vel Tiphereth & Malchuth, ut duo specula nitidum & non nitidum, quando sunt in Zebaoth, i.e. Nezach & Hod. Pard. vid. Soh. Pekude 121, 4.

מרה *Fel*; pertinet ad genus pravum, estque gladius Angeli mortis, adhærens hepati, quia ejusdem sunt naturæ, vid. יותרת.

מרכבה *Currus, vehiculum Thronus, Sella curulis*. In Raja Meh. Gedulah, Gebhurah, Tiphereth, vocantur sella curulis superior; & Nezach, Hod, Jesod, inferior vel secunda. Sed in Tikk. superior dicuntur: Chochmah, Binah, Gedulah, Gebhurah; nempe Gedulah Leo; Gebhurah, Taurus; Binah, Aquila; & Chochmah facies Hominis; qui est Homo superior. Aquila autem illa magna dicitur habere sex alas, quæ sunt 6. Sephiroth: & homo superior insidere Aquilæ, Leoni & Bovi. Inferior autem sella curulis vocantur Nezach, Hod, Jesod, Leo,

Taurus, Aquila; & Tiphereth facies hominis insidens istis superiùs; Malchuth autem omnium facies comprehendere dicitur. Aliter Gedulah, Gebhurah, Tiphereth, Malchuth vocantur Sella curulis superior, tanquam Leo, &c. ita ut inferior sit Briah, Thronus nempe quatuor columnas habens: quæ vocantur Mercabha altera, quia sequioris sunt naturæ quam Sephiræ supernæ. Deinde in Tikkunim etiam Malchuth vocatur Mercabha, quando quasi vestita est vehiculo, & operatur per Animalia; atque tunc appellatur facies Aquilæ, &c. secundum naturam operationis. Pard. vid. Sohar Jethro 37, 142. Pinchas 103, 411.

משה *Moscheh*, est Mercabha seu thronus & sedes gradûs Tiphereth sub mysterio Daath, quæ est occulta notio Tiphereth, quatenus applicatur ad Chochmah, natura sc. gradûs Tiphereth subtilis, quæ sex extremitates continet conceptu subtiliore, & quasi Anima Tiphereth manifestati, in hoc reconditur. Jacob ergò ipsius Tiphereth, & Moscheh gradûs ejusdem, sed sub notione Daath vehiculum fuit. Tikk. Hinc de solo Moscheh in Tikk. ea dicuntur, quæ ad hominem & tres *patres* pertinerent, quia ad ipsum referuntur *6.* extremitates occultæ. Pard. vid. Soh. Breschith 29, 115. 36, 144. 41, 161. Jethro 40, 158. Mischpatim 51, 203. Trumah 71, 282. 77, 308. *Vajakhel* 97, 385. Mezora 24, 95. Naso 63, 251. 70, 280. Schlachlecha 77, 305. Chükkath 87, 345. Pinchas 119, 474. Vaæthchannan 129, 513. & משה ואהרן per gematriam *æquipollent* numeris vocibus אדם הראשון 607.

משבצות זהב *Ocellata aurea*, sunt Nezach & Hod cum respectu Gebhurah. Tikk. Pard.

משוש כל הארץ *Gaudium universæ terræ*, Thr. 2, 15, est Tiphereth, quatenus ab eo exhilaratur Jesod & Malchuth. Vid. Soh. Vajikra.

משחית *Perdens*, est una de quatuor Potestatibus Corticis è Ps. 78, 38. quæ sunt משחית *Perdens*; עון Iniquitatis pœna; אף *ira*; & חמה *furor*. P. Soh. Bo 18, 71.

משיח *Messias.* Soh. Lechlecha 59, 235. Vajera 73, 292. Toledoth 82, 328. Vajechi 127, 503. Schemoth 3, 11. ſ. Achare 26, 103. Behaalothecha 73, 291. Balak 91, 361. Pinchas 116, 118. Ki Teze 135, 539. ſ. Æmor 43, 171.

משכון *Pignus;* Malchuth in Tikk. vocatur Pignus Iiſraëlis, propter quod Tiphereth inter eos commoratur. Pard.

משכיל *Erudiens*, eſt Jeſod, informator Davidis, i.e. gradûs Malchuth, ſive David præmittatur aſcendendo Pſ. 32, 1. Sive poſtponatur deſcendendo Pſal. 53, 1. Sed Informator Ethan Eſrachitæ Pſal. 89, 1. eſt Binah; quæ adhæret Chochmæ, cui competit Nomen שכל intellectus; & informat Eſrachitam, i. e. Abrahamum. Ob hujus influxum & Jeſod vocatur Erudiens. Pard.

משכן *Tabernaculum.* Duo ſunt tabernacula, ſuperius, Binah; & inferius Malchuth: Tikk. de quibus Pſ. 132, 5. Tiphereth enim inter duo hæc degit, quorum Symbola ſunt Tentoria Leah & Rachel. Et

משכן העדות *Tabernaculum Teſtimonii*, eſt Malchuth, quæ eſt locus teſtimonii, i.e. Unionis graduum Tiphereth & Jeſod. Illa tamen non vocatur Tabernaculum, niſi cum Tiphereth in Ipſa eſt. Pard. Soh. Trumah 64. 254. Vajakhel 86.

משלם גמול *Retribuens*, eſt Gebhurah, quæ æquali utitur retributione, menſuram reddens pro menſura. Et quia in Gebhura tres ſunt gradus, primus ad Cheſed, ultimus ad interitum inclinans, hoc nomine reſpicitur medius, qui eſt æqualis diſtributionis. Quò etiam reſpicit vox תשלומין *Retributiones, compenſationes.* Pard.

משנה *Secunda* eſt Malchuth, quatenus reperitur in Briah, tanquam ſecunda à Regina, vel ſub notione He, quod ſecundum eſt à Jod. Vel quia eſt ſecunda à Rege Tiphereth. Pard.

משפט *Judicium, Æquitatis.* Eſt Tiphereth, quatenus ſuctionem habet à Din ſeu Rigore Gebhuratico, cui tamen tantundem miſerationum inſit, ut exactiſſimè obſervetur medium

dium. Fundamentum ergò habet in Binah, reſpectu Rigoris, & ſuctionem habet à Chochmah, reſpectu miſerationum. Soh. Pekude 116, 462. Schemini 18, Kedoſchim 39, 156. Achare, &c.

In Schaare Orah ſub Nomine 5. poſt נורא huc pertinent ſequentia. Tiphereth vocatur משפט *Judicium æquitatis.* Nam Tetragrammaton eſt Judex omnium mundi incolarum, à cujus dextra & ſiniſtra turmæ Benignitatis conſiſtunt & Rigoris, Ipſe autem Dominus in medio ſedet ſub proprietate Rachamim ſeu dilectionum, quæ & Benignitatem continet & ſeveritatem. Ubicunque igitur phraſis משפט occurrit, ita ut Tetragrammati mentio haud procul abſit; ut Jeſch. 3, 14. vel Nomen Elohim adhibeatur ut Deut. 4, 17. ibi ſemper judicii conſummatio denotatur. Hoc tamen in genere notetur, quod vox Miſchpat nunquã rigorem omnimodum ſignificet. Quandocunque enim Tetragrammaton mundum judicat, tunc creaturæ judicantur per Rachamim ſeu dilectiones, quæ vocantur Miſchpat, & non per rigorem aſperum. Sed cum Adonai, quod eſt ſynedrium inferius, ſolum judicat creaturas, tunc eaſdem abſumit, & ſeveritate aſperrimâ plectit, non ulla miſeratione admixtâ. Synedrium Tetragrammati igitur vocatur Miſchpat; ſed Synedrium Adonai vocatur Zedek; hinc rigoroſè judicat, quia nihil continet miſericordiæ, niſi aliqua in Ipſum influat è Tetragrammato: cum nihil habeat Luminis ex ſe, niſi aliquid à Tiphereth accipiat. Si autem quæras, quando Tetragrammaton, & quando Adonai judicium exerceant? Recordare, quod tria ſint Nomina, Ehjeh, quod non niſi Rachamim & dilectio; Tetragrammaton, ſeveritatem & benignitatem & dilectionem continens; & Adonai, quod merus rigor. Quicquid autem boni & influentiæ deſcendit in Adonai, id procedit è Tetragrammato, atque tunc Nomen Adonai repletur omni bono & benedictione, & influxu, & vita & eudociâ. Cum igitur creaturæ aliquantum peccant, nec adhuc merentur, ut

canales

canales à Tetragrammato in Adonai decurrentes præscindantur; tunc Adonai adhæret Gradui Rachamim seu dilectionis; nec ullatenus creaturas dijudicat; sed Tetragrammaton solum judicium exercet per Mischpat, id est, judicium Æquitatis; & per Chesed & Rachamim, benigne & commiserando. Sed cum homines majoribus delictis implicantur & omnimoda impuritate se polluunt, tunc causa sunt, ut omnes canales supradicti tollantur, unde Nomen Adonai fit aridum & omni dilectione privatur. Cumque eidem committantur Negotia, ad corrigendas corruptelas, Illud, quia solum est, à Dilectione separatum, influxum accipit à sinistro latere, & solum judicat creaturas rigore omnimodo, atque præduro; unde in mundo excitat bella gravissima & morbos pessimos, atque mortes, pestemque & famem & captivitatem, donec consummetur judicium. Væ tunc creaturis illis, in quas hoc judicium irruit, quia tunc nulla est commiseratio, donec Nomen Adonai omnia in se commissa peccata sufficienter puniverit. Atque tunc simul accelerantur pœnæ, ut mox restituatur, quod corruperunt creaturæ, & Tetragrammaton, tunc ab Ipso separatum, citò rursus ad Ipsum applicetur. Hæc sunt duo Synedria illa Mischpat & Zedek, quæ cum ambo concurrunt ad judicium, tunc Mischpat seu judicium æquitatis experiuntur creaturæ, sed mitiori modo & blandiùs: conf. Ps. 97,2. Jesch. 1,21. cum nempe Jeruschalaim plena erat justitiâ, tunc judicabatur cum commiseratione, quando enim Zedek repletur à Mischpat, influxus optimus superabundat & judicatur partim commiserando, partim condonando Dan. 9,9. Et huc etiam pertinent loca Deut. 16, 20. & ℣. 18. Et huc pertinet illud Majorum: David antequam peccasset non verebatur ad proprietatem Zedek sese applicare Ps. 17,15. sed post peccatum etiam judicium Mischpat metuebat, quod tamen est Rachamim & cum amore, Psal. 143,2. Quid autem illud est, quod Moscheh dicit Ex. 34,9. *Vadat Adonai, &c.?* Scito; quod omnes Principes mundi à Sy-

nedriis Principum supernorum judicio rigoroso judicentur, ita ut nihil ipsis remittatur. Quando enim executio demandata est ministro cuidam, ibi commiserationi haut est locus; quia minister nec immutare aliquid potest, nec perdonare. Ipse autem Rex jus aggratiandi habet, quamvis gravissimè quis in Ipsum deliquerit. Dominus igitur ad Mosen dixerat Ex. 23, 20. *Ecce Ego mitto angelum, &c.* Iste non habebat facultatem condonandi. Moses autem Ipsius Domini præsentiam efflagitabat. Ex. 33, 16. & Ex. 34, 9. quia Ipse erat Rex, in cujus manu esset remittere peccata: Quod etiam obtinebat per fœdus de quo ℣. 10. Iisraëlitis ergò semper obtingit gratia à Nomine Adonai, quamvis indecentiùs agant: juxta Dan. 9, 19. Plurimi autem justi Metrum Adonai, si solum in ipsos irrueret, admodum metuerunt, unde misericordiam & benignitatem in Illud derivare studuerunt à Corona summâ, & cæteris Nominibus amorosis, ut reperimus Ps. 86, 15. 16. Quam artem etiam calluerunt Sapientes Tannæi & Amoræi, unde, restitutis canalibus in Nomen Adonai, fecerunt, quod libuit. Et huc pertinet locus Ps. 91, 14. Quicquid ergò dictum est de Zedek, quod rigoroso puniat judicio, id de cæteris gentibus intelligendum: cum enim Israëlitas judicat, tunc ad instar matris agit, misericordia tactæ erga filium suum; & cum exequitur, blandiùs agit, ne aboleantur. Deut. 32, 11. Et nihilominus judicia hæc illorum neutiquam tamen assimilari possunt cum iis, quæ fiunt, cum Mischpat & Zedek unita sunt; quia tunc Rachamim seu Dilectio prævalet. Hæc ibi: & sequitur אתה.

משקוף *Superliminare.* Exod. 12, 7. ad Jesod refertur à R. Moscheh: ob sanguinem fœderis. Aliquando enim Jesod elevatur super Nezach & Hod, tanquam Postes. Pard.

מתוק *Dulce*; refertur ad Malchuth existente sub Gebhurah, ob naturam mellis. Vel è loco Cant. 2, 6. ubi innuitur dulcedo à judicio proveniens. Pard.

מתן התורה *Datio Legis*: Juxta R. Moscheh refertur ad Binah,

nah, ob diem 50. Juxta R. Schimeon b. J. autem ad Jesod, quia per hunc gradum data est Lex & unitio fit cum cœtu Iisraël. Alibi etiam ad Tiphereth refertur. Pard.

מתנה טובה *Donum bonum*, est Malchuth; quatenus in supernis est sub mysterio Jod, in Chochmah. Boni autem notio, illuminationem infert ad sensum loci, Ex. 30, 7. Pard.

מתנים *Lumbi*, eorumque pars superior, ubi cinctura est; estque mysterium unionis Tiphereth & Malchuth, quæ velut cingulum aptatur lumbis viri, ad procurandum robur ejus, quæ est notio Gebhurah. Sed חלצים est lumborum pars inferior. Sunt igitur מתנים Nezach & Hod, quibus aliquando à Chesed, aliquando à Gebhurah participatio est. Et summitas quidem in מתנים ad Nezach, depressior autem situs ad Hod pertinet. Sic R. Schimeon b. J. ad Jechesk. 1, 27. Pard.

נ

נ *Nun.*

JUxta Librum Temunah figura literæ Nun ad Binah refertur, ob portam quinquagesimam; quæ operatur per Malchuth; unde dominatur sub horâ Lunæ. Alius Nun refert ad Tiphereth, qui si influxum demittit, est Nun *oblongum*; si retrahit, *curvatum*. Alius eandem literam ad Malchuth refert, quæ cum influxum accipit, est *curvata*, & ulterius largiri potest: cum verò quasi adstat, ut à marito accipiat & eundem honorat, *oblonga* est. Alius ob significationem piscis, Nun rectum refert ad Jesod, qui est Leviathan serpens rectiformis: curvum verò ad Malchuth. In Sohar Sect. Achare Nun curvum refertur ad Malchuth in qua Jesod, quia habet Vav parvum: & Nun oblongum ad Tiphereth ob Vav majusculum; hoc enim influente in matronam, ista erigitur. Sic S. Behaalothecha Nun curvum dicitur fœmina; sed rectum fœmina & mas simul; cum nempe Tiphereth est super Malchuth. Pard. Tract. 27. c. 17. Vid. Soh. Trumah 67, 265. s. Behaalothecha 74, 295. 74, 294.

Tezavveh 79, 316. Achare 30, 119. Naſo 65, 256. Vajelech 139. 555.

נאמן *Firmum, Fidum, ſtabile*; refertur ad Jeſod, quatenus influxum ab אמת i.e. Tiphereth demittit in Malchuth, quæ dicitur אמונה; Ipſe autem hic gradus firmus eſt inter Illum & Illam, ut natura ſeminis ſubtiliſſima è ſupernis demiſſa non dimoveatur. Pard.

נארה *Pulchrum*; ad Malchuth refertur, quando ornatum accepit à maſculo: ita, ut per Nun denotetur Malchuth, per אה, cujus numerus eſt ו, Tiphereth, quæ ſunt ornamenta ejus. Pard.

נבואה *Prophetia*, eſt Malchuth, quatenus in ipſam influunt Nezach & Hod, quibus Prophetarum nomen tribuitur. Propheta ergò vaticinatur per Malchuth, & hanc ejuſdem notionem, quæ vocatur Prophetia. Pard. Soh. Vajeze 87, 346. Jethro 37, 144.

נביאי האמת *Propheta veritatis*, נביאי קשוט idem: ſunt Nezach & Hod; qui Gradus, quando tantum prophetizant, i. e. influunt, Prophetæ ſimpliciter appellantur: cum autem ſupra ſeſe accipiunt Veritatem, i. e. Tiphereth, tunc dicuntur *Propheta* Emeth, *veritatis*. Raja Meh.

נבאים *Propheta*. Geminæ ſunt dimenſiones (tertia *nim.* & quarta decadis Sephirothicæ, ab imis aſcendendo) unde vaticinandi oracula ſinguli Prophetarum nanciſcuntur, ſecundum varias cujusque vires, varioſque progreſſus: Solus autem Moſes ut acciperet Legem, ſupra hunc locum aſcendit, ejusque prophetia per viſionem fuit, & non per ænigmata. Hinc in reliquorum Prophetarum vaticiniis hæc phraſis occurrit: *Sic dicit* צבאות יי *Dominus exercituum*; cum in Prophetia Moſis nulla *Domini Zebaoth* fiat mentio, eò quod prophetia ejus ſublimior eſſet hoc loco. In reliquorum ergò Prophetarum vaticinatione deprehendimus quatuor Sephiras inferiores, quæ ſunt Adonai, El-chai, & צבאות יי, quæ omnes continentur in ver-

verbis illis: *Sic dicit Dominus Zebaoth.* Omnium tamen Prophetarum prophetia, etiam Mose incluso, originem habuit è Tetragrammato; Nec existimandum reliquos solius angeli ductu prophetiæ munera attigisse; sed hæc est differentia; quod Moses in prophetia sua (immediatè) applicitus fuerit ad Tetragrammaton, quod est speculum fulgidum, & Sephiris superioribus: Reliqui autem non immediatè cum Tetragrammato fuerint uniti, sed mediantibus Sephiris inferioribus, quæ sunt Adonai, El-chai, & אלהים צבאות יי, i.e. Malchuth, Jesod, Nezach & Hod: Adonai autem vocatur speculum non fulgidum, & in hoc viderunt Prophetæ per similitudinem, juxta Hosch. 12, 11. Jesch. 10, 24, &c. locutus enim est ad Ipsos Dominus per *specula Zebaoth seu turmarum, quæ congregata sunt ad ostium, &c.* Ex. 38, 8. *Tabernaculum* autem est Adonai. Moses autem ingrediebatur in ipsum tabernaculum & loquebatur cum Tetragrammato de facie ad faciem. Huc pertinet locus Ex. 6, 3. Schaddai autem est Adonai. Sed inquies propheticos radios quandoque per Angelum elucescere, ut scripturæ dicunt; e.g. Gen. 22, 11. *Et clamavit ad eum angelus Dei de cœlis,* & illud Zachariæ c. 4, 5. *Respondensque angelus qui locutus erat in me, &c.* & plura hujusmodi (ne quid temerè ac impetuosè in hoc cogites) aliàs de his alta Sapientiæ mysteria perpendes. Quod verò in Vajikra rabba, quæ est magna glossa Levitici censent Sapientes: *Et clamavit,* inquiunt, *ad Mosen,* non sicut scribitur de Abraham: *Et clamavit Angelus Dei ad Abraham: Angelus* quidem clamat & *sermo* loquitur. Sed apud Mosen ait Creator: Ego ipse sum qui clamat, ipse qui loquitur. Hæc illi: quorsum autem hæc vergant, mox explano. Unumquemque Prophetarum ante vaticinii prædictionem præparari ornariq; oportet, quam præviam adaptationem, aut ipsi sibi, aut Dei angelus ministrat; at Moses ad prophetica oracula se idoneum semper atque habilem cognovit, ut habetur Num. 9, 8. *State & audiam quid mandabit vobis Deus,* & Num. 7, 89. Hinc scito,

 quod

quod omnis quidem Prophetia sit per Nezach & Hod, & ea quæ hinc suctionem habent: quod autè sæpe & Angelos locutos reperimus cum Prophetis vel aliis, id aliam habet rationem. Nam & cum Hagar loquebatur Angelus, Genes. 21, 17. quæ tamen Prophetissa non erat. Sic & Manoach (Jud. 13, 13.) idoneus sane non erat ut Angelus cum ipso loqueretur, cum esset plebejus idiota, unde sic extimescebat ℣. 22. Sic nec Lot Propheta erat, nec Daniel, & tamen Angeli cum ipsis loquebantur. Prophetæ autem suctionem habent à Nezach & Hod; hinc tempore prophetiæ eorum corpora eorum tremebant, donec Mens eorum inclaresceret, atque tunc apti fiebant ad Visionem Propheticam. Conf. Num. 12, 6. Visionem enim aliquando, aliquando somnia habebant: & quo plura ante se haberent vela, & quasi parietes intergerinos, eò magis quoque in ipsis multiplicabantur parabolæ & ægnigmata; unde Num. 12, *6. & somnii* fit mentio. Conf. Jirm. 23, 28. Schaare Orah sub Zebaoth post Ezem haschamaim; sequiturque מזל.

נגב *Meridies*, est Chesed; gradus Abrahami, Soh. Lechlecha ad Gen. 12, 9. sed ad partem Gebhurah accedens. *Pard.* vid. Schlachlecha *76, 303.*

נגון *Melodia, musica*; pertinet ad classem Gebhurah. Alibi, ad Binah, quatenus ad Gebhurah accedit. Tikk. ad Ps. *4, 1.* Et sic Levitæ erant Musici. Pard.

נגע *Plaga*, ad Cortices spectat, estque superior, quàm Lilith. Et נגעי בני אדם *Plagæ filiorum hominum*, 2. *Schm. 7,* 14. sunt Dæmones, quos genuit Adam per 130. annos, qui homines ad lasciviam seducunt, & pollutiones nocturnas excitant; solent autem apparere sub forma mulierum, quæ capillis carent. Oppositum ejus est ענג deliciæ. Pard. Soh. Breschith 44, *176.* Pekude 104, 415. 120, 480. Achare 35, 137. Kedoschim 37, 145. Balak 96, 381. Ekeb 131, 522.

נדיבים *Munifici, Liberales*, sunt Patres, qui pauperibus, Justo sc. & Justitiæ dant influxum. Pard.

נדה *Menstruata*, Soh. Chaje Sarah 76,303. Schemoth 1,3. Schlachlecha 27, 107. Mischpatim 50, 197. Tasria 1, 76. Kedoschim 37, 145. Pinchas 115,460. Behar 54, 213.

נדר *Votum*; est in Binah; per allusionem נ׳ דר, qu. 50. mansiones. Unde Votum dicitur volare in aëre, i. e. Binah existere super Tiphereth. Pard. & Soh. Vajischlach 99, 397. Mischpatim 52, 205. Pinchas 108, 430. 119, 474.

נה״י Est abbreviatura vocum נצח / הוד / יסוד quæ sunt tres Sephiroth ultimæ in *Seir Anpin*, vel eo quòd huic analogum est, de quibus nota sequentia. Sicut in tota *Aziluth* dimidia *Tiphereth* cum Nezach, Hod, Jesod semper illuminant systema proximè subsequens, ita ut v. g. נה״י in *Seir Anpin* illuminent *uxorem*; נה״י *Patris* & *Matris* nec non דא״א *Arich Anpin*, illuminent *Seir Anpin*; נה״י דע״ק *Attik* illuminent דא״א *Arich*; & נה״י *Adam Kadmon* דע״ק *Attik*: Sic porrò sciendum, quod ubicunque producuntur lumina nova semper præcedat aliqua *contractio*. Sic enim invenimus in *Arich Anpin* qui *contrahebat* sua נה״י ut produceretur systema subsequens. Et sic etiam eveniebat in *Adam Kadmon* cum producenda essent lumina *Nekudika*. Etz Chajim Tract. Ozaroth Chajim Sect. Olam Hannekudim. Vid. נקודים. נצח הוד נה est 22. ניצוצות ׳ה נוקבה. מ״ב.

נהר *Fluvius*; in Soh. ad Gen. 2, 10. hoc nomen refertur ad Chochmah, it. ad Binah; nec non ad Tiphereth, it. ad Jesod. Binah autem vocatur נהרא דלא פסיק מימוי *fluvius cujus aquæ non deficiunt*, ob continuum influxum in inferiora: item דנגיד ונפיק, *qui manat & scaturit*; quo tamen nomine etiam quandoque Jesod appellatur. Sed נהר absolutè, est Jesod Soh. Mikkez ad Gen. 41, 1. Tiphereth autem aliquando vocatur

נהר דינור *Fluvius igneus*; dum suctionem habet à Gebhurah; & è Ps. 46, 5.

נהר פלגיו *Fluvius rivosus*; dum ad Chesed inclinat, ob aquarum copiam: Conf. Ps. 1, 3. e. 119, 136. Pr. 5, 16. Jesch. 32, 2. Alibi tamen hæc duo Nomina referuntur ad Jesod, quatenus

tenus repleti à Tiphereth. Et cum per Tiphereth in Jesod influunt res primæ; iste gradus vocatur נהר כבר *Fluvius Chebar*, Jenes. 1, 1. ita ut per ר׳ ראשית ; per בינה ב׳ ; per כתר / כ׳ ; Principium, seu Chochmah intelligatur; vid. Pard. Tr. 9, c. 5. Sed tria hæc nomina, Fluvius *igneus*, *rivosus*, & *Chebar*, etiam referuntur ad Metatron. Deinde locus Ijob. 20, 17. refertur ad Tiphereth; quia tam Gebhuram continet, cujus symbolum mel; quam Chesed, quo butyrum refertur. Tandem omnes septem Sephiroth, sub respectu Chesed, vocantur septem נהרות fluvii. Item ad Ps. 93, 3. נהרות vocantur Chochmah & Binah, respicientes ad Tiphereth. Pard. vid. Soh. Chaje Sarah 75, 300. Lechlecha 59, 236. Vajiggasch 115. 456. Mischpatim 55, 217. Zav 14, 51. Chukkath 86, 344. Pekude 100, 400. Æmor 47, 188.

נוגה *Splendor*. Malchuth respectum habens ad Nezach & Hod vocatur אש נוגה *Ignis splendoris*: nempe Ignis respectu Hod, inclinantis ad Gebhurah; & splendens respectu Nezach, inclinantis ad Chesed & albedinem ejus. Nogah enim est Ignis albicans, ut lana munda. In Tikk. autem Binah respectum habens ad Chesed, vocatur Nogah. Unde apparet, quod Nogah semper ad dextram spectet. Pard.

נוה *Habitaculum*; est Malchuth, quia in eâ recipitur Tiphereth. Soh. Achare ad Jirm. 25, 30. Conf. Jesch. 33, 20. Nam, נ & ה repræsentant Malchuth, & ו in medio, Tiphereth. Pard.

נוזלים *Fluenta*; in Soh. ad Cant. 4, 15. quinque Sephiroth, Gebhurah, Hod, Nezach & Chesed, & Corpus cum fœdere, quæ pro uno habentur, cum à Libanon, i. e. tribus superioribus influxum deferunt in Malchuth, hoc nomine vocantur. Pard.

נועם ה׳ *Jucunditas Domini*, Ps. 90, 17. est influxus proveniens à Kether per Chochmah & Binah, quo hæc vox radicaliter spectat; & hinc gradatim defluens in Malchuth: Sohar

Schlachlecha. Sed ibid. Toledoth Jizchak, נועם vocatur pulchritudo Jacobi, i. e. influxus supernus influens in Tiphereth; quæ eodem recidunt. Conf. & Sect. Mikkez. Pard. & Sohar Vaæra 14, 54. Beschallach, 26, 101. Trumah 76, Schemoth, &c.

נוקבה *Fæmina, Uxor.* Vid. ניצוצות . נהי: מלוי. מה 15.

1. *Fæmina* duplex est notio vel quatenus initio cum *masculo* combinata est; vel secundo quatenus deinde ab illo separata. Et de hac secunda notione intelligendum est illud quod dicitur filium accipere duas *coronas*, (quæ sunt *Chasadim* & *Gebhuroth* Nominis מה & nominis בן) & deinde tradere Filiæ quando cum illa *copulatur, coronam Gebhurarum.* Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Attik. Vid. מלוי 4.

2. Hic explicandum venit quæ sit natura illarum *Fæminarum*, quæ describuntur in *Systemate Aziluthico Uxores* nempe *Attik* & *Arich* & similes. Ubi sciendum, quòd *Fæmina* denotet *Dinin S. Rigores*: sitque orta è secretione in *Regibus* facta. Unde Uxoris notio τῷ *Attik* & *Arich* non deberet tribui, quia hi perfectissimo significatu sunt *Rachamim* seu *Miserationes* sicut in utraque Idra apparet.

Item ex notione *Maris* & *Fæminæ* resultat aliqua species separationis, ita ut illi non possit competere perfectæ unitatis denominatio, qualis est in *Masculo* solo. Adde quod in multis locis in Sohar & Idra magna Fol. 141. col. 2. dicitur: quod in Adam, de quo ibi sermo est, inceperit natura *Maris* & *Fæminæ*: Quod de *Attik* dici non potest. Nec minus pluries invenitur notionem *Maris* & *Fæminæ* prius non reperiri, quàm in *Patre* & *Matre* & subsequenter ut habet Idra minor fol. 290. col. 1. Unde non immeritò quæritur quomodo *Fæminæ* notio etiam in *Attik* & *Arich* reperiatur? nempe contrarium testantur loca multa libri Sohar inprimis Sect. Beresch fol. 22. col. 2. ubi sic dicitur de *Causa omnium Causarum*: Scriptura dicit: Videte nunc quod ego ego sum & non est mecum Elohim, &c. Datur

enim unum sociatum sicut *Mas* & *Fœmina*, de quo dicitur unum vocavi eum. Sed iste est unus citra computum, & citra sociatione: Hinc dicitur; & non est mecum Elohim. Unde colligitur, quòd reliqua omnia exceptâ unica *Causa omnium Causarum* in se habeant compositionem *Maris* & *Fœminæ*: præsertim quia additur & non est mecum Elohim, Elohim enim *Rigores* denotat, sicut & Fœmina.

3. Sciendum ergo totam quidem *Decadem Sephirothicam* partim *Masculum*, partim *Fœminam* esse, cum magna tamen differentia, quæ patebit ex seqq. Nempe נקד quia in illis est notio *Mortis* propriè dicta, sunt *Mas* & *Fœmina* propriissimè loquendo, *Personis* à se invicem divisis. Sicubi autem aliquando reperitur illos esse conjunctos; id non nisi de eo statu intelligendum, cum sibi invicem *Terga* opponunt; Ubi uno saltim Pariete *Posteriorum* ambo utuntur, ita ut *Dissectione* opus sit si debeant separari.

4. Sed אזא in quibus aliqua tantùm *Corruptio* reperta est, neutiquam verò *mors* actualis sicut in נקד, in se quidem etiam habent notionem *Maris* & *Fœminæ*, sub notione duarum *Personarum* sicut in נקד dictum est: sed in istis major invenitur conjunctio, ita ut semper sibi adhæreant *conversis ad se invicem faciebus* uno tantum inter utrumque mediante Pariete. Nec ulla hic datur separatio unquam qualis in נקד reperitur, qui cum *obversis Tergis* sunt uniuntur; sed *obversis faciebus* separantur. Unde sæpe in Sohar & inprimis Section. Acharè Moth fol. 61. col. 2. & in Idra parva fol. 290. col. 1. dicitur: in אזא Complacentia amborum nunquam cessat: simul prodeunt & simul commorantur, nec ab invicem discedunt, &c. Unde perpetuò copulati manent citra ullam cessationem.

5. *Arich Anpin* autem qui est de notione *Kether* punctorum ne *corruptionem* quidem passus est ullam. Sed quia factus est ex quinque ultimis *Kether* Nominis בן & in istius *Kether* Nominis בן etiam aliqua contigit *violatio* eò quod descenderint

ſcenderint ut conſtituerent *Cerebra* pro אוא. Hinc & iſti tribuitur notio *Maris* & *Fœminæ*: cum hac tamen Excellentia, quod ambo una tantum ſint *perſona*, idque hac ratione; ut notio Nominis Mah in illo diſtributa ſit per totum latus dextrum: & notio nominis *Ben* per ſiniſtrum latus; unde una tantum *Perſona*. Et quamvis in Sohar dicatur, quod *Kether* tantum ſit *mas*, ſine *fœmina* ab ipſo diſtincta; id nobis tamen non adverſatur, qui ita tantum intelligi volumus, ut diſcernantur in ipſo duæ notiones *Mah* & *Ben* in latere ejus dextro & ſiniſtro; quæ ſemper ſunt notiones utriusque ſexûs. Atque hinc intelligi poteſt, quomodo *Abba ve Immah* ſuperinveſtiant *Arich Anpin*, ille à dextris ad latus *Mah maſculinum*, hæc à ſiniſtris ad latus *Ben fœmininum*.

6. In *Attik Jomin* autem, qui provenit è notione quinque ſuperiorum in *Kether Punctorum*; ubi nulla penitus locum habuit *vitiatio* vel *corruptio*, notiones quidem *Maris* & *fœminæ*, quæ ſunt nomen *Mah* & *Ben*, inveniuntur; ſed mixtæ invicem perfectiſſimè non verò ſicut in *Arich Anpin* lateribus junctæ. Et hinc intelligendum quod dicitur in Idra minore f. 129. col. 1. In hoc Antiquo occulto non datur ſiniſtrum, ſed omnia ſunt dextra. Id eſt, in *Attik Jomin* latus dextrum conſiſtit ex *Mah* & *Ben*, & ſic quoque latus ſiniſtrum, unde utrumque latus æquale eſt, & inter dextrum & ſiniſtrum nulla diſcrepantia.

7. Ratiò autem *maſculinitatis* & *fœmininitatis* aliter ſe habet: Nempe in ipſo hoc *Attik* notiones quidem *Anterioris* & *poſterioris* inveniuntur, juxta utrumque Nomen *Mah* & *Ben*; ſed ita locantur ut *Achur* nominis *Mah* & *Achur* nominis *Ben* combinata ſint, quibus *Panim* Nominis *Mah* ex uno; & *Panim* Nominis *Ben* ex *altero* latere ita accedunt, ut utrinque non appareant niſi *Panim* nimir. hinc de Nomine *Mah* & illinc de nomine *Ben*: quibus *Achurajim* utriusque nominis *Mah* & *Ben* ita conteguntur atque quaſi introrſum abſorbentur, ut in *Attik*

notio Achur seu *posterioris* planè non manifestetur, & nihil in ipso occurrat nisi פנים seu Anterioritas. Quod in Arich Anpin longè aliter evenit, ubi nomen *Mah* solum consistit ad dextram; *Facie* huc & *Tergo* illuc obversis: Nomen *Ben* autem ad sinistram *Facie* in unam & *Tergo* in alteram partem respicientibus. Ut h. m. duæ *Facies* Nominum *Mah* & *Ben* & duo *Terga* eorundem Nominum exprimantur: quam ob causam in illo reverâ existunt *Panim* & *Achur*. De *Attik* autem *Panim* quidem & *Achur* aliquando etiam prædicantur, ita tamen ut nomen *Ben* etiam parte anteriore consideratum *Achur* vocetur respectu nominis *Ben*. Ibid. Tract. Attik.

8. In *uxore* נוא primitus non prodierunt novem partes inferiores; hinc tempore *Tikkun* seu *conformationis* istæ omnes eodem datæ sunt simul uno momento, ceu additamentum: unde in illâ non dantur Ibbur & Jenikah & Ibbur subsequens, quia omnia accepit simul. Ib. Injan ham-Mochin.

נורא *Terribilis*, est Tiphereth omnium consensu, respectum habens ad Gebhurah, Tik. Pard. In Schaare Orah post רעת huc pertinent sqq. Linea media vocatur נורא, *quia continet* Benignitatem & Rigorem. Et hoc mysterium detexit Jaacob, Gen. 28, 17. ubi videbat portionem suam, quem hoc nomine vocabat. Conf. ℣. 14. & Deut. 10, 17. quem locum & in precibus repetiverunt, post mentionem Patrum, vide Ex. 15, 11. ubi & Sanctitatis fit mentio, quæ tradita est Jacobo, Conf. Jesch. 29, 23. Hæc ibi, & sequitur משפט.

נוריאל *Nuriel*, nomen Angeli, Soh. Breschith 27, 105. qui quandoque etiam vocatur אוריאל Uriel, cui numeris æquipollet רחם.

נוח *Noach*; est Jesod, cujus vehiculum erat Noach; unde ingrediebatur in Arcam; eratque justus Gen. 6, 9. & ut Majores dicunt, circumcisus natus. Et per Jesod Malchuth invenit quietem; & (si Targumicè à נחת) per eum descendit influxus. Unde sic vocatur cum in unione est: atque tunc mundus est

in

in tranquillitate & consolatione Gen. 5,29. Pard. vid. Soh. Trumah 75, 297, Pinchas 102, 408. f. 121, 481.

נזיקין *Damna.* Vid. Soh. Mischpatim 52,208. Ki Tissa 84, 333. Balak 92,365. Vajischlach 96, 387.

נזיר *Nasiraus.* Soh. Naso 61, 241.

ניחוח *Res grata;* est influxus descendens à Chochmah in Chesed; & abhinc in Gebhurah, ad extinguendum ignem fumantem & ardentem. Pard.

נחל *Torrens.* Chesed, ubi aquarum radix, vocatur Torrens primus; Gebhurah secundus, & cætera. Nam Binah est mare magnum; & de ea scriptum est Jesch. 11,15. *Et percutiat eum in 7. torrentes.* Nullibi tamen locum habet notio torrentis, nisi involvatur respectus Tiphereth, qui vocatur ו, cujus figura producitur torrentis instar: unde etiam vocatur Torrens Kedumim Jud. 5,20. vide קדם. Deinde respectu Kether unitæ cum Chochmah & Binah occurrit appellatio *Torrentis voluptatum.* Ps. 36,9. qui ab Eden, i.e. Kether descendit. Hæc autem est differentia inter נהר & נחל, quod נחל aliquando saltem exundet; נהר verò semper fluat. Et quia Tiphereth à tribus primis non continuam habet suctionem, hinc torrentis nomen habet; quia eatenus quandoque cessatio in ipso deprehenditur. Quia autem à sinistrâ & dextrâ suctionem habet continuam, atque indesinentem, hinc eatenus etiam vocatur נהר. Sed in Tikk. נחל absolutè positum refertur ad Jesod, ad 1. Schm. 17,40. Pard. Soh. Vajeze 14, 51. Pekude 99, 394. Chükkath 86, 344.

נחלה בלי מצרים *Possessio sine angustiis*, est Binah, quia illuc usque non pertingit latratus Canum, qui clamant הב הב *dato, dato;* & homines accusant. Vel è sensu vocis מצר, *terminus, limes*, Possessio illimitata. Quicquid enim assequi possumus, limites habet; quibus Binah caret, & quicquid supra Illam. Eodem nomine quandoque vocatur Tiphereth, quando ascendit in Binah; atque tunc ista Possessio vocatur

נחלת יעקב אביך *Possessio Jacobi Patris tui.* Jesch. 58, 14. quam appellant majores בלא מצרים. Sed in Sohar, Chükkath ad Eccl. 7, 12. נחלה refertur ad Jesod, quasi à *defluente* influxu à Tiphereth, qui est bonum & possessio gradûs Malchuth. Pard. vide יובל.

נחלת יעקב *Possessio Jacobi.* De hoc nomine sic habet Schaare Orah Nom. 8. Quatenus Sephirah, quæ Jobel dicitur, est mundus vel systema dilectionum, hinc vocatur נחלה בלא מצרים; Nam Possessio vel hæreditas Jacobi Patris nostri, non est sicut Possessio Abraham vel Jizchak, circa quam sunt angustiatores; hinc qui dignus est ut applicetur ad Sephiram Jobel, Liberationem experitur; quia nihil ibidem est, quod impediat, cohibeat, vel accuset: confer Jesch. 58, 14. hæc est Possessio Lineæ mediæ, quæ ascendit, & applicatur ad mundum Dilectionum, relictis infra sese excelsis terræ, quæ sunt possessiones Abrahami & Jizchaci. Hæc ibi, post יובל; & sequitur רחובות הנהר.

נחשת *Æs.* Vide Soh. Pekude 103, 410. sq. Vid. supra הוד p. 271. Inter Planetas ipsi correspondet נוגה *Venus*; necessarium ad *splendorem* metallicum promovendum instrumentum: masculi tamen vicem potius, quam fœminæ habens. Noli enim decipi, ut credas splendorem tibi promitti album, quod vox Nogah infert; sed Hod influxum accipere debet Gebhuraticum; & dare. O quantum hoc est mysterium! disce igitur in sublime tollere serpentem, qui vocatur Nechuschtan 2. Reg. 18, 4. si sanare vis naturas infirmas, ad exemplum Mosis. Æsch-Mezareph c. 5.

נטילת ידים *Lotio manuum*, vid. Soh. Vajeschebh 104, 415. Lechlecha 61, 242. Mikkez 110, 440. Pinchas 114, 453. Debharim 122, 485. Ekebh 131, 521.

נימא *Chorda*; est Jesod, ob figuram ו Vav: & ad hunc locum referuntur Chordæ Citharæ, quæ est Malchuth: illæ enim sunt quinque Sephiroth ad Jesod, dum similitudinem habet

gradus

gradus Tiphereth, pertinentes; in quibus fit lusus citharæ per influxum. Numerus autem istarum chordarum variat, prout Jesod plures penes se habet Sephiras, & ramos, in Malchuth, tanquam citharâ, comprehensos; nempe aliquando decem, aliquando octo, &c. Pard.

ניצוצות *Scintillæ.* Vid. הכאה. it. שבירה 10. כלים.סנחא.

1. רפח ניצוצין 288. *Scintillæ* ex eo sunt intelligendæ, quod alibi dictum de *fractura* & *lapsu vasorum* in *systema Briathicum.* Tunc enim cum lumina ex ipsis tollerentur, spiritualitas quædam in istis *fragmentis* remanebat, quod alibi vocatur הבל דגרמי *Halitus* sive *Unctuositas ossium.* Et hæ sunt *Scintillæ* supra dictæ quarum numerus est רפח 288. Quod mysterium latet in Textu Gen. 1, 2. & Terra erat inanis & vacua, &c. Terra enim est Terra Edom in qua regnarunt Reges illi quibus eversis remanebant *scintillæ* quædam qui est Spiritus Dei מרחפת agitatus super ipsis: in voce enim מרחפת sunt literæ רפח & מת, hæ enim scintillæ erant in *demortuis* illis.

2. Quæ ut rectius intelligantur primùm dicendum est de *luminibus* ipsis quomodo ordine supra se invicem sint locata. Hoc autem in genere sciendum, quòd omnia *Lumina Aziluthica* sint notiones Tetragrammaticæ nempe מה / סג / עב / בן. (Vide מלוי.)

3. Radix autem & fundamentum omnium Luminũ sunt quatuor Lumina Tetragrammatica sola citra *plenitudinem*, & hæc vocatur עצמות seu *ipsa essentia Luminis.* Et hæc quidem notio restringitur ad literas ipsas earumque Figuras.

4. Deinde tamen adhuc alia notio est, juxta quam literæ numeris æquipollent, veluti cum quatuor Literæ Tetragrammati dicuntur efficere 26. Ubi sanè dubium nullum est quin ipsæ Literarum Figuræ intimior sint Radix, & prius fundamentum Lucis quam notio numeri eorum atque computi. Hæc tamen omnia vocantur notio פנים seu *anterioritatis & faciei.*

5. Nam

5. Nam etiam notio *Achurajim* datur in Luminibus quæ denotant *Posterioritatem* & *Tergum*, quæ pariter duplicem habent notionem, unam nempe ex Literarum Figura & alteram ex earum numero.

6. Jam tertia adhuc occurrit notio, nimir. Literarum in מלוי seu *plenè* scriptarum, atque tum habent rationem דינים seu *rigorum*, quia vox מלוי & vox אלהים æquipollent numero 86. Sicut ergo Literæ ipsæ Tetragrammati Lucem denotant in se consideratam, ita מלוי & Expositio Tetragrammati denotat Eradiationem Luminum, qua quasi extra prodeunt.

7. Deinde in ipsa quoque מלוי seu *plenitudine*, alia est notio Literarum ipsarum; & alia numeri earum. Et sic quoque datur מלוי המלוי seu *Plenitudinis Plenitudo*, imò ejusdem *plenitudo* alia, & sic in infinitum.

8. Gradus autem horum omnium sunt sequentes:

Gradus 1. Ipsæ Literæ יהוה quoad Figuras suas.

Gr. 2. *Achurajim* Figurarum Tetragrammati, h. m. י. יה. יהו. יהוה. quæ sunt literæ decem.

Gr. 3. Numerus Literarum, quæ vocantur פנים qui est 26.

Gr. 4. Numerus decem Literarum in *Achurajim*, qui est 72.

Gr. 5. Millui Tetragrammati, quæ sunt Literæ decem h. m. יוד. הי. ויו. הי. idque sub notione Figurarum.

Gr. 6. Sunt *Achurajim* hujus *plenitudinis*, juxta Figuras Literarum, non juxta numerum, quæ sunt 26. Literæ hoc modo: יוד. יוד הי. יוד הי ויו. יוד הי ויו הי.

Gr. 7. Numerus decem Literarum *plenitudinis* quæ est עב.

Gr. 8. Numerus 26. Literarum *Achurajim Plenitudinis* quæ sunt 184.

Gr. 9.

Gr. 9. 28. Literæ *Millui Hammillui* ſub notione *Panim*, h.m. יוד ויו דלת הי יוד. ויו יוד ויו. הי יוד.

Gr. 10. Sunt *Achurajim Millui Hammillui*, quæ ſunt 156. Literæ, hoc modo:

יוד
יוד ויו
יוד ויו דלת
יוד ויו דלת הי
יוד ויו דלת הי יוד
יוד ויו דלת הי יוד ויו
יוד ויו דלת הי יוד ויו יוד
יוד ויו דלת הי יוד ויו יוד ויו
יוד ויו דלת הי יוד ויו יוד ויו הי
יוד ויו דלת הי יוד ויו יוד ויו הי יוד

Gr. 11. Eſt numerus 28. Literarum *Millui Hammillui* ſub notione *Panim*, quæ ſunt 610.

Gr. 12. Numerus 119. Literarum in *Achurajim Millui Hammillui*. Et hoc modo pergi poteſt in infinitum.

9. Eodem planè modo proceditur in Tetragrammato *Plenitudinis* סג, item מה, item בן, nec minus in omnibus nominibus & cognominibus quotquot inveniuntur.

10. Omnis autem Gradus anterior ſublimior eſt inſequente, & lux ejus major eſt luce proximè inferiore. Poſtquam autem *delapſa* ſunt *Nizuzoth* illæ dicuntur inferiores, quæ relictæ ſunt in *vaſis*.

11. Porrò notandum non omnes notiones eſſe æquales. Nam nomen עב ſublimius eſt omnibus reliquis, quod ſequitur Nomen סג, & hoc iterum nomen מה, & hoc quartò nomen בן.

12. Liquet autem ex omnibus his quatuor deſcendiſſe *ſcintillas* pro vivificatione *vaſorum*. Et *ſcintillæ* quidem Tetragrammati עב deſcenderunt in *vaſa* nominis עב: *ſcintillæ* סג in

in *vasa* מג &c. *Scintillæ* enim unius nominis non possunt vivificare vasa nominis alius. Hinc non descenderunt omnes *scintillæ* ex nomine בן quod est infimum omnium pro vivificatione *vasorum*: sed ex omni Tetragrammato descenderunt *scintillæ* quædam ad vivificanda *vasa* sua.

13. Sed quæ descenderunt ex *Havajah* עב fuerunt vilissimæ omnium eorum, quæ in nomine עב. Et sic *scintillæ* vilissimæ nominis סג sunt illæ quæ descenderunt pro vivificatione *vasorum* סג & sic in cæteris.

14. Id quoque sciendum, numerum *scintillarum*, quæ descenderunt ex qualibet *Havajah*, non esse æqualem: quia in nomine עב tanta non contigit *confractio* quanta in סג &c. Unde ex nomine בן plurimæ descenderunt *scintillæ*: minus ex מה & sic porrò.

15. Id quoque præmittendum est 10. *puncta*, quæ prodierunt è *Foraminibus oculorum Adam Kadmon* prodeundo reliquisse vestigium sui, in mundo *Aziluth*: Atque è *punctis Kether*, restituto *Systemate Azilu thico* factam esse *Personam* אא: & sic è punctis *Chochmah* & *Binah* factas esse duas *personas Patris & Matris*: ex *Chesed* & sequentibus usque ad *Jesod*, quæ sunt sex, factam *Personam* זא, & ex decimo *puncto Personam* Uxoris ejus. Quo tamen ordine tempore *reformationis* non remanserunt, sed אא extensus est usque ad Finem *Systematis Azilu thici*. *Pater & Mater* autem investierunt locum *Chesed* & *Gebhurah* דא אא: & *Seir Anpin* incepit è medietate *Tipheretica* דא *Arich*: ejusque *Uxor* remansit Loco pristino ut superinvestiret *Malchuth* אא, clauderetque systema.

16. Quia ergo ex notione principali nominis בן notiones istæ speciales, nomen עב sc. & סג descenderunt, ut non nisi *Chesed* & *Gebhuram* דא אא superinvestirent, hinc factum est ut nomen עב existeret in loco *Chesed*; unde *Chesed* & nomen עב numeris æqualiter efficiunt 72.

Nomen סג autem est in *Gebhurah*.

Et

Et nomen מה est in dimidia *Tiphereth* tantùm cum נה"י *Arich.*

בן autem est *Malchuth* sola.

Unde patet quomodo quatuor istæ *Havajoth* nominis בן tantùm occupent septem inferiores.

17. Ut ergo nunc transeamus ad ordinem illarum: de nomine ע"ב (quod in *Chesed*) lumina quæ, *confractis vasis*, adscenderunt in *Aziluth* sunt 6. Gradus primi. (§. 8.) Gradus autem septimus (qui est Numerus decem Literarum *Plenitudinis*, qui est ע"ב) cum sequentibus omnibus descendit in *Briah* cum *vasis* tanquam *Nizuzoth*. Sciendum autem Gradus sequentes primum descendentem eidem includi unde hic non computatur, nisi Gradus septimus, qui est in numeris 72. quibus reliquæ scintillæ omnes innexæ sunt. Receptum autem omnino est numerum 288. *Scintillarum* ortum habere è numero 72. quater sumto, juxta quatuor illa Tetragrammata.

18. De Nomine מ"ה autem non descenderunt in *Briah* nisi gradus quintus, qui refert decem literas *plenitudinis* ס"ג; & gradus septimus, qui est numerus decem literarum *plenitudinis* ejus, qui est 63; unde 73. In *Aziluth* autem non ascenderunt nisi duo gradus primi.

19. De Nomine מה verò descendit gradus tertius, qui est numerus literarum Tetragrammati 26. & gradus septimus qui est numerus *plenitudinis* ejus 45. quæ sunt 71.

20. Tandem de nomine בן quod est *Malchuth* delapsæ sunt omnes notiones, excepto gradu primo; *Scintillæ* autem hic desumtæ sunt ex gradu 4. qui est numerus decem literarum in *Achuraim*, nimirum 72. Hi numeri omnes nempe 72. 73. 71. 72. efficiunt 288. scintillas.

21. Non autem in computum assumuntur *Achuraim*, excepto nomine בן ubi numerus *Panim* omittitur. item: Si duo sunt numeri æquales, prior saltem numeratur; quia posterior in eundem locum delapsus cum priori miscetur.

22. Scintillæ autem quæ delapsæ sunt ex נְהִי, nempe è Nomine יָה, junctæ sunt illis quæ delapsæ sunt è *Tiphereth*; seu מָה vid. §.19. nam יָה ter sumtum efficit מָה 45. Unde *vasa* נְהִי relicta sunt absque scintillis; quam ob causam *Klippæ* inibi *suctionem* quærunt.

23. Istæ autem 288. *Scintillæ* omnes sunt notiones *Gebhuroth* & *Dinim* seu *Severitatum* & *Rigorum* judicialium, de quibus fit mentio in Sohar Par. פקודי fol. 252. col. 2. Item in Idra majore fol. 132. col. 2. Quod autem his locis dicitur esse שך sive 320. *Nizuzin*, id sic intelligendum: Quia istæ *scintillæ* proveniunt è Notione septem *Regum*; & hi sunt de notione זא, qui vocari solet אדם, juxta *Plenitudinem* Tetragrammati Alephati; hinc si quilibet Rex statuitur esse אדם seu æquipollens numero 45. tum ex isto numero septies sumto proveniunt 315. *Scintillæ*, quæ omnes sunt *Gebhuroth* perfectæ; ad quarum Restitutionem, quia præter 5. *Chasadim*) etiam concurrerunt 5. *Gebhuroth*, jam numerus omnium est 320.

24. Sunt tamen & aliæ scintillæ *Uxoris Seiricæ*. Item omnes *Gebhuroth* & *Dinim* sunt duplices: unde dantur *bis* 320. in *Seir*; qua ex causa iste vocatur שמש *Sol* 640. & bis 320. in Uxore ejus ipsa vocatur תמר 640. *palma*. Omnesque hæ *Scintillæ* tam masculinæ quam fœmininæ in utero matris commixtæ ibique rursum formatæ sunt.

25. Porrò etiam invenitur numerus quidam *Scintillarum* שכה 325. de quo in Parasch. בא fol. 38. col. 2. sub voce נערה puella, quæ totidem continet. Pro cujus explicatione sciendum nomen ארני connotare *Din* & *rigorem judicialem*, quia tres illius literæ ultimæ exhibent vocabulum דין. Litera א autem quæ superstes est denotat notionem רחמים seu *miserationis* & *benevolentiæ*, quæ *rigori* juncta est hoc loco: & quidem ex eo quod habeat connotationem Nominis אהיה quod denotat *Rachamim*. Quæ etiam causa est, quod *Malchuth* vocetur Judicium remissum. Quia autem radix & fundamentum omnium *Dinin* & *Rigorum* sunt 5. *Gebhuroth*; hinc si vocem דין

quæ

quæ est 64. numeres quinquies, efficiuntur 320. qui est numerus *Scintillarum.* Et hoc ipsum est quod dicitur in Par. Pekude f. 252. col. 2. allisit *Bozina de Kardinutha* seu splendor intensissimus, &c. scintillavit in 320. latera. *Bozina* enim *de Kardinutha* est terminus qui denotat radicem fundamentum & scaturiginem omnium *Gebhurarum* & *Dinin*; Et illa consistit intra *Imma* seu *Matrem*: unde in Sohar dicitur, ab hac excitari Judicia; & in Idra Heæsinu: hanc *Bozinam de Kardinutha* occultatam esse in visceribus *Matris*, fol. 292. col. 2. Ista igitur Bozina est actus dimensurandi atque terminandi, quo tanquam funiculo mensorio cuilibet Sephiræ sua data est mensura suusque modus & terminus; sicut in Tikkunim dicitur, sub initium. Omnis enim mensura atque determinatio provenit à parte *Gebhura* & *Rigoris*; sicut *Chesed atque Benignitas* denotat extensionem ulteriorem quàm, quæ ex æstimatione & mensura sit, in omnibus rebus. *Gebhurah* igitur non permittit luci supernæ ut extendatur pro lubitu, sed modum ipsi præscribit atque terminum & locum quousque extendi queat & debeat; nec ulteriùs. Et hæc est illa *Bozina* seu splendor metatorius. Et ex hoc prodierunt omnes illi *Reges* qui *mortui* sunt; hi *Reges* autem seu hæc *Systemata* intelliguntur per illas *scintillas* in 320. latera vibratas. Quibus deinde adduntur quinque illæ *Gebhura* sanctæ aliæ, [quæ sunt *Gutta* illa materna; de quibus in Idra Heæsinu f. 142. col. 1. & f. 137. col. 2. dicitur, quod iisdem dulcorati & in ordinem redacti sint, isti Reges primi seu 320. scintillæ: Conf. Parasch. Naso: ubi hæc: tunc conjunctæ sunt, & facta est secretio, & segregata ab illis est impuritas; & pars illarum purissima ascendit sub mysterio *Ibbur* in uterum *Matris.* Et sic in Par. Pekude f. 257. col. 2. quod *Bozina de Karthinutha* evibraverit *Scintillas* in 320. latera, qui sunt septem *Reges*; & deinde separata sit impuritas, &c.] unde oritur numerus 325. de quo in Par. Tasria f. 48. col. 2. Traditum est, quod à *Bozina de Kardinutha* prodierint 325.

Scintillæ. Item in Par. Balak fol. 252. col. 1. 325. *Taggin* seu *apices* in latus unum,&c. Et hoc est mysterium Tintinnabulorum aureorum *Gebhuræ.* Et huc pertinet quod dicitur in Idra magna f. 132. col. 2. R. Chiskia dixit: Intuebar,&c. splendebat & ascendebat in 325. latera, &c. Vel dici potest; ad 320. quinquies דִּין è nomine אֲדֹנָי accedere quinque Alephin, (vide Tik. 5.) seu notiones Nominis אֶהְיֶה, quæ sunt Benevolentia; & sic dulcoratum esse quinquies repetitum דִּין, ut fieret nomen אדני quinquies sumtum, quod est 325. & tunc est *Judicium* temperatum & remissum. Et huc referendum quod dicitur de נער, quod 320. quæ si dulcorata sunt fiunt נַעֲרָה 325. & dein fieri potest coitus. Deinde quinque hæc accessoria, quæ dulcorarunt, temperarunt & in ordinem redegerunt 320. scintillas etiam sunt illæ *Gebhuroth*, quæ vocantur 5. *literæ* מנצפך, quarum numerus est 280. & istæ sunt *Gebhuroth* masculinæ, quæ accesserunt ad reliquas in *Jesod* fœminæ.

26. *Scintillæ* autem sunt Literæ è notionibus נִצְּתָא. Item sunt *Lux regrediens* & *lux* à tergo accedens, *vasa* illuminans; quæ cùm *fracta* essent, *lumina* rursum ascendentia sunt lux rectilinea. Ez-Chaj. Parte Ozaroth Chajim Tract. Repach Nizuzin.

נס *Vexillum*, *Signum*; sic in Tikkun. vocatur Jesod, quando elevatur supra Nezach & Hod, tanquam pertica militaris. Pardes.

נעל *Calceus*; sic vocatur Metatron, quando obtegit & vestit Schechinam. Pard. Vid. Sohar Chükkath 86, 342. Ki teze, 136, 544.

נעמן *Naaman*, vid. supra p. 151.

נער *Puer*, *famulus*; ita vocatur Metatron, quia ministerio famuli fungitur coram Schechinah; quæ per eum alimenta distribuit omnibus turmis Angelicis, mundoque humiliori. Idem & senex vocatur, cum Malchuth intra Ipsum reconditur. Conf. Ps. 37, 25. Gen. 24, 2. Sed נער fœminino genere Gen.

24,

24, 14, 28. 58. refertur ad Malchuth, quatenus nondum ſuſcepit virum. Quandoque & Jeſod vocatur נער, propter ipſam, vid. Sohar Vajeſchebh. Aliquando *duo pueri & famuli* appellantur duo Cherubim inferiores Metatron & Sandalphon; prout etiam ſuperiores quandoque nimirum Nezach & Hod; Et quidem dum Schechinah ſurſum aſcendit, hi dicuntur famuli, miniſtrantes ſub ea; dum autem infra eſt, illi. Pardes. Vid. Soh. Breſchith 34, 135. 37, 146. 44, 173. Lechlecha 64, 255. Chaje Sarah 75, 299. Vajeſcheb 102, 409. Vajechi 118, 470. 122, 123. Bo 17, 68. Beſchallach 29, & 30. 117. Trumah 73, 289. & 75. Achare 27, 107. Balak 89, 353. Debharim 122, 487. Kiteze 134, 535. Trumah 78, 310. Pekude 77, 426. vide & infra נצוצות n. 25.

נפל *Decidit:* נפילה *Lapſus.* Vid. de Lapſu Tit. שבירה. טנתא. ניצוצות 1. 10.

1. Alibi dictum eſt quòd primò producta ſint *vaſa;* deinceps lumina omnia contenta in *Corona:* mox omnia ſimul in *Chochmah:* deinde omnia in *Binah:* ubi ſeptem *Reges* incluſi dicuntur fuiſſe utero *Binæ* ad inſtar Embryonis in utero materno. Jam ergo dicendum quomodo prodierint.

2. Alibi nimir. dictum eſt; quòd *Adam primus* per *bona* ſua *opera* id effecerit ut זון ſibi invicem *obverterent facies.* Antequam enim crearetur Adam *Seir & uxor ejus* ſibi invicem *obvertebant terga.* Notandum autem fieri non poſſe unquam ut aliqua contingat innovatio ſtatus in ſupernis ſeu *copula* aliqua niſi per opera & obſervantiam præceptorum exercitam ab inferioribus. Attamen antequam crearetur *Adam primus* tempore *emanationum, copula ſuperna* inſtitui non poterat moventibus inferioribus cum *Adam* non niſi poſt illum *congreſſum* ſit conditus. *Pater & Mater* ergo primitus congrediebantur proprio motu *obverſis invicem faciebus.* Et hoc ipſum eſt, quod toties dicitur in Sohar: cum ipſi veniret in mentem creare mundum, &c. Quod autem nunc faciunt animæ juſtorum

rum ſub myſterio מין ſeu illecebrarum fœmininarum, quibus movetur appetitus ad demittendas benedictiones מ״ג ; iſtud illo tempore efficiebant lumina inferiora.

3. *Pater* ergo & *Mater obvertebant ſibi facies*, quoniam accipiebant *cerebra à Kether*. *Aqua* autem *fœminina*, quæ cauſa erant hujus ſtatus *converſionis faciei ad faciem*, erat productio *ſeptem Regum* illorum qui detinebantur in utero *Binah*: iſtius enim מין ſeu pruritus fœmininus non erat alius: ſicut & aliàs liberi dicuntur מין Matris. Propter hos *Reges* ergo *Patri* & *Matri* dabantur *cerebra* ut converterent *facies ad faciem* adeoque copularentur Conjugum ritu. Qui ſi non eſſent confracti, id effeciſſent ut *Pater* & *Mater converſis faciebus* permanſiſſent.

4. Quia autem fracturam paſſi & mortui ſunt, *hinc* etiam *terga & poſteriora Patris* & *Matris deſcenderunt* & delapſa ſunt, ita, ut ſibi iterum terga obverterent. Tunc enim nemo ampliùs erat qui ſuſcitaret מין in ipſis ut rurſus *facies ſibi invicem obverterent*.

5. Non autem delapſa ſunt ſimul & ſemel *poſteriora Patris* & *Matris*, ſed ſucceſſivè, ſecundùm ordinem *fracturæ vaſorum* mortisque *regum*: ita ut confracto rege uno *deſcenderet* aliqua portio de *poſterioribus Patris* & *Matris*.

6. Circa medietatem ergo *Tiphereth* qui eſt *Rex* quartus, totaliter deſcenderant poſteriora *Patris* & *Matris* ſuperiorum: & mortuis *confractisque* omnibus ſeptem *delapſa* ſunt etiam *poſteriora in Iiſraël Sabha* & *Tebhunah*.

7. Primò autem prodibat *Daath Rex* primus, & in ipſo comprehenſi erant omnes ſeptem. Sicut ergo iſti liberi, qui jam progeniti ſunt dicuntur elevare מין ſeu excitare pruritum: ita nunc מין excitabat *Daath Rex* jam pronatus. Hinc attrahebantur *Chaſadim* & *Gebhuroth* (quæ habent analogiam naturæ ſeminalis) in אוא. Jamque adeo *Cheſed* ſeu Benignitas & *Gebhurah* ſeu ſeveritas veniebant in caput *Patris* & *Matris* ſu-

supernorum, & quidem in locum *Daath*. Arich enim respiciebat Daath Patris & matris, eamque illuminabat. Cum autem *frangeretur Rex* iste *Daath*, tunc cessabat aspectus Arich Anpin, ejusque illuminatio, & sic etiam *Daath Patris & Matris* superiorum *descendebat* in corpus eorundem (potissimum cum frangeretur Vas Chesed) *Rex Daath* autem *confractus* delabebatur in *Systema Briathicum*.

8. Sex autem *Reges* reliqui, qui cum illo fuerant, intrabant in Vas Regis sequentis, qui dicitur *Chesed* seu Benignitas. *Pater* autem & *Mater* superni adhuc sese respiciebant *de facie ad faciem*: non enim redibant ad statum *obversorum invicem tergorum*, nisi delapsis omnibus. Firmiter enim adhærent sibi *antrorsum*; quâ *adhæsione* penitus sublata, terga demum sibi obvertunt. Quamdiu autem vel tantillum ex ipsis in hâc *adhæsione* manet, non obvertunt invicem terga.

9. Cùm autem regnaret *Rex* secundus, qui est *Chesed*, ulterius derivabantur quinque Chasadim, quæ demissæ erant in corpus *Patris*. Cumque iste moreretur, ipse quidem delabebatur in *Briah*; quinque autem lumina illa descendebant in *Regem* tertium, qui est *Gebhurah*. Atque tunc decidebant *posteriora Patris*, quæ facta erant per extensionem quinque *Chasadim*. Ista autem decidebant omnia: atque sic *Pater* Tergum suum obvertebat *Faciei* Binæ, id quod dicitur אחור בפנים *posterius anteriori obversum*; quando nimirum anteriora *Binæ* conversa sunt erga *Postica Chochmæ*. [Hic tamen sciendum: quamvis dicatur *Patrem Tergum* opposuisse *faciei Binæ*, id tamen non ita intelligendum quasi planè averterit faciem suam: sed quia delapsa erant *posteriora* ejus ita saltim avertit faciem ut eam non amplius illuminaret: Quamvis *cohæsio* amborum adhuc permaneret. Alia autem hic quæstio occurrit quare hoc loco dicatur *Patrem* & *Matrem* sibi *Terga* opposuisse, cùm vas Gebhurathicum nondum fuerit fractum; imò *cohæsio* illorum adhuc substiterit in tertia inferiore? Ubi respondetur: hic

denotari צמוקת הדדים *Exarefactionem uberum.* Quia enim descendebant lumina in vas *Tipherethicum* atq; appropinquabant ad Finem Tertiæ ſuperioris, mox ibi accidebat Flacciditas & confractio. Et hâc ratione *Pater* & *Mater* dicuntur *obvertiſſe* ſibi *terga.* Nam Flacciditas & Arefactio tertiæ iſtius Regis cauſa erat ut etiam defectus oriretur in *Tertia Tipheretica* Patris & Matris, ubi finiuntur *Perſonæ* iſtæ.] Nec objicias *Perſonam Patris* & *Matris* tunc temporis nondum fuiſſe finitam uſque ad *Tertiam Tipherethicam.* Sciendum enim *Tertiam* illam *Tiphereticam* quærendam in Patre ſuperno, quatenus concipitur ſuperior eſſe quam *Jeſod* (quæ omnia explicari poſſunt, juxta configurationem א״י.) Nam *Jeſod* ſemper habet notionem anterioris, nec participat de *poſteriorum* natura quæ inde decidere potuiſſent. Totum enim Jeſod maſculinum ſubintrat *Jeſod* fœmininum ubi non niſi *anterioritas*, quod ita ſe non habet in reliquo corpore. Unde *poſteriora Patris* priùs omninò deſcendiſſe dicuntur, quàm *Jeſod* paternum ullam paſſum eſt diminutionem.

10. Deinceps autem regnavit Rex tertius, qui eſt Gebhurah, ubi derivata eſt extenſio *quinque Gebhuroth* in *Matrem ſupernam.* Cumque iſte moreretur decidebat in *Briam.* Et quatuor Reges ſequentes deſcendebant, in *vas* quartum, quod eſt Tipherethicum. Atque tunc *delabebatur* extenſio Gebhurarum, quæ erant in corpore *Matris.* Adeoque tunc etiam Mater obvertebat Tergum ſuum *Tergo* nim. *Patris; decidebantque* etiam ipſius Achurajim ſeu *poſteriora.*

11. Dehinc regnabat *Rex* quartus, qui eſt Tiphereth. Cumque pertingeret Lux ad *Tertiam* iſtius nimir. ad *Pectus,* tunc derivabatur tota univerſitas quinque *Benignitatum* in Jeſod Patris; & quinque *Severitates* in *Jeſod Matris.* Et propterea *Jeſod* appellatur כל *univerſum,* quia univerſæ *Benignitates* & *Severitates* in illo continentur. Collatio autem *Regum* iſtorum cum א״א breviter ita ſe habet: Daath refertur ad

Ca-

caput *Patris & Matris*: Chesed est corpus Patris, & Gebhurah corpus *Matris*: Tertia autem Tipherethica superna est *Jesod Patris* & *Jesod Matris*. Cùm autem Lux appropinquaret ad duas Tertias inferiores Tipherethicas, tunc *Chasadim* & Gebhuroth derivabantur in Capita Iisraël Sabha & Tebhunah: hoc enim loco capita istorum simul existunt. Cùm autem moreretur *Rex* iste tria lumina sequentia *descendebant* in *vas Regis* quinti, qui est Nezach. Atque tunc omnes *Benignitates* è *Patre superno* omnesque *Severitates* è *Matre descendebant*: adeoque nunc penitus & omnino descenderant *Achurajim Parentum supernorum*. Jamque etiam *descendebant Chasadim* è *Capite Iisraëlis Senis*, & Gebhuroth è *Capite Tebhunæ* in corpus ipsorum inter duos *Humeros*. Et nunc quoque in istis fiebat diminutio Lucis, ratione cessantis, quæ ad invicem fuerat *intuitionis*, eodem plane modo, qui descriptus est in Parentibus superioribus. vide supra §.7.

12. Postmodum autem regnabat Nezach, qui & ipse promovebat quinque Benignitates sæpiùs memoratas in Corpus Iisraëlis senis. Cumque moreretur, reliqui Reges descendebant in Hod. *Achuraim* autem *Iisraëlis Senis* obvertebantur faciei *Thebunæ*, ut in אוא. Deinde dominabatur Hod, & promovebat extensionem 5. Gebhurarum in corpus Thebunæ; cumque moreretur, duo reliqui Reges descendebant in Jesod; atque tunc Vasa τῶν Nezach & Hod delabebantur in *Briah*. Ambo autem isti vocantur Rex unus, quia ambo tantum sunt duæ medietates corporis. Et quamvis regnasse dicantur alter post alterum, nihilominus unus tantum Rex dicuntur. (Hîc quæritur: quomodo Nezach & Hod potuerint agere in duo corpora Iisraëlis senis & Thebunæ, cum ipsi non sint nisi corpus unum, quia duæ tantum appellantur corporis medietates: adeò ut etiam per ipsorum mortem absoluta omninò dicatur vitiatio duorum corporum Iisraëlis Senis & Thebunæ? Ubi sciendum: quod Pater & mater superiores *superinvestiant* τὸν Arich

Anpin eo loco, ubi ſunt *duo brachia* ejus uſque ad *pectus*: Iiſraël Sabha autem & Tebhuna eundem ſuperinveſtiunt à Pectore uſque ad Jeſod. Tiphereth autem (ſeu Pectoris locus) ſemper vocatur corpus unum, compoſitum tamen: aliter planè quàm duo brachia, quæ à ſe invicem ſeparata ſunt. Igitur Iiſraël Saba & Tebhuna quamvis ſint duo corpora, nihilominus tamen reſpectu Parentum ſupernorum unum cenſentur compoſitum è 2. medietatibus, quia non ſuperinveſtiunt niſi unicum corpus τῆ Arich Anpin. Hinc Nezach & Hod, qui & ipſi duæ ſunt medietates, ſatis agere poterant in utrumq; corpus, Iiſraëlis Senis & Tebhunæ.) Atque tunc etiam deſcendebant Achuraim Tebhunæ, ita ut Iiſraël Saba & Tebuna venirent in ſtatum obverſorum invicem tergorum; ſicut dictum in אוא.

13. Tunc regnabat Rex ſextus, qui eſt Jeſod, *qui promovebat* univerſitatem quinque Benignitatum in Jeſod Iiſraëlis ſenis, & univerſitatem quinque ſeveritatum in Jeſod Tebunæ: cumque moreretur etiam iſtæ notiones deſcendebant.

14. Tandem regnabat Rex ſeptimus, qui eſt *Malchuth*, in Vaſe ſuo ſolus. Et tunc univerſitas quinque Benignitatum promovebatur in Malchuth Iiſraëlis ſenis; & univerſitas quinque Rigorum ſeu ſeveritatum in Malchuth Tebunæ. Nam etiam in Malchuth locus eſt univerſitatis, eodem modo ut dictum eſt de Jeſod, vide ſupra §. 11. & ob hanc rationem etiam ipſa Malchuth vocatur כלה univerſa: ſicut Jeſod *dicitur* Univerſum. Cumque iſte moreretur, tunc univerſitates *hæ benignitatum* & Rigorum è Malchuth Iiſraëlis ſenis & è Malchuth Tebunæ; & Vas Malchuthicum deſcendebant in Briah. Adeoque nunc etiam penitùs delapſa erant omnia poſteriora omniũ quatuor Perſonarum Patris & Matris, & Iiſraëlis Senis & Tebunæ. Si autem quæſtio ſit, quare in Patre & Matre non fiat mentio, quod Univerſitates Benignitatum & Rigorum deſcenderint in Malchuth Patris & Matris ſupernorum: ſicut intraſſe dicuntur in Malchuth Iiſraëlis Senis & Tebunæ? Sciendum:

dum: Hæc pertinere ad *Tertiam* superiorem Tipherethicam, ubi est notio עטרה *Corolla*, quæ pertinet ad Malchuth, & implicatur cum Jesod. In inferioribus autem Malchuth Tebunæ manifestior est quàm Malchuth Binæ; nam illa revera est Malchuth, quia ibi Binah & Tebunah simul sunt in una persona: Malchuth autem Matris supernæ in genere sub corporis nomine venit, estque locus Pectoris Tiphereth. Etz Chajim, Parte Ozaroth Chajim, Tractatu Olam Hannekudim.

15. Quomodo autem delapsi sint Reges illi septem in Mundum, qui Briah dicitur, exhibebunt sequentia: Primò prodibat Daath, cumque Vas ejus illum sustinere non posset; hoc frangebatur, & ipse delabebatur in Systema Briathicum: i. e. in locum illum, ubi deinceps formandus erat mundus ille, qui tum nondum erat creatus. Hoc vas autem decidebat in locum Daath Briathicæ, sibi congenerem. Lux verò Daath etiam ipsa descendebat, sed tamen permanebat in ipso Systemate Aziluthico, illo loco, ubi erat Vas Malchuth Aziluthicæ. Non quasi & ipsa esset confracta, (quia fractura non nisi Vasorum est, luminum autem corruptio aliqua & Bittul, sicut Vasis Achuraim Patris & Matris) sed ut è longinquo posset lumen immittere vasi suo in Briah existenti, ne penitus moreretur, omni spe destitutum; & hæc est notio Taggin seu Apicum in literis.

16. Deinde prodibat Chesed, & vas ejus pariter frangebatur, atque delabebatur in Binah Briathicam. Lux ejus autem descendebat in Vas Jesod Aziluthici; quoniam lux Daath jam ante occupaverat locum Malchuth.

17. Postmodum prodibat Gebhurah; confractaque demittebat Vas suum in Chochmam Briaticam; Lux ejus verò descendebat in Vas Nezach & Hod, quæ in Aziluth; quæ sunt duæ medietates corporis.

18. Dehinc prodibat Tiphereth & frangebatur, & vas ejus decidebat in Kether, quæ in Briâ. Lux ejus verò manebat suo loco; nempe ubi est Tiphereth Aziluthica. Hactenus igi-

tur lumina singula â Vasis suis longius non erant remota, quam tribus gradibus: si quid enim ultra tres gradus (intellige Aziluthicos, omni luce & vase vacuos) distet, perfecte remotum dicitur, nec potest affulgere alteri. Interea lumina cætera, quia descenderant de loco suo, simul etiam aliquantum debilitata erant; adeò ut non possent redire sursum. Lux Tipheretica autem, quia substiterat in loco suo, de viribus suis nihil perdiderat. Cumque videret se vase orbatam, ascendere volebat ad locum, unde prodierat, (non enim volebat remanere nuda atque veste carens) nempe ad Binam iterum, ubi prius steterat. Quia autem hoc modo nimis longè recessisset à Vase suo, ita ut hoc omninò emortuum fuisset atque destructum; Hinc totius Emanationis fons atque Autor supremus ampliabat atque extendebat Vas Coronæ, quod non erat fractum, illudque demittebat per lineam mediam (tres enim supernæ jam erant in statu Trium linearum) usque ad locum Tiphereth ejusque medietatem, ubi est fovea pectoris. Et tunc Tiphereth elevabat lucem suam, quæ occultabatur in Vase Coronæ eo usque protenso. Ubi tamen non ascendebat nisi dimidia saltem ejus pars inferior; quia medietas superior subsistere poterat suo loco quo usque jam demissum fuerat Vas Coronæ. Cum autem Lux Daath, (quæ descenderat in Malchuth Aziluthicam,) videret, quod in loco illius jam esset Vas novum, (linea quippe media etiam illius locus est nimirum inter Kether & Tiphereth) hinc ascendebat in locum suum. Atque tunc Vas ejus, (luce tam procul ab ipso dimotâ;) planè descendebat usque in Malchuth Briathicam. Vas Tiphereticum autem manebat suo loco, nempe in Kether Briathicâ. Cum autem Lux Daath ita ascendisset in locum suum, tunc vas Kether ita dilatatum ulteriùs ampliabatur, & extendebat sese usque ad finem totius Tiphereth: Atque sic medietas inferior lucis Tipherethicæ (quæ paulò ante ascenderat;) nunc redibat in locum suum debitum atque congruum.

19.

19. Deinde Malchuth, Jeſod, Nezach & Hod prodire debebant ad regnandum ſuo loco, in vaſe ſibi appropriato: non autem inveniebant locum vacuum, quia illuc jam deſcenderat Lux Gebhuræ. Neceſſe igitur erat ut ſeſe extenderet cum vaſe ſuo Binah, in latere ſuo, quod eſt ſiniſtrum, uſque ad locum qui aliquando (nempe poſt factam Redintegrationem) debebatur Gebhuræ. Cum igitur Lux Gebhuræ videret; in illo loco ſuo jam eſſe notionem Vaſis, ipſa aſcendebat de loco ſuo: Vas ejus autem, amotâ tam procul ipſius Luce, movebatur & ipſum, ita ut deſcenderet, uſque in Jeſod Briæ. Atque tunc Nezach & Hod deſcendebant in locum ſibi debitum, ibique regnabant, in Vaſe ſuo, & frangebantur. Lux eorum autem aſcendebat in Gebhuram, quò potiſſimum tendebat Hod, quæ & ipſa eſt ſiniſtri lateris; quam ſequebatur & Nezach, ceu altera corporis medietas. Vas eorum autem deſcendebat in Nezach & Hod quæ in Briah.


20. Deinde prodibat Lux Jeſod; in iſtius loco autem jam erat Cheſed: neceſſe igitur erat ut Vas Chochmæ extenderetur in dextro latere, uſque ad locum quo conſiſtere quondam debebat Cheſed poſt Redintegrationem. Adeoque illuc nunc aſcendebat Cheſed, & involvebatur Vaſi Chochmæ. Vas ejus autem deſcendebat uſque in Tiphereth Briæ. Et tunc prodibat ulteriùs Jeſod, intrabatque in Vas ſuum & regnabat in loco ſuo, & frangebatur. Et Lux ejus aſcendebat per lineam mediam uſque ad locum Daath ſupernæ. (Hanc enim habet prærogativam Jeſod, præ reliquis Sephiroth, quod poſſit aſcendere uſque ad Daath, quandocunque vult.) Vas ejus autem deſcendebat in Gebhurah Briaticam.

21. Deinde prodibat Lux Malchuth ut regnaret in Vaſe ſuo; cumque regnaſſet ibi, confringebatur, & lux ejuſdem etiam aſcendebat in Daath per lineam mediam: & vas ejus demittebatur in Cheſed Briaticam.

22. Ex dictis ergò patet: quod Vas Tipherethicum consistat in Kether Briathicâ; & Vas Malchuth in Chesed illius Systematis; Adeoque non ullum fuisse interstitium vacuum inter Vasa, quæ in Briâ erant, majus tribus gradibus: In Aziluth autem duobus tantum.

23. Jesod autem ascendebat usque in Daath, quia hæc est natura ejus eousque ascendere: sicut & propterea, ut colligaret sex extremitates; ipsisque procuraret lumen. Malchuth autem, quia vocatur Corolla Dominæ; & quia vestigium in loco Malchuth reliquerat Daath; hinc illa tempore regiminis sui assumto hoc vestigio etiam ascendebat in Daath; quin imo, mediante hoc ascensu ipsa colligabat omnes sex extremitates ex imo usque ad summum. Cumque Nezach & Hod essent in latere sinistro in loco nempe Gebhuræ; jam quidem *Nezach* separabatur ab Hod, & abibat in latus dextrum in locum suum, sicut & Hod in suum: quæ omnia ex eo fiebant, quod elevatâ Malchuth cum vestigio Daath, Daath posset emittere lumen in sex extremitates, vestigium scilicet quod ad Gebhuram pertinet in latus sinistrum, & Daath ipsa in dextrum; & sic formabatur Systema Azilutbicum, ib. Status autem Vasorum, in Briam delapsorum exhibetur sequenti Schemate:

a Corona, Kether.
b Vas Tiphereth.
c Chochmah.
d Binah.
e Daath.
f Chesed.
g Vas Malchuth.
h Gebhurah.
i Vas Jesod.
Vid. מב.



k Tiphereth.
l Vas Chesed.
m Nezach.
n Vas Nezach.
o Hod.
p Vas Hod.
q Jesod.
r Vas Gebhuræ.
s Malchuth.
t Vas Daath.
ib.

נפילת אפים *Prolapsus in faciem.* Vid. Soh. Bammidbar 58, 232. Vajakhel 88, 351. Trumah 58, 228. Pinchas 99, 396.

נפש *Psyche; Anima vegetativa; Pars animæ plastica; seu infima concupiscibilis.* In sublimiori conceptu hæc vox nudè posita est Malchuth Soh. Lechlecha. Quæ aliquando etiam vocatur נפש חיה *anima vivens*, in Tikk. quia ab illâ proveniunt נפשות Animæ vitales; & quia suctionem vitæ supernæ habet à Chochmah, à qua vita dependet. Dicitur autem Nephesch, quatenus supra se recipit Ruach, seu Spiritum & Neschamah, seu Mentem, quæ sunt Tiphereth & Binah; quo nexu mediante vitam habet à Chochmah: sed eodem cessante, dicenda esset mortua. Eadem quandoque vocatur Nephesch David, quia Istius gradus est. Pard. vid. Soh. Trumah. It. Pinchas 112, 548. Zav. 13, 49. Behar 53, 212.

נציב *Statio,* ut Gen. 19, 26. In Sohar S. Vajeze, unio & nexus Sephirarum, quæ uniuntur cum Tiphereth, à Jesod exclusivè ascendendo, hoc vocatur nomine. Ubi tamen & Tiphereth videtur eodem titulo designari. Pard.

נצח *Superatio.* Sic vocatur Proprietas septima in descensu: quæ etiam quandoque dicitur נצח נצחים; Quælibet enim Proprietas tres habet notiones; ratione Receptionis, status sui, & influxus; quarum media radicalis est, & hic vocatur Nezach; reliquæ duæ autem sunt Nezachim. Sic etiam se habet Hod: unde hæc *crura* dicuntur *columnæ senarii* Cant. 5, 15. quæ sunt sex istæ notiones ceu sex articuli. Eadem quandoque vocatur נצח ישראל *Superatio Iisraël*, cum adhæret corpori. Pard. In Schaare Orah sub Nom. 3. & 4. post מקום העצה huc pertinent sequentia. צבאות " quod est mysterium Rotæ dextræ vocatur Nezach, *superatio* 1. Chr. 29, 11. Hæc est illa superatio, quæ Benignitatem suam continuò exhibet Iisraëlitis Ps. 77, 9. Et hic locus decreta bona decernit in Iisraëlitas, quatenus applicatur Coronæ summæ, nec unquam eadem rescindit; Conf. 1. Schm. 15, 29. Hinc Iisraëlitæ semper de-

bent firmiter adhærere Proprietati huic, in qua occurrit myſterium dextræ, ut ſubigatur ſiniſtra. Vocatur autem Nezach, quia ſuperat hoſtes, in bellis Iiſraëlitarum: hinc David opus habebat, ut diceret in Libro Pſalmorum; למנצח *Ad ſuperandum* (compoſitus eſt hic) *Pſalmus pro Davide*. Pſ. 20, 1. &c. ubi ſemper reſpectus occurrit ad hanc claſſem; ſicut cum dicit הודו &c. Pſ. 106, 1. 107, 1. 118, 1. 29. &c. ad Hod reſpicitur. Hic nota, tria fulgere Lumina è Candore Providentiæ, quæ vocatur Oculus Dilectionum, quorum nomina ſunt *Cheſed*, Benignitas; *Nezach* ſuperatio; & *Tiphereth*, pulchritudo: quæ cum ſplendent, & affulgent Sephiris, totus mundus gaudio, jubilis & perfectione repletur, citra omnem afflictionem vel adverſitatem: quia tum ipſa Bonitas proſpicit omnibus creaturis, & omnes mundi in plenitudine ſunt atque integritate. Hæc ipſa tamen proprietas Nezach, ad quam refertur Nomen צבאות יי, quandoque in judicio decernit bona, cum infra conſiſtit in loco ſuo; quandoque autem convertitur ad puniendum, prout requirunt opera. Eadem autem cum aſcendit per canales, & applicatur ſuperationi ſupremæ, quæ in oculo Dilectionum, & in ſuperatione Beneplaciti in ſummitate Coronæ, ſi tunc bona emittit decreta in Iiſraëlitas, quamvis hi deinde peccent nec digni ſint illis beneficiis, Ipſa tamen ab iis non iterum recedit: ratio hæc eſt, quia proprietas *ſuperandi* jam aſcendit in locum, qui non vocatur אדם *homo*; eſtque locus Coronæ, unde 1. Schm. 15, 29. *Superatio Iiſraëlis non fallere nec mutari* dicitur, *eo, quod non ſit homo, &c.* i. e. hanc proprietatem conſiſtere in tali loco, qui ſub generalitate conceptus Hominis non continetur: cum econtra, quando infra conſiſtit in fundamentis gradûs Tiphereth, pœnitere queat, quippe qui locus appellatur: *Similitudo tanquam facies hominis*, Jechesk. 1, 26. Hæc ergo eſt illa proprietas, quæ ſuperat hoſtes Iiſraëlitarum, ad dextram conſiſtens, ut benefaciat iſtis. Conf. Pſ. 16, 11. Scito autem, in ſupernis dari 24. conſiſtoria ſub myſterio

ſterio nominis נצח, quæ omnia vocantur נצחים *Superationes*, & invertunt cauſam in merita & bonum Iiſraëlitarum; ſuperantque omnes, qui ad ſiniſtram adſtant, adverſarios. Hinc Jeſch. 34, 10. hic eſt ſenſus, quamdiu Synedria Nezach Nezachim conſiſtent in ſtatu & excellentia ſua, pars adverſa accuſatrix, auxiliatrix Babelis non poterit conſiſtere, ſed deſolata erit. Hæc ibi: & ſequitur יכין. Vid. מלכים. מות. וק 2.

נצנים *Prima germina*, in Sohar Breſchith ad Cant. 2, 12. ſic vocantur Cheſed, Gebhurah, Tiphereth, quando primum aſcenderunt in cogitationem; hac voce enim denotatur initium progerminandi. Pard.

נקבה *Mulier*. Vid. Soh. Chaje Sarah 75. Vajiggaſch 115, 456. Jethro 37, 147. Heæſinu 144, 574.

נקבים *Foramina*. Sunt notiones pro transmittendis luminibus ad inſtar feneſtrarum quales in Adam Kadmon ſunt aures, oculi, naſus & os. Etz Chajim Tract. Ozaroth Chajim Sect. Adam Kadmon. Vid. אֹזן. Tranſpiratio inſenſibilis quæ exit ex capite Adam Kadmon per foramina canalium, qui in capillis ejus meditatione attingi non poteſt ob ſublimitatem ibid. Vid. אֹזן. it. ניצוצות. אזנים. 15.

נקודים *Punctata*. 1. Sunt lumina, quæ concipiuntur egredi ex oculis Adam Kadmon. ibid. Tract. Olam Hannekudim.

2. Et hæc ad analogiam radiorum & expirationum ab oculis humanis prodeuntium. ibid.

3. Et huc pertinet ſcriptio Tetragrammati illa, quam oculatam appellant, de qua etiam in Tikkunim Tikk. 70. Ratio autem denominationis, quia huic ſyſtemati undiquaque correſpondent puncta è gradibus טנתא ib.

4. Si enim literæ Tetragrammaticæ diſtribuantur pro nomine סג tunc litera י correſpondet accentibus, ejus ה primum autem punctis; ו apicibus, & ה ultimum literis. Aliter accentus ad aures, ה primum ad naſum, ו ad os, ה ultimum ad oculos referuntur, adeoque ad oculum refertur ה tam primum

quàm ultimum. Potiſſimum autem hæc puncta denotant regnum terræ Edom, cujus reges mortui ſunt Gen. 36, 31. ſeqq. Et huc pertinet locus Gen. 1, 2, Et terra erat vacua & inanis; ubi per terram denotatur ה ultimum, quod ad oculum refertur. Puncta autem ſunt novem, nempe: Kametz, Pathach, Zere, Segol, Scheva, Cholem, Chirek, Kybbuz & Schurek, inter quæ ſupernum eſt Cholem, medianum Schurek, reliqua inferna. Septem ultima autem ſunt formata ex Jodin, ſicut duo priora ex Vavin. Inveniuntur autem hoc modo in omnibus ſeptem poſterioribus tredecim Jodin, quæ per Gematriam efficiunt 130. quem numerum etiam præ ſe fert vox עין Oculus.

5. Productio autem horum luminum in ſpecie ita ſe habet: Lumina akudica pertingebant uſque ad *Scrobiculum* pectoris τῶ Adam Kadmon. Et quamvis illa prodirent potiſſimum per foramina, id tamen de radiis tantum primariis intelligendum: Cùm præterea etiam reliqua cutis Adam Kadmon lucem transmitteret. Cùm ergo principium *emanativum* vellet emittere notionem punctorum, id potiſſimùm intendebat, ut pro iis conficerent certa quædam vaſa quorum beneficio ſyſtemata inferiora accipere poſſent lumen ad illa transmittendum. Videbat autem productor ille, quod ſubjecta *illa* recipientia nondum haberent vires tantas, ut lumina oculorum poſſent ſuſtinere; quorum locus erat à ſcrobiculo *pectoris* uſq; ad extremitatem pedum in Adam Kadmon: *Antequam* ergo emitteret radios iſtos oculorum, denuò ſeſe contra*hebat*, ita ut lumen illud quod à fovea pectoris lucebat uſque ad extremitatem pedum elevaret in medietatem corporis ſupernam, inferiore medietate relictâ vacuâ. ib.

6. Vid. נקודים.

7. Factâ autem contractione, relinquebat expanſum quoddam ad inſtar diaphragmatis in medio corporis ſui, interius ſcil. circa locum foveæ pectoris, ut ita diſtinguerentur

duo

duo hæc ſpatia. Et huc pertinet illud Gen. 1, 6. fiat expanſio, &c. Item locus in Sohar Sect. Breſchith col. 87. lin. 50. ubi dicitur inveniri membranam quandam in medio viſcerum hominis, quæ diſcernat inferiora à ſupernis, hauriatque à ſupernis & demittat ad inferiora. Atque tunc omnis lux ſupra diaphragma iſtud locabatur compreſſa & coarctata ibid.

8. Unde vigor ejus inſigniter adaugebatur, præſertim cum accederet ad lucem aurium naſi & oris radicalem internam (non illam quæ per hæc foramina prodierat,) quod luminum genus internum habet notionem Taamim nominis מ״ב; alterum autem aſcendens habebat notionem aquarum fœmininarum, (vid. מ״ן) aſcendentium; quarum inſtigatione copulabatur nomen ע״ב quod in Cranio iſtius Adam Kadmon, cum notione מ״ב ejuſdem, quæ eſt lux radicalis aurium naſi & oris nempe Taamim ejuſdem, ut dictum. Et tunc producebatur lux nova è ſupernis ex iſta copulatione; fiſſoque Diaphragmate deſcendebat infra Scrobiculum pectoris.

9. Lux prima autem quæ priùs fuerat infra & aſcenderat, non iterum deſcendebat, ſed ſemper manebat ſupra diaphragma, ibique lumen ejus radicale ſemper manet: atque deinde evibratur prodirque per oculos. (vid. עינים 1.)

10. Lux autem illa nova, quæ per diaphragma deſcenderat mediante congreſſu ſupra dicto, etiam ipſa per corpus atque vas hujus Adam Kadmon penetrabat, foraſque prodiens fulgebat per mediam lucem Nekudim; ita ut inibi duo jam eſſent lumina. Vid. infr. §. 16.

11. Ad quæ accedebat etiam tertia h.m. Cùm enim lux oculorum evibraretur cerneretque deorſum per lumina Akudim & alia ſuperna, radii ejus ab iſtis aliquid hauriebant atque decerpebant, quantum nempe opus ipſis eſſet pro ſtructura vaſorum Nekudicorum. Deſumebat autem tam ex lumine aurium quàm naſi & oris, idque h.m. Notum eſt ſc. il. quod lux aurium demittatur uſque ad extremum barbæ apicem; qua via

etiam lumina nasi & oris descendunt. Descendentibus autem & oculorum radiis eâdem viâ, hi necessariò cum illis commiscebantur, deque eorum lumine participabant.

12. Sunt autem decem puncta in lumine Nekudico: ex quibus tria priora accipiebant lucem illam, quæ vibrabatur intuitu oculorum in lucem aurium nasi & oris illo loco, ubi conjungebantur, nempe in extremitate barbæ ipsâ solâ (non supra eandem) ibi enim hæc puncta potissimum incipiunt. Sed septem puncta inferiora non accipiebant nisi illam lucem quæ vibrabatur intuitu oculorum in lumina nasi & oris, infra extremum barbæ apicem (nasus enim radiat usque ad pectus propriè dictum, & os usque ad pectoris scrobem.) Hinc consequens est, quòd tria puncta superiora pro fabrica vasorum suorum acceperint fulgorem à tribus luminibus aurium nempe *nasi* & oris in ipsa nempe extremitate barbæ: Septem autem inferiora à duobus tantùm, nempe nasi & oris luminibus infra barbæ apicem ad pectoris foveam usq; pertingentibus, participabant. Major ergo erat splendor trium superiorum, quàm *septem* inferiorum.

13. Et hæc causa est, quòd tres reges primi non sint mortui propriè, quoniam lucem habebant majorem & vas ipsorum multò excellentius erat, quoniam factum erat ex concursu aurium supernarum: unde vasa eorum non fracta sunt proprie, quippe quæ facta erant ex intuitu oculi in *lumen* aurium, cui competit notio Neschamæ. Septem *autem reges* inferiores propterea mortui dicuntur, quod vasa eorum orta sint ex intuitu oculi in lumina nasi & oris tantùm citra concursum luminis aurium superni. ibid.

14. Datur tamen differentia aliqua in tribus prioribus: de Kether enim nihil descendit, ne posteriora quidem. In patre & matre autem posteriora tantum descenderunt, anterioribus suo loco relictis. Ratio est, quia triplex est luminum usque ad apicem barbæ descendentium differentia: Corona enim

enim accipiebat de notione auris ipsius quatenus eandem obutus oculi attrahebat, non admixtis duobus luminibus reliquis: hinc factum est vas Coronæ Nekudicæ. Pater autem accipiebat de eo quod visus attrahebat è lumine nasi admixto etiam oris lumine: unde factum est vas Chochmæ Nekudicæ. Mater autem accipiebat portionem suam ex aspectu luminis oralis tantum, unde fiebat vas Binæ Nekudicæ. Cùm ergo Kether participaret de insigni excellentique lumine auris; vas ejus nullatenus confringebatur.

15. Porrò notandum, quòd etiam in Systemate Nekudico detur notio luminum ambientium & internorum, idque h.m. Alibi enim dictum est, quod visio oculi hauserit atque attraxerit quædam de luminibus aurium nasi & oris, pro fabrica vasorum Nekudicorum. Sciendum autem quod illa lux bipartita fuerit; & quod accipiebatur de parte dextera, erant lumina ipsa: Quod autem accipiebatur de parte sinistra, erant vasa. Jam lucis attributa sunt internum esse & ambiens: Sicut vasis attributum est internum & externum. Jam ergo visio illa oculi de tribus illis luminibus aurium nasi & oris omnes has quatuor notiones accipiebat, hac ratione: cùm radius oculi auris lucem directè intueretur in barbæ apice, tunc ad partem dextram reperiebatur lux ambiens: ad eandem partem dextram visione non quidem directâ, sed ad latera vergente adeoque remotiore reperiebat lucem internam, quæ aliquanto minor erat. Sic ad partem sinistram radius directus oculi offendebat vasis externum; ad latera divertens, internum ejusdem. Quod autem de nasi lumine desumebatur aliam habebat naturam. Nam quod desumebatur de isto nasi lumine, antequam hoc pertingeret ad os, & quidem ad partem dextram, erat lux ambiens: ab ore autem & porrò, erat lux interna. Sic pariter ad partem sinistram vasorum interna & externa offendebantur. Tandem etiam quod ab ore desumebatur duplex erat: quod enim sumebatur ab oris lumine antequam istud pertingeret ad

barbæ

barbæ apicem, ad partem dextram, erat lux ambiens: à barba autem & ulterius lux interna. Atque sic ex parte sinistra pariter pro fabrica partium vasalium internarum & externarum.

16. Sicut autem lumina hæc Nekudica extrinsecus radiabant à fovea pectoris Adam Kadmon usque ad finem pedum ejus: Sic lux illa nova interna (vid. supra hoc tit. §. 9. 10.) non tantum descendebat per medietatem inferiorem corporis Adamici; sed & regressa penetrabat structuram corporis, & illud Systema Nekudicum illustrabat. Id ipsum est quod in Tikkun. dicitur: Diaphragma quoddam est inter Coronam & causam causarum. Omne enim principium emanativum quatenus tale vocatur Causa causarum עילת העילות. Corona autem hoc loco est Corona Nekudica.

17. Decem autem puncta Nekudica (quæ *sunt hujus* Systematis Sephiroth) extendebantur à scrobiculo *pectoris* Adam Kadmon usque ad finem pedum ejus, tali ordine quo Seir superinvestire dicitur ז״א: hoc tamen discrimine quod Seir locetur circumcirca; hic verò lux radicalis non *reperiatur* nisi in anterioribus Adam Kadmon; unde luminositas *quædam* tam ex luminum, quam ex vasorum Nekudicorum notione diffunditur, qua Adam Kadmon per cætera quoque latera superinvestitur; eodem nempe modo qui expositus est Titulis de aure naso & ore.

18. Coronæ ergo locus erat à fovea pectoris *usque* ad finem corporis. חכב autem seu Sapientia, Intel*ligentia*, *Scientia* correspondebant tribus articulis prioribus נה״י Adam Kadmon, quæ sunt superatio s. perennitas, gloria, fundam*entum*. Porrò חגת seu Benignitas, Rigor, Pulchritudo correspondebant articulis mediis earundem נה״י. Et נה״י Nekudicæ correspondebant tribus articulis ultimis earundem. ibid.

19. Ex corpore Adam Kadmon autem prodibant tres luminum species: una ex fovea pectoris, & duæ ex membro genitali, ex quo duæ transpirationes proveniebant. Quæ qui-

quidem tres debebant esse secundum tres Sephiroth superiores, quæ participabant de luminibus aurium nasi & oris: quia autem aurium lux in patre & matre deficiebat, hinc & una transpiratio deficit, & duæ tantùm restant ratione nasi & oris pro patre & matre; qui sicut supra sic & hic infra participabant. Septem inferiores autem non participabant nisi de partibus, quæ infra barbæ apicem, unde nullæ pro ipsis transpirationes seu halitus, quæ ipsas possent illuminare, sed halitus illis septem debiti prodibant per ungues pedum, & quamvis tantùm septem reges dicantur mortui & eversi, quia tamen etiam in Patre & Matre confracta sunt posteriora vasorum nec minùs etiam Corona aliquatenus violata est, quatenus ejusdem נה״י Cerebrorum loco intraverant in א״א ubi fractura locum habebat: hinc fracturarum denarius. Quæ omnia ex defectu lucis aurium supernæ.

20. Apparitio autem Sephirarum istarum Nekudicarum non eundem servabat ordinem, quem Akudicæ, ubi Malchuth primo prodibat; sed inversum, ita ut primò prodiret Corona in qua inclusæ erant reliquæ novem. Deinde prodibat Chochmah & in illa reliquæ octo. Tertiò Mater & in illa septem sequentes. Quartò exinde prodibant septem subsequentes singulæ.

21. Item alia hic est differentia. In Akudim enim primò prodibant lumina, quibus deinde fiebant vasa: Sed in Nekudim primò prodibant decem vasa, unum sub alio: quæ fiebant ex intuitu oculi in tria lumina aurium, nasi & oris. Cum autem prodiissent decem hæc vasa suoque loco aliud sub alio seorsim subsisterent: tunc & lumina prodibant, modo supra dicto, ita ut Corona novem subsequentes includeret, &c. donec Malchuth prodiret sola. Primùm ergo Corona vas suum intrabat & in illa novem lumina sequentia. Luce autem Coronæ in vase suo persistente Chochmah inde exibat cum octo sequentibus in se inclusis, intrabatque vas suum. Ubi notandum

Ffff

dum quod tunc in Corona contigerit copula quædam; quia & inibi mas & fœmina reperiuntur, quâ copula seu congressu præcedente Chochmah prodibat. Nunquam enim statuuntur produci lumina nisi virtute alicujus congressus præcedanei. Et sic reliquæ. Ibid. Vid. מצח 2. מלוי. מות. מה. טנתא. אצל. נהי. נוקבה 5. ניצוצות 15.

נקודות *Puncta*. Vid. Soh. Breschith in pr. & 38, 152. 39, & 42, 161. Vajakhel 92, 368.

נקם ברית *Vindicta fœderis*, appellatur Malchuth, quia Illa ulciscitur illum, qui profanat fœdus ejus; quia talis Decem separat ab ea. Pr. 16, 28. cum quo unita erat per fœdus Pard.

נר ה׳ *Lucerna Domini*, appellatur Schechinah, quia tanquam lucerna & vasculum accipit lucem supernam à Tiphereth. Cum autem ardet coram Tiphereth, simul respectum Gebhurah involvit. Pard. vid. Soh. Mischpatim 45, 178. Trumah 74, 293.

נרד *Nardus*. Cant. 4, 14. est Jesod, juxta Soh. Achare ad loc. c.

נרנחי Est abbreviatura vocum נפש רוח נשמה / חיה / יחידה de quibus in voce פרצופין de quibus in supernis ita philosophantur: Quælibet notio quadruplicem habet naturam, nempe vasa ab extra; Nephesch, Ruach, Neschamah, ab intra; נשמה לנשמה mens mentis ambiens; & אא Arich Anpin ambientis ambiens. Inter quas tertia quæ mens mentis dicitur, Proprio nomine appellatur חיה & hæc provenit à Chochmah, juxta illud: Sapientia vivificat sapientem. Sicut etiam vox חיים æquipollet voci חכם sapiens. Altera autem quæ ambientis ambiens est, vocatur יחידה singularis, ad analogiam א״א Arich, qui quoniam propriè loquendo uxorem non habet ut personæ aliæ propterea vocatur יחיד singularis. Et in homine datur quidem vita interna, nempe Nephesch, Ruach, & Neschamah; ista autem lux non sufficit illuminando corpori materiali: unde

de opus habet Neſchamâ Neſchamæ, quæ dicitur Chaijah extrinſecus ambiens illud. Cum enim Neſchamah, quæ intra corpus eſt, habeat analogiam cum Immah matre; & Neſchamah Neſchamæ extrinſecus ambiens correſpondeat Patri, unde naſcitur analogia אבא ואמה ſeu Patris & Matris, qui nunquam ſeparantur: hinc lux interna Matris, quæ ſemper cupit uniri cum Patre tranſit per corpus materiale, & lumen ſuum ab extra quoque diffundens amplexatur Patrem. Et ſic lux Patris perforando ſubintrat interiora. Et hac ratione corpus conſervatur, quia undiquaque illuminatur. Et ambiens hæc Neſchamah Neſchamæ, quæ vocatur Chaijah non tantum ambit totum hominem in genere, ſed etiam ſingulas ejus partes ambiendo illuminat, juxta ſuos gradus, ita ut illa pars quæ Neſchamah dicitur, illuminetur gradu Chajæ Neſchamico; Ruach gradu ejuſdem Ruchico; & Nepheſch gradu ejuſdem Nepheſchiko. Sed ambiens altera major, quæ Jechidah dicitur, quæque ad notionem Arich accedit, non ambit per partes, & juxta gradus ſed omnia circumdat æqualiter, omnibusque lucem affundit ſub notione Neſchamæ: Eo quod ipſa ſecundum eſſentiam ſuam nullas habeat partes, ſed tota ſit ad inſtar Neſchamæ, unde etiam Jechidah vocatur ſeu ſingularis, quia non niſi unam habet notionem, unâque gaudet æqualitate. Etz Chajim Tract. Ozaroth Chajim Sect. Adam Kadmon.

Hic tamen notandum, gradibus Chajæ & Jechidæ, juxta alios etiam competere attributum interioritatis. Ibid.

Porrò notandum quod in hominem initio quidem veniant omnes gradus ſimul; poſtea tamen unus poſt alterum manifeſtetur ſeorſim: nempe Nepheſch primò, deinde Ruach & ſic porrò. Ibid. Sect. Haakudim.

נשא *Elevatus*, à quibuſdam ad Tiphereth, ab aliis ad Kether, in Sohar ad Binah refertur, quæ eſt ſupra Gebhuram. Pard.

נשיקה *Oſculum*, eſt exſuſcitatio Amoris inter Tiphereth,

 & Mal-

& Malchuth. Inter Chochmah & Binah autem non dantur oscula. Oscula autem sunt adhæsio Spiritus cum spiritu. Pard.

נשמה *Animæ gradus superior, mens.* Hæc vox nudè posita refertur ad Binah, unde emittuntur Animæ. Pard. vid. Soh. Bereschith 33, 129. 37, 147. Lechlecha 57, 227. Vajera 66, 261. Mikkez 111, 443. Vajechi 126, 502. 130, 516. Zav 13, 49. Mischpatim 43. seqq. Trumah 61. s. 71, 280. Vajakhel 92, 368. Achare 31, 122. Kedoschim 40, 157. Behaalothecha 73, 289. Schlachlecha 80, 318. Pinchas 112, 448. Ki teze 134, 135. Vide & supra מלכים. חוטם. דעת. n. 3.

נשר *Aquila*, & facies Aquilæ est Malchuth, juxta omnes, & juxta multa loca Sohar: Sed in Tikk. sæpe hoc nomen refertur ad Tiphereth, ut & in Sohar, Jethro ad Exod. 19, 4. Sed intelligitur Malchuth, quatenus elevata est in Tiphereth, ubi locus ejus Pr. 30, 19. Alibi tamen & Binah vocatur Aquila magna alata; & alæ ejus sex Sephiroth. Pard.

נשר *Decidua.* [connectitur cum מלכות.] Dicitur aliquoties ultima Sephirarum Nescher virentium *decidua*, quia Illa quandoque dives est, omnibusque bonis repleta, dum *justitiam* operatur Iisraël; tunc enim ab universis altitudinibus supernis omnifariam inundationem, immanationem, benedictionem misericordiam, gratiamque in hanc pertrahit, ab universis (inquam) Sephiris, quæ hac superiores existunt. Sed cum à viis Altissimi retrò se transferunt, tunc metrum hoc egenum est, & tenue atque humile veluti hortus aquarum penuria laborans: ita ut quasi folia ipsi decidant, similisque sit arbori cujus *decidunt* fructus, atque tunc miseri etiam passim sunt Iisraëlitæ, & in opprobria conviciaque vergunt. Cum enim à superis commensuratio hæc quicquam devesci, transglutireque nequit, nec aliquid in Iisraël ipsa depromere transfundereque potest: & Nescher tunc vocitatur, quod idem dictione sonat, quod arbor cujus decidunt fructus. Mysterium autem in eo latet, quod Schechinah propriè in Terra locum habeat, juxta illud

illud Jesch. 66, 1. Terra Scabellum pedum meorum. Cum itaque cohabitans gloria influxum accipit à stagnis supernis, tunc vocatur cisterna seu congregatio aquarum: cum autem nullam accipit Benedictionem, Arida vocatur, juxta illud Gen. 1, 10. & vocavit Deus aridam Terram, congregationemq; aquarum appellavit mare. Cum igitur Arida est mensura ista atque egena; tunc egeni, siticulosi atque esurientes existunt Israëlitæ, ab eaque non secus quàm ab arboris trunco cadunt ut folia. Interdum enim dimensio ista opibus profluit, aliquando egens diminutaque jacet, plena quandoque, exhausta nonnunquam. Et huc pertinet etiam illud Deut. 32, 11. Quemadmodum נשר aquila (à pennarum lapsu sic vocata) suum concitat nidum & super pullos volitat. Cumque ad pœnitentiam convertuntur Israëlitæ, tunc Eam in pristinum statum reducunt, renovantque tanquam Aquilam: ut in illam supernæ piscinæ canales redintegrati destillent, quibus undique locupletissimè repleta, denuo vires resumit, juxta illud Ps. 103, 5. qui ad saturitatem ornatui tuo bonum tribuit, renovabitur veluti Aquila pueritia tua. Hanc dimensionem Nescher: i.e. Aquila dictam magna alatarum aquilarum turma concomitatur, quæ Mercavæ seu Vehicula Aquilæ vocitantur. Hæ omnes protegunt Iisraëlitas, extensisque super eosdem alis, à multis malis custodiunt. Et hæc Aquila cum reliquis turmis suis, super Israëlitis in Ægypto ferebatur, eosque ab onere educebat, juxta illud Exod. 19, 4. vos vidistis quid feci in Ægypto, & vos super Aquilarum alas portavi. Et harum turmarum, quæ quadrigæ vocitantur aquilæ, plenitudo & præstantia, plenitudinem & præstantiam Iisraëlis in Lege & mandatis, sicut & earundem diminutio, Iisraëlitarum ab his recessum consequitur. Schaare Orah, sub Adonai. [Sequitur תפילה של יד.]

נתיבות *Semitæ*, triginta duæ; referuntur ad Chochmah, quæ vocantur פליאות quia sunt occultæ & obtectæ. Suntque canales occulti. Ipsa autem Chochmah in Raja Meh. vocatur

ſemita altiſſima omnium, complectens omnes, ad quam referendus ſit locus Ijobh 28, 7. & à qua reliquæ ſemitæ influxum hauriant. Pard. Tr. 23. c. 14.

ס

ס *Samech.*

IN Libro Temunah natura ſpiritualis hujus literæ refertur ad Malchuth, quæ undiquaque clauſa eſt, Pſal. 125, 2. ne ingrediantur Cortices, eamque contaminent, Jeſch. 52, 1. Dominium ejus autem dicitur eſſe ſub hora Veneris. Juxta alium Schechinah hujus literæ nomen habet, quia eſt *vicina* literæ Nun, i.e. gradui Tiphereth, quæ etiam ad Samech ſuam obvertit faciem. Alius eandem refert ad Gedulah, quæ *fulciat* ſuprema & ima. In Sohar S. Trumah refertur ad Binah, quatenus elevatur ſupra liberos & abſconditur intra tres ſummas, nec influxum emittit. Ibi autem augmentum aſſumit, ut fulciat cadentes, quæ ſunt Tiphereth, Jeſod, Malchuth; juxta Pſal. 145, 14. Sed Sect. Breſchith refertur ad Malchuth, *hinc in tota* hiſtoria creationis non occurrit, niſi cum dicitur Gen. 2, 21. ויסגור & clauſit: Tiphereth enim fulcitur à Malchuth & contra; & de ambobus intelligendus eſt locus Pſ. 111, 8. Loca autem iſta ſic conciliari poſſunt, quod duæ Perſonæ ſuffulciuntur per influxum Binah; & illuc uſque elevantur. Pard. Tr. 27. c. 18.

סבא דסבין *Senex inter Senes.* In Tikk. ad Chochmah; in Sohar ad Kether refertur: eſt autem notio rei occultæ; denotatque quod Chochmah occultetur in Kether, ubi fundamentum ſenii. Binah autem vocatur vetula vetularum, quatenus eſt Ipſa occultatur in Kether & Chochmah. Pard.

סבת הסבות *Cauſa Cauſarum,* eſt Kether, Pard. Tr. 23. c. 15. & Tr. 3. ubi exponitur differentia, quæ eſt inter terminos *Cauſa Cauſarum,* & *Cauſa omnium Cauſarum.*

סג

סג vide מלוי. it. אזנים. it. חוטם. it. טנתא. it. מה. it. מצח. it. ניצוצות 9. 11. 12. 13. 14. 16. 18.

סגולה *Peculium; bonum singulare.* In Sohar, Trumah, ad Ps. 135, 4. Malchuth vocatur bonum peculiare gradûs Tiphereth; procul dubio, quia ille in Eam colligit omnem influxum suum. Fortè & propterea sic vocatur, quia per Tiphereth suctionem habet à Sægol, qui sunt tres Patres; vel à Sægolta, quæ sunt tres supremæ. Pard. l. c.

סדר זמנים *Ordo temporum*, sunt Tiphereth, tanquam dies, & Malchuth, tanquam Nox; in quibus comprehenditur omnis temporis natura. Pard.

סוד *Secretum;* ita vocatur justus; quia natura secreti est ad interiora colligi; Justus autem omnem influentiam ad intima sua colligit, & abhinc illa emittitur in Malchuth. Æquipollent autem סוד & יין; vinum, reconditum nempe in botris. Pard. vid. Soh. Beschallach 25, 98. Pinchas 100, 397. 117, 465. Mischpatim 44, 115.

סוכה *Tabernaculum, tugurium.* Hæc vox quandoque refertur ad Malchuth: quandoque resolvitur in כו, qui est numerus Tetragrammati; & הס, qui est numerus אדני; & ambo sunt סוכה 91. denotat igitur hæc vox unionem Tiphereth & Malchuth, juxta hunc literarum nexum יאהדונהי. Et quia in statu hoc unionis subintrant in thalamum & elevantur in Binah, sub mysterio 6. extremitatum in Ipsâ reconditarum, hinc hoc ipsum nomen סוכה quandoque etiam ad Binah refertur. Et in Tikkunim Binah dicitur appellari סוכת שלום Tugurium pacis, quia superintegit gradum, qui שלום Pax dicitur, i. e. Tiphereth. Pard. vid. Soh. Bresch. 33, 129. 43, 172. Æmor 50, 198. 51, 201. Pinchas 119, 475. Tezavveh 81, 324.

סוס *Equus.* Vid. Soh. Bo 19, 74. Æmor 43, 171.

סוף *Finis.* In Tikk. hæc vox refertur ad Justum, quia iste est terminus Systematis Aziluth, quando Malchuth, ob diminutionem

nutionem descendit: quæ extra casum diminutionis idem systema terminat. Pard. vid. Soh. Pinchas 120, 477.

סחרת *Negotiatrix.* Sic vocatur Chochmah; quando manifestatur in Binah; quia per illam quasi venales & in publicum expositæ sunt atque conditæ omnes creaturæ Ps. 104, 24. vel, si à *circumdando* fiat applicatio, quia ambit totum ambitum Binah. Pard.

סיהרא *Luna*, est cognomen Malchuth, quia aliquando plena est, aliquando diminuta. Pard. vid. ירח.

סירכא *Adhæsio, Adhærens, Princeps.* Sic in Raja Meh. appellatur Klippah, quando adhæret Schechinæ; & judicium exposcit ob peccata Israëlitarum: atque tunc illa fit *Domina*, juxta Pr. 30, 23. Conf. Dan. 6, 2. Pard. vid. Soh. Zav. 12, 46. & Pinchas 105, 417.

סל *Canistrum*, est Malchuth, receptaculum totius *Aziluth*, Pard.

סלה *Salah.* In Sohar, Vajikra ad Ps. 32, 5. sic reperimus: סלה *in supernis est locus, ubi Antiquus Sanctus commoratur.* Antiquus Sanctus autem est Chochmah, & locus *ejus Binah*: per Selah ergò denotatur Binah, quatenus unita est cum Chochmah. Pard. l. c.

סליחה *Condonatio, remissio.* R. Moscheh ad Tiphereth, ob misericordiam; Alius ad Coronam refert; quia in die Expiationum fit remissio per Coronam, quæ influit in illum: quam ob causam etiam ad Tiphereth referri posset. *Natura* autem Remissionis in eo consistit; quod peccatum vitiet & offuscet Lucem Sephirarum; cum autem prædominatur, qui remittit, tunc lucem suam restaurat, & illuminat locum illum, cui condonandum. Pard.

סלם *Scala.* In Sohar, Vajeze, 87. sic vocatur Justus; qui consistit in terra, i.e. Malchuth & pertingit usque ad cœlum, i.e. Tiphereth. Sed in Raja Meh. Scala vocatur Tiphereth; quia in eâ ascendit Malchuth, & membra usque ad Infinitum. Sed

res

tes est unâ & eadem, quia corpus & fœdus habentur pro uno. Pard. vid. Soh. Vajikra 7, 27.

סלע *Petra*. Vide Sohar Pinchas 105, 420. Ki teze 136, 541.

סלת *Pollen*, vocatur Malchuth, cum depurata est ab omnibus furfuribus corticum, & ascendere cupit in unionem inter Brachia mundi; atque tunc vocatur mixta oleo bono, Lev. 7, 10. per justum, &c. sic reperimus in Raja Meh. & in Sohar Vajechi ad Gen. 49, 27. Pard.

סמאל *Samaël*, vid. supra p. 417. n. 47. & Soh. Breschith 26, 101. Schophetim 132, 528.

סנדל *Sandalium*, est Sandalphon, qui est sandalium ת״ת Tiphereth, quando Malchuth induta est calceo Metatrone, atque tunc unio non est perfecta, cum quilibet proprio gaudet vestitu. Pard. vid. Soh. Ki Teze 136, 544.

סנהדרי גדולה וקטנה *Synedrium magnum & parvum*. Illud est in Binah & manifestatur in Tiphereth. Nam 70. assessores Synedrii sunt 70. rami Tipheretici, i.e. septem Sephiroth, singulæ constantes è decade; Moses autem qui est in Daath est 71. & tota Universitas constituit numerum 72. Synedrium autem parvum est in Malchuth, quia ibi est לשכת הגזית Conclave cæsum. Quandoque tamen magnum refertur ad Gedulah, & parvum ad Gebhurah. Pard. vid. Soh. Vajikra 9, 33. Schophetim 133, 527.

סעודה *Convivium*, magnum refertur ad Binah, tanquam He magnum; & parvum ad Malchuth, tanquam He parvum. Pard. Soh. Bresch. 9, 38. Toledoth 81, 321. Trumah 68, 272. 275, 297. Vajikra 3, 9.

סער *Turbo, procella, tempestas*, denotat rigorem judicii vehementem; & aliquando pertinet ad interna, & est ex attributis Malchuth; In Ijobh 38, 1. c. 40, 1. aliquando ad externa ut Job. 9, 17. Jon. 1, 11. 13. Pard.

ספירות *Sephiroth, Numerationes*. Vid. Soh. Jethro 37,

 146.

146. Ki Tissa 82, 328. Vide & אבא ואמא it. אק it. אנפים it. אצל it. דעת it. זק it. חור it. כלים it. ל. it. מלכים.

ספירת העומר *Numeratio ab oblatione Manipuli*, Lev. 23, 15. In Tikk. refertur ad Malchuth, quia in ea numerantur septem dies, quæ sunt septem hebdomades, dies 49. Pard. vid. Soh. Æmor 47, 184.

ספר *Liber*. Vide Sohar Vajeze 88, 351. Breschith 29, 114 & 19, 75. De Libro Jezirah ib. Siphra de Zeniutha ibid. Vajechi 119, 473. Beschallach 25, 98. 31, 123. Jethro 34, 134 Trumah 61, 241. Vajakhel 88, 350. s. f. 92. seq. Pekude 111, 441. Naso 64, 253.

ספר החיים *Liber vitæ*: in Tikk. sic nominatur Justus, respectum habens ad Binah: Hæc enim vitam accipit à Chochmah tanquam scaturigine vitæ, & eandem transfundit in Justum; ibi autem manifestatur, tanquam res quædam per scripturam in libro determinata. Pard.

ספר החיים *Liber vitæ*. [Connectitur cum ארץ החיים] Ultima Sephirarum Liber vitæ vocatur, qui cellarium est, in quod ab altiori vita, quæ vita futuri seculi dicitur, per אל חי *Deum vivum*, vita diffunditur. Et ipsa se habet libri instar qui ad scripturam contexitur: sic enim omnes tam vitæ, quam interitus hæc superum in se pictas scriptasque suscipit formas, prout dicitur Deut. 32, 39. Ego interimo & vivifico; & scriptum est; Jes. 4, 3. quicunque adscribitur vitæ in Jerusalem: nam & hæc Jerusalem dicitur, quemadmodum latius *pandunt* ea quæ traduntur in mensura El-Chai. Schaare *Orah* sub Adonai. [Sequitur וזאת.]

ספר תורה *Liber Legis*. Vid. מטנחא n. 6. Sic autem vocatur Tiphereth, dum continet omnia 613. præcepta; nempe 248. affirmativa respectu Gedulah; & 365. negativa respectu Gebhurah: sed Receptaculum ejus est Binah, vid. Sohar ad locum Pr. 18, 10. Et ex hoc receptaculo intimo prodit, & unitur cum uxore, juxta Gen. 2, 24. Pard.

ספר

ספר מלחמות ה׳ *Liber bellorum Domini*, appellatur Hod, quia abhinc prodeunt Bella ex parte Gebhurah. Pard.

ע
ע *Ajin*.

IN Libro Temunah, fundamentũ hujus Literæ refertur ad Jesod; cui applicatur locus Pſ. 33,18. & Deut. 33,28. Et figura ejus repræſentare dicitur literas Nun, Sain, Vav, quaſi, quod Jeſod influxum accipiat à Binah, per Nezach & Tiphereth. Dominium ejus autem dicitur eſſe ſub hora Mercurii, quia ſicut hic ſupra Lunam, ita Jeſod ſupra Malchuth. Et quantum è Sohar colligitur, hæc litera ad Jeſod pertinet; & huc applicatur Pr. 22,9. Jeſch. 3,10. Pr. 10,6. Pard. Tr. 27. c. 19.

עב *Vide* מלוי. טנתא. מה. מצח. ניצוצות. 11. 12. 13. 14. 16. 17. 18.

עב *Nubes, denſitas*, eſt חסד, ſenſu, & numero, & huc refertur locus Ex. 19,9. & Jeſch. 19,1. & huc pertinent עב 72. pontes. Pard.

עבד *Servus*; refertur ad Malchuth, in Soh. Kedoſchim, quia David vocatur ſervus Jeſch. 43,10. In Tikk. autem omnia ad hanc radicem pertinentia, referuntur ad Metatron; cujus reſpectu homo fit ut ſervus. Pard. vid. Soh. Breſchith 43, 172. Chaje Sarah 76, 304. Vajeſchebh. 102, 409. Miſchpatim 43, 169. 47, 188. Vajakhel 91, 361. Zav 13, 49. Kedoſchim 38, 145. Behar 53, 209. 54, 214. ſq. Balak 90, 360. Pinchas 99, 395. Æthchannan 127, 507.

עבודת הלוים *Servitium Levitarum*; In Soh. Pekude, ſic vocatur Binah, ob *Cantica*. Alibi hoc nomen refertur ad Malchuth, quia Levitæ portabant Tabernaculum. Pard.

עגול *Sphæra, circulus*. In Aziluth duæ inveniuntur notiones, Sphæricum & rectilineum. Primò enim omnia Lumina in Vacuum primum emanantia ſunt ſphærica, una ſc. ſphæra intra aliam; e.g. Lux Numerationis Kether ſeu Coronæ erat

Sphæra prima; intra hanc Sphæra secunda, quæ erat Numeratio Chochmah seu Sapientia, atque sic reliquæ usque ad finem Decadis; quæ sunt decem Sephiroth seu Numerationes ה״ה Arich Anpin seu Longanimi. Intra has decem Sphæræ aliæ, quæ sunt decem Sephiroth seu Numerationes ה״ה Abba, seu Patris. Postmodum intra has decem aliæ, quæ sunt Numerationes ה״ה Imma seu Matris, & sic porro, per omnes partes Aziluthicas. Ez Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Adam Kadmon.

Hæc notio Sphærica non consistit nisi ex luce primitus compressa adeoque habet notionem נפש, seu animæ infimæ ibid. Vid. מקום פנוי· מקיף· כלים· ישר· טנתא· חיצון· 1.

עגולה *Circularis*, dicitur Binah, velut Samech, quando est superius; sed quando ut Mater incubat super pullis *quadrata* esse judicatur ut Mem finale. Pard.

עגל *Vitulus* respectum habet ad Gebhurah; & Malchuth ad Gebhurah respiciens, tauri & vitulæ notiones admittit; ut & Virtutes judiciariæ. Pard. vid. Soh. Breschith 37. 145. Ki Tissa 84, 334. 85, 338. & f. 106, sq. Conf. Vajiggasch 114, sqq. Vajera 72, 287.

עד *Usque*; in Sohar Sect. Vajechi, hæc particula refertur ad Malchuth; fortè, quia illuc usque pertingit Aziluth, nec ultra. Sed Sect. Breschith eadem ad Jesod refertur, quia illuc usque pertingit Aziluth masculina. Eadem appellatio & ad Tiphereth refertur, & ad Binah. Pard. & Sohar Pinchas 109, 436. Vaæra 10, 38.

עדה *Conventus*: in Soh. Vajeze sic vocatur Malchuth; quia ibi conveniunt Meridies, Septentrio & Oriens; i. e. Gedulah, Gebhurah, Tiphereth. Et huc refertur locus Ps. 132, 12. ubi vox עדותי habet significationem conventûs. Pard.

עדות *Testimonium*. Hæc vox habet significationem uniendi, conciliandi, combinandi, quasi diceretur דעת *cognitio*. Refertur autem ad Tiphereth & Jesod: Nam Justus est

עדות

עדוי inter Tiphereth & Malchuth; ſicut Tiphereth inter Chochmah & Binah. Pard. vid. Soh. Pekude 99, 396. Achare 15, 140. Bammidbar 57, 228. Vajechi 120. Schophetim 132, 26. ſq.

עדן *Voluptas, Locus Deliciarum:* fundamentaliter pertinet ad Coronam ſummam. Tikk. Sed per accommodationem etiam ad Chochmah & Binah refertur; ſed magis tamen ad Illam. Tikk. ad Gen. 2, 10. ubi & allegatur Pſ. 36, 9. Deſignat autem occultum quid, ad ſenſum Jeſch. 64, 3. Binah autem Eden tantum dicitur, reſpectu fluvii defluentis ab ipſâ, qui eſt Tiphereth. Et in Soh. Vaj. ad Gen. 49, 26. tunc dicitur obtinere nomen Eden, quando omnes Sephiræ in debita ſunt unione; i.e. Sephiris inferioribus non competere nomen hoc, niſi quando inter ſe invicem delectantur, ob influxum capitis. Pard.

In Sch. Orah Nom. 9. poſt יראה, huc pertinent ſequentia;

עדן *Voluptas.* Hoc nomine Lex nonam Sephiram, ab imis aſcendendo, appellat; quaſi diceretur initium emiſſæ cogitationis; & fons per quem à ſuperno diademate manant ac defluunt omnes Sephiroth, & adeò cuncta alia. Nam vox עדן habet ſignificationem ſcaturiginis, unde aliquid promanat, juxta Gen. 2, 10. *Et fluvius exit de Eden ad irrigandum hortum:* unde Sarah Gen. 18, 12. dicebat: *Poſtquam ſenui, erit mihi* עדנה, quia nimirum in ipſa ceſſaverat ſcaturigo ſeminalis. In loco Gen. 2, 10. autem Fluvius prudentiam deſignat; ſapientiam tanquam ſcaturiginem è Corona ſumma bullientem, Eden; hortus, Regnum, quem cæteris intercedentibus ſex irrigat prudentia, prout oſtendit litera Vav, inter duo Hehin Tetragrammati. Sub Malchuth autem eſt Mundus ſeparationis, qui *dividitur in quatuor capita,* quæ ſunt 4. exercitus Schechinæ, diviſi à mundo unitatis, quæ ſunt 4. literæ Tetragrammati in unione. Hic diſquirendum ſuper loco Gen. 2, 8: *Et plantavit Deus hortum in Eden ab Oriente:* Nimirum ſi verum eſt, quod ſubintelligatur Mundus Coronæ, quod eſt myſterium mundi

Cogitationis vel Ideæ, quem nullus unquam vidit oculus; quomodo dicitur, quod ibidem plantatus sit hortus? Ad hæc jam responderunt majores Tr. Brachos c. 5. Dixit R. Jehoschua F. Levi: quid hoc est: *Oculus non vidit?* Jesch. 64, 4. hoc est, Vinum asservatum in uvis à sextiduo creationis. R. Sch. F. L. dixit: est Eden; seu Locus deliciarum, quem nullus unquam vidit oculus. At quomodo Adam incoluit hortum, si hortus iste est Eden? Nimirum diversa sunt Eden, & hortus: unde cum dicitur: *Et plantavit Deus hortum, &c.* Sensus est plantavit radices horti, seu Sephiræ Malchuth, *in Eden*, quod est principium cogitationis, juxta illud: Chochmah in principio, Chochmah in fine; quia omnia unum sunt. Ita igitur se habet plantatio: plantationes He ultimi Tetragrammatici progrediuntur in literam Vav, & inde extenduntur & procedunt *usque* ad He primum: ibi autem suctionem habent à litera Jod; quæ *est* Eden. Unde autem hæc omnia proveniunt? à Kedem; qui est apex literæ Jod. Beatus ille, qui meditationem instituere potest super Kedem, in mysterio plantationis horti, *nempe à* Malchuth usque ad Chochmah; hoc enim est mysterium unionis perfectæ atque veræ Jesch. 60, 21. Sed videtur & ex alio dicto, nimirum Jechesk. 28, 13. probari, quod Eden sit hortus. Verùm enim verò חירם Chiram Rex Tyri dissolverat nexum Sephirarum, & ascenderat in initium Cogitationis vel Ideæ, quæ est Eden, mysterium occultum latens Gen. 36, 31. quasi diceretur illum prodiisse usque ad radices plantationum horti. Hæc autem *plantatio horti in Eden* etiam innuitur Ps. 36, 9. Et nota, quod detur Eden quoque intimior, quæ est Scaturigo Scaturiginis, nempe Kether, infinitæ profunditatis, ita tamen ut omnia perfectè cohæreant & unita sint. Hæc ibi sub finem cap.

עדנה *Voluptas*. Gen. 18, 12. est Malchuth, quando repletur influxu & eudociâ ab Eden superno. Et resolvitur in עדן ה *Oblectatio Domini*. vid. Soh. Chukkath 87, 347. Pard.

עול מלכות שמים *Jugum Regni cœlorum.* Vid. Sohar Zav. 12, 48. Behar 53, 209.

עולה *Aſcenſus, comm. Holocauſtũ*; Sic vocatur Malchuth quatenus cum Tiphereth aſcendit in Binah. Pard. vid. Soh. Pekude 107. ſq. Pinchas 115, 458. Breſchith 21, 82. f. 15, 62. Behar in pr. 52, 208. Pinchas 119, ſeqq. ubi multa. Noach ad Levit. 1, 3.

עולם *Adoleſcens*, in Raj. Meh. refertur ad Malchuth, ut נער, ob miniſterium. Sicut & עלמה quod idem eſt ac נערה puella eadem Malchuth vocatur, quia eſt puella pulchra virgo; cui ſpes eſt ut ducatur à marito poſt Redemtionem. Deinde Jeſod vocatur

עולם הנשמות *Mundus vel Syſtema Animarum*, quia hæc eſt arbor à qua devolant animæ in Schechinam, nempe per unitionem. Tiphereth autem vocatur

עולם הבנין *Syſtema ſtructuræ*, quia continet ſex membra. Pard. vid. Soh. Vaæra 10, 38. Trumah 59, 235. Tezavveh. 80, 319. Naſo 69, 274. Schlachlecha 76, 303. Plerumque tamen עולם habet notionem Syſtematis; unde in Aziluth infinitæ dicuntur eſſe ſpecies עולמות ſeu ſyſtematum. Etz Chajim, Tr. Ozaroth Chajim Sect. Adam Kadmon. Vid. אצל. it. 1. ניצוצות. מצח. מלוי. 3. מות. מה. מב. חלל.

עולם הבא *Syſtema veniens.* Duo ſunt ſecula, hoc præſens; & quod venit, nempe Binah, Jobel. Et hæc dicitur עולם ex ſignificatione occultandi, ob ſex extremitates, quæ in ipsâ occultantur. *Veniens* autem dicitur, quia ſemper venit, & influxus ejus nunquam impeditur: unde non dicitur, *quod venturum eſt*, ſed, *quod venit*. Sed & Malchuth vocatur עולם ſyſtema & compoſitum quoddam, quatenus continet ſeptem lucernas, vel Sephiras. Et propter duo hæc ſyſtemata dicitur מן העולם ועד העולם de ſeculo in ſeculum, ſeu de ſyſtemate in ſyſtema. Et inter duo hæc ſyſtemata applicatur ſyſtema medianum, quæ ſunt ipſa ſex membra, cui tamen non tribuitur

no-

nomen עולם. Malchuth autem vocatur עולם הזה seculum, vel systema hoc; quia non continuum habet influxum, ut systema quod semper venit, sed aliquando influxu caret; & nihil continet, nisi quod coram nobis adest, donec aliquando ulteriorem influentiam accipiat. In Tikkunim autem Olam habba dicitur Tiphereth, quatenus nempe cum Binah connectitur & est fluvius inde promanans. Porrò Binah etiam dicitur

עולם החיים *Systema vitæ*, quia possidet vitam supernam, quæ in Chochmch, eamque demittit. Eadem quoque vocatur

עולם השכל *Systema Intellectus*, quatenus accipit vim intelligendi ab intellectu superno, i.e. Chochmah.

עולם הבא *Seculum veniens*. Prudentiæ metrum seculum veniens nonnunquam vocatur. Et quia Eadem Binah etiam vocatur כפורים *Expiationes*, & continet mysterium *vitæ; hinc* die Expiationum precamur: Adscribe nos in vitam, consigna nos in Libro vitæ, nimirum in ista Sephirâ. Ratio ergò, (quam multi quæsiverunt,) quare ab Anni Exordio usque ad Diem Expiationum sic precemur hæc est, ut digni evadamus qui mundi simus à peccatis, & scribamur in Libro Justorum, ad Mundum Vitæ, qui est seculum veniens; sive vivamus per illum annum, sive moriamur. Et hic est Liber vitæ de quo Jesch. 4,3. In aliis autem precibus oramus, ut per illum annum superstites simus in vita bonâ, nec moriamur; quod & rogamus in reliquis festis & neomeniis. Sed dum oramus: *Memento nostri ad vitam; & scribe nos in libro vitæ;* nimir. *festo* novi anni & expiationum; nihil intendimus aliud, nisi ut numeremur inter cœtus justorum, qui digni sunt vitâ seculi venientis. Et huc pertinet illud, quod dixerunt majores: Tres Libros aperiri die novi anni: unum perfectè Justorum; alterum perfectè impiorum; & tertium eorū qui medio modo se habent. Et quia hæc Sephirah est Systema Vitæ, hinc vocatur seculum veniens; idque propterea, quia inde, sine ullâ intercapedine, venit, &

locu-

locuples erumpit defluxus, omni die, tempore & horâ; juxta Gen. 2,10. ubi vox *exit*, infert continuum fluxum & omni cessatione carentem. Et quamvis hominum delictis benedictionem ejus quandoque revocari statuamus; non eam tamen funditus contrahi censemus, sed guttatim, ne tota mundi ruat structura, & undiquaque irruat desolatio, eam per externos destillare meatus asserimus. Non aliter, ac si canales quidam fissi & confracti sint, ut aqua undiquaque per fissuras dilabatur, ad loca indebita; de quibus Prov. 30, 23. Unde etiam intelligi potest, quare Terra Iisraël omninò; terræ autem Gentium non usque adeò desolatæ sint: cum tamen Terra Iisraëlis fundamentum benedictionum sit & reliquæ Regiones per illam benedictionem accipiant Gen. 28, 14. Ijobh 5, 10. Quia nimirum ob fissuras canalium, aquæ huc illuc extillant, unde terris gentium benedictio est. At cum justis operibus se exornant mundani, summa bonorum largitate lætatur orbis, superna passim & ima plaudit machina, quæ fausta nimir. & sospes existens affatim denique felix evadit. Hæc ibi: & sequitur שופר גדול.

עומק *Profundum sc. Cogitationis.* Commensuratio nona decadis Sephirothicæ ab imis ascendendo ita aliquando dicitur. Ne putes autem, hac voce *humile* aliquid & *depressum* intelligi, sed עמוק denotat rem occultam & tam remotam, quæ attingi nequeat Eccl. 7, 25. hinc etiam dicitur Ps. 130, 1. *De profundis clamavi*, i. e. de profundo cogitationis meæ; vel de profundo Beneplaciti, quæ est litera prima Tetragrammati, quæ etiam dicitur litera cogitationis. Et huc pertinent loca Ps. 92, 6. *Profunda nimis sunt cogitationes tuæ*, & Ijobh 12, 22. Dan. 2, 22. Schaare Orah Tr. 9, post רצון & sequitur מחשבה. In Libro Jezirah autem omnes Sephiroth dicuntur עמקים vid. Pard. Tr. 3. c. 4.

עומר *Manipulus*; sic in Tikk. dicitur Binah, ob significationem colligendi & colligandi; quia Binah in se continet tres primas. Pard.

עונג *Deliciæ*. Vid. Soh. Breschith 34, 133. Pekude 113, 453. Naso 68, 269.

עוף *Avis*. In Tikk. Jesod vocatur *Avis cæli*, quia servit gradui Tiphereth; sicut Metatron dicitur Avis respectu Malchuth, cui servit. Pard. vid. Soh. Bresch. 31, 124. 34, 134. Schemini 18, 69.

עופר *Hinnulus*. Sic vocatur Tiphereth in Soh. Bresch. ad Gen. 2, 22. quatenus suctionem habet à duobus cervis supernis, i. e. Gedulah & Gebhurah, prævalente potestate rigorosa. Unde & Malchuth respectu Tiphereth eodem appellatur nomine. Pard.

עושה פלא *Faciens mirabile*, Ex. 15, 11. est Tiphereth respectum habens ad Kether, cui est nomen פלא, quod est אלף. Pard. è Tikkun.

עז *Robustus, acer*; refertur ad Gebhurah. Soh. Vajechi ad Jud. 14, 14. Tezavveh 80, 317. sq. Beschallach 26, 102.

עז *Robur* est Tiphereth, quatenus continet 70. ramos, & septem Sephiras. Sed עזו Robur ejus, juxta Tikk. est *Binah*, Jesch. 62, 8. ubi per *brachium* intelligitur Gebhurah. Pard. vid. Vajechi 124, 492. Vaæthchannan 126, 501. Vajikra 11, 42. Schemini 18.

עטרה עטרת *Corona, Corolla*; Sic vocatur Malchuth, quando ascendit usque ad Kether; ibi enim existens est Corona super Caput mariti sui; item super Caput justi, it. Corona Libri Legis. Pard. Conf. Soh. Schemini 16, 62.

עי' Est abbr. Vocum עתיק יומין Antiquus dierum.

עיבור *Fœtura*, status imprægnationis seu gestationis in utero seu Embryonis. 1. Vid. אנפין עז׳ר 2. 3. 4. 5. 11. 12. 13. 14. seqq. 19. Ibi §. nempe 19. dicitur quod in אצי sint tres notiones nempe lumina, scintillæ & vasa: quæ omnes sint ingressæ in Uterum Binæ, ut ibi componerentur, & jungerentur atque formarentur per Ibbur seu gestationem in Utero. Jam ergò dicendum de loco ubi collectæ fuerint tres istæ notiones. Hic

locus

locus est triplex: Primò ubi incipit Jesod Binæ supernæ quatenus separata est à Tebhunah. Secundò ubi incipit Jesod Tebhunæ. Tertiò ubi Pedes Binæ Capiti Tebhunæ inseruntur. Quamvis enim Binah & Tebhuna tunc sint Persona una, nihilominus tamen vestigium istorum locorum ibidem semper remanet (vid. רשימו 1.) Illum ergo locum ubi fuerat Jesod Binæ occuparunt lumina: Locum autem insertionis supra dictæ scintillæ: tandem locum Jesod Tebhunæ occuparunt vasa. Et iste est Ibbur Matris. Vid. ניצוצות 25.

2. Tempus autem quo formantur tres istæ notiones non est æquale: Lumina enim non manent in statu Ibbur nisi septē menses. Et tunc formatio eorum consummata est. Scintillæ autem perficiuntur novem Mensibus: & vasa mensibus duodecim. Et sic triplex etiam est Tempus Uteri gestationis in mundo, nempe septimestre, novimestre & Mensium duodecim: sicut & in Gemara occurrit Exemplum mulieris, quæ uterum gestavit duodecim menses.

3. Quamvis autem Lumina non plenè perficiantur nisi absolutis Mensibus septem: perfici tamen incipiunt sub initium Mensis septimi. Primo enim Mense aliquantulum de illis formatur; quod tunc intrat in vasa, & sic porrò. Ita ut mense septimo omnia in vasa ingressa sint. Et ita se res quoque habet cum scintillis, quæ mense nono perfectè subierunt vasa: ubi deinceps relinquuntur usque ad finem mensis duodecimi, ubi & vasorum notio absolvitur. Et tunc nascitur infans, proditque in locum suum debitum.

4. Primis ergo tribus diebus, quod vocatur tempus coalitionis, aliquantulum de luminibus & aliquantulum de scintillis in vasa intrare incipit. Nam lumina hæc scintillæque ac vasa sibi invicem inseruntur, ita ut terna ternis insint: & superinvestiunt נה״י דז״א: Ubi deinde Pater eadem superintegit atque vestit à latere dextro, & Mater à latere sinistro. Unde dimidia eorum pars intra Patrem & dimidia intra Ma-

trem consistit. Pater autem illa omnia Matri tradit triduo hoc coalitionis. Causa enim quare confracta fuerant primitus, hæc saltem fuit, quod separata fuerint & prodierint supra sese invicem, & non ordine linearum. Unde natura restitutionis eorum in eo consistit ut invicem jungerentur donec consisterent ordine linearum, quarum alia aliam illuminat (Vid. תיקון 2.)

5. Jam ergo Chesed & Nezach & dimidia Tiphereth, dimidiumque Jesod, & dimidia Malchuth ad dextram consistebant in Patre, sicut in Matre pars opposita. Primo igitur die יוד קליטה seu coalitionis conjungebantur notiones illæ, quæ in Patre erant; & Chesed coalescebat cum Nezach; & *Jesod* cum Tiphereth, & Malchuth cum Jesod.

6. Die secundo pariter coalescebant notiones *quæ* in Matre erant modo supra dicto. Die tertio autem Coalitio*nis* illæ quæ in Patre erant, coalescebant cum illis, quæ in Matre; ita ut totus Seir Anpin, sub finem diei tertiæ coalitionis esset in Matre.

7. Hæc autem omnia fiebant sub notione vasorum. Et ista vasorum combinatio fiebat per *Coitum* illum quo congrediebantur Pater & Mater. Ubi Pater guttam masculinam largiebatur & Mater fœmininam: per quas septem hæc vasa restituebantur. Quæ restitutio tamen, ut dictum, mense demum duodecimo perficiebatur. Unde, quia septem sunt vasa; quodlibet ex iis quinquaginta dies habet pro perfectione *sua & dimidium*.

8. Lumina autem quæ etiam septem sunt & septem mensibus perficiuntur, singula habent mensem unum. Tres autem menses primi (quod est tempus quo gestatio uteri percipitur) perficiebant tria lumina Chesed & Tiphereth & Jesod. Quoniã Tiphereth & Jesod sunt Linea media adeoque Rachamim seu Benevolentia: unde primò perfectæ sunt cum Chesed, quæ in linea dextra. Nezach autem quamvis esset in linea dextra,

non

non tamen perfecta est primò: quia habet notionem pedum & combinata est cum Hod.

9. Notio autem scintillarum prolixiori opus habet explicatione. Nam 288. scintillæ originem habent ex quatuor nominibus עב/סג/מה/בן. [Et proveniunt à Regibus illis Seiricis. Horum autem fundamentum consistit in tribus prioribus ex illis, Bela & Jobab & Chuscham, qui sunt Daath, & Chesed, & Gebhurah. Et in his reperitur numerus קב 102. Nizuzin, i.e. scintillarum, juxta numerum plenitudinis trium Nominum עב/סג/מה demtis radicalibus Tetragrammaticis, quæ pleniorem benevolentiam involvunt. Tres autem plenitudines sunt Dinin (quoniam מלוי & אלהים numeris æquipollent.) Si ergo ex עב tollantur 26. numerus Tetragrammati, remanent 46. & ex סג 37: & ex מה 19. Omnes tres autem comprehenduntur in Daath, qui est Rex primus appellatus בלע quæ vox numeris efficit קב 102. Iste enim comprehendit omnes: Iste etiam primus accipit Influentiæ קב Cabum seu mensuram, eamque deinde distribuit omnibus, tanquam supremus. Deinde autem per phrasin קב החרובין Cabum Charubin seu siliquarum, etiam denotantur Klippoth, seu Còrtices, qui dicuntur חרבין Mundi vastati. Sed deinde 102. Nezuzin seu scintillæ lucis illos Cortices restituunt & vivificant. Postmodum etiam occurrit allegoria de claudo quodam, pedibus carente, & incedente in קב seu grallis; per quem intelligitur ז״א; cujus pedibus sese annectunt Klippoth, Cortices, qui vocantur Kabha Charubin: & qui ipse quoque incedit in קב seu 102. scintillis illis supernis, (tanquam grallis) ut istos vivificet.]

10. Ex quatuor autem Milluim seu plenitudinibus supra dictis, tres primæ pertinent ad Seir Anpin solum; quoniam per עב denotatur Chesed, per סג Gebhurah; per מה Tiphereth, Nezach, Hod, Jesod. Ultima autem nempe בן pertinet ad Malchuth seu Uxorem ejus.

11. Ex tribus iſtis plenitudinibus Tetragrammaticis 102. ſcintillæ illæ originem habent, quæ intrarunt in illa vaſa. Initio enim in vaſa non intrarunt Nomina ipſa, ſed illorum tantum plenitudines, quæ gradus quidam inferior ſunt.

12. Primò autem intravit plenitudo infima, quæ eſt 19. nempe Nominis מה; non tantùm, quia eſt omnium minima; ſed etiam, quia, primis ſtatim diebus coalitionis, infantulo danda eſt aliqualis vitalitas; & 19. illæ ſcintillæ ſunt notio חי ſeu viventis; cujus numerus eſt 18, & addita notione Totius, 19. Et ex paucioribus ſcintillis non potuiſſet habere vitam.

13. Diſtributæ autem ſunt juxta triduum illud, ita ut prima die Coalitionis intrarent ſcintillæ ſex. Tum enim coaleſcebant portiones medietatis illius, quæ in Patre erat, ad dextram: & tunc ſuperveniebant ſex ſcintillæ vitalitatis, *quia* notio ו ſeu nota ſenarii eſt ad inſtar lineæ; & jam formanda erat linea dextra. Die ſecunda coaleſcebant portiones medietatis ſiniſtræ, quæ in Matre erat: & tunc ſuperveniebant ſex ſcintillæ aliæ vitales, ad promovendam illam conjunctionem; & exinde fiebat linea ſiniſtra, quæ etiam figuram habet *literæ* ו. Die tertia coaleſcebant ambæ medietates, & quia lineæ mediæ medietates jam demum conjungebantur, hinc ſuperveniebant ſex ſcintillæ aliæ pro lineâ mediâ. Hoc igitur triduo *Coalitionis* omnes plenè tranſibant in Matrem, & copulabantur ſub myſterio trium linearum, & ingreſſæ erant 19. *Nizuzin* vitales, quæ ſunt millui Nominis מה, quod eſt vita *ipſius Seir.* Tria autem illa Vavin ſunt notio trium Alephin, quæ *ſunt* in plenitudine Nominis מה.

14. Sicut autem jam dictum, quod ſcintillæ perfectionem accipiant peractis 9. menſibus, ita ſi cuilibet menſi tribuas dies triginta, numerus dierum erit ריו 270. & infans naſcetur die 271. qui numerus continetur in voce הריון conceptus. Quod ita intelligendum, quod triduò Coalitionis introeant 18. illæ ſcintillæ: reliqui autem dies 270. ſint dies Conceptûs; quibus

bus perficiantur 270. scintillæ, singulis diebus una; unde prodeunt רפח 288. Nizuzin sæpè memoratæ. Dies autem illi 270. computantur præter triduum coalitionis: unde in Gemara dicitur; Fœmina non parit nisi die 271. vel 272. vel 273.

15. Porrò dixerunt Nostrates: die quadragesima perfici figuram infantis: Quod hîc ita se habet: Postquam ingressæ sunt 19. scintillæ Nominis Mah, quæ est notio Viræ Seir; deinde superveniunt 37. scintillæ plenitudinis סג quæ ad Matrem pertinet; quibus si annumeres triduum Coalitionis, prodeunt dies 40. qui sunt figuræ humanæ.

16. Si autem 37. & 19. addas, prodeunt 56. qui numerus continetur in vocibus אל יהוה. Jam verò notum est, quod men יהוה sit in Seir Anpin. Item receptum est, combinationem illorum duorum nominum אל יהוה referri ad Systema Jezirah, quod à formatione nomen habet.

17. Deinde venit tempus trimestre, quo dignoscitur fœmina esse prægnans. Nunc enim superveniunt etiam 46. scintillæ Nominis עב & totidem dies alii; ita ut numerus dierum formationis, cum hoc, jam exurgat in 86. quo tempore nunc ingressæ sunt omnes tres plenitudines Nominum עב סג מה; ita ut nunc imprægnatio perfectè dignosci queat. Nec refert, quod menses hi tres non sunt completi; tempus hoc enim non adeo strictum est: adde quod menses etiam defectivi intelligi queant.

18. Quod autem supra dictum est de numero קב 102. Scintillarum, id porrò sic explicatur quod numerus קב, alius sit bonus & purus, qui oritur ex tribus plenitudinibus ipsis ut supra: & hæc est notio Panim seu anterioris: alius verò non ita purus, qui dictus est קב חרובין ut supra, qui refertur ad statum quo mortui fuerunt & destructi Reges: & iste oritur ex notione Achurajim seu posteriorum quibus adhærent Klippoth seu cortices. Et ista est notio quatuor Achurajim, quæ sunt in quatuor nominibus עב/סג/מה/בן ubi in tribus prioribus semper

per ſunt literæ 26. in ultimo autem 24. unde oriuntur קב 10 literæ.

19. Et Reges iſti qui ſic relicti ſunt infra, non cibantur niſi per קב ſupra dictum, nempe à plenitudine & non à Nomine ipſo. Et propterea Seir vocatur קוטע truncatus & grallis incedens, quia ex ſupra dictis plenitudinibus truncatæ ſunt literæ eſſentiales & adſcenderunt; relictis tantum plenitudinibus, quæ ſunt קב.

20. Porrò notandum, Tempore Ibbur Dari etiam notionem Cerebrorum in זא, quæ ſunt tres primæ Sephiroth. Sed iſtæ ſunt notiones nominum אלהים. Quia igitur diſponi debent 4. Vaſa Cerebrorum tempore 12. Menſium, hinc ſpatio trimeſtri perficitur vas unum pro cerebro uno. *Et* vas illud Cerebri eſt de notione אלהים cujus numerus eſt *86. ſecundum* numerum illum trimeſtri ſpatio proximum (num. *17.*) tunc enim perficitur Cerebrum unum nominis אלהים, unde duodecim Menſium ſpatio prægnationis, perficiuntur Cerebra 4. idque tantum ſub notione Vaſorum quorum *Tempus* eſt 12. Menſium. Quod autem ad ſcintillas eorum attinet quarum tempus eſt novimeſtre, ibi aliter ſe res habet. Notum enim eſt, quod Cerebra ſenſu ſpeciali quidem ſint 4. ſenſu autem generaliori tria tantùm, nempe Chochmah, Binah & *Daath* זו Seir: Daath autem comprehendit Chaſadim & Gebhuroth. Hinc Cerebrum unum quoad notionem *ſcintillarum* perficitur tribus Menſibus, & omnium perfectio *contingit* Menſe nono, quod eſt tempus fœturæ ſcintillarum. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Oroth Nizuzoth & Kelim.

21. Duplex eſt Ibbur. Primò cum זין eſſet in ſtatu junctarum ternarum quem ſtatum ſequitur Jenikah: Secundò *Ibbur* Cerebrorum formandorum causâ, quod vocatur tempus adoleſcendi. Et iſta quidem omnia reſpectu partium externarum זין. Quo accedit notio alia triplicis temporis ſimilis, *duorum*que Ibburim ratione partium internarum. Ut adeo ſint

Ibbu-

Ibburim quatuor & tempora seu ætates sex ib. Tractat. Ha Ibbur.

22. Ratione partium externarum ergo duo sunt Ibburim; alter duodecim Mensium, & alter novem. Ratione internarum autem duo itidem; alter novem Mensium & alter septem. Status ergo Ibbur primi concernit ipsum אא & ejus נהי; quia in eo non fit mentio Sephiræ Malchuth, sed illius Jesod Androgynon est ad instar Palmæ, juxta illud: justus ut palma virebit. Ps. 92, 16. Et illa נהי elevata sunt in illius חגת quo loco consistunt אוא, (ita ut Pater superinvestiat Chesed & medietatem Tipherethicam dextram; & Mater superintegat Gebhuram, & medietatem Tipherethicam sinistram.) Nezach enim דז Arich ascendit in ejusdem Chesed, (ubi Pater) & Hod in ejusdem Gebhuram (ubi Mater.) Jesod autem in Tiphereth, (ubi Daath, quæ est utriusque Jesod, pro medietate hinc; & pro medietate illinc.) Cùm itaque נהי דא Arich sic superintegerentur à Patre & Matre, (quæ sunt duæ personæ, Masculus & fœmina;) tunc quasi conceptus fiebat in Jesod Arich Androgyno per se: & hinc producebantur partes externæ sex extremitatum ז Seir & quidem in illo statu, ubi una trias continebatur in altera.

23. Rationes ergo, quare huic Ibbur tribuantur duodecim menses, sunt hæ: quia זא primo habebat sex extremitates separatas; utq; hæ jungerentur נהי דא אא adscendebat in ejusdē חגת ubi Trias una innectebatur alteri, quæ sunt sex: unde deinceps etiam in זא una Trias includebatur alteri, quæ iterum sunt sex, & omnia duodecim. Item quia copula illa maritalis quidem fiebat in אא; sed ex eo, quod vestiretur à patre & matre: Horum autem copula maritalis originē habet ab influentia octava barbæ אא; (Pater enim fugit ab octava, & mater refertur ad decimam tertiam influentiam,) Influentia autem octava continet tria nomina Plenitudinis Jodatæ; ubi 12. Jodin: quorum respectu (ut nempe ab illis 12. Jodin acciperent

influentiam,) commorandum ipsis erat in statu Ibbur 12. menses. Et huc etiam pertinet, quod in Sohar dicitur Par. Breschith fol. 35. col. 2. plantæ erant sicut cornua locustarum, cumque plantarentur, morandum ipsis erat 12. menses & deinde nascebantur וגו׳.

24. Deinde sequebatur status Jenikah: ubi quidem propriè non est Ibbur: alio tamen respectu etiam huic statui Ibbur competit. Suctio enim est ex uberibus, quorum mysterium latet in nomine שדי 314. qui numerus compositus est ex 26. (qui est numerus Tetragrammati, cujus locus Tiphereth) & ע״ב 72. (qui numerus pertinet ad Chesed) item רי״ו 216. (quæ sunt ter 72. & est in voce גבורה: חג״ת a. est locus uberum.) Jam ergo si conjungas numeros ע״ב & רי״ו habebis literas עיבור. Hæc autem Jenikah durat, usque dum esset annorum novem & unius diei.

25. Ubi deinde sequitur tempus גדלות in quo occurrit Ibbur cerebrorum, qui provenit ex copula Patris & Matris, ut dentur cerebra ז״א Seir & uxori ejus. Et hujus duratio est 9. mensium: Jam enim in ipso erant sex extremitates, ad quas accedunt 3. cerebra, quæ sunt novem. Item, quia Copula maritalis Patris & Matris provenit è virtute Influentiæ octavæ Barbæ Arich Anpin, in qua sunt tres Havajoth Joddatæ, in quibus novem Vâvin, à quibus derivatur influxus, hinc mysterium novem mensium hujus Ibbur.

26. Præterlapsis igitur mensibus novem & die *una*, Seir Anpin accipit cerebra illa. Completis autem 13. annis & die una, Idem dicitur Gadol puber, & vocatur אדם homo perfectus. Primò enim habet 6. extremitates; deinde accipit 4. cerebra, nempe Chochmah, Binah, & in Daath Generalitas Chasadim & Gebhuroth: quæ primò ipsum ambiunt, antequam subeant interiora ejus. Deinde autem vestiuntur à נה״י Tebhunæ prioribus, ingrediunturq; in interiora ejus; & non dicuntur esse, nisi tria; quia Chasadim & Gebhuroth vestiuntur à Jesod,

Binæ, quod unicum tantùm eſt Vas, fiuntque cerebrum unum, quod vocatur Daath. Unde è 6. extremitatibus, & 4. ambientibus, & 3. cerebris internis oritur numerus 13.

27. Jam igitur de Partibus internis Seir: ubi Ibbur primus conſiſtit in Notione Internorum ipſius Arich Anpin; citra notionem inveſtiendi Patris & Matris. Et tempus ejus eſt 9. menſium. Jam enim non ſufficiebat, ut נה״י interna ד״א Arich inſererentur in ejuſdem חג״ת, ut dictum de Ibbur primo Externorum: ſed & חג״ת ejuſdem aſcendebant, & inſerebantur in חב״ד ipſius: ita ut 9. Sephiræ ד״א Arich incluſæ eſſent in tribus. Et ex hoc congreſſu fiebat Ibbur 9. menſium. Atque tunc fiebant 6. Extremitates internæ ד״ז Seir Anpin. Et ab his internis proveniunt omnes Animæ.

28. Sequitur Ibbur 2. Cerebrorum, quoad Interna, qui eſt 7. menſium. Iſte Ibbur enim occultus & ſublimis eſt admodum, & conſiſtit in eo, quod 7. inferiores ד״ע Attik Jomin inveſtiantur intra 7. formationes Cranii ד״א Arich; unde ſeptimeſtris dicitur. Et in 7. his inferioribus attingi nequit medietas ſuperna Cheſedica; ſed à medietate inferiore incipitur: unde dixerunt ſapientes noſtri b.m. omnem partum ſeptimeſtrem eſſe defectivum etiam ſeptem menſibus plenè exactis. Et ſic multi Juſti & Pii nati ſunt cum defectibus menſe ſeptimo, ut Moſcheh, Schmuel, Perez & Serah, & ſimiles, qui omnes provenerunt à 7. iſtis formationibus Cranii ד״א Arich. ibid. Vid. נוקבת 8. vid. Sohar Vajiggaſch 115, 456.

עילת העילות *Cauſa Cauſarum*, ſeu Principium principiorum. Vid. נקודים §. 16. נוקבת.

עין *Oculus*, eſt compages aliquot Sephirarum. Nempe Palpebræ ſunt Nezach & Hod; Ipſe autem oculus, & tres colores ejus, Gedulah, Gebhurah, Tiphereth; pupilla autem eſt Malchuth. Pupilla autem magna, Binah, Lux Pupillæ eſt Jod è Chochmah per Coronam accedens. Malchuth tamen cum pupilla dicitur, id fit reſpectu dextræ; i.e. Gedulah. In Sohar

Miſchpatim, oculi flammantes referuntur ad Gebhurah. Alibi in Sohar oculi referuntur ad Nezach, Hod. Supra hæc omnia autem unus eſt oculus palpebris carens, quia nunquam clauditur, nempe *Corona*; quæ in Idra dicitur אשגחותא דכלא Providentia omnium: hinc dilectio emittitur in omnes oculos inferiores. Pard. vid. Soh. Toledoth 84, 333. Vajechi 128, 509. Pekude 100, 398. 101, 403. Naſo 66, 258. 269. Debh. 122, 486. ſ. Balak 97, 374. Kedoſchim 38, 152. Heæſinu 143, 569. Vaæra 10.

עינים *Oculi*. 1. In Adam Kadmon inter cætera etiam hi locum habent, de quarum luce vid. נקודים 8. 9. quæ cum prodiret ab extra diffundebatur uſque ad finem pedum Adam Kadmon. Quicquid autem ab oculis evibratur uſque ad foveam pectoris, id omne abſorbetur luce illâ, quæ prius *jam ibidem* fulgebat: unde non fit mentio niſi illius tantum lucis, quæ *ſub* fovea hac uſque ad pedes Adam Kadmon reſplendet, & hæc vocatur nomine Nekudim ſeu punctorum, quoniam illa nunc ſola ibi perſtitit. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim, Tract. Olam Hannekud. Vid. אך. דבקות. טנתא. מצח.

עיר *Civitas*: ſuperna eſt Binah, Jeruſchalaim ſuperior: inferior, nempe civitas David, Jeruſchalaim inferior eſt Malchuth. Pard.

עם הארץ *Plebejus*. Vid. Soh. Breſch. 34, 136. Miſchpatim 53, 209.

עמודי האש והענן *Columna Nubis & Ignis*; referuntur ad Malchuth; cum enim ſuctionem habet à Cheſed, claſſe diei, Nubis; cum à Gebhurâ claſſe noctis, Ignis columna dicitur. Pard.

עמר נקי *Lana pura*, vocatur Cheſed, ob albedinem. Pard.

ענבים *Uvæ*: Sunt ſex extremitates, ſex Sephiroth; in quibus eſt vinum, quod aſſervatum dicitur à ſextiduo creationis; hi enim ſunt ſex dies. Dantur autem uvæ albæ, rubræ, & nigræ: & cum ſuctionem habent à Cheſed, albæ; cum à Gebhurâ

râ rubræ; vel si acriùs, nigræ vocantur. At in Sohar, Naso, uvæ referuntur ad Malchuth; procul dubio, quatenus in ea sex illæ extremitates, à quibus in ipsam demittitur vinum supernum. Pard. vid. Soh. Trumah 64. Naso 61.

ענג *Deliciæ, Voluptas.* In Tikk. dicitur coalitio trium Sabbathorum, nempe Binah, Tiphereth, & Malchuth. Vox ipsa enim resolvitur in voces עדן נהר גן, quarum prima ad Binah, in qua includuntur Chochmah & Kether; altera ad Tiphereth; & tertia ad Malchuth referuntur. Sed in Sohar Æmor ad Psal. 37, 4. ענג refertur ad Binah, procul dubio, quatenus in illâ occultantur Tiphereth & Malchuth. Pard.

ענוה *Humilitas*, refertur ad Tiphereth sub notione Daath, quæ est gradus Moscheh Num. 12, 3. Pard. Soh. Naso 69.

עני *Egenus* & עניה *egena* sunt Jesod & Malchuth. Hæc enim nihil habet, nisi quod à Tiphereth accipit, ut Luna, nihil, nisi quod à Sole. Et sic quoque Jesod. Pard. vide Sohar Vajischlach 96, 384. Breschith 9, 35. 21. Vajechi 127. Jethro 39. Vajikra 3. Zav 15. Beschallach 27. Æmor 50. Bechükkothai 55. Balak 90. Pinchas 103, 110. Ekeb 131, 491. 133, 135. Behaalothecha 73, 290.

ענן *Nubes*, vide עמודי, & Soh. Æmor 49. Pinchas 115.

ענף *Ramus*, refertur ad Tiphereth, Pard.

עפר *Pulvis*, est Malchuth, cui inter Elementa *Terra* tribuitur: eodem enim modo & fructus fert. Soh. Beschallach. Sed Sect. Naso, & Balak ad Num. 23, 10. עפר vocantur Potestates Judicii, quæ in Malchuth, tanquam notio ejus infima. Pard. vid. Soh. Chaje Sarah 75. Mischpatim 47. Zav. 15.

עפרת *Plumbum.* In doctrina de rebus naturalibus refersertur ad sapientiam; magnus enim hic latet sapientiæ thesaurus. Et huc refertur locus Prov. 3, 19. *Dominus in sapientia fundavit terram:* terram, inquam, de qua Ijob 28, 6. *Cui sunt pulveres auri.* Ubi notetur vox עפרות. Hoc plumbum mystico nomine vocatur כל omne, quia in eo latet systema totius

 uni-

universitatis. Nam figura ejus infra habet circulum, signum universæ perfectionis, & supra eundem quatuor dalethin, quorum anguli in unum punctum coëunt, ut scias, hic latere omnem quaternitatem, & quaternitatis quaternitates, sive elementa concipias, sive cortices, sive literas, sive mundos. Et nempe in hoc plumbo Sapientum quatuor latent *elementa*, nempe, *ignis*, seu sulphur Philosophorum; *aër* separator aquarum; *aqua* sicca; & *terra* salis mirandi. Quatuor in eo etiam latent *cortices* Jechesk. 1, 4. descripti, nam in præparatione ejus occurret tibi ventus turbinis & nubes magna, & ignis vorticosus, donec tandem proveniat splendor desideratus. *Tetragrammati* etiam sephira naturalis & metallum ejus hic tibi occurrit, & quatuor *mundos* in ipso labore naturaliter peragrabis, quando, *post factionem* & *formationem* sat laboriosam, tibi apparebit *creatio* illa mirabilis, post quam *emanationem* habebis luminis naturalis desiderati. Et nota quod vox כל cujus numerus est 50. quindecies multiplicata, juxta numerum nominis sancti in sapientiæ Sephira characteristici, producat numerum vocis עפרת nempe 750. Camea quoque istius metalli æquè admiranda est, in qua numerus 15. nominis יה in quadrato novem arearum, quia in nona versamur sephirâ, per omnes columnas verticales horizontales & diagonias sese offert hoc modo:

ד	ט	ב
ג	ה	ז
ח	א	ו

Planeta huc refertur Schabthai à quiete denominatus: quia in hoc principio quies tibi offertur desideratissima. Et si computaveris has voces להב שבתאי i. e. mucro vel acies Saturni, orietur numerus nominis עפרת seu plumbi. Æsch mezareph c. 6.

עפתה *Obscuritas*, Ijob 10, 22. refertur ad Malchuth, quatenus est sub Gebhurâ. Pard.

עץ *Arbor.* Hoc nomen ſimpliciter poſitum refertur ad Tiphereth: quia homo eſt arbor. Idem tamen gradus aliquando vocatur

עץ החיים *Arbor vitæ*, quia vitam aſſugit à Chochmah & Binah. Raja Meh. & Tikk. & de eo dicitur, quod extendatur per 500. itinera diurna, quæ ſunt 5. Sephiroth, quæ ſingulæ è decade, & decadis decade conſtant. Vid. Soh. Breſch. 34. Trumah 71. Vajikra, 11. Æmor 52. Behaalothecha 73. Schlachlecha 75. Balak 94. Pinchas 100, & 118. Jeſod autem dicitur

עץ נחמד *Arbor deſiderabilis* Gen. 3, 6. quia in ipſo eſt pulchritudo aſpectus: quam ob cauſam etiam Tiphereth denominationem habet à פאר ornatu. Hæc ergo appellatio נחמד tum demum ipſis tribuitur, quando in ipſis deprehenduntur, & manifeſtantur colores Sephirarum. Sed

עץ פרי *Arbor fructifera*, vocatur Malchuth, quia ab illa proferuntur animæ è ſupernis emanantes. Sohar, Vajechi. Porro datur

עץ הדעת טוב ורע. *Arbor cognitionis boni & mali.* Et ſic R. Schimeon b. J. aliquando vocitat gradum Malchuth: quia ſub illa datur bonum & malum. Eadem autem *cognitionis arbor* propterea dicitur, quatenus unitur cum Daath ſuperna. Bonum autē quod ſub ea eſſe dicitur, eſt Metatron; & malum, Samael. Tikk. Eandem ob cauſam etiam Briah quandoque vocatur *Arbor cognitionis boni & mali.* Sed Malchuth etiam propterea hoc nomine vocatur, quia ſuctionem habet à profunditate boni, quæ eſt Gedulah; & profunditate mali, quæ eſt Gebhura. Sohar, Breſchith. Tandem etiam differentia eſt inter

עץ שתול *Arborem plantatam* vel *conſitam ut transportari queat*, &

עץ נטוע *Arborem plantatam ad ſtabilem ſtatū.* Illo nomine vocatur Metatron, quia aliquando evellitur & ſeparatur à ſanctitate, cum ſcilicet è ſupernis nullam habet lucem, aliquando autem in ſtatu ſuo perſtat, quando unitus eſt cum Schechinah.

Sed

per sunt literæ 26. in ultimo autem 24. unde oriuntur קב 102. literæ.

19. Et Reges isti qui sic relicti sunt infra, non cibantur, nisi per קב supra dictum, nempe à plenitudine & non à Nomine ipso. Et propterea Seir vocatur קוטע truncatus & grallis incedens, quia ex supra dictis plenitudinibus truncatæ sunt literæ essentiales & adscenderunt; relictis tantum plenitudinibus, quæ sunt קב.

20. Porrò notandum, Tempore Ibbur Dari etiam notionem Cerebrorum in זא, quæ sunt tres primæ Sephiroth. Sed istæ sunt notiones nominum אלהים. Quia igitur disponi debent 4. Vasa Cerebrorum tempore 12. Mensium, hinc spatio trimestri perficitur vas unum pro cerebro uno. Et vas illud Cerebri est de notione אלהים cujus numerus est *86. secundum* numerum illum trimestri spatio proximum (num. 17.) tunc enim perficitur Cerebrum unum nominis אלהים, unde duodecim Mensium spatio prægnationis, perficiuntur Cerebra 4. idque tantum sub notione Vasorum quorum Tempus est 12. Mensium. Quod autem ad scintillas eorum attinet quarum tempus est novimestre, ibi aliter se res habet. Notum enim est, quod Cerebra sensu speciali quidem sint 4. sensu autem generaliori tria tantùm, nempe Chochmah, Binah & Daath זא Seir: Daath autem comprehendit Chasadim & Gebhuroth. Hinc Cerebrum unum quoad notionem scintillarum perficitur tribus Mensibus, & omnium perfectio contingit Mense nono, quod est tempus fœturæ scintillarum. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Oroth Nizuzoth & Kelim.

21. Duplex est Ibbur. Primò cum זון esset in statu junctarum ternarum quem statum sequitur Jenikah: Secundò Ibbur Cerebrorum formandorum causâ, quod vocatur tempus adolescendi. Et ista quidem omnia respectu partium externarum זון. Quo accedit notio alia triplicis temporis similis, duorumque Ibburim ratione partium internarum. Ut adeo sint

Ibbu-

Ibburim quatuor & tempora ſeu ætates ſex ib. Tractat. Ha Ibbur.

22. Ratione partium externarum ergo duo ſunt Ibburim; alter duodecim Menſium, & alter novem. Ratione internarum autem duo itidem; alter novem Menſium & alter ſeptem. Status ergo Ibbur primi concernit ipſum אא & ejus נה״י; quia in eo non fit mentio Sephiræ Malchuth, ſed illius Jeſod Androgynon eſt ad inſtar Palmæ, juxta illud: juſtus ut palma virebit. Pſ.92, 16. Et illa נה״י elevata ſunt in illius חגת quo loco conſiſtunt אוא, (ita ut Pater ſuperinveſtiat Cheſed & medietatem Tipherethicam dextram; & Mater ſuperintegat Gebhuram, & medietatem Tipherethicam ſiniſtram.) Nezach enim דא Arich aſcendit in ejuſdem Cheſed, (ubi Pater) & Hod in ejuſdem Gebhuram (ubi Mater.) Jeſod autem in Tiphereth, (ubi Daath, quæ eſt utriusque Jeſod, pro medietate hinc; & pro medietate illinc.) Cùm itaque נה״י דא Arich ſic ſuperintegentur à Patre & Matre, (quæ ſunt duæ perſonæ, Maſculus & fœmina;) tunc quaſi conceptus fiebat in Jeſod Arich Androgyno per ſe: & hinc producebantur partes externæ ſex extremitatum ד Seir & quidem in illo ſtatu, ubi una trias continebatur in altera.

23. Rationes ergo, quare huic Ibbur tribuantur duodecim menſes, ſunt hæ: quia ז״א primo habebat ſex extremitates ſeparatas; utq; hæ jungerentur נה״י דא אא adſcendebat in ejuſdẽ חגת ubi Trias una innectebatur alteri, quæ ſunt ſex: unde deinceps etiam in ז״א una Trias includebatur alteri, quæ iterum ſunt ſex, & omnia duodecim. Item quia copula illa maritalis quidem fiebat in אוא; ſed ex eo, quod veſtiretur à patre & matre: Horum autem copula maritalis originẽ habet ab influentia octava barbæ אא; (Pater enim ſugit ab octava, & mater refertur ad decimam tertiam influentiam,) Influentia autem octava continet tria nomina Plenitudinis Jodatæ; ubi 12. Jodin: quorum reſpectu (ut nempe ab illis 12. Jodin acciperent

influentiam,) commorandum ipsis erat in statu Ibbur 12. menses. Et huc etiam pertinet, quod in Sohar dicitur Par. Breschith fol. 35. col. 2. plantæ erant sicut cornua locustarum, cumque plantarentur, morandum ipsis erat 12. menses & deinde nascebantur ע״ש.

24. Deinde sequebatur status Jenikah: ubi quidem propriè non est Ibbur: alio tamen respectu etiam huic statui Ibbur competit. Suctio enim est ex uberibus, quorum mysterium latet in nomine שדי 314. qui numerus compositus est ex 26. (qui est numerus Tetragrammati, cujus locus Tiphereth) & עב 72. (qui numerus pertinet ad Chesed) item ריו 216. (quæ sunt ter 72. & est in voce גבורה: חגת a. est locus uberum.) Jam ergo si conjungas numeros עב & ריו habebis literas עיבור. Hæc autem Jenikah durat, usque dum esset annorum novem & unius diei.

25. Ubi deinde sequitur tempus גדלות in quo occurrit Ibbur cerebrorum, qui provenit ex copula Patris & Matris, ut dentur cerebra ז״א Seir & uxori ejus. Et hujus duratio est 9. mensium: Jam enim in ipso erant sex extremitates, ad quas accedunt 3. cerebra, quæ sunt novem. Item, quia Copula maritalis Patris & Matris provenit è virtute Influentiæ octavæ Barbæ Arich Anpin, in qua sunt tres Havajoth Joddatæ, in quibus novem Vavin, à quibus derivatur influxus, hinc mysterium novem mensium hujus Ibbur.

26. Præterlapsis igitur mensibus novem & die una, Seir Anpin accipit cerebra illa. Completis autem 13. annis & die una, Idem dicitur Gadol puber, & vocatur איש homo perfectus. Primò enim habet 6. extremitates; deinde accipit 4. cerebra, nempe Chochmah, Binah, & in Daath Generalitas Chasadim & Gebhuroth: quæ primò ipsum ambiunt, antequam subeant interiora ejus. Deinde autem vestiuntur à נה״י Tebhunæ prioribus, ingrediunturq; in interiora ejus; & non dicuntur esse, nisi tria; quia Chasadim & Gebhuroth vestiuntur à Jesod, Binæ,

Binæ, quod unicum tantùm eſt Vas, fiuntque cerebrum unum, quod vocatur Daath. Unde è 6. extremitatibus, & 4. ambientibus, & 3. cerebris internis oritur numerus 13.

27. Jam igitur de Partibus internis Seir: ubi Ibbur primus conſiſtit in Notione Internorum ipſius Arich Anpin; citra notionem inveſtiendi Patris & Matris. Et tempus ejus eſt 9. menſium. Jam enim non ſufficiebat, ut נה״י interna ד״א Arich inſererentur in ejuſdem חג״ת, ut dictum de Ibbur primo Externorum: ſed & חג״ת ejuſdem aſcendebant, & inſerebantur in חב״ד ipſius: ita ut 9. Sephiræ ד״א Arich incluſæ eſſent in tribus. Et ex hoc congreſſu fiebat Ibbur 9. menſium. Atque tunc fiebant 6. Extremitates internæ ד״א Seir Anpin. Et ab his internis proveniunt omnes Animæ.

28. Sequitur Ibbur 2. Cerebrorum, quoad Interna, qui eſt 7. menſium. Iſte Ibbur enim occultus & ſublimis eſt admodum, & conſiſtit in eo, quod 7. inferiores ד״א Attik Jomin inveſtiantur intra 7. formationes Cranii ד״א Arich; unde ſeptimeſtris dicitur. Et in 7. his inferioribus attingi nequit medietas ſuperna Cheſedica; ſed à medietate inferiore incipitur: unde dixerunt ſapientes noſtri b.m. omnem partum ſeptimeſtrem eſſe defectivum etiam ſeptem menſibus plenè exactis. Et ſic multi Juſti & Pii nati ſunt cum defectibus menſe ſeptimo, ut Moſcheh, Schmuel, Perez & Serah, & ſimiles, qui omnes provenerunt à 7. iſtis formationibus Cranii ד״א Arich. ibid. Vid. נוקבה 8. vid. Sohar Vajiggaſch 115, 456.

עילת העילות *Cauſa Cauſarum*, ſeu Principium principiorum. Vid. נקודים §. 16. נוקבה.

עין *Oculus*, eſt compages aliquot Sephirarum. Nempe Palpebræ ſunt Nezach & Hod; Ipſe autem oculus, & tres colores ejus, Gedulah, Gebhurah, Tiphereth; pupilla autem eſt Malchuth. Pupilla autem magna, Binah, Lux Pupillæ eſt Jod è Chochmah per Coronam accedens. Malchuth tamen cum pupilla dicitur, id fit reſpectu dextræ; i.e. Gedulah. In Sohar

Mischpatim, oculi flammantes referuntur ad Gebhurah. Alibi in Sohar oculi referuntur ad Nezach, Hod. Supra hæc omnia autem unus est oculus palpebris carens, quia nunquam clauditur, nempe *Corona*; quæ in Idra dicitur אשגחותא דכלא Providentia omnium: hinc dilectio emittitur in omnes oculos inferiores. Pard. vid. Soh. Toledoth 84, 333. Vajechi 128, 509. Pekude 100, 398. 101, 403. Naso 66, 258. 269. Debh. 122, 486. f. Balak 97, 374. Kedoschim 38, 152. Heæsinu 143, 569. Vaæra 10.

עינים *Oculi*. 1. In Adam Kadmon inter cætera etiam hi locum habent, de quarum luce vid. נקודים 8. 9. quæ cum prodiret ab extra diffundebatur usque ad finem pedum Adam Kadmon. Quicquid autem ab oculis evibratur usque ad foveam pectoris, id omne absorbetur luce illâ, quæ prius jam *ibidem* fulgebat: unde non fit mentio nisi illius tantum lucis, quæ *sub* fovea hac usque ad pedes Adam Kadmon resplendet, & hæc vocatur nomine Nekudim seu punctorum, quoniam illa nunc sola ibi perstitit. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim, Tract. Olam Hannekud. Vid. אק. דבקות. טנתא. מצח.

עיר *Civitas*: superna est Binah, Jeruschalaim superior: inferior, nempe civitas David, Jeruschalaim inferior est Malchuth. Pard.

עם הארץ *Plebejus*. Vid. Soh. Bresch. 34, 136. Mischpatim 53, 209.

עמודי האש והענן *Columna Nubis & Ignis*; referuntur ad Malchuth; cum enim suctionem habet à Chesed, classe diei, Nubis; cum à Gebhurâ classe noctis, Ignis columna dicitur. Pard.

עמר נקי *Lana pura*, vocatur Chesed, ob albedinem. Pard.

ענבים *Uva*: Sunt sex extremitates, sex Sephiroth; in quibus est vinum, quod asservatum dicitur à sextiduo creationis; hi enim sunt sex dies. Dantur autem uvæ albæ, rubræ, & nigræ: & cum suctionem habent à Chesed, albæ; cum à Gebhu-

râ

râ rubræ; vel si acrius, nigræ vocantur. At in Sohar, Naso, ıvæ referuntur ad Malchuth; procul dubio, quatenus in ea sex llæ extremitates, à quibus in ipsam demittitur vinum superatum. Pard. vid. Soh. Trumah 64, Naso 61.

ענג *Deliciæ, Voluptas.* In Tikk. dicitur coalitio trium Sabbathorum, nempe Binah, Tiphereth, & Malchuth. Vox ipsa enim resolvitur in voces עדן נהר גן, quarum prima ad Binah, n qua includuntur Chochmah & Kether; altera ad Tiphereth; & tertia ad Malchuth referuntur. Sed in Sohar Æmor ad Psal. 37, 4. ענג refertur ad Binah, procul dubio, quatenus n illâ occultantur Tiphereth & Malchuth. Pard.

ענוה *Humilitas*, refertur ad Tiphereth sub notione Daath, quæ est gradus Moscheh Num. 12, 3. Pard. Soh. Naso 69.

עני *Egenus* & עניה *egena* sunt Jesod & Malchuth. Hæc enim nihil habet, nisi quod à Tiphereth accipit, ut Luna, nihil, nisi quod à Sole. Et sic quoque Jesod. Pard. vide Sohar Vaischlach 96, 384. Breschith 9, 35. 21. Vajechi 127. Jethro 39. Vajikra 3. Zav 15. Beschallach 27. Æmor 50. Bechükkothai 55. Balak 90. Pinchas 103, 110. Ekeb 131, 491. 133, 135. Behaalothecha 73, 290.

ענן *Nubes*, vide עמורי, & Soh. Æmor 49. Pinchas 115.

ענף *Ramus*, refertur ad Tiphereth, Pard.

עפר *Pulvis*, est Malchuth, cui inter Elementa *Terra* tribuitur: eodem enim modo & fructus fert. Soh. Beschallach. Sed Sect. Naso, & Balak ad Num. 23, 10. עפר vocantur Potestates Judicii, quæ in Malchuth, tanquam notio ejus infima. Pard. vid. Soh. Chaje Sarah 75. Mischpatim 47. Zav. 15.

עפרת *Plumbum.* In doctrina de rebus naturalibus refertur ad sapientiam; magnus enim hic latet sapientiæ thesaurus. Et huc refertur locus Prov. 3, 19. *Dominus in sapientia fundavit terram:* terram, inquam, de qua Ijob 28, 6. *Cui sunt pulveres auri.* Ubi notetur vox עפרות. Hoc plumbum mystico nomine vocatur כל omne, quia in eo latet systema totius

universitatis. Nam figura ejus infra habet circulum, signum universæ perfectionis, & supra eundem quatuor dalethin, quorum anguli in unum punctum coëunt, ut scias, hic latere omnem quaternitatem, & quaternitatis quaternitates, sive elementa concipias, sive cortices, sive literas, sive mundos. Et ane in hoc plumbo Sapientum quatuor latent *elementa*, nempe, *ignis*, seu sulphur Philosophorum; *aër* separator aquarum; *aqua* sicca; & *terra* salis mirandi. Quatuor in eo etiam latent *cortices* Jeches. 1,4. descripti, nam in præparatione ejus occurret tibi ventus turbinis & nubes magna, & ignis vorticosus, donec tandem proveniat splendor desideratus. *Tetragrammati* etiam sephira naturalis & metallum ejus hic tibi occurrit, & quatuor *mundos* in ipso labore naturaliter peragrabis, quando, *post factionem* & *formationem* sat laboriosam, tibi apparebit *creatio* illa mirabilis, post quam *emanationem* habebis luminis naturalis desiderati. Et nota quod vox כל cujus numerus est 50. quindecies multiplicata, juxta numerum nominis sancti in sapientiæ Sephira characteristici, producat numerum vocis עפרת nempe 750. Camea quoque istius metalli æquè admiranda est, in qua numerus 15. nominis יה in quadrato novem arearum, quia in nona versamur sephirâ, per omnes columnas verticales horizontales & diagonias sese offert hoc modo:

ד	ט	ב
ג	ה	ז
ח	א	ו

Planeta huc refertur Schabthai à quiete denominatus: quia in hoc principio quies tibi offertur desideratissima. Et si computaveris has voces להב שבתאי i. e. mucro vel acies Saturni, orietur numerus nominis עפרת seu plumbi. Æsch mezareph c. 6.

עפתה *Obscuritas*, Ijob 10, 22. refertur ad Malchuth, quatenus est sub Gebhurâ. Pard.

עץ *Arbor.* Hoc nomen ſimpliciter poſitum refertur ad Tiphereth: quia homo eſt arbor. Idem tamen gradus aliquando vocatur

עץ החיים *Arbor vitæ*, quia vitam aſſugit à Chochmah & Binah. Raja Meh. & Tikk. & de eo dicitur, quod extendatur per 500. itinera diurna, quæ ſunt 5. Sephiroth, quæ ſingulæ è decade, & decadis decade conſtant. Vid. Soh. Breſch. 34. Trumah 71. Vajikra, 11. Æmor 52. Behaalothecha 73. Schlachlecha 75. Balak 94. Pinchas 106, & 118. Jeſod autem dicitur

עץ נחמד *Arbor deſiderabilis* Gen. 3, 6. quia in ipſo eſt pulchritudo aſpectus: quam ob cauſam etiam Tiphereth denominationem habet à פאר ornatu. Hæc ergo appellatio נחמד tum demum ipſis tribuitur, quando in ipſis deprehenduntur, & manifeſtantur colores Sephirarum. Sed

עץ פרי *Arbor fructifera*, vocatur Malchuth, quia ab illa proferuntur animæ è ſupernis emanantes. Sohar, Vajechi. Porro datur

עץ הדעת טוב ורע *Arbor cognitionis boni & mali.* Et ſic R. Schimeon b. J. aliquando vocitat gradum Malchuth: quia ſub illa datur bonum & malum. Eadem autem *cognitionis arbor* propterea dicitur, quatenus unitur cum Daath ſuperna. Bonum autē quod ſub ea eſſe dicitur, eſt Metatron; & malum, Samael. Tikk. Eandem ob cauſam etiam Briah quandoque vocatur *Arbor cognitionis boni & mali.* Sed Malchuth etiam propterea hoc nomine vocatur, quia ſuctionem habet à profunditate boni, quæ eſt Gedulah; & profunditate mali, quæ eſt Gebhura. Sohar, Breſchith. Tandem etiam differentia eſt inter

עץ שתול *Arborem plantatam* vel *conſitam ut transportari queat*, &

עץ נטוע *Arborem plantatam ad ſtabilem ſtatū.* Illo nomine vocatur Metatron, quia aliquando evellitur & ſeparatur à ſanctitate, cum ſcilicet è ſupernis nullam habet lucem, aliquando autem in ſtatu ſuo perſtat, quando unitus eſt cum Schechinah.

Sed

Sed hoc nomine gaudet Tiphereth, qui ſemper eſt in unione Jeſch.42, 8. adeoque firmiter plantatus non vero transportabilis eſt. Pardes.

עץ הדעת *LignumCognitionis.*(Connectitur cum כה) Sic dicitur ultima Sephirarum, in opere creationis, in qua deliquit Adam primus; unde ab immortalium commercio ipſa ſe abſtulit. Coloris namque omnifariam ſuſceptrix hæc eſt, qualisque in eam è ſuperioribus vis ſtillans exiſtit, talem in creata effectum, mortem ſc. aut vitam, malum bonumve diffundit Idcirco ſcribit Lex; Gen. 2, 9. Lignum ſcientiæ boni & *mali:* ſi enim bonum, cur malum, ſi malum, quanam ratione bonum? Sed hæc ideo lignum vocatur ſcientiæ: quia nomen Tetragrammaton ſcientia eſt, menſuraque Adonai lig*num eſt*, nominis Tetragrammati, & ejuſdem quam inhabitat *ædes*, templumque exiſtit, & in hanc id ipſum extendens radices, vim, benedictionemque transmittit, menſura tamen intercedente Zaddik, i.e. juſti, quæ bonum cognomine dicitur. Cum verò Canalium per juſti metrum tranſiens ſcatebra *deſierit*, tunc ea ex diri judicii menſura repletur. A ſiniſtris autem talia procedunt, per quæ Malum in mundo oritur. Et(quia nunc bonum, nunc malum, menſura haurit Adonai, ideo) lignum boni malique ſcientiæ hanc lex appellat. Cum itaque contra hanc intentione peccaret Adam; illum mortis ſupplicium invaſit, ut ſcribitur Deut. 30, 15. En propoſui in con*ſpectu* tuo vitam & bonum, interitum & malum: ſcriptum*que eſt Hoſ. 6,* 7. & ipſi ſicut Adam transgreſſi ſunt ברית *fœdus;* Quale autem fœdus pepigit Deus cum Adamo, niſi hoc, ne peccaret. Hæc autem menſura fœderis vindictam infert omnibus, in nonnulla Legis mandata prævaricantibus(ſequitur ארץ החיים) Schaare Orah, ſub Adonai.

עץ החיים *Arbor vitæ.* Nomen Tetragrammaton cognominatur arbor vitæ, i.e. arbor, cui prudentiæ oraculum, dictum *vita*, conjungitur. In hâc enim myſterium latet, quomodo

cum

cum tribus supernis fieri queat unio (inferiorum.) Et propterea hæc arbor in medio horti stat: vide Targ. Onkelos, & dicitur linea media. Et per hanc arborem vitæ Binah unitur cum Malchuth; quia duo Hehin Tetragrammati applicantur ad lineam mediam, illud supra, hoc infra. Illud vocatur vita, & in eo consistit חיי העולם הבא *vita seculi venturi*, Dan. 12, 7. Sed חי העולמים vita seculorum vel mundorum est proprietas Jesod: quia vita, quam arbor vitæ defert à Binah, omnis demittitur per lineam mediam, tanquam stipitem systematis, donec perveniat ad Jesod: & tunc vocatur *vita systematum*. Hinc patet, quare Deus sub initium non prohibuerit Adamo, ne comederet ab arbore vitæ, utinam enim comedisset! Sed ne commederet ab arbore cognitionis; quia isti quam plurimi cortices externi adhærent, unde truncationis & separationis author fieret; postmodum autem cum jam peccasset Adam, in arbore cognitionis & truncasset plantas, & separasset ducem Prov. 16, 28. non licebat ipsi appropinquare ad arborem vitæ, quia suspectus erat. Adde quod ad arborem vitæ accedi nequeat, nisi per arborem cognitionis, quæ quasi vestibulum est, per quod aditus patet ad arborem vitæ. Arbor cognitionis autem idem sonat ac si diceretur arbor Sephiræ Daath, quæ est linea media: & sicut arbor vitæ est arbor gradus Binah; ita Malchuth est arbor cognitionis: nimirum ה ו ה He primum, vita; Vav, arbor vitæ; & He ultimum arbor cognitionis, & hic est nodus unionis notus iis, qui intelligunt arcana palatiorum. Schaare Orah sub Tetragrammato post יהוה, & sequitur תורה שבכתב.

עצב עצבון *Dolor, molestia, miseria.* In Sohar Noach, tunc locum habere dicitur hæc appellatio, quando lux & influentia superna deficit, & rigor judicialis prævalet & cortices suctionem habent. Pardes.

עצה *Concilium.* Cum majores dixerunt: testiculi consiliarii; id intellexerunt, quod Nezach & Hod emittant consilium in Malchuth. In Sohar enim dicitur, quod Nezach &

Hod vocentur consilia è longinquo: quia consilium dant Prophetis: nulla autem prophetia existit, nisi per Malchuth. Sicut ergo Nezach & Hod vocantur Prophetæ, Prophetia autem est Malchuth; ita illi vocantur consilia consulentes, & Malchuth consilium. Pardes.

עצם *Os, Ossis*, habet notionem dilectionis & misericordiæ propter albedinem: sicut caro rigoris, propter rubedinem. Unde in Tikkunim ad Gen. 2, 23. *Ossium* cognominatio refertur ad ה: sed *carnis* ad ה; sive quod Chochmah & Binah lenitatem; Tiphereth & Malchuth autem rigorem præ se ferunt; sive quod illi gradus ab his, ut ossa à carne contegantur. Alio tamen in loco in Tikkunim ossium notio, ob duritiem, ad judicium refertur: sicut carnis ob mollitiem ad lenitatem. Pardes.

עצם השמים *Ipseitas Cœli*, in Raja Meh. hoc nomen refertur ad Malchuth, quia participationem habet à Tiphereth, qui vocatur cœlum. Pardes.

In Schaare Orah sub *Zebaoth*, post שחקים huc pertinent sequentia. Duo nomina צבאות ״ & אלהים צבאות, quæ *sunt* Nezach & Hod, vocantur ipsa substantia cœli, Ex. 24, 10. quia robur eorum provenit à loco, qui vocatur cœlum: ab istis autem vires accipiunt omnes substantiæ secundum speciem suam conf. Ps. 35, 10. *Omnes substantiæ meæ, &c.* Et hic est locus, à quo provenit facultas vitæ, pervenitque ad mortuos populi Israëlitici per El-chai, Deum vivum. Hinc dicitur Jesch. 58, 11. Et ossa tua armabit, ad sensum locorum. Num. 32, 32. 21. 29. c. 31, 5. nam ex loco צבאות ״ proveniunt armati exercitus. Et scito, dari os unum in spina dorsi hominis nomine Lus, quæ est ipsa hominis substantia & fundamentum atque radix ejus: & ab ipso nativitas hominis fundamentaliter procedit sive cor, sive cerebrum, sive hepar & locus seminis spectetur. Et hoc ossiculum provenit è purissima parte guttæ seminalis, & tota compages ossium hominis, in ipso fundamentum habet. Cum-

que homo moritur, & membra ejus diſſolvuntur, atque oſſa putreſcunt, iſtud oſſiculum corruptionem & putredinem non patitur; ſicut nec in ignem projectum, comburitur, nec molâ contunditur, nec malleo diffringitur, ſed manet, nec eſſe deſinit in ſecula. Et hoc ipſum poſt mortem juſti vim gaudii & deliciarum ſuſcipit, juxta Jeſch. 58, 11. prout idem quoque in Impiis pœnas luit, juxta Jecheſ. 32, 27. *Et pœna eorum ſuper oſſibus ipſorum.* Radix & fundamentum iſtius oſſis eſt à loco, qui עצם השמים dicitur, atque hinc vim quoque permanendi & ſubſiſtendi accipit totum corpus hominis. Porrò quoque ſcias, quod myſterium incurvationis in homine conſiſtat in oſſibus, unde neceſſum eſt, uſque adeo incurvari, donec obſtruantur omnes vertebræ ſpinæ dorſi; Incurvatio autem fit in precatione מודים, quæ pertinet ad Nezach & Hod. Et quia ab עצם השמים etiam provenit Zelus, ubicunq; ejus occurrit mentio, ut Deut. 6, 15. Jeſch. 9, 6. hinc Prov. 14, 30. dicitur: *Oſſium putredo eſt Zelus.* Hinc etiam de oblatione uxoris declinantis dicitur Num. 5, 15. *Munus zelotypiarum eſt munus memoriæ memorantis perverſitatem.* Zelus autem & memoria ſemper ſunt affinia. Hæc ibi, & ſequitur נביאים.

עצמות *Ipſeitas* ſeu *ipſa eſſentia.* Eſt notio lucis excellentioris, cui opponitur notio כלים ſeu vaſorum. Etz Chajim Tr. Ozaroth Chajim Sect. Adam Kadmon. De hac intimitate atque ipſa natura Adami primi meditari conceſſum non eſt ob ſublimitatem, ſed tantum de iis, quæ exinde emanarunt. ibid. Vid. נצוצין 3.

עצרת *Detentio*, *Incluſio*, vocatur Malchuth, quia ob pulchritudinem & amœnitatem ejus à marito in Ipſam copioſa infunditur Influentia; quæ deinde, ob prava hominum opera, in Ipsâ detinetur & includitur, nec ultra ad Inferiora demittitur. Pard. vid. Soh. Æmor 47.

עקב *Calcaneus*, *finis* In Raja Meh. vocatur Malchuth: quia ſicut calcaneus eſt finis corporis; ita Schechinah extremus eſt inter gradus Aziluthicos. Pard.

עקרה *Ligatio*, in Tikk. vocatur Malchuth respectum habens ad Gebhuram: procul dubio, quasi Gebhurah sit id, quod ligatur & constringitur; Malchuth autem Rigoris & judicii ligatio. Pard. vid. Soh. Vajera 74. Pekude 116. Vajikra 8. Zav 13.

עקודים *Fasciata.* Sunt lumina, quæ concipiuntur egredi ex ore Adam Kadmon, in quibus primò manifestatur natura vasorum, ex eo, quod decem illa lumina non amplius discreta prodeant ut superiora, sed conjuncta & quasi fasciis constricta, ita ut interna atque ambientia reperiantur simul in vase uno. Ratio appellationis analogicæ deduci solet ex Gen. 31, 10. item cap. 22, 9. cùm ergò lumina hæc sic commixta prodeunt, concipiuntur sese invicem collidere, adeoque in interstitio hujus collisionis nascitur idea vasis. Vid. supra כלים. *Dicuntur* autem prodire ex ore, quia vox פה 85. æquipollet nomini מב 63. adjectis 22. literis, literæ autem correspondent vasis. Ez Chajim Tractat. Ozaroth Chajim Sect. Adam Kadmon. Sephiroth autem, quæ hic prodeunt, non prodeunt simul: *sed primò* prodit Malchuth & quidem sub notione Nephesch tantùm (ibid. Sect. Olam. Haakudim.) Deinde Jesod & reliquæ extremitates דז״א Seir Anpin. Quamvis Jesod propriè non sit de numero extremitatum; quia tantum quinque sunt Chasadim à Chesed usque ad Hod: in Jesod autem reliquæ extremitates comprehenduntur. Et sic Seir Anpin ipse quidem prodit ut Nephesch, ad Malchuth autem se habet ut Ruach. *Porrò* prodit Binah pro se quidem ut Nephesch, sed ad *Seir Anpin* se habet ut Ruach, & ad Malchuth ut Neschamah. Mox Chochmah provenit ut Nephesch ratione sui, sed Ruach ratione Binæ: Neschamah ratione Seir Anpin & Chajah ratione Malchuth. Tandem Kether, Nephesch ratione sui, Ruach pro Patre, Neschamah pro Matre, Chajah pro Seir, & Jechidah pro Malchuth. ibid. Kether autem revertitur ad superna & adhæret Principio emanativo. Et Malchuth nunc est perfecta. ibid.

ibid. Aſcendente autem Corona ſequuntur reliquæ: nempe Chochmah in locum Coronæ, Binah in locum Sapientiæ & ſic porrò, donec Malchuth perveniat ad locum Jeſod, ubi majorem gradum luminis accipit poſt complementum luminum internorum; nempe lux ambiens correſpondens Chajæ internæ, ubi ſimul pro Seir Anpin, Jechidah; pro Binah, Chajah; pro Chochmah, Neſchamah accedunt. Deinde Chochmah ad principium emanativum aſcendit, ita ut Binah locum Coronæ occupet, ad quam propterea Jechidah accedit, ſicut ad Seir Anpin nunc pariter elevatioré, ambiens prima, Chajæ internæ correſpondens: & ad Malchuth ambiens alia ſuperior, Jechidæ internæ correſpondens. Iterum adſcendit Cheſed, quæ in Seir Anpin in locum Coronæ & Binah in principium emanativum: & tunc eidem quoque accedit ambiens ſecunda ſuperior correſpondens Jechidæ internæ. Seir Anpin autem & Malchuth ulterius nihil accipiunt. Nam quicquid à naſo ſurſùm reperitur, quinque habet lumina tam interna, quàm ambientia; ſed os & quicquid infra illud eſt usque ad ſyſtematum finem, quinque quidem interna habet, ſed duo tantum ambientia correſpondentia Chajæ & Jechidæ internis: quia ab hinc lumina minuuntur; hinc in Syſtemate Akudico, quod eſt luminum ab ore prodeuntium, duo ſaltem ſunt ambientia, ibid. Vid. הכארת.

עקר *Fundamentum*, eſt Jeſod, qui vocatur fundamentum mundi, i.e. Gradûs Malchuth. Pard.

עקרה *Sterilis* vocatur Malchuth, ob agnominationem Rachel, quæ ſterilis erat, donec aſpiceret, &c. Thr. 3,50. conf. Pſ. 113,9. Pard.

ערב *Veſpera*, vel magna eſt, vel parva, ſicut Minchah. Illa ab horâ ſexta (ſeu meridianâ,) & ultra; tunc enim vis judicii roboratur; denotaturque judicium remiſſius, Hod: & ab iſtâ parte dominantur Cortices: nempe in veſperâ magnâ cortex durus; in parvâ durus etiam, ſed non ut prior. Pard. vid.

Soh. Beſchallach 25, 115. Trumah 58, 230. 72, 285. Pinchas 112, 447. ſq.

ערבות *Planities cœli;* In Sohar refertur ad Jeſod. Sicut enim Tiphereth vocatur ערבות à miſcendo, quia in eo miſcentur Gedulah & Gebhurah; ſic in Jeſod miſcentur Nezach & Hod, quæ ſunt poteſtates Gedulæ & Gebhuræ. Sed in Tikk. Tiphereth vocatur ערבות Planities ſimpliciter (ſc. cœli;) ſed Jeſod appellatur קרקע ערבות Terra plana, quia eſt protractio literæ Vav & finis lineæ mediæ conciliatricis. Pard.

ערבי נחל *Salices rivi*, Lev. 23, 40. Sunt Nezach & Hod, quia ſubſiſtunt ad ripam fluvii Jeſod. In Sohar autem tunc ſimul involvitur notio Gebhuræ. Pard. vid. Soh. Vajikra 9. Æmor 51. Miſchpatim 44.

ערבית *Veſpertina*, eſt Malchuth. Pard.

ערוגה *Areola horti*, in Tikk. vocatur Malchuth, quæ & horti nomen habet. Pard. vid. Soh. Naſo *66*.

ערל *Incircumciſus*, Lechlecha 57. Vajiſchlach 98. Vajakhel 91.

ערפל *Caligo* in Tikk. vocatur Schechinah in relatione ad Gebhuram Ex. 20, 21. Ibidem alibi hoc nomen refertur ad Tiphereth, quatenus ſuctionem habet à Gebhurâ. Pard.

ערש *Lectus*, eſt Malchuth, per metatheſin עשר decem, quia conſtat è decade. Et huc pertinet Pſ. 41, 4. quia Schechinah dicitur adeſſe à capite ægroti. Pard.

עשב *Herba*, reſolvitur in עב ש, quo denotatur *Tiphereth*, Tetragrammaton 72. literarum, quatenus in ſe continet tres patres. Pard. Soh. Breſch. 24. Jethro 36, 142.

עשו *Eſau.* Vid. Sohar Vajiſchlach 98. Mezora 25. Pinchas 108.

עושה פרי *Ferens fructum*, vocatur Tiphereth, quia hic ex ſe emittit animas in Malchuth; Vid. Soh. Vajechi.

עשן *Fumus.* Datur fumus, qui non adeo bonus eſt, Deut. 29, 20. & è ſupernis deſcendit, & refertur ad Gebhuram. Sed

&in

x in bonam partem datur fumus; nempe Tiphereth, qui acendit vi exſuſcitationis Fœminæ Binah, ad Chochmam, ibi-jue uniuntur Chochmah & Binah per Daath: atque tunc in-luxus deſcendit & benedictio. Pard.

עשיר *Dives*, vocatur Tiphereth, reſpectu Juſti & Juſtitiæ, qui ſunt pauperes. Et forte ſic vocatur. quatenus ſuctionem ıabet à Binah; quia dicitur: qui vult dives fieri, ad Septenrionem ſe convertat. Pard. v. Soh. Breſch. 34.

עשר *Decem*, עשור *decimus*, *decima*; Pertinent ad claſſem Malchuth, quia in Ea manifeſtantur omnes decem Sephiroth: x Ipſa quoque decimo refertur gradu. Pard. vid. Soh. Bo 18, 71. Breſchith 37, 146. Noach 54, 216. Toledoth 81, 323. 82. Vaera 279. 73, 291. Vajikra 4, 16. 5, 18. Pinchas 414. 116, 463.

עשרון *Decima pars*, omnes Sephiroth hoc gaudent nomine in Malchuth: unde tres decimæ ſunt tres Patres; decima & terum decima ſunt Nezach & Hod. Pard. è Tikk.

עת *Tempus*, vocatur Malchuth, & ad eam pertinet locus Pſ. 119, 126. Ipſa enim conſtat è 28. temporibus; quorum 14. dum plena eſt & unita cum ſole, ſunt bona; & 14. mala, lum defectu laborat. Deinde עת רעה Tempus malum vocantur Klippoth. In Tikk. & Binah vocatur עת, cum relatione ıd Gebhurah; unde dicitur Lev. 16, 2. *Non omni tempore, &c.* quia aliquando influxum judicii emittit. Pard. vid. Soh. Vajera 70, 278. 72, 285. Trumah 277. Pekude 114. Naſo 61, 245. 55, 258. Achare 26, 104. Vide ſupra tit. כל pag. 475.

עתיקא *Senex*, *Antiquus* à R. Schimeone b. J. vocatur Kether; ſicut & עתיקא דעתיקין Senior inter Senes occultiſſimus omnium, vocatur Æn-Soph, & Kether, ob naturam occultam; unde pro majore vel minore occultatione notio ſenii augetur ut עתיקא, non uſque adeo occultum; ſed עתיקא דעתיקין occultiorem denotet. Eandé ob cauſam & Chochmah vocatur עתיקא Pard.

עתיק

עתיק יומין *Antiquus dierum*. Vid. נוקבה נהי׳ 6. 7.

1. Ex Taamim Nominis מה fiebat Attik Jomin notione Masculina. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Attik.

2. Ut autem sciatur, quomodo facta sit Tikkun seu Conformatio Aziluthica, notandum est, quid propriè acceperit Attik Jomin ex Nomine מה, & quam portionem acceperit ex nomine בן; quia utrumque in se habet sexum sicut in Arich, Patre & Seir. Sunt autem טנתא in מה & in בן. Sunt itidem in utroque Decem Sephiroth. Cumque ambo hæc nomina conjungerentur ad instar maris & fœminæ, tunc una decas Sephirothica conjungebatur cum altera.

3. Primò ergò dicendum de Taamim, & *qualis hic* sit distributio Sephirarum. Et in Sohar quidem dicitur, *quòd* Taamim sint in Kether; Nekudoth in Chochmah: Tag*gin* in Binah; & Othioth in septem inferioribus Aziluthicis, quæ vocantur זון. Hæc autem partitio Sephiras ipsas nominis Mah concernit. Cum autem notiones istæ dividuntur *secundum* Attik & Arich, &c. ordo paulò est alius, qui ita se habet:

4. Attik enim & Arich ambo continentur in Kether Aziluthica. Et Attik quidem accepit ex nomine Mah, pro parte Masculina, notionem Kether, nempe Taamim, & de nomine Ben 5. primas Sephiræ Kether, quæ etiam sit notio Taamim (notum enim unamquamque ex decem Sephiroth *iterum* distribui in novam decadem,) deinde ulterius accepit *tres primas* Chochmæ Nominis Ben, & quatuor primas *Binæ* Nominis Ben: item septem Coronas septem inferiorum Nominis Ben. Et ista, quæ de Ben, omnia pro parte Fœminina.

5. Arich Anpin autem accepit de nomine Mah notionem Chochmah, quæ sunt Nekudoth: & de Nomine Ben 5. ultimas Coronæ Nominis Ben, quæ sunt à Tiphereth, usque ad finem.

6. Porrò Abba, qui est Chochmah Aziluthica accepit de

de Nomine Mah notionem dimidiæ Binæ, quæ ſunt Taggin nom. מָה: & de nomine Ben ſeptem inferiores Chochmæ Nominis בַן (quia tres primas acceperat Attik.)

7. Imma autem, quæ eſt Binah Aziluthica, accepit ex nomine מָה dimidium Binæ Nominis Mah, quæ ſunt Taggin. Et ex Nomine Ben ſex inferiores Binæ Nominis Ben, quæ ſunt à Gebhurah uſque ad finem (quia Attik Jomin acceperat quatuor primas.)

8. Deinde זו״ן accepit ſeptem inferiores Nominis Mah, quæ ſunt Literæ. Et de Nomine Ben ſeptem inferiores exceptis Coronis illarum (quippe quas jam acceperat Attik Jomin.)

9. Ita ergo patet, quod Attik Jomin Aziluthicus formatus ſit è duabus notionibus, quæ ſunt Mah & Ben. Et notio ipſius Mah, vocatur Attik Maſculus: notio autem ipſius Ben vocatur Uxor Attik.

10. Hoc igitur notandum in genere (de collatione Sephirarum cum Perſonis Aziluthicis,) quod Kether eſt Attik & Arich: Chochmah eſt Abba. Bina eſt Imma. Sex Extremitates חג״ת & נה״י ſunt Seir Anpin. Et Malchuth eſt Uxor ejus.

11. Harum omnium natura facta eſt ex Mah & Ben. Et notio Maſculorum eſt ex Mah: notio Fœminarum ex Ben.

12. Ut autem in ſpecie dicatur, quis ſit Attik Jomin: ſub Initium ſtatim Idræ Minoris fol. 288. c. 1. dicitur: Iſte Attik ſeu antiquus Sanctus occultus eſt & abſconditus, &c. Tria Capita expreſſa ſunt intra ſe invicem, & aliud alio ſuperius, &c. Pro quorum explicatione ſciendum, Iſtum Antiquum Sanctum non habendum eſſe pro Maſculo, qui factus eſt ex Nomine מָה; ſed pro Uxore Attik & Arich, quæ factæ ſunt de notionibus Kether Nominis בַן, punctorum ſcil. & Regum, qui fuerant mortui; id quod notandum pro Intellectu totius Idræ, omniumque commentationum de Attik & Arich. Nam ex Kether Nominis Ben factæ ſunt Uxores Attik & Arich.

13. Iſta autem Kether generali nomine vocatur Antiquus

quus Sanctus; quod notandum. Et illa dividitur in duas partes, quæ sunt tres. Dividitur enim in Attik Jomin, & Arich Anpin; Et Arich Anpin iterum dividitur in duo Capita, quæ sunt Kether, ipsius Arich, &

Chochmah ipsius Arich; quæ est Cerebrum ejusdem occultum

ut hac ratione Antiquus Sanctus ibidem denominatus, contineat tria Capita; &

Caput superius vocatur Attik Jomin; qui est portio una supremi Capitis Antiqui Sancti.

Reliqua duo capita inferiora Antiqui Sancti vocantur Arich Anpin; quæ sunt

Kether &

Chochmah ejusdem.

14. Et propterea vocatur Antiquus Sanctus, quia ipse est notio Kether Barbæ, quæ tribuitur toti decadi Sephirothicæ; de qua factus est Attik & Arich.

15. Aliter autem se res habet in Nomine *Mah*, *Masculino*; nam Attik solus factus est ex Kether nominis Mah, (supra §. 4.) Arich autem non factus est nisi de Chochmah nominis Mah. Istud ergò, quod accepit de nomine Mah, (unde facta est notio Attik Jomin Maris) est Kether, qui sunt Taamim Nominis Mah. De uxore autem Antiqui dierum; (quæ est caput supremum trium Capitum, quæ generali nomine dicuntur Antiquus Sanctus) dubium valde est, quas *notiones* acceperit de nomine Ben, (ut sc. exinde fieret Uxor Attik.)

16. Quod autem porrò dicitur in Idra: Tria capita exsculpta sunt, &c. id ita se habet:

Caput imum ex istis est Cerebrum occultum τῶ Arich Anpin, quæ est notio Chochmah ejusdem.

Supra hoc est Caput excelsum Antiqui Sancti, occultissimi omnium, quæ est notio ipsius Kether τῶ Arich Anpin, qui vocatur Antiquus Sanctus, quia habet notionem Coronæ.

Et

Et ſuper hoc eſt Caput omnium; Caput quod non (eſt Caput;) Caput quod non eſt notum; nec ſcitur quid in hoc capite ſit, &c. Et hoc eſt Caput tertium numerando ab imo ad ſummum, nempe notio Uxoris Attik Jomin. Propterea autem dicitur; illud non eſſe notum; nec ſciri, quid ſit in illo: quia de Attik maſculo dictum eſt, quid in eo ſit, nempe notio Kether Nominis Mah: quid autem de notione Nominis Ben acceſſerit huic capiti tertio, dubium eſt. Ille enim ſelegit è Coronis, quæ ſunt in nomine Ben, & eas ſibi ſociavit, & factæ ſunt ipſi Uxor; quomodo autem ſelegerit, ſibique junxerit ignoramus. Ibidem.

17. Qualia dubia adhuc ſunt plurima alia. Ita ut ipſe etiam Jeſaias Propheta dubitaverit deſuper; quo alludunt hæc ejus verba: והשביע בצחצוחות נפשך & ſaturavit ſubtilitatibus, &c. de quo agitur in Sohar Sect. Pekud. Zach ſeu ſubtilitas una, ſubtilitates duæ: id eſt, in dubio fuiſſe ipſi, utrum in Attik ſit ſubtilitas una, an duæ? Notio enim Zachzuchoth pertinet ad Attik Jomin. Jam enim dictum eſt, quod iſte compoſitus ſit ex duabus notionibus, quæ ſunt בן & מה quibus per Gematr. æquipollet צח annumerato Toto. ibid. in fin.

18. Duæ partes inferiores Sephirarum Nezach & Hod in Attik nudæ remanent inferiùs in Briah, ut illud Syſtema illuminent. Et iſtæ ſe habent ad inſtar Uberum animantium brutorum, quorum Locus eſt infra circa pedes. Omnes enim notiones Arich Abba ve Imma & זון cum inciperent adſcendere è Briah; primò quaſi ſuxerunt Ubera brutalia: deinde autem, cum adoleſcerent, humana quaſi ſuxerunt Ubera. Ib. Tr. Arich Anpin.

19. Cùm Attik Jomin conformandus eſſet, primò ipſi fiebat caput: quæ ſunt tres ejus primæ, nempe כחב; & hæ quidem formabantur ſimul. Et hoc eſt caput illud primum, quod ſub initium Idræ parvæ appellatur רישא עילאה דלא Caput ſupernum quod non. Quia tres iſtæ priores non conteguntur

nec vestiuntur ullatenus ab אא, sed remanent detectæ & manifestæ: quia hic ad illas pertingere easdemque contegere non valet. Hinc caput hoc dicitur *Caput quod non* simpliciter. Septem autem inferiores ejus, quæ sunt mysterium septem dierum, vestitæ sunt ab אא. Et ex notione harum septem inferiorum ipsi tribuitur nomen Antiqui dierum propter septiduum jam dictum. Conformato igitur Capite Antiqui, Lux paulatim diminuebatur, eamque transire oportebat per velamina quædam, unde Pater eandem suscipere poterat etiam facie sua, quippe qui masculus est & Rachamim seu benevolentia: Mater autem quæ fœmina est & severitas, eandem lucem Tergo saltem suscipere poterat. Ibid. Injan Ibbur ham-Muchin.

עתר *Deprecatus* est Gen. 25, 21. quasi à חתר *orando per*fodit Sephiras, donec proveniret ad Kether, quæ est מזל *In*fluentia illa, unde Liberi. Pard. è Soh. Toledoth.

פ

פ *Pe.*

HÆc litera in libro Themuna refertur ad Malchuth, tanquam Caph, nota Schechinæ intra quam litera fœderis Sancti Jesod. Et dominium ejus dicitur esse in hora planetæ sexti Zedek. Adde quod Malchuth sit פה os, quod eloquitur & manifestat Systema Aziluthicum supernum. Et *forma ejus* repræsentat literam Jod intra lunulam: estque affinis figuræ literæ He. Eodem autem modo etiam Binah est os, quod manifestat mysterium trium priorum: unde ambæ vocantur Schechinæ, superior & inferior; item ora; item hehin. Pardes tr. 27. c. 20.

פאר *Ornatus.* Sic in decade Sephirothica Metrum pulchritudinis, quintum, vocari solet. Vid. תפארת. Schaare Orah sub Jedud. Idem nomen refertur ad Binah: quia hoc

titulo

titulo cognominantur Phylacteria capitis, quæ sunt symbola gradus Binah existentis super Tiphereth, eumque exornantis; ita ut per illam hic etiam comprehendat sex ramos, conf. Exod. 39, 28. Pardes.

פגם *Violatio, læsio aliqualis*, vide מות 3.

פה *Os.* Est notio luminum in Adam Kadmon, quibus tribuuntur accentus inferiores sub litera existentes, & ista lumina concipiuntur egredi ex ore Adam Kadmon: quo in loco illa perfectè uniuntur, eò quòd procedant ex uno velut canale, & quia hic uniuntur lux interna atque ambiens; hinc h.l. incipit natura vasorum, quamvis sint tenuissima; unde hic unius tantum vasis notio habetur, cùm tamen lumina dividantur in 10. Et ista lumina vocantur עקודים fasciata ex Gen. 31, 10. Ex ore autem prodeunt decem numerationes, ita, ut sint decem lumina interna, & decem ambientia: Proceduntque antrorsum usque ad scrobiculum pectoris דא״ק Adam Kadmon: & hi radii sunt radicales. Alia autem radiatio ad latera etiam pergit & per totum ambitum Adam Kadmon. Etz Chajim Tr. Ozaroth Chajim Sect. Adam Kadmon.

Sicut autem in ore duplex reperitur notio, anhelitus nempe & locutio: ita hæc duo correspondent notionibus oris Adam Kadmon הבל nempe, seu anhelitus luci & דיבור seu locutio vasis. Porrò sicut anhelitus & locutio vel sunt superiora, ex parte maxillarum superiorum, quo referuntur literæ גיכק ad Chochmah respicientes; vel inferiora ex parte maxillarum inferiorum, ubi locum habent literæ אחהע ad Binah respicientes; ita halitus superior analogus est luci ambienti, & inferior luci internæ: & locutio superior, vasis externo, & inferior, interno. Lumina autem ad dexteram & vasa ad sinistram oris locantur.

Vid. אק. חוטם. טנתא. מות 4. מצח.

Oris apertura refertur ad Malchuth relationem habentem ad Jesod: quia פה & מילה circumcisio eundem habent

numerum. Labia autem oris sunt Nezach & Hod: lingua, Jesod: & guttur Tiphereth. In supernis autem oris apertura est Binah: Labia, Gedulah, & Gebhurah; Lingua, Binah; vel potius in hac delitescens gradus Tiphereth sub mysterio Daath; Guttur autem, unde prodit loquela, est Chochmah. Pardes. Vid. Soh. Schemini 18, 70. Naso, 67.

פוקד עון *Visitans iniquitatem*, est Gebhurah, quatenus operatur per Malchuth; Pard.

פחד *Timor, pavor*. Sextum metrum, ab imis ascendendo, decadis Sephirothicæ designat cognomen hoc: quia ibi est *Synedrium magnum* & multæ domus judicii perurentisque ignis & flammarum cum Lictoribus quam plurimis & Præfectis variorum suppliciorum & plagarum, atque morborum; *quæ omnia* sunt Ignis flammans. Et hoc in loco varia sunt *Ignis genera*, quæ omnes ignes mundanos absumunt & delinguunt. Hinc etiam vocatur Ignis magnus, quia reliquæ Ignis species, quæ in mundo sunt, ejus respectu parvæ sunt & ab eo comburuntur. Eundem ergò timent superi & inferi; quin & Angeli superni retrocedunt; & terrentur & aduruntur ab hoc Igne, nec propè ad Illum accedere possunt; sed ob nimiam ejus vehementiam & prædominantem vigorem expavescunt. פחד igitur & Terror propterea vocatur hæc proprietas, quia ab eâ perterrefiunt omnes turmæ summæ & imæ. Et huc pertinent loca Jesch. 2, 10. c. 33, 14. Deuter. 4, 24. c. 9, 3. Et propterea Deus vocatur עושה מלחמות *inferens bella*, atque hinc hæc proprietas vocatur Pachad. Et huic adhæsit Jizchak, quippe ad sinistram constitutæ, in loco judicii magni; unde etiam vocatur *Pavor Jizchak*, Gen. 31, 42. 53. Cum enim Laban persequeretur Jacobum, eundem extirpaturus; hoc attributum extirpare volebat Labanum, eumque oppugnabat. Magna enim armorum vi veniebat Aramæus iste, ut docet Scriptura Deut. 26, 5. & omnia funditus eradicare constituerat. Cum autem Jacob animadverteret, quod Proprietas *Terroris* auxilio ipsi

psi esset, ipse quoque robur suum Labano ostendebat, juxta Gen. 31, 36.42. Hic igitur est Locus Synedrii magni, & reliquorum ejus tribunalium; inibique omnia ignis vehementissimi, armorumque bellicorum & perditionis genera detinentur, quibus executio fiat sententiarum in Synedrio cui nomen *Elohim*, pronunciatarum. Deque hoc loco testatur Schlomoh, quod etiam heroes & pii atque justi eundem metuant, juxta Cant. 3,7. (ubi per Pavorem noctium, Magistri nostri intelligunt terrorem Gehennæ, quæ nocti similis est.) Conf. Ps. 119, 20. Et hîc infra, hîc, (in *timoris*, inquam, mensura,) plures novii fundantur lacus & foveæ ac baratra admodùm profunda, quæ vocantur gehennæ, vel inferni habitacula; ubi quam plurimæ perditionis atque pœnarum species: & hæc loca ob insignem profunditatem perpetuò tenebrosa sunt, & à tenebrarum caligine *nox appellari* solent, ut scribitur Cant. 3,7. Unde multi justi in vita sua implorarunt misericordiam Dei, ne hunc viderent locum: quibus etiam exauditionem promisit Dominus, unde illud Psalm. 91,5. *Non formidabis timorem nocturnum, &c.* Atq; hinc etiam perspicuum satis est, quanta sit vis pœnitentiæ, per quam liberatio datur à loco isto. Væ autem impiis, qui hic plectuntur, ubi nulla unquam Lux radiat, juxta Job. 10, 22. Hunc autem *Terrorem* Dominus dedit Iisraëlitis occupaturis terram promissam, juxta Deut. 11, 25. nam hanc quidem sibi vendicavit Isaac, sed Patrum hæreditatem nacti sunt Iisraëlitæ, donec peccarunt & omnia perdiderunt. Deinde etiam quemvis in supernis imperandi gradum roburque possidet hæc proprietas timoris, ut illud Job. 25, 2. *Imperium & timor secum est, faciens pacem in sublimibus suis, &c.* Ignorare autem non licet, hoc ipsum Oraculum *Elohim*, & si cognomen ei insit ignis urentis, unicâ tamen simplicique facultate contrarios pugnantesque effectus administrare, interimere sc. & vivificare, dissipare & tueri, confodere & sanare. Quemvis insuper nuncium apparitoremve judicii istius executorem

torem ab hac proprietate prius licentiam petere ſcias, unde tales quoque, juxta nomen Principalis cognomine *Elohim* nuncupari ſolent, &c. Schaare Orah ſub Elohim, poſt ד׳ כדה׳, & ſequitur Tr. 7. Hæc breviter quoque traduntur in Libro Pardes. Tr. 23. c. 17.

פטר רחם *Apertio uteri* vocatur Malchuth in Tikkunim: quia iſta eſt apertura רמ״ח 248. præceptorum affirmativorum. Hæc enim notio in infima ejus parte locum habet, è qua influxum dat pro præceptis & eorum præmio. Pardes.

פירוד *Separatio.* Vid. מות 3. hinc עולם הפירוד Machina ſeu Syſtema entium à creatore ſeparatorum. Vid. ארני.

פלא *Occultum,* ſenſum habet è Gen. 18, 14. *Num occultabitur, &c.* refertur autem ad Kether ob naturam plane occultam. Quamvis & Chochmah quandoque ſic vocetur: quia adhæret coronæ & cum ea occultatur: unde ſemitæ ſapientiæ vocantur

פלאות *Occulta.* Quidam hoc nomen etiam refert ad Tiphereth, quatenus nimirum aſcendit ſub Myſterio Daath. Pardes v. Sohar Zav & Balak. 90, 357.

פלג *Rivus* à R. Moſcheh, refertur ad Binah, juxta Pſ. 65, 10. rectius ad Malchuth, quia dividi & coli dicitur terra. Pard.

פנימי *Internus.* Lux interna illa dicitur, quæ quaſi intra Vas quoddam recondita, intra ſphæras, cylindrosque Aziluthicos & ſimiles, continetur; cui opponitur Or Makkiph, Lux Ambiens. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim, Tract. Adam Kadmon. Alia notio hujus vocis reperitur in conceptu vaſorum, quorum una pars dicitur interna, cui opponitur חיצון externa. ibid. Vid. דעת.

פנים *Pars anterior.* Cum Sephiroth Akudicæ deſcenderent, parte ſua anteriore deorſum reſpiciebant: Propterea enim adveniebant, ut illuminarent id quod infra ſeſe, unde ad recipientia convertebantur. Cum autem regrederentur ſurſum, partes ſuas anteriores principio emanativo, quod *ſupra* eſt,

est obvertebant; partibus posterioribus deorsum versis. Cum ergo v. g. Corona adscenderet in principium emanativum, tunc lux, quæ ab emittente descendebat, per illam transibat ex aversa ejus parte erumpens, & hæc vocatur דין seu rigor. Et sic in reliquis Sephiroth, quatenus adscendere & retrogredi concipiuntur. Ubi tamen notandum, quòd Chochmah à posterioribus solius Coronæ lucē accipiat; Cum Binah participet de Coronæ & Sapientiæ posterioribus: unde major in hac rigor. Et sic Malchuth à novem partibus aversis illuminatur. Etz Chajim Tr. Ozaroth Chajim Sect. Olam Haakudim. Vid. ניצוצות 4. 8.

פנים בפנים *Facies faciei obversa* אחור באחור *Tergum tergo oppositum.* §1. Antequam Adam inferior creatus esset in mundum, Seir & Uxor ejus habebant terga invicem opposita: ne exteriora atque putamina locum invenirent assugendi aliquid de Sanctitate. Putaminum enim atque exteriorum locus est à tergo Uxoris Seir ibique hærent: Quanquam & ad tergum Seir aliquem habeant accessum. Antequam ergo crearetur homo, exteriora poterant affluentiam quandam Sanctitatis assugere. Si ergo Seir Anpin & uxor ejus sibi invicem obvertissent facies, putamina à tergo potuissent aliquid assugere, quod è facie non possunt. Cùm autem creatus esset Adam primus faceretque opera bona, juxta præcepta; tunc facies obvertebatur faciei, quia tum putamina erant enervata. Quando autem oppositis tergis stabant זוּן tunc unum saltim habebant dorsum, quo ambo utebantur; una nempe medietate Mas & altera fœmina. Cùm autem Adam faciem converteret ad faciem per bona sua opera & Observantiam præceptorum, tunc quilibet complebatur tergum integrum. Adam enim per opera sua causa erat congressus superni, ut guttæ supernæ descenderent, quæ sunt Cerebrorum Seir Anpin, nec non notio benignitatum & severitatum, quæ sunt origo guttæ istius, (seminalis.) Nam ex Jesod Matris non prodeunt nisi benignitates & severitates, quæ cum venirent in Caput זא ipse retentis be-

nignitatibus integrum accipiebat tergum : ſicut & fœmina aſſumtis ſeveritatibus. Etz Chajim Tract. Ozaroth Chajim Sect. Olam Hannek. Vid. plura נפל 2.

2. In Patre & Matre notio פנים בפנים ſeu obverſarum facierum eſt Tetragrammaton plenè ſcriptum per Jodin in Patre, hoc modo: יוד. הי. ויו. הי. quod continet 72. Et Nomen אהיה plenè ſcriptum per Jodin in Matre: hoc modo: אלף. הי. יוד. הי. quod continet 161. quæ ambo per Gematriam efficiunt זכור Memento 233. memoria enim à facie cognita ortum habet. Sed notio אחור באחור ſeu obverſorum tergorum, ſunt Achuraim ſeu retrogradationes amborum nominum ſupradictorum, nimirum Achuraim Tetragrammati Joddati; cujus ריבוע ſeu quadratura atque poſteriorum oſtenſio ita fit ſcriptione plena: יוד. יוד הי. יוד הי ויו. יוד הי ויו הי. in *Patre: &* Achuraim Nominis אהיה Joddati ſcriptione plena, hoc *modo*: אלף. אלף הי. אלף הי יוד. אלף הי יוד הי. in Matre, quæ ambo per gematr. (demtis 20. poſitionibus) efficiunt 728: תשכח obliviſcere; oblivio enim oritur obverſo tergo. ib*id.* Idem numerus occurrit in voce מרחפת Gen. 1. ib. Vid. מות. דבקות

3. Quatuor ſunt ſtatus Notionum Maris & fœminæ; quorum ordo ab imo ad ſummum talis eſt: 1. Achur be Achur, ſtatus cohærentium tergorum: 2. Achur be Panim, cum Maſculi tergum obvertitur faciei fœminæ. 3. Panim be Achur, ubi maſculi facies tergum fœminæ reſpicit; ſic enim fœmina quidem accipit lucem faciei, ſed quia hæc nimis *magna* eſt, non niſi parte ſua poſteriore, ubi lux illa paulò *craſſior* evadit, ut deinde pertranſire queat ad faciem fœmin*æ, ibique* tolerari 4. Panim be Panim; ſeu ſtatus faciei ad faciem verſæ; qui eſt perfectiſſimus. In א״א dantur ex his tres, primus tertius & quartus. In ז״א autem omnes quatuor. ib. Sect. Injan ham Melachim. Vid. נוקבה 4.7.

פנים המאירים *Facies lucentes*, refertur ad Tiphereth, *qui* tanquam Sol illuminat gradum Malchuth. Facies autem non lu-

lucens refertur ad Malchuth. Vel per faciem Tiphereth intelligitur Binah. Aliter facies lucens refertur ad Nezach; & non lucens, ad Hod: sicut speculum nitidum & non nitidum. Sed

פנים בפנים *Facies ad faciem* est facies Tiphereth, & facies Malchuth. Porrò

פני יעקב *Facies Jacob* est luna. Deinde alia facies est iræ, ut Thre.4,16. alia benevolentiæ Ps. 119,135. quatenus nempe influxus est, vel à Chesed, vel à Gebhurah. In Raja Meh. facies Solis dicitur Gedulah & Gebhurah; sed facies Lunæ, Nezach & Hod, quarum dextra pars benignitatem; sinistra iram denotat, pro diversitate influxus. Pardes.

פקודה *Visitatio*, in Sohar Pinchas ad Job. 10, 12. refertur ad Malchuth ob visitationem & influxum gradus Tiphereth. Pard.

פקודים *Numerata* ut Ex. 38,21. refertur ad Nezach & Hod, in Tikkunim, sed in Sohar visitata vel numerata tabernaculi vocantur omnes potestates sanctæ externæ, quæ in Malchuth & infra. Pardes.

פקודה *Visitatio* in Sohar ad Gen. 21, 1. refertur ad Malchuth. Pardes.

פרה אדומה *Vacca rufa* in Tikkunim refertur ad Binah inclinantem ad rigorem: sicut תמימה integra dicitur, cum ad Chesed inclinat. Sed in Raja Meh. eædem appellationes referuntur ad Malchuth. Quod eodem recidit in Binah, respectu influxus, in Malchuth, respectu participationis. Pard. vid. Sohar Pekude 107. Vajikra 6. Chukkath 86. Pinchas 103, 113.

פרט *Particulare.* Quamvis hoc nomen evidenter pertineat ad Malchuth: tamen in Tikkunim Kether dicitur generale vel universale: Tiphereth speciale vel particulare; & Malchuth iterũ generale. Sensus autem est, quod in corona lenitas rigor & miseratio contineantur in genere; deinde autem specialiter exhibeantur in Chesed, Geburah & Tiphereth: & ite-

rum generaliter conveniant in Malchuth. Pard. vid. Sohar Schemoth 1,3. Vaera 11,43. Trumah 72,285.

פרי עץ *Fructus arboris*, Lev. 23,40. est Schechinah nempe malum citreum. Et vocatur hoc nomine, quia in arbore vitæ reperitur de anno in annum, ab initio ejusdem usque ad finem. Hic est fructus, qui desumptus est ab arbore decoris, Gen. 2, 21. Pard. vid. Sohar, Vajikra.

פריה ורביה *Fructificatio & multiplicatio* vid. Sohar Bereschith 10,39. 32,126. Toledoth 81.324. Vajescheb 105,422. Vajechi 117,466.

פריעה *Denudatio, detectio.* Sicut circumcisio, quæ ad Jesod pertinet, est ablatio præputii; ita denudatio, gradus alter, refertur ad Malchuth & denotat reductionem præputii ad Sanctitatem. Propterea mentionem facimus corticis, ut detegatur Sanctitas super eo. Hæc ergo denudatio respectum involvit gradus Chesed. Pard. vid. Sohar Schlachlecha 78,310. 79, 315. Mischpatim 53. Ekeb 130,520.

פרכת *Velum*, vocatur Malchuth, quia discriminat Aziluth ab omnibus inferioribus: & quidem notione sua inferiore. Pard.

פרנס *Alens, pascens* sic vocatur Binah respectu fabricæ supernæ sub ea constitutæ: & Malchuth respectu copiarum inferiorum sub ipsa existentium, juxta Prov. 31,15. Pard.

פרסא *Expansum, sepimentum, diaphragma.* Vid. נקודים 7. Et huc pertinet locus in Sohar sub initium Idræ magnæ fol. 128. Edit. Mant. It. quod in Sohar dicitur dari diaphragma quoddam inter principium emanativum & inter Coronam. Sic Corona ז״א est diaphragma matris. Sed corona totius Aziluth interstinctio est & diaphragma hujus Adam Kadmon. Sicut autem, mediante hac elevatione lucis præparari debebat Systema Aziluthicum atque disponi ut possit suscipere lucem istam: Sic etiam pro Systemate Briah diaphragma fiebat, ut illud posset suscipere lucem se superiorem. Etz Chajim Tract. Ozar. Chajim Sect. Olam Hannek.

פרצופין

פרצופין *Persona.* 1. Sunt repræsentationes Divinorum graduum sub analogia figuræ humanæ, quarum potissimùm describuntur quinque: Arich Anpin seu longanimus, Abba ve Imma seu pater & mater, & Seir Anpin Venukbeh seu citò irascens & uxor ejus.

2. Specialiori enumeratione numerus earum extenditur usque ad duodecim, hoc modo: 1. Antiquus dierum, & 2. Uxor ejus, 3. Longanimus & 4. Uxor ejus, 5. Pater & 6. Mater, 7. Israël Senex & 8. Intelligentia, 9. Puer Israël, & 10. Lea, 11. Jacob, & 12. Rachel.

3. Aliâ porrò via adeoque communius enumerantur sex, & adjicitur ab initio Attik Jomin seu antiquus dierum.

4. His per analogiam correspondent quinque gradus animæ nempe יחידה seu singularis, חיה Vita superior, נשמה Mens seu anima superior, רוח Spiritus & נפש seu anima inferior. Etz Chajim Parte Ozeroth Chajim Tractat. Adam Kadmon.

5. Quamvis autem dicatur multas esse Personas, quales sunt Attik, Arich, Abba, Immah, Seir, & Uxor ejus; nihilominus omnia hæc etiam Persona tantum una sunt: quia omnes illæ Personæ sese invicem superinvestiunt atque circundant; & Persona Arich, quæ est Kether, comprehendit totam Aziluth à summo ad imum in persona una. ib. Tractatu Olam han Nekudim.

6. Alibi dictum, hanc esse Causam mortis Regum priorum, quod lumina illorum non fuerint combinata: illorum ergo restitutio in eo consistit, quod combinarentur & coalescerent sub notione trium Linearum, id quod dicitur Parzuph seu Persona. Et ex hoc vocabulum Parzuph exponendum est, quod nempe lumina sint invicem colligata sibique invicem inserta & sese supervestientia. ib. Tract. Oroth Nizuzoth Vekelim.

7. Quando Parzuphin numerantur 5. Attik Jomin in-

telligitur comprehensus in אא ibid. Tract. Injan Ham Melachim. Vid. ניצוצות .5. נוקבה 3. 4. 5. 15.

פרקים *Membra*. Vid. וק. דעת.

פתח *Janua*, *ostium*, refertur ad Malchuth, quia per eam ejusque notionem infimam ingressus patet ad Aziluth. Eadem quoque dicitur

פתח עינים *Ostium oculorum* Gen. 38, 14. i. e. duorum graduum Nezach & Hod, quia nemo potest prophetare vel prospicere per hos oculos, nisi per hanc januam. Vel ut dicitur Sect. Achare Moth, quia ipsam respiciunt omnes oculi mundi. Eadem vocatur

פתח האוהל *Janua tabernaculi*; ubi intelligitur notio ejus infima per quam venitur in ipsum tabernaculum, nempe Malchuth, Sed

פתחי עלם *Ostia mundi*, ad Jesod pertinent respectu sex extremitatum. Quamvis juxta alios sic vocentur Gedulah & Gebhurah quæ sunt ostia ad Binam, cui nomen mundi tribuitur. Pard. v. Sohar Bo 16. Achare 32. Æmor 46. Behaalothecha 78, 281.

צ

צ *Zade*, vel *Zaddik*.

IN Libro Temunah refertur ad Jesod; & figura ejus repræsentare dicitur literam נ, quæ ad Binah, & י quæ ad Malchuth pertineat; ut appareat ambos hos gradus in Jesod contineri. Dominium ejus autem dicitur esse in horâ solis, ob gradum Tiphereth, quo mediante duo illi gradus uniuntur. Alius quidam duos illos ramos literæ hujus repræsentare dicit duos canales modi Jesod. Alius hâc figura referri dicit gradus ambos Tiphereth & Malchuth, quatenus adhuc unum sunt subjectum, ante institutam eorum separationem, juxta Ps. 139, 5. In Libris Sohar & Bahir hæc litera, juxta nomen ejus, refertur ad Justum, quatenus unitur cum Malchuth; ita ut per צ, quod

in

n eo, intelligatur Jeſod; & per נ curvum, Malchuth: unde non licatur צדיק *Juſtus*, niſi dum unitus eſt cum צדק *Juſtitia*. Sed Zade longum in Tikkunim etiam ad Jeſod quidem refertur, ſed quatenus in unione eſt cum Binah; ita ut hoc modo intelligatur *Bonum* illud; quod reſervatum & abſconditum eſt pro Juſtis in ſeculo venturo. Pard. Tr. 27. c. 21.

צבא *Exercitus*; in Tikkunim refertur ad Nezach & Hod, quo etiam applicatur locus Gen. 2. 1. & omnia ad hanc radicem pertinentia. In hac tamen cognominatione involvitur relatio ad Jeſod, unde etiam notatur alluſio vocis צבאות quaſi diceretur אות בצבא *ſignum in exercitu*; ſignum autem eſt ſub claſſe Jeſod. Pard. Tr. 23. c. 18.

צבאות *Exercitus*. Nomen *Zebaoth* Nomini Elohim & Tetragrammato junctum tertia & quarta altitudinum ſerie in decade Sephirothica collocatum eſſe diſcimus. Et ambo quidem ſimul interdum proferuntur, juxta illud Pſ. 84, 9. *Tetragrammaton, Elohim Exercituum exaudi orationem meam*; ſed & ſejunctim quandoque commemoratur, ut habetur cum dicitur Pſ. 80, 8. *Elohim exercituum converte nos, luceat facies tua & ſalvabimur*: & ſimiliter, cum legitur Pſal. 46, 12. *Tetragrammaton Exercituum nobiſcum, robur nobis Elohe Jacob*. Nos autem in uno capitulo utrumque collocamus; eò quod ſe mutuò amplectuntur & explicant: Et ambo hæc parata ſunt immanationes ab altioribus Sephiroth per canales deſcendentes, transfundere in menſuram El-Chai; ac probè juſteque ſuas operationes rebus cunctis impartiuntur, à latere quidem gratiæ unum, à latere autem judicii alterum: In El-Chai autem & judicium & benignitatem, & miſericordiam transferunt. Et quidem *Tetragrammaton Zebaoth*, gratiam ſupernam, quam Abrahæ gratiam & mundi vitam vocant, in El-Chai demittit: Sed *Elohim Zebaoth*, ad id rigorem, judicium ſuppliciumque trahit atque timorem. Quare menſura El-Chai conſultò vocata eſt Kol omne; quia omnia continet & judicium ſimul

&

& benignitatem atque misericordiam complectitur. Et huc pertinet locus Jesch. 44, 24. Omnia enim proveniunt è gradu illo, qui vocatur *Col*, juxta Genes. 1, 31. Psalm. 119, 128. Genes. 24, 1. Et quando hic gradus influxum demittit in Adonai, tunc & huic tribuitur Nomen כל, *universi*; quia & ipse continet omnia ex ratione loci Ex. 23, 21. & tum etiam metrum Adonai influxum demittit in omnes creaturas, quarum Universitas propterea etiam vocatur כל, quia alimenta accipit à gradu ejusdem Nominis. Atque hinc etiam de quolibet trium Patrum hoc nomen prædicatur Gen. 24, 1. Gen. 27, 33. Gen. 33, 11. quia omnes benedictionem acceperant à metro, quod continet *omnia*. Omnia igitur bona in El-Chai veniunt per יו״ר & אלהים Zebaoth; ita ut in eo sint Chesed Din & Rachamim. Et quoniam metro El-Chai *amicus* erat David Rex Iisrael, quartus sc. quadrigæ pes; gratia illum & judicium & misericordia comitabantur, ut ex illo elicitur, 1. Reg. 16, 12. *Et ipse rufus & bonus visu, &c.* Nam nomen *rubei*, denotat judicium, influxum, cui tribuitur nomen Ignis rubri. Quatenus verò *oculis pulcher* erat, Benignitas Abrahæ designatur, ubi occurrit oculus benignitatis, & ipse erat oculus mundi. Cumque *bonus visu* dicitur, exprimitur Pulchritudo Jacob, à quo omnia dependent. Quod si objicis, rubri cognomen etiam tribui Esavo Gen. 25, 25. scito, eidem nec bonitatis, nec pulchritudinis appellationes applicari, sed meram rubedinem: unde gladium nactus est, & profusionem sanguinis; David autem gradum Malchuth cum omni jure ejus, *tam rigoris*, quam miserationis, juxta 2. Schm. 8, 15. ubi משפט refertur ad rigorem, & צדקה ad benignitatem & misericordiam: ita ut David ex illa parte nempe ruboris gereret bella Domini 1. Schm. 18, 17. Ex hac autem Dux erat populi Iisraël & multa in illos conferebat beneficia, oculo benigno, quo pertinet Pr. 22, 9. & tandem, quatenus erat *bonus visu*, in profunda Legis descendebat & speculabatur arcana ejus, juxta Psl. 119, 72. 18. Et *quia*

tres

tres illi gradus uniebantur in metro El-chai & David ad omnes tres applicabatur, hinc & ipse evadebat pes quartus Throni, qui cæteros tres gestabat. Huc alludit Lex Ex. 23, 14. *Tribus ambulationibus* vel *vicibus, &c.* respectu Abraham, Jizchak & Jaacob: festum autem, seu pes quartus, est עצרת de quo Num. 29, 35. Unde Majores nostri dixerunt in fine Tr. Sotah; Octava Congregationis se habet ut baculus palmæ: dicuntque, quod sit festum per se. Sed dices: Atqui tria tantùm Festa sunt; quomodo ergo octava illa dicitur Festum per se. Verum enim verò Illa omninò est Pes seu festum per se, respectu Clypei David; & continet mysterium pedis quarti in Throno curuli. Hæc melius illustrantur, si juxta locum Ex. 23, 14. considerentur & ℣. 17. ubi dicitur tribus פעמים vicibus: atque sic cum generaretur Jehudah, qui est mysterium clypei David, pedis quarti, quartus & ipse filius, Leah dicebat Gen. 29, 35. הפעם אודה את יי *Hac vice celebrabo Dominum, &c.* ubi per vicem, intelligitur apparitio vicis quartæ, festi quarti: per vocem *celebrandi*, David, laudibus & psalmis celebris; & additur: *Et substitit, &c.* i.e. huc usque durat statio Sephirarum, & nunc incipit *Separatio*; juxta Gen. 2, 10. Ab his igitur geminis oraculis יי אלהים צבאות tam superiorum quam inferiorum *Exercitus* pendent, universaque mundi bella inde trahunt originem; *Zelique* mysterium pariter erumpit, ut scriptum est Jesch. 9, 7. *Zelus Tetragrammati Zebaoth facit hoc.* & Joël 2, 18. Inde etiam vaticinii Spiritum Prophetæ assugunt, ut illud Jer. 7, 3. *Sic dicit Tetragrammaton Zebaoth, &c.* Solus Prophetarum summus Moscheh, quia altius volās, se nomini adaptavit Tetragrammato usus non est nomine *Tetragrammato Zebaoth*: illi enim (Ex. 38, 8.) *Exercituum specula* intueri opus non erat; siquidem ut tradunt sapientes: Solus Mose fulgentissimi speculi fruebatur intuitu, legitur enim Numer. 12, 8. *Ore ad os alloquor ipsum*, alii verò Prophetæ specula contemplabantur non fulgida, ut illud Numer. 12, 6. *Si quis est Propheta vester, Dominus in spe-*

ſpeculo ei innoteſco, in ſomnio alloquor ipſum, ubi per *ſpeculum* vel *viſionem*, intelligitur myſterium *ſpeculorum exercituum* Exod. 38, 8. Viſiones ergò Prophetarum fiunt per Nomen צבאות ", cujus etiam in illorum ſcriptis tam crebra fit mentio. Similiter & illud Hoſch. 12, 11. *Et in manu Prophetarum aſsimilabo, &c.* Nam quemadmodum tres in Sacris Literis ordines proſtant, Lex ſc. Prophetæ & Hagiographi: ſic & tria graduum diſcrimina in ſuperis altitudinibus comperimus, quæ ſunt fons, flumen & ſtagnum. Moſcheh igitur ipſum clariſſimarum aquarum fontem obtinuit, unde & prophetica ejus cognitio lucida claraque extitit; Prophetæ autem depreſſiores fluminis latices attingentes, vaticinandi Spiritum ſimulachris immixtum proſpiciebant, torrentis in morem, quem turbidum ac cœnoſum terræ limus ac argilla effecerunt: *Hagiographi* verò de ſtagno haurientes ſcripſerunt, quod collectam minusque puram aquarum congeriem contrahit & includit. His ergo velut compendio præmiſſis, hæc duo (quod ſupereſt) nomina exactiùs mox explanare conabimur. Nomen itaque אלהים צבאות menſura eſt à ſiniſtris jacens, quæ à prudentia atque timore quamlibet fortitudinem judiciumque aſſumens, tam in ſuperis quam in imis præliatur, bellumque pro Tetragrammato Zebaoth inſtruit & exercet; & huc quadrat Jeſch. 24, 21. *Viſitabit Dominus ſuper exercitum in excelſo, & ſuper reges terræ in terra, &c.* Cum enim Nomen Adonai imperium habeat in omnia creata, cum pleno belli ac pacis uſu, prout influxum habuerit per El-chai, illud ipſum, quando ad bellum ſe accingit, arma ſumit à gradu Terroris; hisque armis induitur ab אלהים צבאות, unde influxus ruboris in El-chai deſcendit: nam in voce ארמוני *ruber*, includitur nomen ארני. Et hûc pertinet locus Pſ. 60, 12. cujus hic eſt ſenſus: ô Adonai, belli præſes, quare non induis veſtes vindictæ & belli à gradibus " Elohim Zebaoth, qui ſunt exercitus noſtri: Illi enim noſtri ſunt, & nos illorum: nec ullus populus portionem habet

habet in יי Elohim Zebaoth, quàm Iisraël; Conf. Deut. 6, 15. Jesch. 9, 7. & *hinc* dicit: *Et non egrederis in exercitibus nostris*, i.e. in duobus his Nominibus. Et ita se habet ratio belli: Cum enim gentis alicujus interitum, aut regni humiliationem mandat altissimus, non prius ipsam gentem tangit, quàm inprimis illius in sublimibus principem humiliaverit: Unde Sapp. nostri dixerunt: Non cadit populus, nisi prius lapsus sit princeps ejus; juxta Jesch. 24, 21. ut in Pharaonis cum Iisraëlitis negotio ad mare contigit, legitur enim Exod. 14, 7. *Tulitque sexcentos currus electos, & omnes currus Ægypti, &c.* ac si sexcenti non Ægypti, sed ex superis currus existant: Bellum quippe tam superiùs erat; quàm inferiùs. Et bellum in cœlis erat acerrimum, princeps enim Ægypti junctus erat cum Samaël, unde sexcentos præter Ægyptiacos sibi currus adjunxit. Nam (ut inter mortales contentio tunc fremuit sic) & acerrimo inter se agone conflixerunt & supra. Quare operæ pretium erat triplici amictus genere indui nomen Adonai: amictu sc. *regni*, quæ est pulchritudo excellentiæ Jacob; amictu *gratiæ*, ex latere Abrahæ, qua protegeret Iisraël: nec non *belli ac fortitudinis* amictu ex latere Isaac, ad propugnandas Ægypti in superis phalanges, ut mysticum illud Exod. 14, 19. 20. 21. *Et perrexit, & venit & declinavit*, quæ prætacta tria designant indumenta, atque sic pugna oriebatur cum Ægyptio superno, qui vincebatur; juxta Ex. 14, 25. 14. 31. Et quamvis in his textibus mentio tantùm fiat Nominis Tetragrammati; & non Adonai; attamen quia omnia nomina in Tetragrammato comprehenduntur, hoc loco intelligitur He ultimum ejusdem, nempe Adonai, qui victoriam reportavit per Nomina יי Elohim Zebaoth: unde patet, quod Nomen Elohim Zebaoth virtutem infundat in Nomen Adonai, ut pugnet pugnas Domini. Conf. Psf. 80, 15. cum Num. 10, 36. immitte rursus potentiam in Nomen Adonai, quod vocatur Vitis; idque per El-chai, ad quem phrasis *visitandi* spectat. Conf. Psf. 80, 20. Sch. Or. sub Zebaoth, in pr. & sequitur הוד.

צבי *Decus, gloria, capreolus*; sic vocatur Jesod in Sohar Achare ad Ps. 42, 2. è loco Jesch. 24, 16. nempe quando est apud Malchuth, & ista vocatur cerva. Sed Sect. Breschith, Caprea vocatur Malchuth, & Tiphereth capreolus: quæ tamen eodem tendunt; quia quicquid accidit Jacobo, accidit etiam Josepho. Pard.

צדק *Justitia*, est Malchuth, quæ ita vocatur in Sohar quando suctionem habet à Gebhurâ, juxta Jesch. 26, 9. ubi per Zedek intelligitur rigor juris. Sed S. Bresch. dicitur, quod Tiphereth vocetur Justus; Ipsa autem nominetur צדק justitia, *vel* justa. Alia autem est Zedek vel *justitia superior*, nempe Briah. Pard.

צדק *Justitia*. [Connectitur cum Ohel Mohed.] *Interdum* Dimensio יי Adonai nempe Malchuth, Justitia cognominatur quia enim Gloria Domini seculorum Domo electa, assiduè Jerusalem incolebat, hinc dicitur Jesch. 1, 21. *Plena judicii est, justitia pernoctavit in ea.* Ad hujus verò doctrinam scito, præscriptam mensuram vocari בית דין domum *judiciariam* inferiorem (lenemque) in quam ex altiori domo judicii, mensuram dico fortitudinis atque timoris, cui competit Nomen Elohim, defluit inundatio. Et tunc etiam ipsa quando sc. totis haustibus repletur à Gebhurah, vocatur אלהים. Illo enim tempore ipsa judicium in mundo exercet; in gladium aut pacem, in famem aut saturitatem, in interitum aut vitam, in languorem aut sanitatem; Hæc itidem, à timoris ac fortitudinis dimensione haustus habens, alia quæcunque mundi judicia administrat; Hæc etiam Dei exequitur certamina. Eamque *fortes validique sexaginta gladiis cincti* bellorumque Magistri *ambiunt*, ut profligant, interimant, perdant, provinciasque vastent, & regna subvertant, atque vindictæ supplicia suggerant. Huic etiam mensuræ, cui cognomen Zedek accommodatur, ingens legionum acierumque numerus subest; *quos* propugnatores appellant, qui ad debellandum vastandumque,

 enses,

nses, pugiones, tela, arcus, sagittas & jacula gestant. Hæc eadem mensura Comes erat Abrahæ, dum bellum cum regibus gereret, qua duce profligatis regibus, certaminis victor evasit: juxta illud Esa. 41, 2. *Quisnam concitavit de Oriente justitiam: eum vocavit ad pedem suum; dedit coram eo gentes, ut Regibus etiam dominaretur, dedit quasi pulverem gladio ejus, sicut stipulam raptam arcui ejus.* Hæc & vocatur חרב Gladius fœderis ultor, Lev. 26, 25. Eaque Hierosolymam semper inhabitat, corrigens Iisraëlitas, tanquam Judex pro tribunali sedens: atque sic illorum iniquitatem delictorumque debita adeo rependebat, ut omnes justi permanerent. Quapropter statuerunt Magistri Eam ideo justitiam vocitari, quia eorum auferens scelera, justos efficeret, juxta illud Esa. 33, 24. *Nec dicet inhabitans: elangui: populus, qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas;* quod hanc videtur sententiam resonare, videlicet non dicent hi, qui Hierosolymam incolunt: Cur assiduis languemus doloribus? quia hæc dimensio, quæ lenis judicii domus dicitur, illic continuè hospitatur, atque in justitiam eorum proclivis est, illorumque debita quæque exigit, ut ab iniquitatibus delictisque expurgati ac justi, & ad futuri seculi vitam parati exsistant. Ad hoc facit & illud Amos 3, 2. *Vos duntaxat ex omnibus terræ cognationibus novi: Quapropter visitabo super vos omnes iniquitates vestras.* Quoniam autem hoc ipsum Justitiæ meterum Hierosolymis nulla non temporis intercapedine judicium administrans degebat, hinc non pernoctabat ibi quispiam iniquitate pollutus: in die enim illa cujusque diei expurgabat debitum, ne super Urbis illius incolas scelerum farrago coacervaretur. Et hoc est illud quod scribitur: Es. 1, 21. *Zedek Justitia pernoctavit in ea:* & quia dimensio hæc vestibulum est, quo ad Tetragrammaton ingressus admittitur, & quod justos ab impiis secernit, nec unquam introeundi impiis aditum præstat; Ideo lætatus est David cum hanc sibi placabilem nosset; hujus enim auxilio Faciem nominis Altissimi visen-

dam adibat ut scribitur: Ps. 17,15. *Ego per justitiam videbo faciem tuam.* Hoc idem metrum & aliquando haustus accipit à metro Chesed & misericordiæ, eaque repletur erga Iisraël, & tunc cum gratia misericordiaque judicandi munus exercet, & illud judicium vocatur משפט, estque è gratiâ & misericordiâ permixtum, idcircò dictum est Jesch. 1, 21. *Repleta est judicio* (leni) *Justitia pernoctat in ea*: Et Ps. 89, 15. *Justitia & judicium* (lene) *basis solii tui.* Unde dicitur Jer. 10, 24. *Corrige me Deus, Judicio tantùm,* (leni) *non ira tua, ne in minus redigas me.* Et hæc dimensio domui judiciariæ in Terra Iisraël singulariter tributa est, juxta illud Ps. 9, 9. *Et ipse* (leniter) *judicat Thebel terram in justitia.* Reliquæ verò nationes judicantur per domum judicandi supernam, quæ profertur nomine Mescharim, i.e rectitudinum, juxta illud: Ps. 9, 9. *Judicat gentes* cum *Mescharim,* Judiciariæ namque ædes, quibus gentes mundanæ judicantur, misericordiâ gratiamve nequaquam administrant, sed, minimè indulgendo, mensuram mensuræ coæquant. At mensura Zedek justitiæ domui justitiariæ Israëlis tradita est, juxta illud Deut. 16. 18. *Judices* (lenes) *& præfectos constitues in omnibus portis tuis, &c. Et judicent populum* (leni) *judicio justitiæ.* Et scriptum est Deut. 16, 20. *Justitiam justitiam persequere:* justitiam scil. inferiorem, & eam quæ superiùs: juxta sensum mysticum Nominum Adonai, & יהוה, (Tetragrammaton.) Apponitur autem ibidem: ut vivas scil. per justitiam quæ superiùs: & hæres sis terræ, ratione *justitiæ* quæ inferiùs.

Ipsumque hoc justitiæ metrum, quatenus à superiori Tribunali, sibi assumit influxum & Iisraëlitas judicat, nomine *Adonai* vocitari solet. Quod ut fieret domus judicii pro Iisraëlitis, summopere requisivit Moses: *Si gratiam* (inquiens Exod. 34, 9.) *inveni in oculis tuis Adonai, ambulet quæso in medio nostrum Adonai, &c.* Gentes verò reliquas superior judiciaria domus, angelo quodam principeve mediante judicat, quorum angelorum

rum (inquam) aut principum nemini culpam remittere vel aliquid mutare licet, juxta illud Exod. 23,20. *Ecce mittam ante te Angelum meum, ut te custodiat in via, &c. A cujus conspectu præmonitus esto, &c. Quoniam non sustinebit peccata.* De justitiæ verò dimensione, quæ Tribunal Iisraëlis est, scribitur: Dan. 9,9. *Tetragrammati Dei nostri misericordiæ sunt & propitiationes, cum prævaricati fuerimus in ipsum.* Et scriptum est Dan. 9,19. *Adonai audi, Adonai propitius esto, Adonai ausculta & fac, ne moreris.* Ubi advertendum, quod prohibentia Legis mandata, ob quorum transgressionem retributionis ac vindictæ judicium expectandum est, trecenta sexaginta quinq; sint numero, qualis est dierum numerus, in quos Solaris anni periodus absolvitur, in quibus delinquere potest homo, quotidie enim expectandum est homini judicium propter opera ejus. Verum Adonai misericors mensura est, ipsa iniquitatem omnem, cunctaque scelera nostra condonat, ideo trina exprimitur prolatione Adonai, quasi ter centum, & cum numeris literarum 65. quod juxta prohibentia mandata, 365. componit. Hæc eadem mensura cum judicium exequi proponit super Israëlem, tunc gratia & benignitate repletur; imo sæpe judicium in gratiam convertit, juxta illud Hos. 11,8. *Quomodo dabo te Ephraim, protegam te Iisraël, &c. Conversum est in me Cor meum, simul incaluerunt miserationes meæ.* Quando enim in pœnitentiam non prorumpit Iisraël, ita ut omnino exercendum sit judicium, tunc ista dimensio Justitiæ dolore angitur: Nihilominus cum judicat illos, piè eos & miserando velut gnatum pater redarguit, juxta illud Prov. 3,12. *Quem diligit Deus corrigit, & sicut patris in filium spirat voluntas.* Scriptumque est Job 5,17. *Beatus vir quem corripit Deus, &c.* & Deut. 8,5. *Nec ignoret Cor tuum quod non aliter ac vir filium, te Tetragrammaton, Deus tuus corrigit & objurgat.* Schaare Orah sub Adonai. [Sequitur אני] vide & אני.

צדיק *Justus.* Penultimæ Sephirarum hoc sæpius ut cognomen

men inditur, quoniam hæc dimensio omnia sustinet inferiora: ex quo legitur Prov. 10, 25. *Et justus fundamentum mundi.* Justus autem dicitur, quod quæcunque inundationis boniquæ genera in nomen Adonai transfundit. Ast unum commemoratione dignum examina & ausculta, tria esse nomina צדיק *justus*, צדק *justitia*, & צדקה *Eleemosyna*. *Justus* quidem vocatur El-chai. *Justitia* Adonai, & cum justus suum huic impertit munus; hujusmodi Inundationem influentiamque *Eleemosynam* seu *largitionem* appellari discimus. Tres enim hæ in unum coincidunt dictiones: *Justus* ut præbeat: *Justitia* ut suscipiat: *Largitio* ipsum bonum refert & utriusque conjunctionem. Hinc illud Pr. 10, 7. Ad hoc rursus mentis aciem converte: Cùm *justus* bonorum munera elargitur *justitiæ*, quæ *terra vitæ* nuncupatur; tunc ista bona largitur omnibus creatis. *Sed* si hujus *justi* Canales revocentur, ut in justitiæ metrum non defluant, tunc Hæc repletur ab illis foveis, quæ Mortis appellationem habent; & in mundo varias concitat clades. Econtra verò cũ *Justus* unitur cum *Justitia*, eiq; dona largitur de benedictionibus suis, tunc ex illa cisterna, quæ צדקה *Largitio* dicitur, in metrum Zedek vitam loco mortis derivat, juxta illud Prov. 10, 2. *Sed largitio eripit de morte.* Unde patet, quanta sit præstantia eleemosynarum; quia, sicut homo eleemosynam distribuit, sic Metrum Justi influxum demittit in Justitiam, & vitam immittit in mundum, mundanosque à morte liberat. Si igitur talis mundum à morte liberat; multò magis liberabit seipsum. Hoc igitur tramite decernere licet unumquemque qui terram vitæ hæreditare affectat, *Justi* dimensioni adhærere debere, sicque justus vocabitur & ipse; quare & ejusdem terræ vitæ possessor evadet, unde dicitur Jesch. 60, 21. *Et populus tuus omnes justi, in æternum hæreditabunt terram.* Jam satis innotuit quod hic majores exprimant: *Omnes* (inquiunt) *Israëlitæ partem futuri seculi habent, ut dictum est: & populus tuus omnes justi sunt, &c.* At quò etiam criminum magnitudinem di-

dijudices, id unum nequaquam ſilentio involvendum putavi. En! exactè jam dictum, quòd ſi dimenſio Adonai, cum El-Chai juſtique metro connexa extiterit, tunc omnium bonorum locuples affluentiſſimè unicuiq; providens univerſum fœcundat orbem, ipſumque munerum quorumcunque generibus adimplet: retrogradiente verò eodem, vacua inaniſque relinquitur menſura Adonai. Primum quidem contingit, dum Legem mandataque, à ſordibus expurgati filii hominum ſervant: (Nam metrum El-chai, cui nomen Juſti competit, ſemper reſpicit & contemplatur homines.) Accedit autem alterum, cum ſpreta Lege iniquitati ſtudent, nefariaque ſectantur facinora, tunc enim ſe revocans avertenſque Zaddik ad ſuprema evolando ſe colligit, unde fiſtulæ quæque deficiunt, aridaque & inops τοῦ Adonai deſeritur dimenſio, ut ſonat illud Jeſch. 57, 1. *Propter malum ablatus eſt juſtus.* Scribit & Salomo Eccl. 7, 15. *Juſtus eſt qui perit in juſtitia ſua:* Legiturque Pſal. 53, 3. *Deus de cœlo proſpexit, ut videat, an ſit intelligens, &c. Omnes declinaverunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt faciens bonum, &c.* Profert autem: *Non eſt faciens bonum:* quia, in ſuperis innumerabilia tam condere, quam vaſtare atque confringere, mortalibus facultas eſt: cui competit illud: Pſ. 119, 126. *Tempus eſt agendi Deo, ſubverterunt legem tuam*; dictum eſt ſimiliter Jeſch. 27. ℣. 5. *Aut tenebit fortitudinem meam, pacem faciet mihi, faciet mihi pacem.* Quanta igitur juſtorum Legem amplectentium ſit poteſtas, examina, quibus datur Sephiroth omnes jungere, atque inter ſupera & ima integerrimam neceſſitudinem componere, per quos Cœlum & Terra conflantur in unum, perq; quos adhæreſcunt Zaddik & Adonai, & Deus unus vocatur. O felicem hominem, quàm digna ſuaviſque hujus futura eſt portio, quam beata hunc geſtantia viſcera, de quo ſcribitur Pr. 23, 25. *Lætetur genitor materque tua:* & Pſal. 104, 31. *Lætatur Deus in operibus ſuis.* Sic contra ſceleſtus, nequam & ſordidus homo, miniſter eſt, per quem ſterilem ari-

damque linquens mensuram Adonai, Zaddik ad supera retrahitur, ut legitur Prov. 16, 28. *Et mussitator separat ducem*; unde seculum obruitur, & creatorum subvertitur ordo: idcirco nos præmonent Majores dicentes: *Semper tantum obnoxium culpæ se existimet homo, quantum & condignum præmii.* Cujus sensum explanans R. Eleazar filius Schimeon inquit: tam seculum, quàm & hominum quivis secundùm actionum exuberantiam judicatur; Si etenim unum quispiam bonum peregerit opus, is utique se pariter & mundum ad gratiæ meritum disponit; quod si scelus patraverit, miser non tantum efficitur ipse, sed & totum universum in criminis noxam deflectit. Cernis itaque, quomodo intelligendum illud Majorum: *Unica columna, Zaddik vocata, totius seculi molem sustinet:* de quo scriptum est: *Et Zaddik, i. e. justus fundamentum est mundi, &c.* Schaare Orah sub El-Chai, post Jesod: & sequitur אדנ. v. Soh. Toledoth 83. Mischpatim 52. Vajikra 11. Pinchas 101. & 107. Ki Teze 134. Behaalothecha 71.

צדק עליון *Justitia superior.* Consuevit nonnunquam octavum decadis Sephirothicæ metrum *justitia superior* cognominari, eò quòd inde primùm exoriatur judicium, quamvis Binah ipsa adhæreat mundo Dilectionum. Hæc justitiam aspicit inferiorem, & ambæ se mutuò respiciunt; & portæ Justitiæ dispositæ sunt è regione portarū Binah: juxta mystica nomina *Adonai*, & *Tetragrammaton prolatum Elohim.* Idcirco præcepit Lex: *Justitiam* (inquiens) *Justitiam persequere Deut. 16, 20.* quasi diceret: Conare, ut assequaris portas *Justitiæ*, ut per illas ingrediaris ad vitam venturi seculi, quæ est Justitia superior: unde subjicitur: *ut vivas*, respectu Justitiæ superioris; *Et possideas terram, &c.* respectu Justitiæ inferioris, quæ est terra Iisraël, de qua Jesch. 1, 21. Scito autem omnes, qui intraturi sunt in statum venturi seculi, illuc non pervenire nisi mediante judicio; ab hoc enim loco præmium justis datur, quod inæstimabile est. Unde Majores nostri dixerunt: Omnes Prophetæ

phetæ usque ad dies Messiæ tantùm vaticinati sunt; seculum autem venturum *Oculus non vidit, &c.* Jesch. 64, 4. Schaare Orah Tr. 8. post תשובה, & sequitur שכינה עילאה.

צדקה *Largitio, eleemosyna.* R. Schim. b. J. hanc vocem refert ad miserationem, & quidem sub classe Binah. Sed referri etiam poterit ad Malchuth, quatenus misericordiam præ se fert: sicut Binah etiam vocatur צדק justitia. Sed in Soh. Achare, צדקה refertur ad Tiphereth, qui faciat, quod Malchuth fiat צדק cum ה, ad denotandum statum Fœminæ. Et S. Æmor, eadem vox refertur ad Tiphereth; quatenus complectitur Gedulam & Gebhuram. Et sic S. Mikkez Tiphereth etiam vocatur צדק procul dubio, quia tunc largitionem exhibet gradui Malchuth. Pard. vid. Soh. Breschith 11. Vajeze 89. Vajiggasch 114. Heæsinu 142. Kedoschim 37. 41. Naso 68.

צואר *Collum,* refertur ad Tiphereth, quatenus elevatur, ut uniatur cum tribus supernis supra Gedulam & Gebhuram. Eodem nomine etiam vocatur Binah, ob causam similem; juxta Sohar. Pard.

צור *Formare, Rupes, rigorosè procedere.* Tres sunt hujus vocis significationes; prima est *formationis*, & refertur ad Binah, cui tribuitur formatio omnium modorum existendi. Secunda est significatio *Rupis* & *Petra*, è cujus apertione profluunt aquæ, quæ refertur ad Malchuth: sed in Soh. Mikkez ad Psal. 18, 47. eadem ad Tiphereth refertur, fortè ob vocem ברוך quod tamen remotum est. Tertia significatio est *duritiei* & *rigoris*, & refertur ad Gebhuram & vehementiam judicii, Pard. vid. Soh. Tasria 20, 77.

צחצחות *Splendores, nitores;* in Soh. Toledoth refertur ad Binah Jesch. 58, 11. quia ab ipsa prodeunt multæ scintillæ animarum; quibus singulis singuli tribuuntur splendores. Pard.

ציון *Zijon.* 1. Sic nonnunquam Penultima Sephirarum vocatur: nam Zijon & Jerusalem mysticè denotant gradus *El-*

Chai atque *Adonai* τὸ *memorandum* & τὸ *custodiendum*. Et mediante Zijon, i. e. post novem Sephiroth, Dominus habitat in Jeruschalem, quæ est Decima, i. e. Malchuth, juxta Ps. 135, 21. & Ps. 133, 3. & ex hinc benedictio descendit in Jeruschalaim, totumque mundum. Nam El-chai est finis novem Sephirarum, & abhinc defluxus fit in Adonai. Cum igitur Justi reperiuntur in mundo, Deus benedictiones suas demittit, & quidem per Zijon; conf. Ps. 50, 2. Cum enim indecenter ambulant Iisraëlitæ, *Justus* contrahitur Jesch. 57, 1. ubi connotatur metrum rigoris, ut & Pr. 10, 25. atque tunc mons Zijon exarescit, conf. Thr. 5, 18. ubi per vulpes intelliguntur turmæ reliquæ immundæ, de quibus & Cant. 2. 15. Conf. Jesch. 5, 7. Sed de seculo futuro scriptum est Obad. ℣. 21. *Et ascendent, &c.* tunc Jeruschalaim & Zion unientur, quia illa Urbs illius est *Regni*, de quo Obad. ℣. 21. Conf. Sechari. 9, 9. & Jesch. 27, 13. de quo loco sic Majores: quinam sunt, *qui amiserant?* id docet Jesch. 57, 1. *Justus perdit:* quid perdit? amittit justitiam. Hinc dicitur: Jesch. 27, 13. *Venient, &c.* nempe Justus ad *Justitiam*, & hæc ad illum. Hinc adhibetur vox האובדים, & non האבודים; nempe Justus & Justitia: & hi vocantur *Mons Sanctitatis in Jeruschalaim.* Hinc in benedictionibus mentionem facimus, reductionis *Schechina in Zijon*; & uxoris amissæ ad maritum suum. Schaare Orah Tr. 2. post דר, & sequitur כל.

2. R. Schimeon b. J. hanc vocem dupliciter explicat; & semel quidem de Malchuth, quæ aliquando vocatur נקודה ציון *Punctum Zijon:* Deinde verò etiam de Jesod. Quod intelligendum de loco unitionis istorum conjugalis, quæ quasi duo sunt puncta, duo Jodin. Vid. quoque Soh. Zav ad Ps. 132, 13. Pard.

ציץ *Corona florida prominens.* R. Schimeon b. J. Præcepto de Zizith, hanc vocem refert ad Binah. Nam in Corona Sacerdotis magni sculptum erat, *Sanctitas Domini*, Exod. 28, 36. ubi vox *Sanctitas* refertur ad tres primas; *Domino*; ad Tiphereth:

teth: sed ita ut Corona sit super Sacerdotem magnum; Binah super Chesed. Pard.

ציצית *Peniculamentum, fimbria peniculata.* Est Schechinah, & quidem notio ejus infima, vicina profundo maris, atque hinc coloris est hyacinthini seu cærulei, ob rigorem inibi existentem. Unde colorem hunc cæruleum similem esse dicunt mari. Pard. è Sohar Præcepto de Zizith, & Breschith 27, 105. Toledoth 83, 331. Kedoschim 40, 160. Schlachlecha 83, 331. Zav, 13, 49. l. 26. Trumah 62. 78. Pinchas 104. sq. Ki Teze 133.

ציקי קדירה *Assatura ollaris cum jusculo dulci.* Sic vocatur Malchuth, quæ similis est ollæ, in qua excoquuntur omnes Havajoth. Hæc olla autem opus habet conditurâ quâdam aromaticâ, ad mitigandam vim persumantem, qui est influxus Tipherethicus masculinus. Pard.

צללי ערב *Umbra vespertina.* Jirm. 6, 14. in Soh. Chaje Sarah, exponitur esse rigor judicialis cum omni annexo, ab exterioribus proveniente. Pard.

צלם *Imago.* Vide de Imagine Dei Sohar Vajechi 117. Mischpatim 56. Æmor 50, 199. Schemini in pr. Tasria 19, 75. Pinchas 119.

צלמות *Umbra mortis*; in Soh. Vajeze, Cortex masculus inequitans fœminæ, sic vocatur; ita ut umbra masculi, mors fœminæ notionem habeat. Pard.

צלע *Latus*: est Malchuth, sub occulta illa notione, qua desumta est ab Adamo superno. Sed *Latus Tabernaculi* Exod. 26, 26. refertur ad Metatronem, quasi diceretur latus Malchuth, ad instar ancillæ. Pard. è Tikk.

צמצם *Contrahere*: צמצום *Contractio.* Cùm Deus infinitus vellet emittere, quæ emanare debebant, contraxit seipsum in medio lucis suæ centrali; ita, ut intensissima illa lux ad circumferentiam quandam atque ad latera in se recederet. Etz Chajim Tract. Ozeroth Chajim Section. Adam Kadmon. Et

hæc est contractio prima. ibid. Vid. חלל Omnis autem Zimzum seu contractio habet naturam דין judicii rigorosi. ib. Vid. in נקודים de contractione altera. ib. כלים. נהי Vid. Soh. Breschith 18,72.

צמר לבן *Lana alba*; à R. Moscheh ad Chesed refertur, vid. עמר נקי mihi autem videtur esse albedo Coronæ Dan. 7,9. Pard.

צנור *Canalis.* Vid. קו *Linea.* אצל.

צנתרות *Ampullæ.* Sechari 4, 12. à R. Moscheh sic appellantur Chochmah & Binah, tanquam existentes supra candelabrum, & emittentes oleum in septem lucernas. Pard.

צעקה *Angor, anxietas, clamor cordis.* In Soh. Schemoth differentia proponitur inter צעקה *Clamor cordis*; אנחה *gemitus*; & שועה *vociferatio*, quorum hoc ad Malchuth, *istud* ad Tiphereth; illud ad Binah refertur; unde major dicitur *esse* omnibus, quia in corde Thr. 2, 18. & cor ad Binah pertinet: item imperare dicitur rigori judicii in Gebhurah, & rescindere decreta, & dominari in mundo hoc & in mundo venturo. Pard.

צפון *Septentrio, reconditum.* Hoc interdum cognomen esse reperitur nominis Elohim: Nam cum à vivido Beneplaciti fonte metrum Chesed, quod semper apertum est, locupletissimè bonorum hauriat opes, ut inde flagitantibus elargiatur commoda; tunc varia illa emolumenta, in Septentrionis latere metrum sinistri attingentia, ibi sistunt, moramque ducunt, quatenus æquum de supplicante examen fiat, ut, *si petitionis* condignus exstiterit, ejus adimpleantur vota, *sin secus*, nequaquam; sed tunc omnia illa bona in judicii oraculum suscepta, ibi in Aquilonis cellariis Thesaurisque reconduntur & asservantur, nec redeunt ad locum suum: unde hic judicii gradus צפון quasi *reconditorium* vocatur. Quare citra ullam intercapedinem illic divitiarum ubertas ac universa expetita commoda latitant, ut insinuat illud Job. 37, 22. *De Aquilone aurum venit.* Hinc statuunt Majores, quod qui auri opulentiam exoptaverit,

verit, vertatur in Aquilonem, id est, operam det, ut reconcilietur cum proprietate judicii, ad Septentrionem locatâ, ne impediatur petitio ejus ad Dominum facta pro divitiis. Et propterea Mensa ad Septentrionem locata erat; Exod. 26, 35. quia hinc proveniunt divitiæ & quicquid exigunt creaturæ. Et quia Aquilo est ad sinistram, hinc scribitur Prov. 3, 16. *Longitudo dierum in dextro ejus, & in ejus sinistro divitiæ & honor.* Omnes autem hæ divitiæ hoc loco reconditæ, asservantur pro Justis in seculo venturo: & huc pertinet Ps. 31, 20. Prov. 2,7. Nec prætereundum est, vasta in Aquilonis plaga domicilia existere, quæ à sordidis nocivorum angelorum turmis inhabitantur, ubi & multiformes perditiones, & pœnæ, nec non voragines aquarum turbidarum & lutosarum ad abyssum usque pertingentium: item variæ foveæ multis serpentum & scorpionum aliorumque colubrorum generibus refertæ, quæ unanimiter prodeunt, prospectant, speculantur, astant, ut quoties Septentrionale exiverit judicium, ad regna evertenda, provincias desolandas, imperia prosternenda, mox diro procellarum turbine ad mortalium ruinam, perniciem cladem que, erumpant, atque statutum miseris in Synedrio summo condemnatis flagellum inferant & expleant, de quibus Jer. 1, 14. profert: *De Aquilone pandetur malum:* Eodem in loco mille detractores plurimique accusatores adversus creaturas detinentur: quapropter in delictorum veniam Sacrificia Lex ministrare decernens, solum ad Aquilonis partem illa immolare instituit: ut adversariis istis & aliis nocivis obstrueretur via, Lev. 1, 11. sive Sacrificium fuerit privatum, sive pro toto cœtu. Et his æquiparantur pacifica pro cœtu: juxta Lev. 23, 19. Sed pacifica privati, & Sacrificium Laudis, & aries Nasiræi, & primogeniti & decima, & pascha non necessariò mactabantur ad Septentrionem, sed quocunque in loco atrii mactari poterant. Et quia Sacrificia expiatio erant, adversus casus infaustos, juxta Exod. 5, 3. & hæ pœnæ sub Aquilonem pertinent; hinc Sacrificia pro peccato

cato mactanda erant ad Septentrionem. Conf. Psalm. 51, 19. Hîc porrò nota, quod in supernis magnus tortuosusque draco, extra cortinam, Aquilonis plagam incolat, qui sordidum ac pernecabile venenum in Evam conjecit, mortem intulit Adæ; quique suppliciorum omnium minister ac Dux existit. Hunc Deus in majorem securitatem Iisraëlitarum amovebit, ne ulterius accusare queat mundum: hinc Propheta ore spondet Altissimi: *Et ipsum*, inquiens Joël. 2, 10. צפוני *aquilonarem procul faciam à vobis.* Et iste vocatur קץ כל בשר *Finis omnis carnis*, qui accusavit generationem diluvii, ita ut in manum ejus traderentur, juxta Gen. 6, 13. Et quia hoc metrum pœnale locatum est ad aquilonem, hinc Sacrificia pro peccato mactanda erant versus Septentrionem. Futuro autem tempore, cum omnis desinet immolatio & cultus, Deus pœnalem hanc proprietatem procul amovebit. Et sicut extirpabitur hæc, è Septentrionis loco, ita desinent Sacrificia versus Aquilonem mactari solita, quia causa hujus mactationis sublata erit. Schaare Orah sub Elohim post זכות & sequitur יד כהה.

2. Hæc brevius proponuntur in Pardes h.l. additurque, quod in Soh. Bammidbar hæc vox referatur ad Binah: quæ tamen omnia tendunt ad unum scopum. Tr. 23. c. 18.

צפור *Avis*, sic vocatur Schechinah, quia sicut avis vagatur à nido, sic illa separatur à nido unionis. Maritus ejus autem vocatur עוף *ales mas*; cujus respectu Illa vocatur

צפור *Avis fæmella.* Tikk. Alibi Malchuth hoc nomine vocatur, quæ est in Metatron, qui etiam צפור Avis appellatur; & Tiphereth nidificare dicitur in Metatrone. Alibi Hoc nomen refertur ad Eandem, quatenus est in Rotis, quæ pertinent ad Systema Asiah, & tunc maritus ejus consideratur esse in Metatrone. Omnia autem ad unum redeunt. Pard. vid. Soh. Vajeze 91, 361. Vajechi 116, f. Schemoth 3. Pekude 114. Balak 91. 362. 88, 351.

צרור החיים *Fasciculus vitarum*, 1. Schm. 25, 29. est Malchuth, quatenus in ea manifestantur & lucent & influxum emittunt Binah & Tiphereth. Fasciculus enim è paucioribus non consistit quàm è tribus. Et per Malchuth justi fruuntur splendore superno. Sed in Sohar, Vajikra, Eadem fasciculus dicitur, quando continet tres patres, vel totam Aziluth; per Tiphereth. Sed

צרור המור *Fasciculus Myrrhæ* vocatur Tiphereth, quia in eo colligitur influxus, qui provenit à luce Chesed. Pard.

צריכה *Indigentia*, in Tikk. refertur ad Malchuth, quando Tiphereth suctionem habet à Gebhurah, & nihil in eam influit, vel parùm. Dum autem Tiphereth per se in Eam influit, vocatur לא צריכה, non habens indigentiam, quia ab ipso sufficientem habet influxum. Pard.

ק

ק *Kuph*.

IN Libro Temunah hæc litera refertur ad Tiphereth ex Psal. 19, 7. ob lineam Vav; fundamentum ejus autem ponitur in Malchuth, quæ sit illud Caph, huic literæ desuper annexum; quasi sensus sit; gradum Tiphereth influxum accipere à Binah & demittere in Malchuth: unde Dominium ejus pariter sub hora Lunæ. In Sohar autem Cantic. Canticor. hæc litera refertur ad serpentem incurvatæ caudæ, qui se habeat ut קוף *simia* ad Sanctitatem. Vel si allusio petitur à קופה *capsa*; intelligetur Malchuth, quæ omnia in se recipit. Pard. Tr. 27. c. 22. Vid. Soh. Trumah 68. 74, 296.

קבלה *Receptio*; in Tikk. refertur ad Malchuth, quia hæc à Jesod accipit animas è supernis. Vel, quia à marito recipitur inter brachia, quæ sunt Gedulah & Gebhurah: quæ eodem tendunt, quia tunc accipit Animas sub mysterio copulæ maritalis. Pard. Tr. 23. c. 19.

קדוש *Sanctus*: refertur ad Kether, ad Tiphereth, & ad Jesod; sed h. m. Cum enim hoc nomen nulli tribuatur gradui nisi ob mysterium Vav; hinc quando Tiphereth sub forma Vav ascendit ad Kether, sub mysterio Daath, tunc fit קדוש *Sanctus* per Vav. Tikkunim. Atque tunc Kether eodem vocatur nomine, cum nempe Daath illuc usque ascendit: Tiphereth autem, quando descendit à Kether & Sanctitatem secum defert: Item, Jesod, quando Sanctitas à capite Coronæ descendit intra Ipsum. Et quando Sanctus hic ingreditur in Malchuth, Ista vocatur

קדושה *Sancta, Sanctitas*: quia tunc à Tiphereth in Ipsam influit Sanctitas; unde vox קדושה resolvitur in קדוש ה׳, quasi *Sanctum Domini*. Pard. l. c. vide טהרה.

קדם *Oriens* seu *anterius*. Ita metrum supremum *Coronæ* vocatum reperitur, Ea enim, quæ sunt ante mundum conditum, nulla creatura indagare valet, ut docent Magistri Chagigah c. 2. Et quia hæc Sephirah vocatur אהיה cum connotatione futuri, hinc omnium prima est, & in Ipsa omnes Sephiræ occultæ fuerunt, antequam conderetur mundus, quæ tum demum manifestabantur, מסתר הכתר *ex occulto Coronæ, cum veniret in mentem Creatori condere mundum.* Et huc spectat illud Gen. 2, 8. *Et plantavit Tetragrammaton Elohim hortum in Eden* מקדם *de Oriente, &c.* ubi notanda sunt, *plantatio, hortus* & *Eden*, unde resultat perfecta unitas. Plantatio enim est in horto, hortus in voluptate, quæ denique simul de *Oriente* erumpunt: Huc etiam pertinet Mich. 5, 1. nam à *Kedem* prodiit eruptio Cogitationis & mysterium manifestatarum Sephirarum. Et cum Sephirah Kedem illuminat faciem suam & manifestatur, omnes Sephiræ gaudio & tranquillitate replentur, & omnes mundi beneplacito gaudent. Porrò & generatio divisionis primò unitim habitabat juxta Gen. 11, 1. quò etiam alludit Gen. 10, 30. Cum autem truncare vellent plantas, dicitur Gen. 11, 2. quod *ab Oriente recesserint, & invenerint*

rint vallem in terra Sinear, & habitaverint in ea, &c. Et hæc vallis locus offendiculi erat, ubi commodè puniri poterant, & quæ apta satis erat, ut causa esset divulsæ unitatis mundanæ. Et nisi dispersi fuissent, truncare potuissent plantas horti & Edenis. Quamvis autem intentio istius Generationis in dictâ valle non adimpleta esset, tamen etiam post ipsorum tempora pœna eorum manifestabatur, quod dixissent: *Faciamus nobis Nomen*, Gen. 11, 4. Nebucadnezar enim, vastatis terris & eversis regnis quam plurimis & destructo Sanctuario, fieri posse putabat, ut pravam illam cogitationem Ætatis dispersæ effectui daret. Unde Dan. 3, 1. dicitur: *Nebucadnezar Rex fecit imaginem, &c. Statuitque eam* בבקעת דורא *in Valle Generationis* in provincia Babel, quæ est vallis illa, de qua Gen. 11, 2. 9. Quod ergò non potuerant illi, hic efficere moliebatur, unde omnes congregaverat populos, ut adorarent imaginem; quod convenit cum Gen. 11, 4. Imposuerat enim ori ejus vasculum aliquod, de vasis templi, in quo sculptum erat Nomen Divinum, ut effectui daret intentionem Generationis dispersæ. Sed Scriptura dicit Jirm. 51, 44. *Et visitabo Belum in Babel & educam deglutitionem ejus & non confluent ad eum gentes.* Daniel enim veniebat & efficiebat, ut deglutitum illud vasculum ex ore imaginis tolleretur, unde corruebat statua & confringebatur, quod idem est ac illud Gen. 11, 9. Confer Tract. Sanhedr. c. 11. ad Jirm. 51, 9. Omnes enim populi applicationem quandam habebant ad Mercavam, eo quod essent proselyti justitiæ, excepto Impio illo: & omnia ea conveniunt cum tempore dispersionis, ubi etiam *recedebant à Kedem*; & inveniebant *Vallem*. Idem dicitur de Lot Gen. 13, 11. *Et profectus est Lot ab Oriente*, ubi mox sequitur: *Et separati sunt, &c.* quæ omnia sensum habent mysticum: sicut & locus Num. 23, 7. ubi per montes Kedem intelliguntur montes illi, qui obstruunt viam rectam, quâ perveniri potest ad orientem. Huc etiam pertinet locus Jesch. 2, 6. cujus hic est sensus: Deum pro-

pterea deseruisse populum suum, quia quamvis Prophetas habeant Spiritu S. repletos Deuter. 18, 15. adeoque *plenum habeant influxum à Kedem*, tamen optimam hanc influentiam negligant, nec curent prohetiam accedentem ad ipsos, à Sephira Kedem; & nunc *augures habeant sicut Philistai.* Mundus ergo dilectionum vocatur Kedem: & cum iste faciem suam illuminat super omnes Sephiras, tunc omnes Mundi beneplacito gaudent & plenitudine. Et huc pertinet locus Mich. 6, 6. Ps. 95, 2. Quorum non hic est sensus, quasi quis praevenire posset Dominum contra Job. 41, 2. sed quaerit Propheta, quibus precibus bonisve operibus effici queat, ut detegatur facies miserationum, quae vocatur Kedem. Et huc etiam pertinent loca Thren. 5, 21. Deut. 33, 27. Schaare Orah Tr. *ult. post* אין & sequitur כתר. Haec vox in Tikkun. refertur ad Chochmah, quia illa inchoat omnem manifestationem. Unde etiam Onkelos vocem בראשית reddit בקדמין. Unde patet quod Kedem sit duplex; nempe, vel illud, quod est anterius, ratione principii emanationis; vel quod est anterius in manifestatione. Porrò etiam alio in loco R. Schimeon, hanc vocem refert ad Binah; procul dubio ratione interrogationis, quae ibi incipit, unde illa quoque vocatur מי *quis?* Pard.

קדש *Sanctitas:* A Binah se extendit & porro sursum: ubi etiam locum habet קדש קדשים *Sanctitas, sanctitatum*; ita ut Sanctitas sit Corona; & Sanctitates sint Chochmah & Binah. Econtra Kadosch in Tiphereth reperitur & infra. *Fundamentum autem nominis Kodesch absolutè positi est in* Chochmah. Pard. Vid. Sohar, Vajikra. Item Vajeze 87. Mischpatim 54. Kedoschim 37. Naso 64. Korach 84. Debarim 123. Heaesinu 144. Trumah 58. Item Achare, &c.

קו *Linea.* Institutâ primâ contractione ad aliquam vacui Sphaerici partem Deus lineam quandam rectam ad instar canalis, sed tenuissimam, formabat, per quam influeret aliqua lucis retrogressae pars, ab infinito in vacuum illud. Etz Chajim

Part.

Part. Ozeroth Chajim Tract. Adam Kadmon. Vid. נוקבה. אצל 5. 6. 7.

קו האמצעי *Linea media*. Sic vocatur Tiphereth, quia iste est medius, ascenditque & descendit ab initio Aziluth usque ad finem ejus. Idem vocatur

קו המדה *Linea mensuræ*: Sub mysterio Spiritualitatis interioris: quia ipse mensuram dat toti Systemati Aziluthico. Idem vocatur

קו ירוק *Linea flava*. (ad instar croci vel vitelli ovorum,) quæ circundat mundum, nempe sex extremitates: quod est mysterium Daath. Flavedo autem ipsi tribuitur, quia continet rubrum & album. Et quamvis hoc nomen etiam referatur ad Binah; colore tamen differunt. Et in Tikkunim Tiphereth sic vocatur respectu Binah. Idem tamen nomen etiam tribuitur cortici exteriori, quo circundatur mundus. Pard.

קול *Vox*; nullibi non ad Tiphereth pertinet. Sed datur *Vox interna*, quæ non auditur, nempe in Binah; & nihilominus tamen subintelligitur Daath in Istâ latens.

קול ergò *Vox*, absolutè positú, est Tiphereth: sed & omnes septem Sephiroth vocantur Voces, quæ sunt septem Voces illæ, quarum mentio fit Ps. 29, 3. 4. 5. 7. 8. 9. Omnes tamen respectum involventes ad Tiphereth: sicut & in promulgatione Legis Eædem voces appellantur eodem respectu, ita ut Illæ sint sex Voces, & Ipse septima, qui omnes complectitur, sub mysterio ascensûs ejus in Binah. Sed

קלת *Voces*, defectivè refertur ad Malchuth, ut Exod. 20, 18. it. קל in singulari est Schechinah, (Soh. Vajiggasch ad Gen. 45, 16.) quatenus caret influxu ו mariti sui: Conf. Jirm. 31, 15. Sed

קלה sine Vav & cum He, est in Binah. Sicut autem קול nudè & simpliciter, est Tiphereth: ita idem quandoque vocatur

קול שופר *Vox Tubæ*, quasi diceretur Vox, quæ prodit è Binah,

nah, quæ eſt *Tuba magna*. Sicut autem in Voce tam Tubæ, quam ſimplici continentur tria, Ignis, Aqua & Spiritus, ſeu calor, humor & aër, ita cum Tiphereth continet tres Patres & aſcendit uſque ad Chochmah & iterum prodit per Binah, tunc vocatur Vox Tubæ. Deinde in Binah duplex eſt Vox; una quæ foris auditur, & altera, quæ non auditur: & hæ ſunt duæ illius notiones, una, quatenus cum Chochmah eſt, & vocatur מי & hæc occulta eſt & non auditur: altera, quatenus jungitur Sephiris inferioribus, & hæc manifeſtatur foris, eſtque τὸ אלה in Nomine אלהים. Porrò datur &

קול דממה דקה *Vox ſilentii tenuis* 1. Reg. 19, 12. quæ refertur ad Malchuth, eſtque Tiphereth, qui unitur cum ſilente tenui, i. e. Schechinah. Tandem reperitur etiam

קול התור *Vox Turturis* Cant. 2, 12. i. e. Tiphereth, *qui eſt* Vox Turturis Malchuth. Pard. Vid. Soh. Breſchith 20, 71. Vajeze 88, 352. Vajiggaſch 115, 457. Vajiſchlach 99, 357. Vajechi 130, 518. Schemoth 1, 3. Beſchallach 26, 104. Jethro 36, 143. Vajikra 2, 78. Naſo 67, 268. Schlachlecha 80, 320. Balak 91, 362. Æthchannan 125, 498. Heæſinu 143, 570. Pinchas 105, 417.

קומה *Statura*, eſt Tractus ſpinæ dorſi à collo, i. e. Binah, uſque ad Jeſod & Malchuth, ab una parte cœli uſque ad alteram. Pard.

קומץ *Pugillus*, eſt Jod, ſeu Chochmah, quæ reſolvitur in quinque digitos, i. e. Binah, ad quam refertur ה & *quinquaginta portæ*. Denotatur ergò collectio & occultatio in ſupernis antequam manifeſtatio & extenſio fieret in *Binah*. Pard.

קוץ *Apex*: Apices literarum referuntur ad Jeſod, qui vocatur Apex tangens cœlum & terram, juxta Targum ad 1. Par. 29, 11. Pard. Vid. Soh. Vajikra 4, 15. ſq.

קור וחום קיץ וחורף *Hyems* ſeu *frigus*; *Æſtas* ſeu *calor*; *Ver* & *Autumnus*. His quatuor enim denotantur 4. anni & Zodiaci partes, ternis conſtantes menſibus: ex his trias una refer-

tur ad Chesed, nempe קיץ *Verna*, quæ sunt tres plagæ meridionales, correspondentes literæ Jod Tetragrammaticæ. Trias altera est חום *æstiva*, Gebhurah, rigor durus, tres plagæ Septentrionales, He Tetragrammati. Trias tertia est Orientalis, Tiphereth, חורף *autumnalis*, aquis plena, quæ quando inclinat ad Gebhuram, vocatur גבורות גשמים *vehementia pluviarum*, sed ad Chesed inclinans, tantum מים *aqua*, sunt. Trias quarta est Occidentalis Malchuth, קור *frigus* & *hiems*; estque Elementum Terræ, frigidum & siccum conf. Ijob. 37, 6. Sed Autumnus & hyems etiam possunt referri ad Nezach & Hod, quia Tiphereth inclinationem habet ad Nezach, & Malchuth ad Hod; suntque Literæ וה Tetragrammaticæ. Pard.

קטורת *Suffitus*. Fumus est Tiphereth, qui ascendit, ut uniat mundos Chochmah & Binah. Dum ergò ascendit, vocatur *Fumus*; cum autem pervenit intra Chochmam; illa notio vocatur קטורת quasi à קשר quod nectendi sensum infert, quia tunc unio & nexus reperitur intra gradus Chochmah & Binah: ubi tunc in luce duarum harum facierum Chochmah & Binah, omnia vident lucem, & uniuntur unione perfectissimâ. Raja Meh. In Tikkunim autem Malchuth vocatur קטורת gradus Tiphereth, quia illa huic annectitur. Pard. vid. Soh. Vajikra 2, 5.6. Vajakhel 98.

קליפות *Cortices*, seu *putamina*. Ita vocantur ea, quæ extra Sanctitatem sunt, quicquid nempe in Universo immundum est quales sunt Spiritus impuri & similia, de quibus notari possunt sequentia:

Notum est quod delapsi sint septem *Reges* (vid. מלכים: נפל: שבירה:) & quatuor *Achurajim*, *Patris* nempe & *Matris* supernorum, nec non *Iisraëlis Senis* & Tebhunæ: adeoque numerus omnium delapsorum adscendit ad undecim. Ex istis quædam facta est secretio: è scoriis illorum autem facti sunt Klippoth seu cortices. Et huc pertinet mysterium de undecim speciebus *Suffitus* Exod. 30.34. quæ sunt undecim lumina

mina in vasis relicta, eo quod non potuerint secerni & inter putamina remanserint. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Olam Hannekudim. Vid. מב 3. מלכים 3. ידוד.

2. Klippoth vocantur Scoriæ. Vocantur etiam רָב seu licentia multorum, juxta dictum Exod. 5, 5. *Ecce multi seu multus nunc est, populus terræ*, ubi intelliguntur Klippoth. Quod enim non reformatum est, & separatum mansit, id sub notione multitudinis comprehenditur. Ibid. Tractat. Ibbur & Muchin.

3. Klippoth etiam vocantur mors, sicut dicitur Jesa. 25, 8. *Absorbebit mortem in æternum*, ubi intelliguntur cortices. Ibid. Vid. ניצוצות 22. Vid. Soh. Breschith 11. 42. Vajischlach 97. Trumah 66. Pinchas 104, 416.

קלע *Funda*; vel est superior vel inferior; suntque duo Hehin. Ad illam pertinet 1. Schm. 25, 29. quia destruit cortices. Tikk. Sed

אבני הקלע *Lapides fundæ*, sunt quinque, de quibus 1. Schm. 17, 40. nempe quinque Sephiroth, Gedulah, Gebhurah, Tiphereth cum Jesod, Nezach & Hod; quæ cum uniuntur cum Binah, vel Malchuth, his nomen fundæ tribuitur. Pard.

קן *Nidus*, vocatur Malchuth; pulli autem sunt sex in nido residentes, & in medio Tiphereth maritus in sinu ejus jacens: avis autem pullis incumbens est Binah, *mater liberorum lætans*, Psalm. 113, 9. Quod autem tribuitur Binæ; etiam gradui Malchuth tribuitur, cujus pulli sunt sex Virgines ejus, & nidus Metatron. Pard. Vid. Soh. Schemoth 3, 12. Pinchas 110, 440. Ki Teze 133, 530. 135, 537.

קסטרא *Stannum*. Vid. בדיל. Camea ejus est sequens:

Na-

ד	יד	טו	א
ט	ז	ו	יב
ה	יא	י	ח
טז	ב	ג	יג

Numerus ex omni latere resultans est ד״ל tenuitatem & vilitatem hujus metalli in operationibus metallicis repræsentans. Æsch-Mezareph c. 4.

קץ *Finis.* Inter Cortices sic vocatur Samaël, Gen. 6, 13. ab exterminio. Sed in Sanctitate hoc nomen refertur ad Jesod. Pard. Vid. Soh. Breschith 41, 162. Toledoth 82. Vajera 73.86. Vajiggasch 115. Vajechi 124. Bo 15, 58.60. Tezavveh 80, 317.

קצוות *Extremitates.* Vid. מ״ב .ו״ק .דעת.

קרבן *Appropinquatio*, vocatur Schechinah, quia in ea conveniunt & connectuntur & uniuntur omnes Sephiroth: unde etiam dicitur אגודה *Fasciculus.* Item quia ipsa adducitur & fit oblatio gradûs Tiphereth, & uniuntur; ubi simul perfectissimè uniuntur omnes Sephiroth. Pard. vid. Soh. Breschith 17. Vajera 66. Vajeze 87. Vajiggasch 114. Vaæra in f. Mischpatim 53, 210. Pekude 102, 107. 122. Vajikra l. 2. Achare 33.

קרוב *Propinquus*, vocatur Jesod; quia vicinus est Schechinæ, *& melior, quam frater è longinquo*, qui est Tiphereth Pr. 27, 10. Pard.

קרח הנורא *Glacies terribilis* Jechesk. 1, 22. est Schechinah, quasi diceretur congelatio judicialis facta ab Illo, qui dicitur *Terribilis*, nempe Tiphereth. Tikk. Eodem autem respiciunt קרח *glacies, frigus*, & חרק *stridor*; cum hac tamen differentiâ, quod חרק judicium revera designet, Thr. 2, 16. Sed קרח ob albedinem ad miserationem tendat; estque notio infima gradûs Malchuth. Pard.

קרית ארבע *Urbs quaternionis*, eſt Schechinah, quia in ea uniuntur quatuor literæ Tetragrammati; vel quatuor Nomina יה & יהוה mas & fœmina, Chochmah & Binah: & יהוה & ארני Tiphereth & Malchuth. Pard. vid. Soh. Vajeze.

קרן *Capitale: Cornu.* Num. 5, 7. in Targum per Capitale intelligitur Tiphereth, per quintam Malchuth. Tikk. Sed Cornu eſt Malchuth, tanquam extantia & angulus totius Aziluth. Soh. Vajikra ad 1. Schm. 2, 10. Et S. Lechlecha Illa dicitur vocari Cornu; quando influit in Ipſam Oleum illud bonum, quo illuminantur omnes Sephiroth. Deinde in Tikk. duo cornua Schechinæ dicuntur eſſe Nezach & Hod; Cornu unum ejuſdem verò Jeſod vocatur. Pard.

קרסולים *Tali pedum.* Nezach & Hod, reſpectu Tiphereth vocantur femora; ſed reſpectu Jeſod, Tali. Tikk.

קרקבן *Ingluvies*, vide אסטומכא.

קרקע *Solum, fundus*, eſt Schechinah, quia eſt infima in Aziluth. In Tikk. autem Jeſod dicitur ſolum ערבות cœli, i.e. infimum in Tiphereth. Pard.

קרקפתא *Cranium.* Eſt pars capitis in Adam Kadmon maximè ſublimis ad locum aurium uſque: ad quam refertur notio Nominis עב & quidem in ſpecie hujus Taamim, de quo tamen ulterius loqui non licet, cum adeo ſit remotum ab intellectu atque accentuum doctrina à primordiis grammaticis. Quamvis enim his notionibus imponantur nomina atque cognomina, v. g. hominis, capitis, aurium, oculorum, &c. hæc tamen merè homonymica ſunt pro aliquali ſaltim conceptu formando & doctrinæ gratiâ reperta; & hæc quidem potiſſimum adhibentur ad analogiam Syſtematis Aziluthici inferioris nimirum ab Arich Anpin Aziluthico & gradibus ſequentibus, ubi potiſſimum incipiunt notiones perſonarum, cùm in ſuperioribus perſonæ notio locum non habeat. Etz Chajim Tractat. Ozaroth Chajim Sect. Adam Kadmon. Vid. זווג אק.

קשר *Nodus, Ligatura*, constituit fasciculum, qui è paucioribus non constat quàm è tribus: suntque תקיעה, & שברים & תרועה tres soni tubæ: tres Patres, Gedulah, Gebhurah, Tiphereth, qui ultimus, quia cæteros ligat, propriè dicitur קשר. Quod nomen deinde etiam applicatur ad Jesod, respectu Nezach & Hod, qui dicuntur Filii. Porrò & Schechinah vocatur קשר, quia tres istas notiones colligat sub figura ה, quæ sunt tria Vavin; unde Eadem quoque vocatur Nodus Phylacteriorum. Pard. vid. Soh. Vajechi 117. Vajeze in pr. Vaæra 10, 31. Bo 14, 66. Mezora 24, 96. Vajelech 138. Pinchas 111, 442. Ki Teze 136.

קשת *Arcus*, in Tikk. applicatur ad Jesod, ob notionem *fæderis*, & quia per Jesod fit unio: Conf. Gen. 49, 24. & ab eo prodeunt sagittæ seminales. Unde apparet, quod קשר ob unionem; & קשת quasi eodem tendant. Pard.

ר *Resch.*

IN Libro Temunah hæc litera refertur ad Jesod; estque litera simplex, nec composita ex aliis; & protractio ejus tendit ad Malchuth. Significationem autem *hæreditatis* includit, quasi sit hæreditas justorum in mundo venturo, ubi quies animarum; unde dominium ejus refertur ad Planetam שבתאי. Alii è sensu Pr. 30, 8. ad Malchuth referunt; quod & in Sohar fit. Ubi tamen & alluditur ad ראשית *principium*, unde ad Chochmah refertur; quia hic est principium manifestationis Systematis Aziluthici. Pard. Tr. 27. c. 23. Vid. Soh. Mikkez 112, 450.

ראייה *Visio*, dependere dicitur à Binah, quia Cor videre dicitur. Ubicunque igitur Visionis fit mentio, notio sinistri includi censeatur. In Raja Meh. allusio fit ad אריה, quod est sub Chesed: sicut ראובן quasi אור בן, quæ est Lux Chesed

& Chochmah; quia in ראייה ultra vocem אריה adhuc & י redundat. Et hæc explicatio magis eſt fundamentalis, unde ſi ad Binah refertur Viſio, id propter Chochmah fit. Viſio autem vel in bonam vel in malam partem ſumitur, vid. Soh. Vajera; quia Cheſed aliquando ad judicium inclinat. Pard. vid. Soh. Kedoſchim 38, 152.

ראש *Caput*, in Tikk. dicitur eſſe Kether cum reſpectu ad gradum Chochmah, quæ etiam Caput vocatur; ſed Kether etiam vocatur

ראש הלבן *Caput album*, ob dealbationem criminum. Pard. Et

ראש האצילות Eſt Summitas, initium, ſeu Caput Emanationis. Quamvis enim tota Aziluth ſeu Emanatio *circularis* eſſet, & tota Infinitas illam undiquaque circumdaret *æqualiter*; attamen uno tantum loco cohærebant, nempe ubi ex *Infinito* procedebat Linea illa ſeu canalis pro influxu; Ille locus vocatur Roſch Haaziluth, Summitas Emanationis. Etz Chajim, Tract. Ozaroth Chajim, Sect. Adam Kadmon. Hic eſt locus ille, in Luce infiniti, unde prodiit Adam Kadmon, ad quem nempe non pertigit Contractio Lucis. ib.

ראש אדם קדמון Vid. א״ק. it. מצח.

ראש הרים *Caput montium* dicitur Cheſed, quia eſt ſuprema inter tres montes, qui ſunt Patres. Soh. & Tikk. ad Gen. 8,5. vel omnia ſex extrema. Sed

ראש צדיק *Caput Juſti*, in Soh. Breſch. & Vajeze dupliciter explicatur: 1. ad Tiphereth refertur, qui imminet *Juſto*. 2. ad orificium, unde benedictiones è Jeſod effluunt in Malchuth, quæ eſt notio ejus infima, Porrò

ראש דבר *Caput verbi* ab alio ad Cheſed, ab alio rectius ad Tiphereth refertur, quia eſt Caput Malchuth, quæ vocatur דבר. Conf. Pſ. 117, 160. Mich. 7, 20.

ראשי החיה *Capita Animalis* in Tikk. ad Jecheſ. 1, 22. Animal dicitur eſſe Malchuth; & capita ejus Nezach & Hod. Pard.

ראש

ראש השנה *Initium anni.* Vid. Soh. Brefch. 29,113. Trumah 60, 239.

ראש חדש *Initium menfis.* Vid. Soh. Vajechi 119. 120, 473. Bo. in pr. Mifchpatim 44, 174. Tezavveh 81, 324. Vajakhel 86, 344. Pekude 107, 426. 102. Kedofchim 38, 152. Æmor 48, 191. Behaaloth. 71, 282. Pinchas 106, 424. 119, 121. Ki Teze 137, 547. Achare 32, 127. Nafo 69, 273. Schlachlecha 77, 305.

ראשית *Principium*; ita vocatur Chochmah, quia eft initium manifeftationis. Eodem refpectu & Malchuth, ob fuum Jod, ita vocatur; & ut in Tikk. dicitur, quia Hæc eft principium omnium creatorum. Eadem vocatur

ראשית תרומה *Primaria Portio Sacerdoti exhibita.* Et

ראשית שמנים *Primitiæ oleorum*, feu influxus à Kether defcendentis. Pard. vid. Soh. Vaæra 11, 44. & in Soh. & Tikk. ad Gen. 1, 1.

רב *Multus:* in Tikk. ad Gen. 48, 16. refertur ad Chochmah è 1. Reg. 4, 30. & Targum *Oleum unctionis*, quod eft in Chochmah, Exod. 25, 6. &c. vertit משח רבות vid. Soh. Balak in pr. 88, 355. Alibi רב nudè pofitum dicitur effe Tiphereth, qui eft arbor magna & robufta. Pard.

רב חסד *Præpollens benignitate*, eft Tiphereth, cujus maxima pars eft Benignitas.

רב טוב *Magnitudo boni*, dicitur Influentia defcendens à Binah, & magnum reddens Jefod. Pard.

רבים *Multi* in Raja Meh. dicuntur Patres, quia *multi* non dicuntur infra tres: ubi fimul involvitur feparatio, Unitati oppofita: cum enim uniti funt Patres, אגודה vocantur. Pard.

רביעית *Quarta pars* menfuræ Hin dicitur Malchuth, quia eft quarta Tetragrammati; vel pes quartus Throni. Sed hoc nomen ipfi non tribuitur; nifi quando unita eft cum reliquis tribus. Pard.

רבקה *Ribkah* vocatur Malchuth cum connotatione vehe-

mentissimi judicii, & quando cum marito unitur ex parte Gebhuræ. Pard. vid. Soh. Pekude 101, 403.

רגלים *Pedes* in Aziluth seu Emanatione, idem est ac id, quod infra summitatem est. Vide מלוי תחתוניות.

2. Deinde sic vocatur notio infima gradûs Malchuth, quæ circumdatur à Corticibus Cant. 5, 3. Vid. Soh. Lechlecha ad Jesch. 41, 3. Pinchas 106, 421.

ר״ה Est abbreviatura vocum רשות הרבים vide infra רשות.

רהטים *Canales* in Tikk. vocantur Nezach & Hod; sub notione irrigandi. Sed alibi Binah vocatur Canales Cerebri. Pard.

רוב *Multitudo* refertur ad Jesod, (in Soh. Toledoth ad Gen. 27, 28.) dum est inter Tiphereth & Malchuth; quia isti nunquam deest influxus copiosus, juxta Ps. 37, 25. ubi per panem intelligitur *fœmina*. Sed

רוב אונים *Multitudo Virium*, Jesch. 40, 26. in Tikkun. dicitur Corona. Pard.

רוגז *Ira*. Vid. Soh. Vajeschebh 104, 415. Korach 85, Tezavveh 80. Vajechi 122. Heæsinu 144.

רוח *Spiritus*. Hæc vox nudè posita refertur ad Tiphereth, qui inter elementa nomen Aëris habet; cum medium teneat locum inter Gedulah & Gebhurah, Aquam & Ignem. Idem tamen aliquando dicitur

רוח צפונית *Ventus aquilonaris*, dum suctionem habet à Gebhurâ. Et hic est ventus ille, qui movebat Citharam Davidis. Cum autem à Chesed influxum habet, vocatur *Ventus australis*. Et *calidus* vocatur à calore Gebhuræ; *frigidus* autem, ab aquis frigidis gradûs Chesed. Sed

רוח הקדש *Spiritus Sanctus* vel *Sanctitatis*, vocatur Malchuth, quando influxum habet à Hod, unde influentia promanat in eos, qui loquuntur per Spiritum Sanctum, quippe qui inferiores sunt Prophetis, eo quod horum locus sit in Nezach. Soh. Sed ib. Sect. Achare, dicitur, quod Malchuth tunc appelletur Spiritus Sanctus, quando influxum accipit à Chochmah,

mah, quæ vocatur קדש Sanctitas. Quæ procul dubio eôdem recidunt; Chochmah enim influit in Hod, & Hod in Malchuth. Eadem Malchuth vocatur

רוח גדולה *Ventus magnus*, quando influxum habet à vento meridionali: Et

רוח החזק *Ventus vehemens* cum in Illam influit Ventus Aquilonaris. Item

רוח יי *Spiritus Domini*, ex parte Tiphereth. Sed רוח אלהים Spiritus Elohim refertur ad Chochmah, quæ quasi Spiritus & anima est gradûs Binah, quæ Elohim vocatur: vel ad Tiphereth, quia est Spiritus gradûs Malchuth; vel quia egreditur ex ore superno, Binah. Pard. vid. Soh. Vajescheb 107. Mikkez 109. Vajiggasch 113,460. Vajechi 120.122.125. Item Mischpatim 46. Schemoth 5,18. Vaæra 11,42. Bo. 18. Beschallach 20. Trumah 63. Pekude 110, 111,113. Naso 61,243. Pinchas 111,448.460.

רוחב *Latitudo*; in Raja Meh. ad Malchuth refertur; sicut longitudo ad Binah.

רוכב שמים *Insidens cœlis* est Binah, quæ est supra אש & מים, ignem & aquam, & ex iis compositum, quæ sunt Gedulah, Gebhurah, Tiphereth. Pard.

רוכל *Aromatarius*: in Tikk. refertur ad Jesod, vid. אבקת; quia in eo miscentur omnes influxuum species. Pard. vid. Soh. Vajischlach 100,401. Naso 61,242.

רום *Altitudo*, per Cholem refertur ad Kether: sed per Schurek ad Chochmah. Tikk. Pard.

רומח *Lancea*. 1. In Tik. Tiphereth seu ו, quando inclinat ad Chesed, quo pertinent רמח 248. præcepta aff. dicitur רומח: manus autem, quæ hanc lanceam apprehendit est Malchuth, sub mysterio unionis. Pard.

2. In historia naturarum metallicarum huc refertur historia Pinchasi Num. 25,7. in qua per scortantes intelliguntur Sulphur masculinum (arsenicale,) & aqua sicca indebitè in mi-

minerâ commixta. Per lanceam Pinchaſi autem vis ferri, in materiam agens pro expurgandis ſordibus: quo ferro non tantum enecatur maſculinum illud, ſed & ipſa fœmina tandem mortificatur: ut hîc non incommodè applicari poſſent miracula Pinchaſi. Vide Targum h.l. Ferri enim natura mirabilis eſt, quod & Camea ejus docet, quæ talis eſt:

יא	כד	ז	כ	ג
ד	יב	כה	ח	טז
יז	ה	יג	כא	ט
י	יח	א	יד	כב
כג	ו	יט	ב	טו

Ubi quinarius ה, & quadratum ejus כה, naturam fœmininam denotant, quæ per hoc metallum corrigitur. *Æſch-Mezareph* c. 3.

רועה בשושנים *Paſcens inter Lilia;* in Tik. refertur ad Tiphereth, qui inter duo Hehin paſcit. Pard. vid. *Soh. Trumah* 60, 239. Pinchas 117, 466.

רחובות *Latitudines:* refertur ad Binah, quia inibi rerum omnium dilatatio eſt: Illa enim eſt hæreditas coarctatoribus carens, vid. נחלה Conf. Pr. 5, 16. ubi intelligitur emanatio Sephirarum, vid. Soh. Toledoth. Pard.

2. In Schaare Orah Tr. 8. poſt יובל huc pertinent ſequentia: Binah vocatur

רחובות הנהר *Dilatationes fluminis*, quia eſt locus, qui oppreſſoribus non ſubjectus eſt, & ubi nemo eſt qui adverſetur, & impediat beneficia. Quicunque igitur hoc in mundo hîc plantari meretur, illius fructus & folia non corrumpuntur, juxta Pſal. 1, 3. Jirm. 17, 8. Hic enim locus ſuperior eſt 70. Principibus; hinc Latitudinis nomine gaudet; Conf. 2. Schm. 22, 20. Hæc ibi & ſequitur תשובה.

רחום *Misericors*, à R. Moscheh refertur ad Chesed, quia hæc misereretur creaturarum, etiamsi illæ indignæ fuerint. Sed videtur רחום dici quasi רמח ז, i. e. Tiphereth inclinans ad Chesed. vid. רומח. Pard.

רחוק *Remotus*, semper refertur ad Chochmah, quia illam nemo assequi valet. Et Tiphereth vocatur

אח רחוק *Frater longè absens*. Pr. 27, 10. vid. קרוב. quia elevatur in Chochmah. Et huc pertinet Psal. 10, 1. ubi Malchuth relinquitur solitaria. Vid. Soh. Vajikra ad Jirm. 30, 10. ubi etiam Binah hoc nomine comprehenditur.

רחל *Rachel.* Vid. אבא ואמא.

1. Rachel autem vocatur Uxor ז״א vera, estq; punctum decimum è decade Aziluthica generali nempe Malchuth ejusd. Est autem Uxor specialis Iisraëlis, qui ubiq; vocatur ז״א. Jamque dictum est alibi, quod proveniat è luminibus cerebrorum נה״י maternorum, (vid. לאה Num. 5.) Consistit autem à tergo ז״א ab initio productionis suæ: ejusque Tikkun seu formatio locum habet retro sub pectore ז״א usque ad finem pedum ejus, qua dimensione ipsius statura terminatur, cum tota decade sua Sephirothica.

2. Ratio autem quare Rachel tergis junctis cohæreat cum ז״א hæc est: quia Chizonim non possunt attingere Sanctitatem à parte ejusdem anteriore, imò ne fœminæ quidem anteriora, sed earum tantùm Achurajim. Hi enim Chizonim seu externi vocantur Elohim, & omnis ipsorum attactus atque applicatio & suctio fit è nomine Elohim Sancto. Si ergò Rachel, quæ vera est Uxor ז״א, ita staret ut Leah, quæ facie sua Tergum Seiricum respicit; Sanè Tergum ejus esset denudatum, & Chizonim ad illud applicarentur quam vehementissimè, quia fœmina est de qua dicitur, quod pedes ejus descendant ad mortem Prov. 5, 5. Ipsa enim habet naturam rigorum absolutissimorum, ubi putaminum adhæsio est. Adde quod ipsa ultima sit Sephirarum Aziluthicarum cui Klippoth vehe-

menter adhærere desiderant. Ne igitur Klippoth nimiùm ad ipsam applicentur, hinc Tergo suo adhæret Tergo ז״א; ita ut Spiritus externorum inter illa non possit penetrare. Donec opus sit נסירה seu dissectione, qua separentur, sicut dicitur Gen. 2, 22. Et construxit Dominus Deus latus, &c. Facies autem utriusque manent apertæ, quia ad illas Chizonim non appropinquant.

3. Postquam autem rectificata sunt atque mitigata illorum Terga dissectionis beneficio, זו״ן faciem ad faciem applicant, quia tunc Chizonim facultatem non habent accedendi ne quidem ad Terga eorum. Hinc intelligi potest mysticum illud Jesch. 1, 4. נזרו אחור alienarunt in statum Tergi: nimir. quotiescunque Iisraëlitæ peccant hic infra, toties זו״ן *reducuntur* ad statum oppositorum tergorum: quia ob peccata *inferiorum* cortices possent adhærere tergis expositis, si manerent junctis faciebus: Unde necessum est, ut tergis iterum combinentur atque hac ratione tegantur ipsorum Achurajim, ne aditus sit externis.

4. Ratio autem, quare formatio Rachelis incipiat à *pectore*, hæc est: Quia lumina נה״י Tebhunæ usque ad pectus tecta sunt; ibique finitur Jesod Tebhunæ: & ab hinc & porrò deorsum lumina planè sunt aperta. Præsertim, quia ibi incipit denudatio Jesod Paterni; quo in loco incipit structura Rachel; unde dicitur: Dominus per Sapientiam (quæ est Pater,) fundavit Terram, (quæ est Malchuth & Rachel;) *In Leâ vero* aliter se res habet; quæ oritur è loco Tebhunæ, *ubi* nulla adhuc detectio.

5. In specie autem sciendum, quod quinque Chasadim Daathicæ à matre provenientes distribuantur à Chesed usque ad Hod Systematis Seirici. Chesed autem, quæ porrigitur in Tiphereth Seiricum, dividitur in tres Triades; quarum duæ inferiores, quæ sub Pectore, detectæ sunt; suprema autem adhuc tecta latet in Vase Jesod Materni. Duæ ergò Triades Che-

Chesed Tipherethicæ inferiores, quia apertæ, omninò ad id sufficiebant, ut duplicari possent; Et ex his una sufficiens erat pro Vase Tipherethico ipsius ז״א ejusque duabus Triadibus inferioribus. Trias autem tertia de luce dabatur Racheli ad formandam Coronam ejus. Et hinc patet ratio, quare mulieres non obligatæ sint ad phylacteria: quia Rachel non habet notionem luminum ambientium, quæ sunt mysterium phylacteriorum; prout eandem habet Jacob. Et sic Rachel accipiebat vas & lucem pro Corona sua.

6. Deinde splendor articuli ultimi vasis Nezachici materni in quo erat tertia ultima lucis Cerebri Seirici Chochmah dicti, quæ inserta erat tribus articulis Nezachicis ז״א, splendor inquam trium horum articulorum inserebatur lineæ dextræ Rachelis pro ejusdem חח״ן æquè ad notionem vasorum ac ad notionem lucis medullaris ibidem inclusæ.

7. Et sic de notione Chesed ex quinque Chasadim protensis, quarum una extensa erat usq; in Nezach Seiricam (quæ & ipsa quia detecta erat, sufficiens erat ut medietas ejus tantùm lucem præberet Nezach Seiricæ) medietas altera porrigebatur ut luceret per totum latus dextrum Rachelis.

8. Eodem modo se habebat articulus ultimus hodicus maternus cui inserta erat Trias ultima Cerebri Seirici Binah dicti; quæ ambo extensa erant per Hod Seiricam. Istius Hod tres articuli sufficientem administrabant splendorem pro tribus Sephiris בג״ה lineæ sinistræ Rachelis.

9. Et sic etiam quia de notione quinque Chasadim una pervenerat ad Hod Seiricam, hæc, quia denudata erat, sufficiens erat ut una ejus medietas maneret in Hod Seirica, altera autem totum latus sinistrum Rachelis collustraret.

10. Porro linea media Rachelis (excepta ejusdem Corona, quam acceperat à Chesed Tipherethica ז״א) etiam accipiebat splendorem de quinque Gebhuroth, quæ erant in Jesod Seirico à parte Daath maternæ: & istæ Gebhuroth jun-

gebantur in Daath Rachelica atque colligebantur. Linea autem hæc media, nempe דתי nullas habebat Chaſadim.

11. Hic autem quæritur: Quia quinque Chaſadim, quæ prodierant de Jeſod Binæ & detectæ erant à pectore & porrò deorſum, diſperſæ erant & diviſæ per quinque Sephiroth Seiricas חגת & נה; quare non idem contigerit quinque Gebhuris, quæ etiam exiverant de Jeſod Binæ, & quia non inveniebant locum in אי ubi diſtribuerentur, quia ibidem jam locatæ erant quinque Chaſadim deſcenderant in Jeſod Seiricum, ubi non erat Vas pro ipſis, ubi combinarentur? Qui factum eſt ergo ut jungerentur in Daath Rachelis? Nimirum ſplendor Jeſod paterni jam infra pectus Seiricum detecti colluſtrabat quinque iſtas Gebhuras in Jeſod Seirico exiſtentes, easque *ſimul* jungebat colligabatque atque ſociabat; atque ſic mitigabat *rigores* duros in illis exiſtentes mediante hac conſociatione. Et *quia* ibi jam junctæ erant, hinc dum prodirent in Daath Rachelicam, ibi quoque junctæ manebant citra ſeparationem. Poſtquam autem quinque hæ Gebhuroth Sociatæ eſſent *in* Daath Rachelis, tunc ſplendorem ſuum extendebant deorſum *à* Cheſed uſque ad Hod, eodem modo quo diſtributæ erant quinque Chaſadim in maſculo. Tandem autem ſplendorem ſuum iterum colligunt prodeuntes in Jeſod Rachelis, quando nempe cum Seir copulatur: prout etiam in Jacob, quando cum Rachele copulatur, quinque Chaſadim ejus in ipſius Jeſod conſociantur. Etz Chajim Part. Ozeroth Chajim Tract. *Druſch* Iiſraël & Rachel.

12. In Pardes Rimmonim ſub hoc tit. *hæc* extant: Rachel vocatur Malchuth, quatenus cum miſerationibus Jacobi uniuntur miſerationes ejus.

רחמים *Miſerationes.* Vid. פנים. it. נוקבה · הבארה · ישר. Aliàs hoc nomen refertur ad Tiphereth, qui eſt linea dilectionum, ſeu lenitatum, ſeu miſerationum. Kether autem quia iſtius lineæ radix eſt, vocatur רחמים גמורים Miſerationes ſeu di-

dilectiones meræ, ubi nihil intermixtum est rigoris. Pardes.

רִיבָה *Controversia Domini*, vocatur Schechinah, quia litigat cum marito, ob eversionem Sanctuarii, *donec respiciat, &c.* Thr. 3,50. Sic Binah litigare dicitur cum Jesod, juxta Ijob. 14,11. Et ambæ Schechinæ vocantur

ריבות *Contentiones.* Pard.

ריח *Odor.* Refertur ad Malchuth, quatenus ascendit ad locum Beneplaciti sub mysterio fumi. Ascensio enim gradûs Tiphereth fit per Malchuth: cum enim ambo uniti ascendunt ad Scaturiginem suam occultam, quæ in Chochmah, tunc Malchuth vocatur עולה *elevatio*, quia ascendit usque ad Æn-Soph. Cumque iterum descendunt, hæc descendit per viam *suaveolentiæ.* Cum enim Ignis & vis Gebhuræ, quæ prodit è Naso, emittitur, ut comburat mundum, & in Malchuth infunditur; tunc Malchuth viâ judicii ascendit, & applicatur fumo, quæ sunt vires Gebhuræ, & ascendit per viam Nasi, quæ est Gebhurah, & applicatur Binæ, ubi est Scaturigo Ignis Gebhuratici; tunc exoritur Amor per unionem Tiphereth & Malchuth & Chochmah & Binah uniti sibi adhærent sub mysterio Daath; & sic excitatur influentia Chochmah circa Scaturigines miserationum, quæ in Binah, & Scatebræ illæ aperiuntur, & Binah perfunditur & induitur miserationibus, & mundus reducitur ad tranquillitatem. Et hic est odor suaveolentiæ. Pard. vid. Soh. Noach 53,209. Schemoth 9,34. Vaæra 11,44. Bo 18, Achare 26,104.

ריקם *Vacuum;* refertur ad Cortices Gen. 37,24. ubi non aquæ, sed serpentes & scorpii. Conf. Jesch. 65,23. Sed in Tikk. Nomen אלהים vocatur ריקם vacuum, cum ex eo tolluntur literæ הי, ut maneat אלם mutus, i.e. Tiphereth sine Malchuth, tanquam Sermone. Pard.

רימון *Malo-Granatum.* In Tikk. Nezach & Hod vocantur duo Malo-granata. Vid. Soh. Balak 97,386.

ריש‎א *Caput.* תלת רישין Tria Capita sic intellige.

1. Totum Systema Aziluthicum, de quo mentio fit in Libro Sohar, factum est ex decem illis punctis, progressis è foraminibus oculorum Adam Kadmon; primò quidem informibus, deinde autem formatis, hoc modo: Punctum primum cui nomen Kether, formatum est in tres notiones, quæ sunt 3. Capita, unum sublimius altero: de quibus loquitur Idra minor sub initium. Kether enim dividitur in duo Capita, quæ sunt Attik Jomin, & sub eo Arich Anpin, qui & Ipse habet naturam Kether: & in hoc Arich Anpin datur Caput tertium, quod est Cerebrum ejus occultum, quod dicitur Chochmah. Et hæc tria vestiuntur invicem, unum nempe ab altero. Ez Chajim Part. Ozaroth Chajim Sect. Injan ham-*Melachim*.

2. Ex duobus Punctis sequentibus, quæ dicuntur *Chochmah* & Binah; factæ sunt Personæ duæ nempe Pater & Mater, quæ & ipsæ superinvestiunt חגת דא״א Arich Anpin.

3. Ex sex Punctis sequentibus quæ sunt חגת נהי factus est ז״א, & è decimo ejusdem Uxor. Et hæ duæ investiunt נהי דא״א Arich Anpin. Ibid.

רם *Celsus*, à quibusdam ad Kether, ab aliis ad Tiphereth refertur; à nobis ad Binah: vid. ירים. Sed Jesch. 6, 1. per *Solium*, *&c.* intelligitur Malchuth, quatenus ad Chesed & Gebhurah ascendit. Pard. vid. Soh. Trumah 74. Chaje Sarah 75, 304.

רנה *Cantatio elata* refertur ad Justum, juxta Ps. 33, 1. Sed quatenus influxum habet à Gebhurah, Tikk. Pard.

רעים *Amici* in Tikk. vocantur Nezach & Hod, quia in operatione sua semper conjuncti sunt; & vocantur duæ medietates corporis. Sed in Soh. Vajikra, Chochmah & Binah vocantur duo amici; & propterea fortè etiam Nezach & Hod, nempe quatenus influxum accipiunt à Chochmah & Binah per Chesed & Gebhurah. Pard.

רעמים *Tonitrua* referuntur ad Gebhurah, juxta Ijob 26. 14. Pard.

רעש *Terra motus, concussio.* Alia ad Sanctitatem spectat, velut illa, qua Deus excitaturus est mortuos de quo Jechesk. 37, 12. Et Malchuth vocatur רעש & per metathesin עשר quia est composita è decade & vestitur vehementiâ Gebhuræ, & concutiet regnum impium & superbum & disperdet illud. Sed רעש cum allusione ad רשע est Impietas illa, quæ seducit & commovet mundum, ut perdat justos in momento. Pard.

רפואה *Medicamentum.* Vid. Soh. Bo 16, 63. Balak 95, 375. sq.

רצון *Voluntas, Beneplacitum.* Cabbalistarum Sapientibus nonam Sephirarum ab imis adscendendo ita appellare placuit. Nam hic locus repræsentat ὁἰέγνωμ Beneplaciti Summi versus Sephiras, earumque manifestationem à Coronâ Summâ factam; ita tamen, ut nullo modo intelligi queat; eò quod nulla uspiam creatura scire queat, quomodo Beneplacitum illud sese exerat erga emanationem Sephirarum. Et Moscheh quidem id scire desideravit Ex. 33, 13, sed responsum accipiebat: ℣. 19. וקראתי בשם יי לפניך quasi diceret: via illa tam intima est, ut illam assequi nequeas, nec ullo modo subintrare possis: hinc pergit: *Gratiam largior, &c.* nulli enim creaturæ possibile est intelligere, quomodo sese exserat רצון Beneplacitum; hinc vocatur רצון באין גבול *Beneplacitum termino carens.* Et sicut non assequimur viam Sephiræ primæ, quia infinita penitus est, sic nec Beneplacitum, quod eidem adhæret, ullos admittit limites. Et per proprietatem hanc רצון Deus miseretur illorum, qui sese applicant ad attributum Timoris, nempe à capite arbitrii & cogitationis; vid. Psalm. 147, 11. Psal. 145, 19. Hic autem annotabimus quædam ad Loca illa, quibus incipimus & finimus preces nostras, quorum ille est Psal. 51, 17. hic, Psal. 19, 15. In primo igitur porta ostenditur, per quam intramus ad petendam gratiam; & hæc est nomen אדני; huc pertinet Psal. 118, 19. Sed in fine precum id intendimus, ut oratio assumto vigore ascendat è Sephirâ in Sephi-

Sephiram donec perveniat usque ad רָצוֹן Beneplacitum, quod applicatur Coronæ: quo facto, omnes portæ tam Summæ quam imæ precibus his aperiuntur, nec ullus adversarius eandem infringere valet; eò quod adhæreat Systemati lenissimarum miserationum, ubi omnis petitio ubertim expletur, nemine obstante, quia à loco *Beneplaciti* influxum habet, ita ut nova quoque miracula & ostenta edere queat, quasi de novo condendus esset mundus. Hinc dicitur à מזלא *influentia summâ* dependere Liberos, vitam & alimenta; i.e. à mundo miserationum. Conf. 1. Schm, 1, 11. & exempla omnium Justorum, qui per preces suas huc usque elevatas miracula ediderunt. Et hic est locus perfectissimæ fiduciæ, & mysterium Arbitrii, quia qui hucusque pertingit, omnia efficere potest *pro arbitrio*, juxta Psal. 145, 19. Et hinc intelligi potest, quicquid *in Lege* dicitur de signis, miraculis, liberationibus, salvationibus, atque extraordinariis mutationibus mundi. Intentio ergò clausulæ precum nostrarum hæc est, ut noviter fieri jubeatur, quod petimus à Scaturigine Beneplaciti arbitrarii, sicut *mundus innovatur* ab istis scatebris. Schaare Orah Tr. 9. post חכמה; & sequitur עומק.

2. Influentia descendens à Corona Summa contentas reddit & explet voluntatem & desiderium atque arbitrium omnium Sephirarum; & hinc vocatur רצון *Beneplacitum, acquiescentia* εὐδοκία: sicut enim homo in beneplacito est, cum comedit; sic Sephiræ saturantur beneplacito superno, cùm influxum ab illo accipiunt. Fundamentum igitur רצון quod acquiescentiam & beneplacitum producit, est in Kether: illud autem, quod contentum redditur, sunt Sephiroth; qualescunque hoc vel illo loco Scripturæ saturitatem experiri dicuntur, ut Ps. 85, 2. i.e. influxu רצון saturasti illam. Atque sic exponenda sunt & reliqua. Pard.

רקיע *Firmamentum.* Multa sunt Firmamenta: Nam (1.) omnes Sephiroth vocantur Firmamenta. (2.) Quinque Sephiroth

roth cum relatione ad Gebhuram exponuntur esse quinque illa Firmamenta, quorum mentio fit die creationis secunda; quia in operatione sua extenduntur, & respectu causatorum se habent ad instar Firmamenti expansi. (3.) Fundamentum autem Expansi est in Tiphereth, per quem quinque illæ Sephiroth expansorum naturam habent. (4.) Etiam Jesod vocatur Firmamentum, quod super capita animantium, quæ ad Malchuth pertinent. Imò (5.) & Malchuth eodem gaudet nomine, quatenus est firmamentum super capita animalium inferiorum. Sicut (6.) Binah vocatur firmamentum, quatenus est super capita animalium supernorum, Gedulah, Gebhurah, Tiphereth, Malchuth. Pard. vid. Soh. Lechlecha 60, 238. Vajakhel 94, 375, 377.

רשות Denotat locum ubi licentia est aliquid agendi. Estque vel רשות הרבים Licentia plurium, aliàs Locus publicus: quo nomine appellantur lumina septem inferiora ex oculis Adam Kadmon prodeuntia separata aliud sub alio. Sed רבים κατ' ἐξοχὴν dicuntur Patres, nempe חגת sicut in Sohar & in Tikkunim traditur; vel est רשות היחיד Licentia unius aliàs locus privatus, cujus altitudo est 10. & latitudo 4. & hoc nomine appellatur זא postquam junctis Membris in unam coaluit personam, cujus latitudo est 4. quæ sunt 4. Literæ Tetragrammati & altitudo 10. quæ sunt 10. Literæ plenitudinis Alephatæ. Etz Chajim Part. Ozaroth Chajim Tract. Oroth, Nizuzoth & Kelim. Vid. מורת 5.

רשות *Licentia.* Malchuth, quando copulata est cum marito, vocatur רשות היחיד *Licentia unius*, quia in Eam licentiam habet unus ille 4. literis Nominis & decem plenitudinis constans. Sed רשות הרבים *Licentia plurium* est Serpens, mulier fornicatrix Samaëlis, sub quo multi, nempe 70. populi, qui omnes ab eo influxum habent. Pard.

רשימו *Signum, vestigium.* 1. Sic fert natura luminum, ut si adscenderint, illo tamen loco, ubi fuerant, aliquod sui relin-

quant vestigium. Sic in Systemate Akudico Corona reliquit vestigium quo illuminaretur Chochmah; sic Chochmah pro Binah; Binah pro Seir Anpin, & hic pro Uxore sua. Semper enim quod superius est, illuminat inferius. Malchuth tamen nullum relinquere poterat vestigium, quia nihil habebat infra se, quod illuminaret. Jesod autem relinquebat vestigium pro Malchuth; quod ibi permanebat perpetuò, quamvis Malchuth rediret ad usque principium emanativum. Hoc vestigium autem est de luce prima, quæ descendit per lineam rectam; ubi notandum, quod illa, quæ adveniunt per lineam rectam, denotent Misericordiam; sicut è contra quod retrogreditur ad superna, rigorem denotat. Etz Chajim Tract. Ozaroth Chajim Sect. Olam Haakudim. Vid. כלים 5.

ש

ש *Schin.*

IN Libro Temunah hæc litera refertur ad Binah, ita tamen ut tria Jodin denotent tres primas; tria Vavin autem tres Patres, & Caph infernum sit Malchuth cum Jesod, ut accipiat influxum ab illis Sephiris: fundamento ejus tamen constituto in Nezach, cujus beneficio hæc unio contingat. Dominium ejus autem ponitur sub hora Mercurii. Sed in Sohar hæc litera refertur ad tres Patres, cum allusione ad tria Vavin. Exod. 14, 19. 20. 21. inclusis tamen Nezach, Hod, Jesod, quæ sunt literarum illarum appendices. Pard. vid. Soh. Breschith 33, 132. 40, 159. Vajechi 119, 471. Mischpatim 53, 211. Pinchas 105, 106. 119. 120. Æthchannan 126.

שאגה *Rugitus, susurratio, mussitatio, strepitus cordis* est in Chesed, quatenus inclinat ad judicium. Et sic strepere dicitur canalis in aquæductu, cujus epistomium Leonis instar; quæ Cuncta sub Chesed. Pard.

שאלה *Petitio* in Tikk. sic vocatur Malchuth inclinans ad Che-

Chesed & Chochmah: nam literæ אל quæ in hac voce, pertinent ad Chesed; & in petitione Schlomoh, occurrit Chochmah. 1. Reg. 3, 5. sq. Pard.

שאר *Caro:* sic vocatur Malchuth, quatenus respectum habet ad Daath, notionem Tiphereth occultam. Gen. 2, 23.

שאור *Fermentum*, est Klippah. Vid. Soh. Pinchas 118, 471. 115. Ekeb 130, 520. Vajechi 120, 476.

שבועה *Juramentum.* Penultima Sephirarum in Lege per nomen hoc exprimitur nonnunquam; Omne enim Juramentum, quod ab homine profertur, ab hoc dependet attributo: ratio est, quia vox שְׁבוּעַ *Juramentum*, derivatur à שבעה *Septem:* quo pacto & Abraham ad Abhimelech dixit: *Septem* (inquiens Gen. 21, 39.) *agnas de manu mea suscipe, &c. Ideo locum vocavit Beerschebha, i. e. puteus septem, cum ibi juraverint ambo.* Ubi tres voces שבע septem, בארשבע Beerschebha, & נשבעו juraverunt, concurrunt in uno sensu Nominis שבועה & locus Beerschebha utramque involvit significationem. Scriptum est & rursum Gen. 26, 33. *Appellavitque eos Schebha*, i. e. *Septem; ideo nomen est Urbi Beerschebha.* Nulla autem hic facta est commemoratio juramenti, quod legitur antea; eò quod Urbs Ipsa de mysterio numeri *Septem*, locus verò putei de mysterio Schebhua, i.e. *Juramenti* dependet. Ut autem planius hoc pateat, adverte: quod, quicunque accingitur adjurandum, se ad Septem Oraculorum penetralia confert, quæ Septem mundi dierum Archetypum pandunt; ubi tamen omnia à metro El-chai dependent, quod *Sabbathi* mysterium aperit. Idem autem sunt *Sabbathum* & *septima* dies, ad quam Juramentum omne convertitur, ut legitur Exod. 31, 17. *Et in die septimo cessavit & animam duxit;* quo fit, ut qui DEI nomen accipit Juramento, per animam ejus juret & vitam, ut illud 1. Schmu 25, 26. *Vivus Deus & vita anima tua, &c.* Etenim verba: *Anima tua vita;* pertinent ad nomen El-chai, à quo vita & universus animarum Chorus, quæ evolent à terrâ

Adonai, diffunditur. Conf. Gen. 1, 24. Qui igitur dejerare præsumpserit, ipsum El-chai, & Septem pariter Sephiristica lumina, velut 7. dies mundi aspernatur, & despicit. Si autem hoc modo negat Septenarium hunc, unde ipsi vita suppeteret & bona alia? quia mundus non est conditus nisi per 7. illas Sephiras, per quas etiam sustentantur omnia creata in Septiduo, quæ omnia concurrunt in voce *Juramenti*. Cum ergò homo mentitur jurando, tunc avellitur à 7. illis Sephiris, in quibus propria ejus sustentatio consistit: adeoque extirpatur è mundo. Huc pertinet locus Dan. 12,7. ubi metrum El-chai pariter involvi videmus in חי עולם. Conf. 2. Reg. 5, 16. c. 2, 20. 1. Schm. 1, 26. Unde Sapp. nostri dixerunt: Juramentum est, ac si juraretur Regi: non ergò jurandum, ut infringatur *Lex vel præceptum* aliquod; quia hic latet mysterium septem Vocum, *quæ* prodierunt à septem Sephiris in promulgatione Legis. *Hic* tamen notandum, quod Juramentum proferatur ב״י, i. e. per Deum; Votum verò ל״י, i. e. Deo: Votum enim magni Sabbathi notam præ se fert Septenarii sc. sublimioris. Nec obstat Psal. 132, 2. quia David juravit, se hoc facturum *Domino*, &c. Qui igitur pejerat, septem dies creationis, qui sunt mysterium omnium dierum seculi, sibi inimicos reddit, & maledicentes. Quicunque igitur jurat per Terram, jurat per Deum Amen, seu veritatis; & monendus est è fide Dei Amen. De pœna autem perjurii sic dicunt Magg. Tr. de Jurament. *Quicquid non destruitur Igne, destruitur perjurio*. Nam *Schebuah* sunt septem Sephiroth, à quibus omnia elementa, &c. *Ps.* 102, 26. dependent, & à quibus perjurus deficit, quæq; corpus istius & vitam & divitias, fundosque disperdunt, sicut opifex qui hoc vel illud fecit, idem destruere potest. In hoc simili ab אומן *opifice*, desumto, latet mysterium ״״ אמן: unde qui respondet Amen, idem facit ac si juraret. Et qui jurat per Deum Amen seu veritatis; est quasi juraret per opificem, creatorem mundi. Hinc ad Pr. 8, 30. dicunt: ne legas אמון, sed, אמן. Schebuah

igitur

igitur connotat mysterium El-chai; & כי טוב *quod bonum*, Gen. 1,3,10. &c. Et Pr. 8, 30. vox ואהיה literâ suâ ו denotat sex Sephiras, quarum ultima est כי טוב. In omni opere, quod produxit, Adonai prius consultavit cum gradu כי טוב; quod etiam additur in quolibet opere, præterquam die secundâ, quia in illâ latet mysterium divisionis & separationis: ubicunque autem divisio est, ibi *bonum* non extat: quia hoc non nisi integritatem & unionem infert: & si gradus Ki tobh, qui est El-chai, tollitur & separatur ab Adonai, totus mundus destruitur, nec ullo bono gaudet. Conf. Jesch. 57, 1. c. 3, 10. Cum autem Justus reperitur in mundo, pax intromittitur inter duo adversantia, & justus est conciliator. Et huc pertinet illud: Duo textus contrarii conciliantur per tertium; & ita se habent, Nezach, Hod, & Jesod. Die autem tertia bis additur; *Quod bonum*, Gen. 1, 10, 12. primum respectu El-chai; è Jesch. 3, 10. & alterum respectu Adonai, *Terra* sc. quæ in Benedictione cibi dicitur Terra desiderabilis *Bona*. Econtra cum Adam solus esset citra unionem cum uxore, id *non bonum* dicitur Gen. 2, 18. post unionem autem locum habet illud Pr. 18, 22. quod si in homine ita se habet, quantò magis in gradibus superioribus. Hic ergò gradus *Boni* est radix ima ט; quæ est linea media & tertius conciliator sc. infra, ut Tiphereth supra. Et Bonus hic locum habet supra Adonai, Sephiram ultimam, quæ propterea vocatur *Mons bonus* vel *Boni* Deut. 3, 25. Sicut cum Idem in Illâ habitat, huic tribuitur Nomen ארץ טובה *Terra bona* Deut. 8, 10. Conf. ỳ. 9. Ps. 34, 11. Eodem modo quatenus Adonai indutus est veste Gebhurah in opere creationis, consilium semper dedit Elohim & observavit opera creationis in gradu Ki tobh: unde dicitur: *Et vidit Elohim, &c.* Gen. 1, 3, 10. &c. Hæc satis docent, quam ardua res sit Juramentum, & quàm gravis perjurii pœna. Et huc pertinet Deut. 6, 13. c. 10, 20. *In nomine ejus Jurabis*; quia à nomine ejus dependent omnia. Conf. Pr. 9, 1. Gen. 26, 33. Schaare Orah Tr. 2. post אות, & seq. חוק.

2. De eodem Nomine Pardes hæc habet: Juramentum est in Malchuth; Raja Meh. sed alibi refertur ad Jesod: item alibi ad Binah; quia שבועה involvit sensum septenarii, quasi constans è 7. ramis. Nulla autem Sephirah dicitur constare è heptade, nisi per Jesod. Juramentum igitur est in Malchuth, quatenus ista ascendit in Jesod: hinc Juramenti formula: *Vivit Dominus*, ad Jesod pertinet. Omnia tamen hæc à Binah dependent; quia fundamentum septenarii & vitæ gradûs Jesod provenit ab influxu Binah. Pard. vid. Soh. Jethro 41. Mischpatim 52, 205. Tezavveh in f. 82, 325. Vajikra 5, 18. Pinchas 119, 474.

שביעיות *Septenariæ.* Omnia derivata à septem ad Justum pertinent, ejusque notionem involvunt, quatenus influxum accipit à Binah. Tikk. Pard.

שבירה *Confractio.* 1. Tributur vasis Nekudicis: ejusque Synonymum est Mors regum priorum. Vid. מלכים it. נקודים 13. 14. Initium ejus autem fuit in אוא Nekudicis: quæ quia non participabant nisi de nasi orisq; lumine, patiebantur fracturam in posterioribus vasis sui. Quod si enim pater & mater participassent de luce nasi & oris, quatenus illa adhuc propinqua est aurium foraminibus, quamvis nihil accepissent de ipsa aurium luce, sed aliqua saltem affulsione fuissent tactæ; posteriora vasis earum perstitissent salva. Quia autem non erant participes nisi ultimæ extremitatis tantum de aure, quæ ponitur in barbæ apice, hinc quamvis aliquantulum de fulgore ejus nanciscerentur, nihil tamen ipsis proderat, sed vasa illarum confringebantur. Corona autem quia auris lumen radicaliter accipiebat, quamvis id saltim fieret circa ejusdem extremitatem; quia tamen particeps fiebat ipsius essentiæ ejus, id ipsum sufficiebat, ut ne posteriora quidem vasis sui confringerentur. Chochmah & Binah enim simul fulgorem saltem habebant & eundem etiam loco planè remoto à Scaturigine.

2. Hæc autem est hujus confractionis differentia. *Corona*

rona tota manebat salva. Pater & mater ita confringebantur, ut posteriora de vasis eorum delaberentur. זין autem decidebant quoad anteriora & posteriora sua. Etz Chajim Tract. Ozaroth Chajim Sect. Olam Hannekud. Vid. נקודים 19.

3. In specie hic notanda sunt sequentia. Cum lux Coronæ primum intraret in vas suum, reliqua lumina illius respectu ob nimiam ejus excellentiam planè erant evanida: Unde vas istud satis erat sufficiens non tantùm eidem sustinendo, sed & novem reliquis: hinc etiam non confringebatur. Et sic quoque, cum Lux Chochmæ hinc progressa intraret vas suum, octo lumina in illa contenta penitus absorbebantur. Sic & lux Binæ, quamvis septem cætera in se clauderet, suo tamen vasi non erat insupportabilis ob eandem rationem.

4. Chochmah autem illas transferebat in matrem per mysterium copulæ obversis faciebus institutæ. Primùm enim tergum tergo obvertebant: deinceps autem ex Coronæ congressu accipiebant cerebra, convertebanturq; ut facies faciem respiceret. Sic septem inferiores transmittebantur in Binam: ubi deinceps erant sub mysterio aquarum fœmininarum. Cumque cerebra patris & matris ulterius disponerentur, deinde hi simul copulabantur & tunc septem illi Reges generabantur. Cumque properarent ut ingrederentur in vasa sua: hæc lucem illorum non poterant supportare, sed frangebantur: unde Reges dicuntur mortui Gen. 36,31. seqq. Ibid.

5. Cum autem frangerentur vasa istorum regum, omnis lux ipsorum ex ipsis tollebatur; nec quicquam remanebat, nisi fragmenta sola, in quibus nihil erat nisi רפח נצוצין f. 288. scintillæ.

6. Primùm autem omnes è Binah prodibant, contenti in luce Daath; cum qua ejusdem vas subintrabant. Sex autem ex illis erant sex extremitates τῶ Seir Anpin, quarum una non multum erat major quam altera, sed aliquantulum tantum. Idcirco nullum ex illorum vasis sufficiens erat, ut plus in se reciperet

ciperet

ciperet quàm debitam ſuam portionem. Unde nec vas Daath illos omnes capere poterat, unde frangebatur, & decidebat. Deinde ſex reliqua ingrediebantur in Vas Cheſed: quod nec ipſum omnes tolerare poterat, ſed frangebatur & deſcendebat. Quinque ergo ſequentia intrabant in Vas Gebhurah, cum quibus deſcendebat veſtigium de Cheſed (omnes enim quinque Chaſadim à Cheſed uſque ad Hod ſeorſim demittebant veſtigia ſua in Jeſod.) Cum autem nec hoc vas tot lumina continere poſſet, hinc & ipſum frangebatur. Deinceps quatuor lumina ſequentia & duo veſtigia, nempe Cheſedicum & Gebhurathicum deſcendebant in Vas Tiphereth: quod pariter confractum, delabebatur, & ſic porrò, donec lumina reliqua duo & quinque veſtigia deſcenderent in vas Jeſod: quod, ut reliqua frangebatur. Tandem reſtabat lux Malchuth ſola, quam nihilominus vas ejus continere non poterat; unde & ipſum deſtruebatur atque decidebat. Ubi tamen notandum, quod lux Malchuth, h. l. fuerit nova, orta ex copula Patris & Matris (Vid. כלים 5.)

7. Quod autem attinet ad duo poſteriora patris & matris, quæ etiam delapſa & confracta ſunt, iſtud contigit propter benignitates & ſeveritates, quas acceperunt אוא à Corona (quæ eſt אא) in hunc finem, ut intuerentur ſeſe atque converterentur facies ad faciem; (nam & אוא oppoſitis tergis erant.) Vid. נפל & פנים בפנים 2. 3. 4. 5. ſeqq.

8. Gutta autem illa, ex qua formatur creſcitque partus, eſt notio Chaſadim & Gebhuroth ſeu benignitatum & ſeveritatum. Iſtæ autem ſunt myſterium Literarum, ex quibus formatur partus. Literæ autem ſemper habent notionem vaſorum, & iſtæ efficiunt vaſa pro Patre & Matre ſub myſterio poſteriorum. Iſtæ etiam ſunt quæ deſcenderunt cum reliquiis benignitatum, quæ deſcenderunt pro formandis vaſis partus, qui ſunt ſeptem Reges notionis זין. Vaſa enim omnia ſunt 22. Literæ Legis, è quibus ſeptem ſunt vaſa ־ Seir & Uxoris

ejus,

ejus, & hi sunt septem isti Reges. Quindecim autem Literæ reliquæ sunt vasa Patris & Matris, quod etiam innuitur Literis יה quæ sunt Patris & Matris, valentque quindecim.

9. Literæ autem Seir sunt septem, nempe שעטנז גץ. Ex reliquis autem quindecim, quæ sunt Patris & Matris, sex sunt illorum posteriora, quæ occurrunt in vocibus בדק חירק. Reliquæ literæ sunt anteriora Patris & Matris suntq; אוכל מספרת seu מלאכת סופר.

10. Septem autem literæ שעטנז גץ sunt illæ, quæ notantur virgulis & coronulis, singulæ tribus; idque ob hanc rationem, quod in istis lateat mysterium septem Regum mortuorum, ex quibus factæ sunt & prodierunt הקליפות Unde etiam literæ istæ sic combinantur שטן עז גץ Satan robur scintillæ: quia in illis latet robur הדינין seu rigorum, quæ sunt putamina. Et sic in Sohar Idra magna fol. 292. col. 2. Edit. Mant. Et in libro Zeniutha dicitur, quod septem isti Reges sint Nizuzin scintillæ, quæ disperguntur à fabro ferrario, quod innuitur voce גץ scintilla.

11. Porrò notandum aliquam esse diversitatem Fracturarum, quæ ita se habet. Antequam enim moreretur Tertia Tipherethica superior nondum plenè descenderant & deciderant Posteriora Patris & Matris, unde Reges illi cum intrabant in vasa sua, resplendebant luce magna. Postquam autem mortua esset Tertia superior in Tiphereth, adeoque Posteriora Patris & Matris omnino delapsa essent; tunc reliqua lumina adhuc residua, cum prodirent ingressura vasa sua, superinvestita erant istis posterioribus jam delapsis & in Aziluth relictis, ut dictum alibi (מוח 3.) Reges ergo posteriores prodibant superinvestiti Posterioribus Patris & Matris. Atq; ita semper agunt donec omnia secernenda prodire queant, usq; ad seculum futurū. Atq; hoc est mysteriū suscitationis מן seu illecebrarū & stimulationū, quas exsuscitant זון Patri & Matri, quod est mysterium istorum posteriorum Patris & Matris, quę modo supra dicto descenderant in Aziluth.

12. Unde constat illa lumina, quæ à pectore & inferius prodierunt, provenisse obtecta: Notum autem est occultatione & obtectione lumina in meliorem & commodiorem statum deduci; quoniam h. m. à vase sustineri possunt. Unde Fracturæ Vasorum, quæ contigerunt in duabus Tertiis inferioribus Tipherethicis, item נהי & Malchuth non sunt æquales cum Fracturis Vasorum, quæ acciderunt in Daath & Chesed & Gebhurah, & Tertia superiore Tipheretica: Fractura enim superiorum longè major fuit, quàm Fractura inferiorum. Hinc cum restituendus fuit ז״א atque conformanda erat ipsius Persona, prodierunt Ordine inverso, quoniam à duabus Tertiis inferioribus Tipherethicis & inferius porrò lumina ejus & Benignitates in ipsis existentes majori splendore effulgent, ut dictum supra: Idque ex eo quòd has suscipere possint *velamine* Binæ non mediante: quoniam Fractura illorum non fuerat tam magna. Lumina autem superiora, quæ sunt à capite ז״א usque ad Pectus ejus, proveniunt occultata & superinvestita *velamine* Binæ quod est Jesod illius, idque quia initio splendidiora fuerant & Fractura eorum major extiterat.

13. Porrò cùm mortuus esset Seir usque ad Tertiam suam superiorem Tipherethicam, jam quidem descenderant superiora Patris & Matris; sed posteriora *Iisraëlis Senis* & Tebhunæ nondum omnino descenderant, sed postea demum cùm mortua quoque esset Uxor Seirica, unde Posteriora Parentum supernorum occupabant ז״א חג״ת & Posteriora *Iisraëlis* Senis & Tebhunæ occupabant Malchuth, & superinvestiebant Lumina ejus ad instar cerebrorum ז״א חג״ת, ex quo intelligitur quod alibi dicitur: quòd cum ז״א & Uxor ejus æquali sunt Natura obversis Faciebus juncti, tunc נהי Patris & Matris sint cerebra ז״א חג״ת & נהי Iisraëlis Senis & Tebhunæ sint cerebra Uxoris ejus; Quod probè notandum; quia juxta proportionem Posteriorum superiorum, quæ delapsa sunt de Patre & Matre, nec non Iisraële sene & Tebhuna, etiam ista deinde accipiunt

notionem cerebrorum & ingrediuntur Capita אא & Uxoris ejus.

14. Achuraim Patris autem descenderunt in latus dextrum atque Chesed אא; & Achuraim Matris in latus Gebhuræ ejus. Quamvis enim Vasa Seirica frangerentur; Lumina illius tamen vestita manebant Posterioribus illis Parentum supernorum, dextra paternis sinistra maternis: quòd probè notandum. ib. Vid. מסך מלכים מב טנחא אצל.

15. Ratio autem quare Vasa illa Nekudica ita prodirent ut Confractioni essent subjecta, hæc est: Quia finalis intentio autoris emanationum erat producere notionem Corticum externorum; qui necessarii erant in mundo ut merces dari posset justis & pœna erogari impiis post creationem exituris.

16. Confractio eorum autem erat purificatio eorundem, quia h. m. secernebatur impuritas atque Scoriæ è quibus fiebant cortices immundi. ib. Tract. Injan ham-Melachim. Vid. ניצוצות 1. 14. 17.

שבע שנים *Septennium* est Binah. Soh. Schemoth. Eadem quoque vocatur

שבע שבתות *Septem Heptaëterides.* Nam quælibet Sephirah è Septiduo Fabricæ vocatur שבת Heptaëteris, unde Binah, quæ est Jubilæus, è septem heptaëteridibus constans, hoc appellatur nomine: & hoc est mysterum 49. portarum, & 49. annorum Jobel. Pard. Atque sic eadem quoque dicitur

שבעת ימים *Septiduum.* Pard.

שבת *Sabbathum quies.* Vid. ימים. Dividitur inter Jesod & Malchuth; fundamento tamen in Malchuth posito: ita ut hæc sit Nox Sabbathina; Jesod masculus autem dies Sabbathi; quæ ambo simul unita Sabbathum efficiunt. Et hoc modo Malchuth, tanquam Sabbathum ascendit, ut uniatur cum Sabbatho secundo, Tiphereth; quæ sunt duo Sabbatha unio-

ne perfectâ copulata; quæ deinde ascendunt ut coronentur in Binah, quæ est Sabbathum magnum. Hinc dicitur

שבת שבתון *Quies cessationis* Exod. 31, 15. c. 38, 2. Lev. 16, 31, &c. ubi per שבת intelligitur Malchuth; & per שבתון Binah, h. m. ut שבת sit Malchuth; ו Tiphereth; ן Binah; tribus his Sabbathis in Binah unitis: ubi tunc per Binam etiam accedit Chochmah, & per Tiphereth omnia sex extrema; quæ h.m. omnia simul vocantur שבתות Sabbatha in pl. Pard. vid. Soh. Breschith 7, 25. 26. 11, 42. Noach 55, 219. Vajechi 119. Mischpatim 44. 45. Beschallach 21. 28. 29. Jethro 39. 40. 41. Vajakhel 91. 92. 93. Zav 12. 13. Achare 32. Æmor 45. 46. 47. 51. 69. Naso 68. Schlachlecha 77. Kedoschim 37. Korach 87. Pinchas 105. 114. 117. 119. Ekeb 130. 131. Ki Tissa 137. Bresch. 33. 129. Trumah 74, 293.

In Schaare Orah Tr. 2. post זכרון huc pertinent sqq. *Respectu* Sephiræ El-chai, quæ est Jesod, Deus Iisraëlitis tradidit mysterium השבת Sabbathi; quod ita se habet. Tres Sephiræ supernæ Kether, Chochmah, Binah unitæ sunt superiùs; deinde ulteriori nexu Binah unitur cum sex sequentibus usque ad El-chai, quod dicitur Sabbathum. Atque sic conditus est mundus sex diebus; & septimâ fuit Sabbathum, correspondens cum Jesod. Hinc Sabbathum vocatur Scaturigo benedictionum & Sanctitatum, juxta Gen. 2, 3. Quicunque ergò ritè Sanctificat Sabbathum, ille quasi thronum se constituit Mercavæ seu insessionis & inhabitationis divinæ; unde Sabbathum etiam dicitur מנוחה *quies*. Ps. 132, 14. quasi Deus quiesceret super homine, & super ipso commoraretur tanquam Rex in solio suo. Conf. Exod. 20, 11. adeoque qui Sabbathum ritè observat, idem agit ac si totam Legem stabiliret: vid. Jesch. 56, 2. Et qui uxori cohabitat noctibus Sabbathinis, justos procreabit liberos; (quia Sabbathum spectat ad metrum Justi,) qui digni erunt vitâ venturi seculi, quia Sabbathum est mysterium Dei *vivi*: & ad hunc spectat Ps. 1, 3. *Qui fructum, &c.*

& Jesch. 56,4. ubi intelliguntur illi, qui tantùm noctibus Sabbathinis conjuge utuntur, quia vox ישמרו ad fœminas refertur Jud. 13,13. & vox זכור *memento* ad diem; שמור *custodi* autem ad noctem spectat: ad hos pertinet Jesch. 56,7. *Mons Sanctitatis* autem est El-chai; & *Domus Orationis* est Adonai. Qui autem profanat Sabbathum, idem agit ac si abnegaret radicem; quia Sabbatum est radix arboris, unde hoc metrum vocatur *Fundamendum mundi*, quia sustinet Vires nominis Adonai, estque fundamentum fundamentorum, & fundamentum cognoscendi Deum per portam vicinam creaturis, item radix ima literæ Vav. Et quia Sabbathum est derivatio virium è superioribus Sephiroth in Nomen Adonai, juxta Exod. 20,11. Gen. 2,1. hinc Magg. dixerunt: Dominus ad Mosen dixit: Donum aliquod est mihi quàm præstantissimum in thesauro meo, cui nomen *Sabbathum*, quod dabo Iisraëlitis, Tibi, & scientibus. Unde patet, quod Sabbathum in thesauro sit seu reconditorio, quod est Adonai. Qui igitur Sabbathum ritè servat, duo ista Nomina conjungit, quâ unione omnes Sephiræ uniuntur, estque mysterium מנוחה quietis, quæ est נח cohabitatio quieta intra Adonai, Conf. 2. Reg. 2,15. Exod. 20,11. Et hinc dicitur זכור *memento*, & שמור *custodi*. Et quia Animæ infimæ per El-chai avolant à Nomine Adonai, dicere convenit, tempore Sabbathino Animam quandam ulteriorem homini superaddi, quæ exeunte Sabbatho iterum discedat, juxta Ex. 31,17. וינפש & *inspiravit animam*. Sabbathum autem dicitur dies septima si à Binah computes: & Binah duas primas conjungit cum inferioribus: Prout & ipsa septima est ab infra: ut dici queat, quod El-chai sit mysterium septenarii in mundo hoc, & Binah, in venturo; à qua liberationes & Libertatis varia genera dependent. Cum igitur El-chai unitur cum Adonai, tunc hæc proprietas super solio Regali sedet & dominatur super omnes creaturas: illo autem separato, Schechinah in exilium abit, servitque sub aliis dominiis & potestatibus creatis. Hinc di-

cunt: jungi oportere גאולה *Liberationem* cum תפילה *precibus*, id est, El-chai cum Adonai; quia tunc omnia sunt in unione, perfectione & benedictione; Conf. Psal. 145, 14. Am. 5, 2. Conjunctio hæc autem potissimnm fieri debet in oratione אמת ויציב usque ad illud, גאל ישראל. Nec verbis tantum fieri hoc debet, sed & opere, ut omnes canales dirigantur in El-chai & effluant in Adonai. Et in hoc consistit mysterium סמיכת conjunctionis Liberationis & precum de qua Ps. 111, 8. Et quia hæc duo referuntur ad Jesod & Malchuth, quæ sunt זכור *memento*, & שמור *custodi*; hinc dixerunt Magg. Si Iisraëlitæ unicum Sabbathum ritè observarent, statim liberarentur; quia omnes conjungerent τὸ *memento*, & τὸ *custodi*; quod unus homo, qui pro suo tantum modulo agit, efficere in perfectione non potest, sicut id præstare possent omnes simul. Conf. Ps. 103, 4. Et hæc conjunctio duorum horum modorum contigit tempore liberationis ex Ægypto, juxta Ex. 2, 23. 25. c. 6, 5. Hinc El-chai etiam vocatur גואל *Redemtor*, quia cum jungitur cum Adonai, hic gradus influxu Redemtionis repletur, ita ut & ipse redemtionem operari queat, ubi dein liberat justos ab omni adversitate, & tunc vocatur מלאך הגואל vide h. t.

שדה *Ager*; absolutè positum est Malchuth; quæ si parata est ut uniatur cum Tiphereth vocatur שדה נעבד *ager cultus*. Alias & Klippah appellatur ager Deut. 22, 27. Exod. 22, 31. Sed

שדה תפוחים *Ager pomorum* fundamentaliter refertur ad Tiphereth, quia constat è triplici colore, rubro, albo & flavo; ad instar pomi: vel ob duas genas, quæ pomorum instar, altera ad Chesed, altera ad Gebhuram inclinant. Sed in Soh. Toledoth, Malchuth vocatur Ager pomorum: quia in illam descendit influxus à pomis, i. e. Patribus. Pard. vid. Soh. Chaje Sarah 77. Vajechi 119. Beschallach 27. Vajakhel 98. Naso 61.

שדי *Omnipotens* vid. Soh. Lechlecha 61. 4. Vajechi 120.

Pe-

Pekude 114. Pinchas 116. Ki Teze 134. Zav 12. per gem. est מטטרון.

שה *Agnus*; in Raja Meh. refertur ad Chesed, Exod. 12,5. Conf. Gen. 17, 1.

שוטר *Minister judicii:* quando Malchuth est lorum seu flagellum ad cædendum impium, Tiphereth est minister cædens. Raja Meh. Pard.

שוכן עד *Inhabitans æternitatem.* Sic vocatur Tiphereth, quando vel in Jesod influit, cui tribuitur nomen עד, vel in Binah, vel Malchuth habitat: quibus idem cognomen applicatur. Pard.

שולחן *Mensa* vocatur Malchuth, cum influxum habet à Gebhurâ, unde mensa ad septentrionem. Pard. è Tikk.

שולט *Dominator*, Rege inferior: sic vocatur Tiphereth, quando consideratur sub notione Jesod. Conf. Genes. 42, 6. Pard.

שועה *Clamor*, refertur ad Malchuth, quia ibi locum habet *precatio*. Ps. 39, 13. Pard. è Soh. Schemoth.

שופט *Judex.* Omnes Sephiroth vocantur Judices, intuitu Binah; in specie autem Tiphereth; nimirum quando ex illâ defluit rigor Judicialis in hunc, vel in cæteras. Pard.

שופר גדול *Buccina magna.* Sic prudentiæ metrum in decade Sephirothica nonnunquam appellatur, ut illud Jesa. 27, 13. *In die illa cùm buccina seu tuba magna clangor erit, &c.* Jubilæi namque hæc sibi nomen adaptat, quo tubæ sono capturæ nunciatur solutio, summaque auditur libertas: quod fiebat die Expiationis in Jubilæo. Et quia hæc Sephirah vocatur גאולה *Redemtio*, כפורים *Expiatio*, יובל *Jubilæus*, חיים *vita*; hinc etiam *Tuba magna* nomen habet. Et per hanc proprietatem liberatio ex Ægypto facta est, eritque redemtio quoq; nostra. Sublimior enim omnibus gentium ducibus residet *prudentia*, & vocatur *Excelsa Terræ* Deuter. 32, 13. quapropter solo istius imperio de gentium pressurâ; sub quibus dispersi sunt Deut. 28,

28, 64. eripitur Iisraël; Jesch. 24, 21. c. 27, 13. Sech. 9, 14. Quod si percuntatus fueris, cur & Ægyptiacam redemptionem buccinæ clangor non præcesserit; scias oportet solorum Ægyptiorum oneri, tunc subactos fuisse Iisraëlitas: præsens verò captura, in qua universi gentium præsides, omnesque Terræ cognationes truculenter angunt plebem Iisraëliticam, eximiæ potestatis eget fulmine, magnæque buccinæ sonum petit: Jechesf. 38, 23. quia tamen inter gentium monarchas Ægyptiorum Dux culmen obtinebat, unde Sapp. Ægyptum secundo post Terram Iisraëlis loco collocant; ideò rigorem altitonantis in ostentis prodigiisque patrandis erumpere oportuit. Schaare Orah sub Jedud prolato Elohim; post עולם הבא: & sq. גבורות. Sed

שופר *Tuba* absolutè, est Tiphereth, qui etiam *vocatur Cornu.* Binah autem vocatur Tuba magna & Cornu *Jubi-*laei, ob liberationis mysterium: Vel quia tanta est ejus excellentia, ut neutiquam attingi queat nisi à Gedulah. Pardes Tr. 23. h. l. vid. Soh. Beschallach 26. Jethro 36. Tezavveh 81. Vajakhel 86. Pekude 27. Vajikra 2. Mezora 45. 48. Naso 59. Behaalothecha 71. Pinchas 101. 108. Æthchannan 127. 130.

שוקים *Crura* sunt Nezach & Hod, quia Tiphereth, tanquam corpus illis innititur. Pard. vid. Soh. Vaæra 12, 47.

שור *Bos*, ad Gebhurah pertinet; cui etiam opponitur Cortex ejusdem nominis. Sed in Tikk. Tiphereth inclinans ad Gebhuram vocatur שׂוֹר. Pard. vid. Soh. Schemoth *3, 9.* Beschallach 29. Vaæra 12. Ki Tissa 85. Kedoschim *40.* Behaaloth. 74. Schlachlecha 78. Chükk. 86. Balak 96. Pinchas 107.

שושן *Rosa.* Datur Rosa rubra, & alba, Hod & Nezach; quandoque autem rubedo prædominatur in rosa, quandoque albedo; sic aliquando Hod, aliquando Nezach prævalet. Sed

שושנה id. Fœm. gen. est Malchuth, quæ etiam utrumque colorem continet rubrum & album, qui denotant stimulationem

lationem ad dextrum vel sinistrum latus. Sic in Soh. Æmor dicitur; Illam tunc dici *rosam*, cum copulari appetit, &c. Et in Soh. Breschith dicitur, rosam habere 13. folia; & sic & in Malchuth reperiri 13. modos miserandi; quibus in eâ lucentibus ista dicatur Rosa. Vid. Tikk. ad Gen. 1, 1. ex Cant. 2, 2. cujus discursus in Pardes Tr. 23. h.l. habetur explicatio. Sed שושנים in pl. Rosæ, sunt Schechinah superior & inferior. Pard. è Tikk. vid. Soh. Breschith 5, 16. 17. Schemoth 9. Æmor 52. Ki Teze 135. Heæsinu 139. Pinchas 103. Naso 94.

שחקים *Cæli nubilosi.* Nomen hoc convenit tertiæ & quartæ Sephirarum, ab imis ascendendo. Schechakim enim à contundendo, sunt duo palatia, ubi cibus paratur pro Justis; vel quæ, ut sapientibus visum est; manna justis contundunt ac ministrant. Nam per Schechakim seu cœlos hos manna descendit & ros conf. Num. 11, 9. *Ros enim Hermon super montes stillat Zijon.* Ps. 133, 3. Justi autem, pro quibus hæc molitura fit, sunt, Justus, & Justitia, (Jesod & Malchuth,) à quibus, vires, alimenta & vitam accipiunt omnes Justi, juxta ipsos nominati. Cum igitur Iisraëlitæ Justi sunt, tunc idem agunt, ac si adjumento essent Domino in vectura sua super cœlos instituta: unde præmium ipsorum hoc est, quod Nezach & Hod ad id constituta sunt, ut multa in ipsos conferant beneficia, cum signis & ostentis variis, unde Deut. 33, 26. dicitur, quia Deus vehitur cœlis auxilio tuo, & magnificatur per te, hinc ordinavit שחקים, ut in te demittant benedictiones varias, juxta Jesch. 45, 8. Ijob 36, 28. Psal. 78, 23. Sensus autem loci Jesch. 45, 8. hic est: *stillate* שמים &c. i.e. אש ומים ignis & aqua; Quoties enim scriptum invenitur Schamajim *Cæli*, id superum duorum graduum, magnificentiæ sc. & fortitudinis mysterium proponit; in quorum uti aquarum medio *firmamentum* consistit Tetragrammati. ממעל, i.e. à tribus Sephiroth, supra vos existentibus. Quod autem additur: *Et stillent Schechakim Cæli, &c.* id nominum Tetragrammati - Elohim - Zebhaoth, victoriæ sc. & con-

fessionis arcanum insinuat: In medio quorum concilians utrumque est nomen El-chai. De Schamakim igitur in Schechakim, exundat defluxus, de Schechajim in El-chai, deinde *aperitur terra,&c.* i.e. Adonai, & צדק justitia. Atque hinc intelliges loca, quæ de שמים loquuntur Ps. 123,1. Deut. 33,26. Ps. 115, 16. 1. Reg. 8,32. Conf. Gen. 25, 27. Gen. 1,6. ubi intelliguntur Gedulah, Gebhurah; אל & אלהים. Schaare Orah de Nominibus 3. & 4. post בועז ubi sequitur עצם השמים, quod vide.

שחקים *Contusores*, vocantur Nezach & Hod, quia contundunt manna, i.e. præparant influentiam Tiphereth pro Justo, Jesod, ad instar duorum testiculorum excoquentium semen è fœdere excernendum. Quatenus ergò inclinant *ad sinistram* vocantur שחקים contundentes: sed respectu dextræ *vocantur* טוחנות *molentes*, Eccl. 12,3. Pard. è Raja Meh.

שחר *Diluculum*. In Raja Meh. בקר *manè* dicitur Abraham; & שחר Nezach. Nam בקר est postquam lux apparuit; sed diluculum ante lucem diei, estque initium columnæ dilucularis, quæ revera adhuc nigricans est. Et sic Nezach est ante Chesed, ordine adscendendi. Pard.

שטנה *Adversatio*, pertinet ad Cortices, qui adversantur mundo. Et hic est puteus, super quo jurgia fiunt Gen. 26, 21. Conf. Jirm. 2,13. Pard.

שיבה *Canities* in Soh. Kedoschim in f. ad Lev. 19,32. refertur ad Kether, ob albedinem. Pard.

שיח *Virgultum, frutex*, in Tikk. ad Gen. 2,5. refertur ad Jesod, quatenus est חַי vivus, per vitam Binah, & continet tres colores, qui sunt Benignitas, rigor & miseratio. Pard.

שיר *Canticum*, in Tikk. refertur ad Chochmah, quæ est quasi י שר princeps literæ י. Et alibi ad Malchuth, quia & huic tribuitur י: præsertim ad eam refertur Canticum Canticorum: Unde etiam dicitur שירה eâdem significatione. Alibi Cantica Levitarum referuntur ad Gebhurah, unde rex

ישראל

ישראל resolvitur in שיר & אל, quæ sunt notæ dextræ & sinistræ. Pard.

שכינה *Gloria cohabitans.* [connectitur cum Beth Hamikdasch.] Nomini Adonai Schechinæ cognomen adaptatur, quæ tabernaculo peracto assiduè Iisraëlis incola fuit, juxta illud Exod. 25, 8. Facientque mihi sanctuarium & habitabo in medio eorum. Magna hic radix tenenda est: dum enim ab initio mundi machina fabricari cœpit, gloria ipsa jam radicaliter sedem locavit cum imis. Omnium enim creaturarum Hierarchiæ secundum graduum ordinem sese respiciebant, cum superis sc. supera, cum imis ima: Unde & gloria cohabitans inferiùs moram traxit: quo facto cœli cum terra vinculo quodam mutuum sortiebantur amplexum, juxta illud Gen. 2, 1. ויכלו i.e. perfecti; seu (ut literis dictio sonat) comprehensi sunt cœli & terra, & omnis exercitus eorum: nam unum aliud continebat, alterumque altero promiscuè adimplebatur: & Canales, ac Scaturigines suum ad amussim exequebantur opus, à que superis deorsum adeò uberrimè migrabant defluxûs, ut tam inferiora quam sublimia repleret nomen Altissimi, juxta illud Es. 66, 1. Cœli sunt sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum. Unde patet, quod Tetragrammaton ben. exactè moraretur in medio inter summa & ima. Cum autem prævaricaretur Adam primus, statim confundebantur ordines; fistulæque & canales fractionem subibant, & piscinarum retrahebantur defluxus; & denique vinculis dissolutis prorsus se abstulit gloria, quam deinde Abraham, Isaac, Jacob rursus exorsi sunt reducere deorsum. Cumque illam quoquo modo attraxissent, in tres Gloriæ Sedes, sua Corpora redigebant. Non tamen immobile suum intra caduca solium statuit, sed datis casibus accessit, & supra commorata est, juxta illud Gen. 17, 22. Ascendit Deus cum fuisset super Abrahamo, &c. ubi notetur vox מעל; confer Gen. 35, 13. Quadrat ergò hic illud majorum: patres quadriga sunt. Cohabitans igitur glo-

ria hisce temporibus per aëra ferebatur, nec potuit, sicut in creationis principio, requiem pedibus offendere in terra: quousque Mose una cum Iisraël Sanctuarium ejusque ornamenta fabricarent, quo facto canalium & fistularum corruptionem corrigebant, areolas ordinabant, vivamque aquam per dispositas piscinas è receptaculo fontano retrahebant. Tunc denique Gloria, repetens inferiora, non super pavimentum, ut in Creationis exordio, sed in Tabernaculo sibi hospitiũ reposuit, juxta illud Ex. 25, 8. Facientq; mihi Sanctuariũ & habitabo inter illos: hospitis instar, de loco in locum commigrans: habitabo enim, inquit, non inferiùs, sed inter illos, quocunque scil. gressus suos tulerint, illuc cum ipsis me conferam: *sed non in loco fixo manebo.* Et huc pertinet illud Num. *10, 33.* cum proficisceretur arca. De hoc igitur deinde doluit *David stabile* domicilium Gloriæ hic inferiùs struere cupiens; juxta *illud* Ps. 132, 2. Qui juravit Domino, &c. Si introivero in Tabernaculum domus meæ, &c. Ps. 132, 3. Donec inveniam locum Deo, &c. Psal. 132, 5. Quoniam elegit Deus Zion, &c. Hæc requies mea in seculum, Psal. 132, 14. Quoniam igitur ad requiem Gloriæ locum exquisivit David: Surge, inquiens, Psal. 132, 8. Deus in requiem tuam, ratas ejus cogitationes gloria ipsa suscepit, unde ore Prophethæ Nathan ei denuncians: Vade, inquit, 2. Sam. 7, 5. & loquere servo meo *David*: sic dicit Deus, numquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum? Neque enim habitavi in domo à die illa, qua de terra *Ægypti* eduxi Iisraël, sed in tabernaculo, & in tentorio *per cuncta loca,* quæ transivi cum omnibus filiis Iisraël. Numquid *loquens* locutus sum ad unam de Tribubus Iisraël: quare non ædificasti mihi domum Cedrinam, &c. 2. Sam. 7, 6. Tu autem non ædificabis domum nomini meo, sed filius qui exibit de lumbis tuis, ipse nomini meo domum ædificabit c. 5, 19. Præparavit itaque David argentum, aurum, æs, ferrum, ligna, lapides sardonychinos, gemmas, lapides crystalli, ac discolores, & omnem

pre-

pretiosorum marmoreorumque lapidum copiam 1. Par. 29, 2. quævis Sanctuarii ornamenta disposuit, ejusdemque constituit domus superiora cœnacula, cellaria, thalamos, atria, porticus & templum, quorum omnium formam Sancto Consultore Spiritu effinxit, qui (Spiritus inquam) cujusque loci effigiem argenti auri, gemmarum, cæterorumque quorumcunque requisitorum, exactè mensuram ac pondus, juxta ipsius gloriæ ordinem præbuit quemadmodum scribitur 1. Par. 28, 11. Dedit David descriptionem porticus & templi cellariorum, cubilium, &c. Et omnium quæ cogitaverat atriorum per circuitum in Thesauros Domus Dei, & in universa vasa mysterii templi Dei, aurum in pondere per singula mysterii vasa; argentiq; pondus pro vasorum & operum diversitate, &c. Ad usq; similitudiné quadrigæ ex auro Cherubinorũ sc. extendentium alas & velantium arcam fœderis Dei, omnia venerunt scripta manu Dei ad me ut universa exemplaris opera intelligerem, &c. 1. Par. 28, 19. Unde conspicere licet, quòd quo ordine, pondere formaque ipsum quadrigæ Archetypum disponitur, eodem & universa Sanctuarii opera ex altissimi ore dispofuerit David, ut illic sedem gloriæ hospitiumque sisteret. Huic inde successit Salomon, qui juxta Patris documenta cuncta peregit, tuncque mox gloria ipsa repetens imam hanc seculorum ædem solium sibi statuit, juxta illud 1. Reg. 8, 18. tunc Salomo ait, &c. ædificans ædificavi domum, & habitaculum tuum firmissimum solium perpetuum. Scriptumque est: ℣. 26. nunc ergo Tetragrammaton, Deus Elohe Iisraël, firmetur sermo tuus, quem locutus es servo tuo David: Credibile ne est, quòd habitet Deus Elohim cum hominibus super terram, &c. Nunc igitur consurge Deus Elohim in requiem tuam, Tetragrammaton Deus, ne avertas Faciem, Christi tui, memento misericordiarum David, servi tui. 2. Par. 6, 42. Cumque complevisset Salomo fundens preces, ignis descendit de cœlo & devoravit holocausta & victimas, & majestas Dei im-

plevit Domum: c, 7, 1. Gloria igitur in terra ac domo seculorum requiem sibi rursus assumsit, & in Domum Sanctuarii benedictionem effuderunt tractus canalesque & fistulæ omnes, juxta illud Ps. 133, 3. *Sicut ros Hermon, qui descendit in montem Zion, quoniam illuc mandavit Tetragrammaton benedictionem ut sit vita usque in seculum*; Scriptumq; Ps. 50, 2. *De Zion, summâ pulchritudinis apparuit Elohim.* A domo autem Sanctuarii in universas terræ cognationes septuaginta, quibus tot principes præsunt, canales scatebant per quas de Jerusalem omnes illæ nationes bona susceperunt, juxta illud; Genes. 12, 3. *Et in te benedicentur omnes cognationes terræ.* Et quia Salomo viam educendi scatebras in quemvis locorum de Jerusalem noverat, gloriari voluit dicens Eccl. 2, 5. *Feci hortos & pomaria, & consevi ea cujusque generis arboribus.* Numquid autem contingit universa arborum genera in eadem terræ parte produci? Nim. noverat Salomo, quis ex meatibus de Indorum plaga trahatur, quem consevit pipere: quis de Arabia, eumque arbore consevit myrrhæ, sic & de reliquis pariter censendum generibus: ad quod referendum illud: *De Zion summâ pulchritudinis* Psal. 50, 2. De Zion enim velut irrigatorio Mundi, gloria cohabitans ad omnes terræ regiones Sanctuario intercedente benedictionum copiam effudit. Non ignarus autem sis soli Iisraël se Gloriam cohabitantem exhibuisse, juxta illud: Ex. 25, 8. *Facientque mihi Sanctuarium & habitabo inter eos*; & Lev. 26, 11. *Et dabo tabernaculum meum inter vos*: Ipsa etenim Gloria, templum est, quod Nomen Tetragrammaton inhabitat; namque spopondit Altissimus Iisraëli dicens: Cum tabernaculum meum assumpseritis, non discedam à vobis in secula: & si immunditia vos tetigerit, haut unquam tamen vos deseret Gloria mea. Ad quod innuit illud Levit. 16, 16. *Qui habitat cum illis in medio pollutionis eorum.* Cum itaque nomen Altissimi tanto Iisraël munere donaverit, ac inter illos Gloria cohabitans degerit, cunctis Cellariis Thesaurisque Nominis Tetra-

tra-

tragrammati, & quovis inundationis, emanationis, benedictionisq; genere fruebantur Israelitæ: cujusque enim abditæ penus claves tenuere, quibus defluxum & benedictionem omnifariam à cohabitante gloria suscipere valuerunt, juxta illud Levit. 26, 12. *Et dabo tabernaculum meum intra illos, perambulaboque in medio vestrûm, vobisque ero in Elohim.* Quasi tabernaculum igitur & pignus Nominis Altissimi in manibus Iisraël est gloria cohabitans: quam, dum ob illorum prævaricationem Sanctuarii Domusq; vasta jacet, secum per captivitatem ducit Iisraël. Ad quod competit illud Majorum: Dilectus (inquiunt) est Iisraël, ut quocunque transmigret, eum semper cohabitans gloria concomitetur, juxta illud Gen. 45, 28. *Ego tecum descendã in Ægyptũ:* sic nec in Babilonica captivitate hunc pariter cohabitans gloria deseruit, juxta illud: in Babyloniam missus sum propter vos. Sic & cum eo, dum exul in Elam fieret ipsa Gloria commorabatur, juxta illud: Jer. 49, 38. *Et ponam sedem meã in Elam.* Similiter cum peregrinantur in Edom, nec illum Gloria ea derelinquit, juxta illud Jesa. 63, 1. *Quisnam est, qui venit de Edom.* Cumque suas repetit provincias, & Gloria cohabitans unà revertitur, juxta illud Deut. 23, 15. *Revertetur Tetragrammaton Deus tuus cum captivitate tua.* Non enim scriptum est reverti faciet, sed revertetur: Scriptumque est Cant. 4, 8. *Mecum de Lybano Sponsa;* ubi R. Meir dicit: hoc regis servum admonentis exemplum proferre, dum ait: Si me quæsieris, in filii mei consortio semper me invenis, ut dictum est Lev. 16, 16. *Qui cum illis habitat in medio pollutionis eorum:* & scriptum est: Lev. 15. 31. *Qui secum habitat dum polluunt Tabernaculum meum.* Et iterum dicitur Num. 5, 3. *Ne polluant castra sua, quæ ipse inhabito.* c. 33, 55. *Neque contaminent terram ipsam, quoniam ipse Deus Tetragrammaton sum habitans inter filios Iisraël.* [Schaare Orah sub Adonai, sequitur Ohel Moed.]

שכינה עילאה *Schechinah superior* vocatur Binah, quatenus

nus influxum acccipit à mundo Miserationum superno, eumque in reliquas Sephiras inferiores emittit: Cum enim creaturæ operam dant Legi adimplendæ, Ipsa residet & manifestatur super Sephiris cæteris & in eas influit, & mundo benè est, & Malchuth vocatur Schechinah inferior, atque pariter in inferiora influentiam emittit; & inter illa habitat Levit. 26, 11. Cum vero Inferiores pervertunt vias Legis, Schechinah superior tollitur & discedit, unde canales deficiunt, luminaria obscurantur, justus perit, & Schechinah inferior ab Inferioribus discedit, unde vastatur, &c. Qui ergò placare possunt Dominum, Schechinæ summæ viam restituere, eamque reducere & canales redintegrare queunt. Sublata ergò superiore, tollitur Inferior; eâq; redeunte, redit. Conf. Deut. 4, 39. *ubi in verbis desuper*, & *infra*; utriusque Schechinæ connotatio latet. *Conf.* & Ruth 4, 17. cum Ps. 48, 3. Ps. 133, 3. 2. Schmu 5, 7. Schaare Orah Tr. 8. post צדק עליון & sequitur מקור החיים.

שך i.e. 320. Vid. ניצוצות 23.

שכה i.e. 325. Vid. ניצוצות 325.

שכל טוב *Intellectus bonus.* Ita nonnunquam penultima Sephirarum vocari solet: hujus enim auxilio ad fulgidum pro intuitu speculum deferimur, patetque semita per quam nominis Tetragrammati veritatem Sapientes assequimur, ac pertinaci legis mandatorumque cultori metrum hoc, *bonus* scilic. *intellectus*, se Comitem offert, ut ex illo patet: *Initium Sapientiæ est Timor Domini, bonus intellectus omnibus factoribus eorum.* Et magnum quidem hujus est mysterium, *scil.* quum scribitur Prov. 16, 20. *Intelligens rem* (seu in verbo) *invenit bonum.* Sic & mensuræ tali cum se applicuisset David, dicere consuevit: לדויד משכיל i.e. *ad David intelligentem.* Omnis deniq; prolatio *intelligentiam* referens in idipsum convertitur oraculum; & qui typicum *gratiæ* noverit sensum, quid velit illud: *Intellectus bonus dat gratiam*, Pr. 13, 15. facilè perspicere poterit. Dissonant autem משכיל *intelligens* & מבין *prudens*, quòd

de

de fonte prudentiæ ebibit prudens: de bono autem, primò & & ultimò, vescitur intelligens. Ibid. sub El-chai, post טוב, & sq. שלום.

שכל *Intellectus*, semper ad Chochmah referri debet. Sed

שכל קדמון *Intellectus primus* dicitur Kether; ut &

שכל קבוע *Intellectus fixus*, ob perpetuas miserationes. Sed

שכל הפועל *Intellectus practicus* est Malchuth, tanquam Sapientia inferior, quæ in mundo infimo operatur. Quidam Sapientiam supernam vocat

שכל נבדל *Intellectum separatum*, ob distinctionem inter Ipsam & Kether, quæ differunt ut *Ens* & *non ens*. Pard.

שלג *Nix*. A quibusdam ad Tiphereth refertur, quia Sapp. nostri mentionem faciant *nivis, quæ sub Throno gloriæ*; ubi per gloriam Chochmah, per Thronum ejus Binah, intelligitur. Rectiùs per nivem denotatur Chesed, ob albedinem & quia proximè est sub Binah. Sed in Soh. ad 2. Sch. 23, 20. per nivem intelligitur Rigor durissimus ex Pr. 31, 21. Pard.

שלהבת *Flamma*. In Tikk. per *prunam* intelligitur ׳ & Chochmah; & per flammam ejus ׳, Tiphereth, cum toto systemate sex membrorum; sed hæc omnia cum connotatione judicii. Sed

שלהבת יה *Flamma Domini*, Cant. 8, 6. in Soh. Mezora dicitur esse Gebhurah prodiens à Binah per Chochmah. Fundamentum autem flammæ est excitare amorem, juxta Cant. 2, 6. Pard.

שלום *Pax*, refertur ad Kether, quia medium tenet inter extrema, It. ad Jesod, à quo Malchuth, irâ judiciali inflammata, per influxum 32. semitarum, pacatur. It. ad Tiphereth, qui idem efficit sub notione Daath, erga gradum Binah. Tikk. Pard. vid. Soh. Mikkez 111. Tezavveh 80. Vajikra 4. Korach in pr.

שלום *Pax*. Penultima Sephirarum hoc nomine nonnunquam legitur: Cum enim probitate rectitudineque ornati

ſunt Iiſraëlitæ, cunctis præmiorum opibus exuberat Templum τȣ̃ Adonai: contrarium verò agentes, contraria perpetiuntur. Quod ſi rurſum ad pœnitentiam hos juſtorum quiſpiam rejunxerit, illorumque perplexa direxerit; tunc *pacis* oraculum inter Adonai & Tetragrammaton bonum ſe interpretem & advocatum exhibet, eaque conciliat, & omni reſecto diſcrimine in unum conflat atque componit; eapropter illâ horâ יְיָ unum eſt. Et quia benedictio nulla demittitur, niſi hoc pacis oraculo duce, ſcriptum eſt Pſal. 29, 11. *Tetragrammaton virtutem populo ſuo tribuit, Tetragrammaton benedicit populo ſuo in pace*; ubi Sapientiæ primarii, *nullum* (inquiunt) *receptaculorum novimus, ſic omniformem benedictionem complectens, ſicut complectitur pax*, quam Summus bonorum Largitor donavit Iiſrali, ut legitur Num. 6, 26. *Convertat Deus faciem ſuam ad te, & ſtatuat tibi pacem.* Quoniam igitur extremum inter novem eximia ſpecula locum obtinet pax, Sacerdotis ideo benedictio & quotidiana ſemper oratio in poſtremo pacem commemorat: Hujus enim imperio accedunt, ejus nutu eunt, quicunque venturi ſeculi vitæ participes effici deſiderant. Hic verò myſticum illud priſcorum adverte: *Dum Moſe* (inquiunt) *penetraret ad ſupera, ipſe conditor ad ipſum: Numquid, ait, tua in Urbe funditus pax evanuit?* Reſpondens ait: *Quisnam ſervus pace ſalutare Dominum præſumpſerit? Attamen* (inquit Creator) *non abs re duxiſſem, mihi ut quid auxilii præbuiſſes? Continuò Moſes exorſus:* Num. 14, 17. *Nunc* (inquit) *magnificetur poteſtas Adonai.* Et paulò infra legitur Num. 14, 20. *Peperci ſecundum verba tua, & vivus ego, &c. Quaſi dicere velit, vivificaſti me verbis tuis.* Hæc illi. Hoc namque pacis metrum, dum unionem inter conjuges efficit, in Adonai vivendi virtutem transfundit. Quam validum igitur & vehemens eſt pacis robur, quod & ſuperis opitulatur, ut ſcriptum eſt Ijob 25, 2. *Qui pacem operatur in ſublimibus ſuis.* Homo itaque fidus Legis Mandatorumve cuſtos Super-cœleſtia (ut ita dictum) *pace*

agmi-

agmina conciliat: cui innititur illud Jes. 27,5. *Aut tenebit fortitudinem meam faciet pacem mihi, pacem faciet mihi.* Schaare Orah sub El-chai, post זכרון שכל טוב & sq.

שליש *Tertia, sive Tertia pars Systematis alicujus*, quarum sunt tres Summa, media & ima. Quia enim Corona plerumque est vinculum Systematum implicita Sephiræ ultimæ Systematis superioris, hinc Tertia superior dicitur Chochmah, Binah, Daath; Tertia media Gedulah, Gebhurah, Tiphereth; Tertia ima Nezach, Hod, Jesod. Vid. אבא ואמא.

שלם *Salem* est Malchuth Ps. 76, 3. vid. Soh. Æmor 44.

שלמים *Pacifica*, sunt Tiphereth & Malchuth in unione existentes, & propterea mediationem instituentes inter extrema ignem & aquam. Soh. Vajikra. In Raja Meh. hoc nomen refertur ad Malchuth, quia hæc complet numerum decem Sephirarum, item Tetragrammati; item gradum Tiphereth. Gen. 5, 1. Pard.

שם *Ibi*, refertur ad Malchuth, quia numero parvo repræsentat septenarium; sicut Malchuth ex heptade constat; nempe è ש qui sunt tres patres, & ם 40, quatuor sequentes, Nezach, Hod, Jesod, Malchuth. Alii referunt ad Binah, ob notionem trium patrum, & Mem clausi, quod est Binah supra eos. Rectiùs tamen ad Malchuth pertinet, quia nulla Sephirah digito monstrari potest, dicendo: *Ibi est*; nisi per Istam, quæ est repræsentatio omnium. Pard.

שם *Nomen*; propriè nihil est quam Vestis: quia sicut Tetragrammaton est Vestis Sephirarum, sic omnes Sephiroth Vestis sunt Infiniti; unde *Nominis* appellatio singulis competit; quarum una alterius cortex, & respectivè medulla est, adeoque una quoque est alterius nomen. Sed vulgò *Nomen* vocatur Malchuth; quia hæc nomen est & vestis totius Aziluth. Deinde Systema Briathicum, *nomen* & vestis dicitur ד״ל Aziluth. In Tikk. ad Gen. 48, 16. per *Nomen* intelligitur Binah: quasi sensus esset; שם Nomen ד״ל Jod; seu vestis gradûs Chochmah. Sed Malchuth vocatur

" שם *Nomen Tetragrammati*, quia iſta illius Veſtis eſt & palatium. Pard.

שמאל *Siniſtrum* ad Gebhurah pertinet; quamvis ſæpè & ad Binah atque Hod extendatur. Prout & ſiniſtri nomen Corticibus tribuitur. Pard. vid. Tezav. in f. Vaæra 12. 46.

שמור *Cuſtodi.* Magg. noſtri cum dixerunt: τὸ זכור *memento*; & τὸ שמור *cuſtodi* de unâ re dicuntur; intenderunt digitum ad duas Perſonas Tiphereth & Malchuth. Nam vocula זכור & quæ eundem habent ſenſum ad Præcepta affirmativa refertur ut Numer. 15, 40. Sed שמור & quicquid *cavendi* ſenſum infert, ad Negativa refertur, ut Gen. 2, 15. ubi verbis *colendi* & *cuſtodiendi*, utrumque præceptorum genus denotatur. Affirmativa autem præcepta ſunt רמח 248, & ad Cheſed pertinent, quo etiam inclinat maſculus: ſed 365. *negativa* ad Gebhuram referuntur; ſicut & fœmina ad ſiniſtram inclinat. Pard.

שמות *Nomina.* Vid. מב. מלוי.

שמחה *Gaudium*, eſt Binah, à quâ omnia gaudii genera defluunt, juxta Pſ. 113, 9. Soh. Vajikra. Sed alibi ad Malchuth refertur; nempe cum in hanc gaudium à Binâ deſcendit. Pard. vid. Trumah 60. Tezav. 80.

שמטה *Heptaëteris intermiſſoria*, eſt Malchuth; dum complectitur 7. annos, id eſt, dum ipſam colluſtrant ſeptem Sephiræ ſimpliciter. Pard. vid. Soh. Breſch. 11. 15. 60. 33. 36. 85. Miſchpatim in pr. Behar 53. Pinchas 103. Bechükkothai 5. 6. Æmor 47. Schlachl. 82. Chükk. 86.

שמים *Cœlum*, vocatur Tiphereth, quia complectitur אש ומים Ignem & Aquam, & iſta conciliat atque perficit: ob quem concurſum plurium, etiam plurali numero denominationem habet. Atque tunc in ipſo apparent quinque colores, quæ ſunt 5. Sephiroth, à Gedulah, uſque ad Hod; quia Nezach ad Cheſed, & Hod ad Gebhurâ tanquam Rami applicantur. Pard.

Vid.

Vid. Soh. Vajiggaſch 114. Breſch. 8. Trumah 61. Vajakhel 94. Vid. עצם שמים · שחקים·

שמיני חג העצרת *Octava feſtum congregationis* Num. 29, 35. eſt Malchuth: quia eſt octava à Chochmah: & continet חג i. e. Cheſed & Gebhuram: & quando aſcendit ad gradum Chochmah, omnem influxum in ſe congregat & detinet, nec aliquid demittit, donec redeat ad locum ſuum. Hinc à quibuſdam hæc appellatio ad Chochmah, vel Binah refertur. Pardes.

שמינית *Octava* à R. Schimeon b. J. vocatur Hod: unde Pſ. 6, 1. intelligitur Nezach ſuper Hod exiſtens. Alibi hoc nomen refertur ad Binah; quæ etiam ad Hod uſque ſe extendit. Pard.

שמיעה *Auditus* dependet à Gebhurâ reſpiciente Binam: unde שמעון Schimeon ad Gebhuram refertur. Datur autem auditio alia ad judicium, & alia ad miſericordiam; quia & Gebhurah aliquando inclinat ad Cheſed per Binam. Aliquando tamen Auditio & ad Chochmah refertur, quia ſenſus omnes ſunt in cerebro, & illa vocatur ſenſus communis. Attamen ſicut viſio fundamentaliter pertinet ad Chochmah, quia fundamentum Gedulah ad quam ſpectat viſio, eſt in Chochmah: ita auditio fundamentaliter eſt in Binah, ut Gebhurah ibidem fundamentum habet. Pard. Vid. Sohar Vaæra 12. Vajiſchlach 98.

שמירה אחת *Vigilia una*; in Tikk. refertur ad Malchuth è ſenſu שמור. Ipſa autem eſt Cuſtodia una plurium Sabbathorum, quia in ipſa vigilias agunt omnes Sephiræ: i. e. Ipſa eſt cautio una reſpectu omnium præceptorum prohibitivorum, ab omnibus Sephiris dependentium, unde etiam vocatur שמירת שבת *Vigilia Sabbathina.* Imò ipſa quoque Vigiliâ opus habet, quia circundatur à Corticibus Pſ. 12, 9. Pard.

שמן *Oleum.* Plura ſunt olea: nempe

שמן המשחה *Oleum unctionis:* hæc eſt influentia, quam

cum Malchuth accipit è parte Chesed, illa vocatur Oleum unctionis Exod. 25, 6. 29, 7. 21. 31, 11. &c. quod in Targum dicitur משחא רבות *Unguentum Magnificentiæ*, quod sensum Gedulah habet, quæ est Chesed. Cum autem Malchuth *influxum* accipit à Tiphereth, vocatur

שמן למאור *Oleum ad Luminare* Exod. 25, 6. 35, 7. quia Tiphereth est Luminare magnum, & per illud illuminatur Schechinah. Sed

שמן משחת קדש Ex. 30, 25, *Oleum unctionis Sanctitatis* vocatur respectu Gebhurah, ubi aliquid Sanctitatis est, juxta illud: *Et Sanctificabis Levitas*; quia quando influxus à Gebhurâ participat, cum eo concurrit Chesed, quam vox משחת exprimit. Non enim planè hic operatur Gebhurah, *sed ejus* tantum respectus involvitur. Vid. טהרה. Porrò

שמן כתית *Oleum tusum*, Exod. 29, 40. Lev. 24, 2. Num. 20, 5. respectum infert ad Jesod, ubi dicuntur tundi olivæ è sensu copulæ maritalis. Unde huc etiam refertur

שמן זית זך כתית *Oleum oleæ purum contusum* Exod. 27, 20. nam Jesod vocatur *Olea virescens* Ps. 52, 10. Jirm. 11, 16. Ipse autem influxus vocatur

שמן השפע *Oleum influxus*, quod descendit à Binah, Scaturigine tamen in Chochmah existente, & ad dextram. Ubi nota, quod ad Binah referatur אהיה alterum Ex. 3, 14. item יהו, quia בינה dicitur quasi בן יה i.e. י יה &ambo conficiunt 21. jam verò בים quod per Atbasch fit ex שמן eundem *numerum* habet. Deinde

שמן טוב *Oleum bonum* Ps. 133, 2. refertur ad Jesod: Sed in Soh. Vajikra hoc dicitur esse influxus, qui venit à Chochmah in Binah, ibique colligitur ut defluat ad instruendas lucernas, vid. טוב. Pard. vid. Soh. Pinchas 115, 458. Balak 92. Breschith 16. Lechl. 61. Trumah 66. Vajikra 3. Schmini 17. Kedoschim 40. Debarim 122.

שמע *Audi* Iisraël. Vid. Soh. Vajeze 86. Bo 19. Beschal-

lach

lach 29. Mischpatim 51.52. Trumah 60.62.71. Balak 91. Pinchas 107.120. Æthchan. 126. s. estque Malchuth, ob sensum congregandi. Pard.

שמש וירח *Sol & Luna*, sunt Tiphereth & Malchuth. Quanquam in Soh. Schemoth in pr. & Jesod vocatur Sol. Et in latere altero Sol & Luna sunt Samaël & Lilith, juxta Jesch. 24, 23. Pard. vid. Soh. Mikkez 112. Behaaloth. 71. Chuk. 87. Pinch. 100. Naso 61.

שמש *Sol.* Vid. ניצוצות 24.

שנה *Annus.* In Sohar Loco de Præceptis ad Deut. 24, 5. Malchuth vocatur Annus, quasi continens duodecim Lunationes, 12. Virgines, 12. lapides structuræ, 12. boves. Alibi Tiphereth sic appellatur cum relatione ad Binah, quasi continens 365. dies, i. e. totidem Præcepta prohibitiva; quæ ratio etiam referri posset ad Malchuth; quæ fundamentum est Prohibitionum. Fundamentum tamen Anni est in Tiphereth, qui continet 12. signa & terminos. Et in Soh. Kedoschim dicitur, quod Malchuth, quatenus unita est cum Tiphereth vocetur *annus quartus*; quia Illa est pes quartus Throni. Et juxta Tikk. Binah vocatur *annus quinquagesimus.* Pard. vid. Soh. Vajischlach in f. 98, 397. Jethro 35. Pinchas 115, 459. Vajikra 3, 12.

שעורה *Hordeum*, refertur ad Malchuth, quia Hæc hominibus alimenta & vitam præbet: unde & Tritici nomen ipsi inditur. Pard. v. Soh. Debarim 123, 489.

שעטנז Vid. שבירה n. 9. 10. it. חגין n. 1. Hoc nomine autem intelligitur Ancilla prava composita è bove & asino, lorum ad flagella; nempe Cortex. Tikk. Pard. vid. Soh. Kedoschim 40. Ki Teze 133.

שעלים *Vulpes*, Cant. 2, 15. sunt potestates Corticum. Pardes.

שער *Porta* est Malchuth, quia per metathesin efficit עשר, Illa autem è decade constat. Item Chaldaicum תרעא Porta, eun-

eundem numerum habet, quem plenitudo Adonai, hoc modo: אלף. דלת. נון. יוד nempe 671. & huc pertinet Psal. 118, 20. Sed

שערים *Portæ* nudè, ad Malchuth quidem pariter pertinet; sed in Soh. Vajeze tamen dicitur, sex Sephiras dici *Portas*. Nec minus inter Putamina sunt *Portæ mortis*, *Portæ umbræ mortis*. Sed

שערי דמעה *Portæ lachrymarum* sunt in Malchuth cum relatione ad Chesed, ad quam *lachrymæ* pertinent ob mysterium effusionis aquarum; melior enim non datur aquarum fusio quàm hæc. In Eâ pariter sunt

שערי צדק *Portæ justitiæ*, item

שערי תפילה *Portæ orationis*; item

שער בת רבים *Porta Filiæ magnorum*. Soh. Pinchas. Pard.

שער השמים *Porta cæli*, videtur referri debere ad Malchuth: sed in Soh. Vajeze, ita dicitur Jesod, quia quicquid è Cœlo, i. e. Tiphereth demittitur, per Jesod prodit. Pard.

שפה *Labium* est Malchuth, refert enim numerum שכינה Vid. etiam פה. Sed

שפת היאור *Ripa fluminis* dicitur Malchuth, respectu Tiphereth, qui vocatur Flumen. Pard. Et

שפת שקר *Labium mendacii* in Soh. Toled. Serpens vocatur. Pard.

שק *Saccus* est Klippah Esth. 4, 2. Pard.

שקד *Amygdala*, in Soh. Schemoth ad Rigorem refertur cum omnibus ejusdem radicis ut Dan. 9, 14. Jirm. 1, 12. Pard.

שקל הקדש *Siclus Sanctitatis* est Tiphereth. Pard. Trumah 71, 281.

שקתות *Aqualiculi* Gen. 30, 38. sunt Nezach & Hod. Tikk. Sed aquæductus (1. Reg. 18, 32.) quo implentur est Tiphereth; aquæ autem sunt Chesed. Sic autem vocantur, quando irrigant vel potant gradum Malchuth. Sed alibi in Tikkun. hoc nomen refertur ad Gedulah, Gebhurah, respectu aqua-

rum

rum Binah; è quâ originaliter iſtæ influxum accipiunt. Pardes.

שר *Princeps* ſic dicitur Metatron Angelus. Pard.

שרה *Principiſſa* eſt Malchuth, quando unitur cum marito in Cheſed; nam Abraham erat maritus Sarah. Pard. Ki Teze 134. Chaje Sarah 77. 80.

שרון *Saron* eſt Binah. Æmor. Sicut enim Saron erat locus ubi fluvius mutabatur in ſtagnum, ſic Binah eſt Scaturigo omnis influentiæ, unde rigatur hortus. Pard.

שרים *Principes*: in Soh. Behaaloth. ad Num. 21, 18. refertur ad Chochmah & Binah, quia ſunt gradus primarii totius Aziluth.

שרפים *Seraphim* vocantur Nezach & Hod, quando influxum habent ab Igne Gebhuræ; & ſex alæ eundem habent ſenſum, quem עמודי שש *Columnæ ſenarii*. Vid. נצח: it. הוד Pardes è Raja Meh.

שררך Vid. טבור Cant. 7, 3.

שש משור *Byſſus contorta* Ex. 26, 1. In Tikk. ſic exponitur: *Sunt ſex dies creationis, qui continent decem dicta & 32. ſemitas, 32. Elohim operis initii.* i. e. Quia tale filum eſt duplicatum, per illud intelliguntur ſex Sephiroth, quæ ſingulæ ex heptade conſtant, unde 42. Ibid. hoc nomen refertur ad Malchuth, quatenus continet ſex membra ſuperna. Pard.

ששון *Gaudium*, in Soh. Balak refertur ad Juſtum, quia gaudium Malchuth ab eo dependet. Tunc autem dicitur gaudium, quando influxum accipit à Binah, quæ eſt שמחה. Vid. ib. & מעייני הישועה: unde patet, quod non dicatur ששון, niſi quando continet totum ſenarium. Pard. v. Balak 99, 393. Vajera 69, Vajechi 126, 506. Pinchas 119, Mezora 25.

ששת ימים *Sextiduum* vocatur Tiphereth, quia continet 6. membra. Alibi in Sohar ſic appellatur Cheſed, quatenus tota ſtructura in Ipsâ eſt, vid. ימים. Pard.

ת
תו Tav.

IN Libro Temunah refertur ad Gebhurah Jechef. 9,4. Num. 34,7. Sed in Sohar fæpe ת refertur ad Tiphereth, fortè quia תיו quafi תאוה *defiderium*, juxta Ijobh. 31, 35. ad ipfum enim pertinet Gen. 3,6. vel quafi אות *Signum*; Tiphereth enim refpectu Jefod eft fignum. Pard. Tr. 27. c. 25. Vid. Soh. Vajera 267. Debh. 123.

תאוה *Defiderium*. In Soh. Mikkez ad Pr. 13,12. Malchuth fic appellatur, quatenus fufcipit preces & ad altiora promovet, & cuilibet largitur, juxta defiderium ejus. Pard.

תאומים *Gemelli*, funt Nezach & Hod, duæ medietates corporis. Alibi R. Schim. b. J. hoc nomen refert ad Tiphereth, quia geminat duo extrema in medium unum; quod etiam accidit gradibus Nezach & Hod. Pard. vid. Soh. Jethro 35,138.

תבונה *Intelligentia*. Vid. אבא ואמא.

2. Sic vocatur ipfa Binah; cum hâc tamen differentia, quod nomen בִּינָה locum habeat in illâ notione, quando involvitur relatio ad Tiphereth, quatenus eft Daath, & duos illos gradus Chochmah & Binah unit & copulat, ita ut בינה dicatur quafi בֵּן ; הֹ filius literarum Jod & He, incluso etiam Daath filio illo, qui recubat in finu Patris & Matris. Adeoque Binah tunc faltem fic dicitur, quando eft in unione cum Chochmah. Sed תבונה eft Binah, quatenus eft fola, & influendo recumbit fuper liberis, qui funt Tiphereth filius & Malchuth filia, ad inftar Matris: hinc in hoc nomine litera ׳ deficit, qua denotatur Chochmah Pater, quia unio diffoluta præfupponitur. Tik. & Soh. In Tikk. tamen & Malchuth, cum refpectu ad Binah vocatur תבונה. Pard.

תגין *Apices*, Coronulæ fuper literas appictæ. Vid. ספירה n. 10. De quibus notentur & fequentia.

1. Notum eft, quòd feptem Reges acceperint lucem fuam ex Corpore אק fub apice barbæ & non fupra: Et liquet quòd

quod caruerint notione trium luminum superiorum, quæ sunt aurium, nasi & oris. Propterea enim confracti sunt partibus suis anterioribus & posterioribus. Et hæc est notio trium coronularum, quæ pingi solent super singulas literas שעטנז גץ: quibus denotatur Elevatio Lucis & ablatio ejusdem è vasis, quæ sunt literæ; ita ut luci locus esset super illis, & non in illis.

2. Literæ autem ברק חית denotant partes posteriores in Abba ve Imma, quæ delapsæ sunt. Et quia notum est & dictum alibi, quod אוא participaverint de luminibus nasi & oris, & una tantum luce aurium caruerint; unde etiam non delapsa sunt ipsorum anteriora, sed posteriora tantùm: hinc ob hunc defectum lucis unius una tantum coronula notantur singulæ. Etz Chajim Tract. Ozaroth Chajim Sect. Olam Hannekudim. Vid. מנחא. מה. ניצוצות 25.

תהו communiter *Vacuum*, refertur ad Binah, quia in Libro Bahir dicitur: Quid est Bohu? res illa quæ est vestis ﬤ Tohu; quid autem Tohu? aliquid quod stupescere facit homines. Ergò בהו est tale quid, in quo aliquid est: Binah autem planè attingi nequit; unde etiam vocatur מי *quis*, per modum interrogandi; ita ut se habeat tanquam Hyle, omni formâ carens, sed formas tamen suscipiens: sic enim & Ipsa prior est naturâ manifestatâ, quum naturas omnes recipiat, prout exsertio datur, sive ad rigorem, sive ad Benignitatem, sive ad misericordiam: Intelligi autem non potest nisi per fabricam. Et quia tantû interrogatio est, responsione carens, hinc in Libro Bahir dicitur, quod stupescere faciat & in admirationem rapiat homines, quod ad quæstionem istam nihil sequatur responsi. Pard. Vid. Bo. 16.

תהלה *Collaudatio.* Ita nonnunquam prudentiæ metrum appellatur: nam quemadmodum obsecrationes precesque referuntur ad nomen Adonai; sic Laudû decus ad oraculum prudentiæ. Hæc enim summitati graduum proximè adhæret, & ab Ipsa omnis provenit influxus, benedictio & vita, atque hinc vo-

vocatur Tehillah *Laus*, quod ſcilicet nobis incumbat Illum collaudare, qui nobis & Patribus noſtris omnia illa exhibuit oſtenta, nosque eduxit è ſervitute in Libertatem. Inferior autem Sephirah huic oppoſita, vocatur *Thephillah precatio*, quia proximè adeſt precibus peccatorum: unde & Pſal. 109, 4. dicitur: quod gradus אני, ſit Tphillah. Conf. Pſal. 83, 2. hinc precationum initium fit cum Nomine Adonai è Pſ. 51, 17. תפלה autem ſeu precatio, eſt ſupplicatio & expetitio miſericordiæ & remiſſionis peccatorum, item liberationis ab adverſariis & largitionis rerum neceſſariarum, & conſervationis in vita & ut cuſtodiamur ab omni noxa & pœna, &c. Sed תהלה Collaudatio fit, quod ſuſceptæ ſint preces & audita vox noſtra, quodque remiſerit nobis peccata, & dederit quæ *roga*vimus. Hæc ergò pertinet ad Binah, in qua eſt locus Redem*tionis* & & libertatis & ſalvationum. Quamvis ergò quilibet aptus *ſit* ad preces; non tamen quilibet ſic quoque ad laudes, quæ fiunt ob beneficia exhibita; unde dicitur Pſ. 33, 1. *Rectos decet collaudatio.* Imò nec quâlibet horâ laudes dici poſſ*unt*, quia hic gradus inſignis planè eſt. Unde Magiſtri dixerunt Tr. Brachoth c. 100. centum & tria capitula dixerat David in Libro Pſalmorum, antequam erumperet in Hallelu-jah; quod facit Pſal. 104, ult. cum videret lapſum impiorum. Unde duo elucescunt: primò non eſſe dicendas laudes, niſi cum Iſte gradus paratus eſt, nimirum ut faciat ſigna & miracula & perdat impios, prout fiebat in Ægypto, ubi canebatur Canticum *primum* juxta Jeſch. 30, 29. Secundò, quod David, quam*vis* vidiſſet multa mirabilia Domini, tamen non invenerit impletum cor ſuum ut diceret laudes, niſi in materia, ad laudes idonea. Si enim quis veſtitus eſſet veſte regiâ, & tamen opus aliquod vile perageret, nonne hoc inſigne foret dedecus? Unde Majores: qui dicit Hallel magnum ſingulis diebus, idem agit ac ſi probra & blaſphemias evomeret. Hinc & Propheta Jeſch. 42, 8. *Non dabo laudem meam, &c.* Omnis enim precatio incongrua

grua vocatur פסולה *Vitiosa*; unde sensus hujus loci hic est: qui non ingreditur ad serviendum per Sephiram Malchuth, tempore orandi, quomodo progredietur usque ad Binah? *Rectos enim decet collaudatio*, sed non לפסילים ineptos & profanos. Deinde sciendum, quod Neschamah seu mens applicetur ad Binah, Ruach seu Spiritus ad Tiphereth, & Nephesch seu Psyche ad Malchuth; quò animum reflexit David. Psal. 150. ult. *Omnis Neschamah, &c.* Nomen enim יה repræsentat tres supremas; hinc ad illud pertinet *Neschamah*, & *Collaudatio*. Quod si objicias locum Psal. 146, 1. Scito; laudes Neschamæ pertinere ad Jah; sed laudes Nephesch ad Tetragrammaton, in quo comprehenditur Malchuth, tanquam He ejus ultimum. Et duplex est Laus; הלל גמור completa, & הלל שאינו גמור incompleta: illa ad Binah, ubi defectus exulat, quia superior est Principibus; hæc, quæ transultoria est, ad Malchuth pertinet, quæ aliquando ob peccata Iisraëlitarum fracturas patitur. Ad hanc classem pertinent Laudes Neomeniarum, quando Luna defectum passa innovatur: Sed Laudes & Hymni ob signa & miracula; ob gaudia & beneficia, item festorum Paschatis, Pentecostes & Tabernaculorum, quibus temporibus illustris est Binah, ad istam referuntur: ut & Encæniorum festum. Nec frustra tamen dixerunt Sapp. Quicunque *Laudem David*, seu Psalmum 145. quotidie dicit, certus esse potest, quod sit filius venturi seculi. Ubi vides ad eundem locum referri *Laudem*, & *Seculum venturum*. Nec contrarium huic est, quod supra diximus, eum qui intempestivè laudes dicit, idem agere ac si blasphemet; alia enim est Laus, vel Hymnus completus, & aliud Laus simplex. Illa proferenda non est, nisi ob certam causam; Laude simplici verò in ordinem rediguntur Sephiroth; quod tamen non pertingit ad naturam τȣ Hallel. In Psalmo igitur 145, variæ proponuntur ordinationes & elevationes duarum Sephirarum sese invicem respicientium Malchuth nempe & Binah. Schaare Orah Tr. 8. in fin. post גבורות.

 2. In

2. In Pardes huc pertinent seqq. In Raja Mehim. תהלה *Laus* refertur ad Kether: alibi ad Binah. Juxta R. Moscheh tam Chochmah, quam Binah sic vocatur, & ambæ dicuntur תהלות *Laudes*. Item Malchuth vocatur תהלה in Libro *Bahir*. Mihi videtur, veram Laudem pertinere ad Kether; ex qua illa defluat in Chochmah & Binah, quæ dicuntur Laudes, quia influxum accipit à Laude magna. Malchuth autem dicitur Laus, quia vocatur אֲנִי, quod per metathesin ad אַיִן Kether respicit. Pard. Tr. 23. c. ult.

תוך *Medium*; In Soh. Noach ad Pr. 5, 15. refertur ad Tiphereth, quia hic gradus est in medio Gedulæ & Gebhuræ: vel sublimius ceu Daath. Pard. Sed

תוך *Fraus* ut Ps. 55, 12. est Klippah gradui *Tiphereth* opposita. Pard.

תולעת *Vermis* est Klippah, ut Deut. 28, 39. Sed in Sanctitate *Vermis Coccini*, Exod. 25, 4. &c. est Malchuth Pr. 31, 21. Ps. 27, 7. & fortè Tiphereth Jesch. 41, 14. Pard.

תור *Turtur*, in Soh. Vajik. ad Cant. 2, 12. dicitur esse Lex *Oralis*: quia scripta vocatur תורה, ut נער & נערה, &c. *id est*, Malchuth, dum nondum suscepit virum, vocatur תור. Et sic ויקר אלהים, ubi denotatur Malchuth, quando nondum est unita cum Aleph. Pard.

תורה *Lex*, vel datur in Chochmah; & hinc emanat Lex, id est Tiphereth, vid. Soh. Kedoschim 37. non enim separantur hæc duo in æternum. Locus ergò Legis est Tiphereth, *sed* fundamentum in Chochmah. Sed

תורה שבעל פה *Lex oralis*, &

תורה שבכתב *Lex scripta*, diversimodè exponuntur. Aliquando *Lex scripta* in Sohar refertur ad Chesed, juxta Pr. 31, 26. & *Lex oralis* ad Gebhurah. Alibi *scripta* dicitur Tiphereth, & *oralis* Malchuth, mas & fœmina; ille ad Chesed, hæc ad rigorem inclinans. Sed

תורת יי תמימה *Lex Domini perfecta*, est Malchuth, qua-

tenus est unita, tunc enim perfecta est Ps. 19, 8. aliàs dimidia saltem. Tiphereth autem dicitur תורה à demonstrando & manifestando occulta; manifestatione enim opus est eorum, quæ in Chochmah per Binah, & quæ in hâc, per Tiphereth, & hujus per Malchuth; quæ illa inferioribus repræsentat. Et in Soh. Trumah, Binah dicitur Lex in scripto, ita ut Binah sit Lex; sed scriptum Tiphereth, quod illam manifestat. Lex Oralis tamen vocatur Malchuth, quia hoc dicitur *Os* quasi manifestans superna. Pard. vid. Soh. Bresch. 9. 10. 31. 32. Lechl. 61. Chaje Sarah 80. Mikkez 108. Vajechi 127. *Lex scripta* Jethro 35. 40. vid. Mischpatim 45. 50. Vajakhel 88. 93. Vajikra 1. 3. 39. Schmini in pr. Achare 34. Kedoschim 37. Naso 70. Bammidbar pr. Schlachlecha 82. Pinchas 105. 114. 118. Æthch. 124. Ekeb 131. Schophetim 132.

In Schaare Orah huc pertinent sqq. Tiphereth vocatur Lex scripta, quia Moses solus ad Tetragrammaton accedere potuit Exod. 24, 2. Deut. 34, 10. Num. 12, 8. reliqui autem Prophetæ vaticinabantur per Nezach & Hod, ubi He ultimum eos impediebat, ut non possent ingredi, sed illuc saltem respicerent, & tantum per similitudines vaticinarentur. Hosch. 12, 11. Nam He istud est speculum obscurum, luce per se carens. Moses autem in ipsum tabernaculum ingressus est, & fidelis fuit in domo, id est, in Gedulah, Gebhurah, Tiphereth; prout Samuel in Nezach & Hod, metris prophetarum. Hæc autem Lex dicitur *perfecta* Psalm. 19,8. Tota enim Lex est quasi figura Tetragrammati, in quâ si vel supersit vel deficiat litera una, non erit Lex Domini; quia formâ Tetragrammati carebit. Tetragrammaton autem est quasi arboris truncus & radix; & reliqua cognomina velut rami ejus, unde tota Lex est quasi Tetragrammaton ipsum. Unde Lex quoque vocatur *Arbor vitæ* Prov. 3, 18. & *fulcientes ipsam* sunt Nezach & Hod. Deinde Lex constat è dextro & sinistro, (sicut & Tetragrammaton in medio locatum 1. Reg. 22, 19.) hæc sunt præcepta juben-

jubentia & prohibentia. Hæc ibi Tract. 5. post עץ החיים & sq. אמרה.

תחנה *Precatio*, vid. תפלה, est enim Malchuth, Pr. 18. 23. Pardes.

תחתונית האצילות *Pars Ima Emanationis*, dicitur quicquid Emanando descendit à Summitate Aziluth, intra Sphæram vacuam; & quicquid invenitur sub Summitate Emanationis, vide ראש. Etz Chajim Tract. Ozaroth Chajim, Sect. Adam Kadmon.

תיבה *Arca*, est Malchuth: unde in eam ingressus dicitur Noach, i. e. Jesod. Gen. 6, 9. Pard.

תיקון 1. *Restitutio, Restauratio, Redintegratio*; item *conformatio, dispositio, configuratio*. Vide אצילות 2. De Tikkun Systematis Aziluthici vide נפילה 15, 22.

2. Non autem facta est Redintegratio atq; conformatio Systematis Aziluthici unâ vice; sed paulatim, & per gradus. Primò enim nullum planè reperiebatur *Vas* ullibi, cum tamen omnis Tikkun seu conformatio stabilis in eo solo consistat, ut Lux inclusa sit Vasi cuidam, ut illam supportare queant Inferiora. Non autē habebat initiū *vasis* natura, nisi in mundo seu Systemate *Akudico*; ubi tamen non reperiebatur nisi Vas unicum, pro tota decade Sephirothica. In Systemate autem *Nekudico* ante *confractionem*, aliqua accedebat conformatio, ex eo, quod *decem Vasa* fierent pro decem Sephiroth: item, *quod tres superiores* prodeuntes statim locarentur in ordine *trium linearum*; quem nondum habebant septem inferiores. Cum autem fracta essent *puncta*, alia accedebat Dispositio, quod sc. Lumina *septem inferiorum* superinvestirentur eo ordine, in quo erant Kether Chochmah & Binah: quo ordine *Autor Emanationis* etiam *Vasa* deinde in Aziluth elevabat: Ubi deinceps ternæ copulabantur, & extendebantur sub mysterio *sex extremitatum*, tempore *Lactationis*; dehinc tempore *Cerebrorum* perficiebantur. Ante *Impragnationem* autem lux tantùm in

Vase

Vase erat, & Vase quidem compresso atque contracto, postmodum autem dilatabatur Vas in statum *Personæ* integræ, ut lux diminui posset, id quod fundamentum est totius Tikkun. Etz Chajim, Tractat. Olam han-Nekudim in fine. Vid. דעת. אצל.

3. Cum igitur in mentem veniret *Emanationum Autori* exsuscitare *mortuos* & restituere *Reges* in integrum, qui *confracti* erant, atque delapsi in Systema *Briathicum*, decreto facto elevabantur *Maim Nukbim*, s. Illecebræ ab inferioribus ad superna: unde proveniebat *Congressus* supernus, ut possent restitui Reges. Sicut autem alibi jam dictum est, (vide נפילה 18. 19. 20. 21. supra n. 2. hoc tit.) quod septem Lumina Regum elevata fuerint & superinvestita tribus lineis Kether, Chochmæ & Binæ; quæ sese extenderant usque ad locum חגת seu Chesed, Gebhurah & Tiphereth: ita hæc Extensio nunc iterum cessabat, Vasis nempe sursum recollectis in statum pristinum, ita ut tres superiores ultra locum suum non excederent. Hoc modo tamen secum elevabant septem illa lumina inferiora: sic ut hæc omnia nunc consisterent in loco Binæ; quæ est Mater filiorum; ibique adeò reperiebatur locus *Conceptus* & *Impragnationis*.

4. Ascendentibus autem septem Luminibus, pariter in Systema Aziluthicum ascendebant Vasa, quæ descenderant in Briam: non tamen copulata invicem. Sed sicut Lumina septem erant sub notione *Impragnationis*, ita ut terna includerentur ternis, & Malchuth cum ipsis; sic & vasa terna innectebantur ternis & Malchuth cum ipsis. In specie autem Vasa Nezach & Chesed ascendebant in Aziluth latere dextro, & ambo subsistebant illo loco quò pertinet Nezach Aziluthica. Vasa autem Hod & Gebhurah, in Aziluth ascendebant per latus sinistrum, & subsistebant in loco Hod Aziluthicæ. Porrò Vasa Daath & Tiphereth ascendebant lineâ mediâ è Briâ in Aziluth, & subsistebant in loco Jesod Aziluthici. Tandem & Vasa Jesod & Malchuth de Briâ ascendebant in Aziluth, & subsistebant in

loco Malchuth Aziluthicæ. Sic & Vasa per triades locabantur & Malchuth cum eis. Distantia autem inter Lumina & Vasa non erat major quam trium Sephirarum vacuarum; quæ sunt חגת: Lumina enim omnia erant in Binah.

5. Septem autē hæc Vasa non ascendebant simul, omnia, sed ad analogiam dierum quibus Embryo formatur in utero: quolibet enim decendio ascendebant duæ Sephiroth; adeoq; decendio primo Chesed & Nezach; secundo, Daath & Tiphereth; tertio, Gebhurah & Hod; & quarto, Jesod & Malchuth.

6. Majim Nukbim autem quæ elevatæ erant ad procurandum Congressum supernum, nihil sunt aliud, quam Elevatio septem Luminum (supr. n. 3.) in Binam, quod probè notandum. Quia autem redintegratio facienda erat toti Decadi, à Kether usq; ad Malchuth, hinc elevatio illa pertingebat usque ad Summitatem in ע״ב & ס״ג, Adam Kadmon. Et per congressum istū דה׳ ע״ב & ס״ג, & per imprægnationem supra dictam, restaurabatur totum Systema Aziluthicum ab Attik Jomin usq; ad Malchuth.

7. Primò igitur conformabatur Attik Jomin. Deinde fiebat congressus secundus Antiqui dierum cum Uxore sua, pro Conformatione Arich Anpin & Uxoris ejus. Postea fiebat congressus Arich Anpin cum uxore sua, pro Redintegratione Patris & Matris: deinceps sequebatur Congressus Patris & Matris pro Redintegratione Seir & Uxoris ejus, & tandem congressus Seir & Uxoris ejus Aziluthicorū, pro conformatione omnium Mundorum seu Systematum cæterorum.

8. Post factam igitur elevationem Majim Nukbim seu post illecebrarum pruritum, quæ sunt Lumina supradicta, fiebat congressus Tetragrammati ע״ב Joddati, (quod continet notionem Muchin seu statûs perfectorum Cerebrorum Adam anterioris,) cùm Taamim Tetragrammati ס״ג, (quæ sunt Auris, nasus & os, de quibus suo loco.) Quia enim in istis Taamim nulla plane obtigerat confractio, hinc conjugalis copula inter illos & ע״ב דה׳ Adam Kadmon fieri omninò poterat.

9. Hic

9. Hic autem non intelliguntur Lumina illa, quæ prodierunt ex halitu sive Exspiratione Oris, Nasi & Aurium; sed ipsa eorum Natura interna.

10. Peracto autem Congressu generata exinde est Lux nova, quæ est Notio Nominis מה seu Tetragrammati Alephati, quod ipsum etiam dispescitur in quatuor Notiones, nempe Taamim, Nekudoth, Taggin & Othioth; i.e. Accentus, Puncta, Apices & Literas, quæ exhauriunt totum Systema Aziluthicum. Ita ut Taamim ה״ Mah, sit notio Attik Jomin; Nekudoth ejusdem notio Arich Anpin; Taggin ejusdem, notio Abba ve Imma; & Othioth ejusdem, notio זון. Etz Chajim Parte Ozaroth Chajim Tr. Attik. Vid. מצח 1.2.3. מה 1. עתיק 1.

11. Postquam autem Nomen מה secretionem fecisset ex punctis, quæ passa erant fracturam & ex his cum illo conjunctis factum esset Nomen בן, tunc hoc nomen בן tanquam Uxor nominis מה etiam dispescebatur in quatuor notiones Taamim, Nekudoth, Taggin & Othioth. Et sicut ex Taamim Nominis מה fiebat Attik Jomin Masculus; ita ex Taamim Nominis בן fiebat Uxor ה״ Attik Jomin. Et sic ex Nekudoth nominis מה fiebat Arich Anpin Masculus; & ex Nekudoth nominis בן ejusdem Uxor. Et sic in cæteris.

12. Locus autem ubi disponebantur istæ Personæ tam masculinæ quam fœmininæ, factæ ex conjunctione Nominum מה & בן erat ille, ubi primum fuerant Nekudoth, cùm prodirent per foramina oculorum; nempe à scrobe pectoris Adam Kadmon usque ad extremitatem pedum ejus.

13. Lux autem Frontis, quæ vocatur nomen מה quamvis prodiret desuper, attamen simul & deorsum radiabat: & potissimum affulgebat à scrobe pectoris usque ad finem pedum.

14. Differentia autem istius status ab illo priore, cum Nekudoth ex oculis prodirent, hæc est: quia tum temporis punctum Kether suo loco erat solum & sic punctum Chochmah solum pariter; & hoc modo omnes decem Sephiroth: Nunc autem Tikkun accedebat seu conformatio insignis admodum.

Nam Punctum Kether protendebatur è loco suo deorsum ferè usque ad extremitatem pedum Adam Kadmon: quæ extensio exæquabat totum Systema Aziluthicum. Et Punctum hoc erat Uxor ייי Attik Jomin. Atque sic etiam Attik Jomin *Masculus* (factus ex Taamim Nominis מה) eadem proportione extendebatur. Et sic omnes Personæ Arich, Uxor ejus, &c. Quarum altera alteram superinvestiebat usque ad notionem זון, ita ut omnes pedes personarum Aziluthicarum æqualiter consisterent paululum super extremitatem pedum Adam Kadmon. Et ibi finis erat totius Aziluth. Et sic altera alterius fiebat Neschamah; & alia alius indumentum erat. Et hoc modò omnia creata suscipere poterant lumen à luminibus supernis, quæ jam erant contecta atque involuta sibi invicem. *Ubi pariter* vasa eorum ampliabantur, mediante extensione deorsum *usq; pertingente*: quâ viâ facilè sustinere & supportare possunt Lumina sua cùm tantam habeant amplitudinem. Ib. Tract. Attik.

15. Quomodo autem facta sit ista Conformatio in specie ex מה & בן, plenius traditur in עתיק. Vid. אצל. מב. מה. מות. 4. מלוי 2. מסך. מצה. נוקבה 8. ניצוצות 16.

16. Tikkun propriè tantùm fiebat in vasis, circa lumina autem nihil eveniebat novi, nisi quod cùm vasa primò essent puncta parva forma personæ carentes, lumina tunc non possent producere operationes suas: Postquam autem vasa conformata essent in personæ figuram, tunc etiam lumina in actû perducere poterant operationes suas. Ib. S. Injan HamMelach:

תכלת *Color hyacinthinus, cæruleus*, refertur ad Malchuth ejusq; notionem infimam vicinam fundo maris: estque rigor judicialis cortici propinquus; unde hic color infaustus est somnianti. Pard. v. Soh. Bresch. 36. Trumah 60, 62. Pekude 102, 405. 406. Zav 13. 14. Schlachl. 83. f. Pinchas 415. & 78.

תם *Integer, Integra* in Soh. refertur ad Malchuth, quia Jacob dicitur איש תם *Vir Integra*, i. e. Maritus Schechinæ. Pard.

תמונה *Similitudo*, refertur ad Malchuth Num. 12, 8. & certo

to respectu ad Binah; Deut. 4, 15. quia in his videntur summa & ima: quæ, cum in Malchuth sunt, manifesta, in Binah sunt occultiora. Pard.

תמים *Perfectus, Perfecta* vocatur Malchuth; & quia hoc fit propter unionem, hinc & Jesod sic appellatur, & tunc Malchuth תמימה cum relatione ad Chesed. Pard. v. Soh. Vajechi 130. Jethro 35. Pinchas 108. Behaaloth. 73.

תמר *Palma* mas est Tiphereth; fœmina, Malchuth. Pard. vid. Soh. Lechl. 58. Behaaloth. 73. Achare 32. Kedoschim 42. Vid. ניצוצות 24.

תנין גדול *Draco magnus*, Tiphereth, vectis medius. Exod. 36, 33. Pard.

תפארת *Pulchritudo* vocatur gradus ille, cujus vehiculum est Jaacob, à פארות ut Exod. 39, 28. ubi quasi ramuli intelliguntur & frondes. Ille igitur sic vocatur, quando vestitus est omnibus Sephiris, & omnibus coloribus. Vel è sensu *ornandi*; quia cum vestitus est coloribus illis, ornatus est. In Tikk. tamen & Malchuth, quando influxum accipit ab illo, Tiphereth vocatur. Pard.

תפארת *Pulchritudo*, quinta decadis Sephirothicæ dimensio (quæ יהוה dicitur) hoc nomen sortitur. Quia solum Tetragrammaton erga cuncta Sephiristica nomina & cognomina veluti truncus arboris, ramis undiquaque decoratus, se habet. Et cum Iste gradus judicium exercet in creaturas, certis quasi vestibus ad illam operationem idoneis amictus est, variisq; nominibus vocatur vid. Ex. 28, 2. Jesch. 61, 10. c. 6, 3. Jechesk. 24, 17. Vav ergò vocatur Tiphereth, quia continet omnia & dominium exercet in omnia & vestitus est nominibus omnibus, quæ vestes vocantur Tiphereth; quod nomen nulli Sephirarum competere potest, quia nulla vestita est omnibus nominibus & cognominibus, ex quorum connexionis ornamento *pulchritudo* ipsa emergit. Etsi juxta Cabbalisticum dogma prudentiæ metrum פאר, i. e. *ornatus* dici soleat, non tamen Tiphe-

reth, i.e. *pulchritudo* cognominatur. Ipsa enim prudentia togarum potissima, quibus decoratur Tetragrammaton, existit, ideo peculiare illi cognomen est Peer, quod & phylacteriis tribuitur. Ast *pulchritudo* solum Tetragrammaton inhabitat, quò quadrat illud 1. Paral. 29, 11. *Tibi Tetragramaton est Magnificentia, fortitudo, pulchritudo, &c.* nempe illa ad dextram, ista ad sinistram, hæc in medio. Et sic Abraham, Jizchak, Jaacob: El, Elohim, Tetragrammaton. Et huc pertinet Jesch. 49, 3. Dominus enim cœtu Iisraëlitarum quasi exornatur. Tiphereth ergò infert ornatum, provenientem à tot Nominibus; qualis est in Sacerdote, vel Sponso. Deinde dispositiones quoque supernæ, quæ *Barba* nomen habent, vocantur Tiphereth; nimirum ab ornando. Et locus Prov. 20, 29. ad Tetragrammaton pariter quadrat, quia Vires omnium continentur in ipso, adeò ut vincat omnia. Sic quod dicitur Prov. 19, 11. hunc habet sensum, quod Deus quasi ornetur creaturis, si postquam peccarunt, convertuntur. Porrò & in Kether varii sunt splendores lenitatis & benevolentiæ, omnes albidi, per quos despicit oculo benigno & exornat Tetragrammaton vestibus candidis, quæ vocantur Tiphereth, item Chesed & Nezach; & his condecoratur יי, & miseretur mundi sui. Schaare Orah Tr. 5. post אמת, & sq. דעת.

תפארת *Pulchritudo.* Vid. ניצוצות נהי. 2. מלכים. וק. אחור 15. 16. 22.

תפוחים *Poma;* sic vocantur Nezach & Hod ad *Cant. 2, 5.* ob colorem albedinis & rubedinis, sed quatenus inclinant ad albedinem & Chesed. Vid. שדה. Sic quoque Patres poma dicuntur: Item Tiphereth ad Cant. 2, 3. quatenus influxum præbet; & quatenus præditus est colore, odore, sapore: color enim tres patres; odor influxum à Kether; & sapor influxum à Chochmah & Binah denotant. Pard.

תפלה *Phylacterium* est Malchuth, quia in illa congregantur omnes Sephiroth, ut in Phylacterio manûs omnes textus qua-

quadrantes ad Tetragrammaton. Et huc pertinent *precationes:* cum hac tamen distinctione, ut vespertina denotet unionem Tiphereth & Malchuth factam in Tiphereth; matutina factam in Chesed; pomeridiana, factam in Gebhurah. Semper tamen innuitur Malchuth associans sese amico suo Cant. 8, 5. In Sohar Vajischlach Tiphereth vocatur phylacterium capitis: item *Oratio Moscheh* Psalm. 90, 1. Malchuth autem *Oratio pauperis* Psalm. 102, 1. Pard. vid. de precibus Soh. Pekude 112. 117. 118. Bresch. 31. 43. 170. Vajikra 11. Beschallach 25, 16. Chaje S. 74, 79. Vajakhel 88. 91. 92. 96. Achare 28. 154.

תפלה של יד [connectitur cum נשר] *Junctio, Copula, phylacterium, Ornamentumve manus.* Accommodatur nonnunquam cognominis instar Ultimæ Sephirarum. Quoniam enim hanc dimensionem, ut inundationem suscipere possit, altioribus necti oportet, ideo potestatem Iisraëli donavit Altissimus, ut vinculo quodam ipsam altioribus subnectere valeat. Quod mysterium est Tephillah, i. e. junctio seu copula & ornamentum manus, juxta illud Deut. 6, 8. & ligabis ea in signum super manum tuam eruntque frontalia inter oculos tuos. Quare edocuerunt Magistri, quod quicunque legit lectionem Schema, i.e. audi Iisraël, mane absq; ornamentis seu phylacteriis, is de se falsum testimonium perhibeat, & omnis ei via claudatur, ne intret oratio. Una enim Tephillah i.e. oratio, ex alia pendet Tephillah seu phylacterio: oratio sc. oris; dependet ab phylacterio manus; quæ (inquam) manus copula portas reserat manè, per quas ad nomen Tetragrammaton introire queat omnis oratio illius diei. Idcirco legendo matutinam Lectionem Schema, ornamenta apponere præcipitur: Et constitutum est, ut prius legatur Lectio Audi, deinde autem fundantur preces; quia phylacterium manus in Lectione Audi orationi januam pandit, unde illa Lectio Orationem præcedere debet. Sabbatis autem aliisque solemnibus diebus non sunt tempora, quibus apponenda sunt ornamenta, quia gran-

dia

dia quædam mystica alia proponuntur, his cunctis diebus, & aditus omnes patentes sunt. Quapropter Sabbatorum aliorumque celebrandorum dierum excepta sunt tempora; quia ipsa hæc signum sunt, alteriusque signi connexione non egent. Schaare Orah sub Adonai. (sequitur כה.)

תקות חוט השני *Chorda fili coccinei* vocatur Malchuth è Cant. 4, 3. Sohar Vajechi procul dubio ob mysterium rigoris, quo excitantur oscula. Pard.

תקיע תרועה שברים *Tres soni Tubæ, bassus, altus & fractus:* sunt tres & tres: vide קשת & קשר. Sed in Soh. תרועה refertur ad Malchuth, ob vehementiam. Omnes tamen תקיעות sunt in Tiphereth, quatenus Gebhuram declinat ad Chesed: cum autem תרועה ad Tiphereth refertur, id fit quatenus concipitur esse in Malchuth. Pard. vid. Soh Bresch. 27, 107. Behaaloth 71. 283. Pinchas 107. f.

תשובה *Conversio.* Octava Sephirarum ab imis ascendendo sapientibus hoc cognomine profertur nonnunquam; hinc evolant *mentes*, quemadmodum ex pulchritudine *Spiritus*, ex Regno *animæ*, quæ mens, inquam, Spiritus & anima, donec in oraculum remeent prudentiæ, mutuo se nexu complicant & involvunt: adhæret namque anima spiritui, spiritus menti, mens quidem prudentiæ. Quod si peccatrix anima excisionis culpam subiverit, à spiritu præscinditur cui adhæserat, & futuri seculi expers efficitur, quia præscinditur ab arbore supernâ, & huc pertinent *loca de excisione* Gen. 17, 14. &c. At si denuò expiata insontem se reddat, unde evulsa fuerat, spiritui rursus inseritur, & in prudentiam, venturique seculi vitam regreditur, quapropter *conversio pœnitentiave* jure prudentia cognomine legitur. Et huc pertinet 1. Schm. 7, 17. Et quia Nephesch spiritui; hic menti; & hæc mundo vitarum alligata est, hinc intelligi potest 1. Schm. 25, 29. ubi per *fundam* denotatur pœna illa, quâ Nephesch excisa è loco suo projicitur de loco in locum, de pœna in pœnam, de plaga in plagam in illo pœnarum genere, quod vocatur כף הקלע *curvatura funda.* Hinc patet quid sit mysterium conversionis, quâ Anima redit ad locum unde evulsa erat, adeoque quietis suæ, de qua Psalm. 116, 7. quod fit per Legem Psalm. 19, 8. Jirm. 3. 14. 22. Quod autem Conversio pertineat ad Binah, docemur loco Jesch. 6, 10. ubi concurrunt יבין & ושב. Et huc pertinet mysterium restitutionis in Jubilæo Levit. 25, 31. 13. quo denotatur, quod per mysterium Binah redire potest Nephesch ad possessionem suam, locumque unde excisa erat, Schaare Orah Tr. 8. post יובל & sq. צדק עליון.

In Pardes huc pertinent sqq. Binah vocatur תשובה reversio, reditus, quia illuc redeunt res & existentiæ omnes, sub mysterio Jubilæi per circulum. *Sed è Soh.* Vajikra patescit, illam tunc appellari hoc nomine, quando ob executiones judiciales in mundo institutas Binah ablata fuit, & deinde ad filios redit & misericordiam demittit. Sed quando cæteros gradus in ordinem redigit intra se, ut influxum accipere queant è suo loco; tunc vocatur Restitutio perfecta, quod fit, quando Corona summa manifestatur & influit usque ad Malchuth. Sed Sect. Naso etiam Malchuth vocatur תשובה. Quando enim hæc influxum habet à rigore, tunc influit in putamina & mundus judicatur; sed cum misericordia in Ipsam influit, tunc restituitur ut influxum demittere queat in turmas Sanctas. Pard. Tr. 23. c. ult. vid. Soh. Bresch. 30, 117. 42, 165. Chaje Sarah 77. Vajechi 119. Mischpatim 48. Kedoschim 41. Vajikra 6, 7. Naso 59, 235. Chükk. 87. Pinchas 119, 476. Vajera 69. Achare 32, 34.

F I N I S.